SC.17.Pl.4

37
26 D
18

ARA 1713

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARII
HISTORICO-DOGMATICI
In Librum S. Auguſtini de Hæreſibus ad QUODVULTDEUM,

Digeſti, atque Illuſtrati Labore, & Studio

P. LAURENTII COZZA A' S. LAURENTIO
Ordinis Min. Regularis Obſervantiæ, Romanæ Provinciæ Lectoris Jubilati, ex Guardiani Sacri Montis Sion, & SS. D. N. Jeſu Chriſti Sepulchri, Scriptoris Ordinis, in Ciſmontana Obſervantium Familia Vice-Commiſſarii Generalis, Sac: Congregationis Indicis Conſultoris, ac in Suprema Romana, & Univerſali Inquiſitione Qualificatoris.

OBLATI SANCTISSIMO D. N.

D. CLEMENTI
DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XI.

O P U S

Omnigena eruditione refertum.

U T I L E

Theologis, Philoſophis, Scripturalibus, Hiſtoricis, Divinarum Literarum, atque rerum Eccleſiaſticarum Studioſis &c.

PARS SECUNDA

Continens Hæreſes XX. ab Apelle uſque ad Origenianos.

Adjectâ ad calcem cujuſcumque Hæreſis Collatione ejuſdem cum Hæreticorum Recentiorum Hæreſibus.

Doctrina bona dabit Gratiam. Prov. cap. 13.

ROMÆ, MDCCXVII.

Typis Georgii Plachi Cælaturam Profitentis, & Characterum Fuſoriam propè S.Marcum.)(*Superiorum Permiſſu.*

Expenſis D. Laurentii Licca V. J. D.

Digitized by Google

BEATISSIME PATER.

TUum eſt, BEATISSIME PATER, & multis quidem nominibus Tuum hoc Opus, quod in Hæreſes à Magno Auguſtino collectas nec impugnatas, pro mea tenuitate intorquere conatus ſum: etenim ſive materiam ſpectes, quæ luctam in falſitates complectitur, eam

pleniùs in jure Tuo jam habes, Qui es Divinæ Organum Veritatis; ſive ad meipſum, dignatione benignitatis Tuæ, inflectas clementiſſimum oculum, is ſum quem Ditione & Profeſſione jam Tuum, collatis etiam innumeris beneficiis, in Tuum rurſus largitate munificâ efformaſti. Illo igitur auſpicatiſſimo titulo, quòd Tua hìc tractentur à Tuo, ſubjectionis obſequij & gratitudinis erat, exſolvere ad Tuos pedes venerabundas has meas lucubrationes, in quibus etſi conflictus in modò protervientes inſanias, ſpectaculum fortè & Zelo quem præfers Vindicis, & Providentiæ quâ clares Patris acceptius dedicaſſet; ſpero tamen non injucundè adfuturam, quâ eminens perſpicaciſſimæ Menti, inveſtigatam, digeſtam, & expugnatam hanc ſeriem Hæreſum antiquarum. Exploratiſſimum enim, & SANCTITATIS TUÆ *omnigenæ eruditioni præſertim eſt, omnes ferè novos errores, tanquam ſurculos à priſcis illis radicibus pullulaſse; & indomitum faſtum, quo Novatores in ſua impietate delirant, non ullo aptiori elleboro in ordinem poſſe redigi, quàm ſi licèt inviti, ad abjectam & fulguritam ſuam originem denique retrahantur. Animadverſio iſta diſtulit conceptum animum, quo in recentes Hoſtes Apoſtolicæ Sedis, inſtitueram diſceptationem moliri certamine ſingulari. Ubi enim rationem exigerem apud me, de*

mediis

medijs ad hujuſmodi promovendam idæam opportunioribus, ſubijt expanſa hæc de invadendis etiam vetuſtis Hæreſibus cogitatio. Inde ſiquidem pervium erat agnoſcere conſideranti, & indaginem meam fore hoc pactò exactiùs abſolvendam, & inſiſtendo Auguſtinianæ Collectioni veterum Impoſturarum, in Pelagiana demum calliditate terminum figendum eſſe, ex qua cohærenter in poſtremos noſtrorum temporum, omni veneno & aſtu elaboratos Errores, arena ex inſtituto quæſita appoſitè recluderetur. Hoc deliberationis meæ argumentum SANCTITATI TUÆ *cenſui humillimè ſuggerendum, quòd communibus & peculiaribus titulis in ea conditione fortunatiſſima ſim, ut pro virili Afflatibus tenear obſequi Tibi è Cœlo datis, quibus in modò bacchantes Perverſitates Anathema, ideſt Irreformabilem, ideſt Divinam ſententiam pronunciaſti. Spes tamen eſt, & me quamprimùm his partibus non defuturum, & à* SANCTITATE TUA *penitùs conterendam tantorum malorum Hydram, licèt quotidie in novas ſpecies & nova capita, obſtinatâ perfidiâ redivivam. Haud enim fieri poteſt, ut vis herculeâ major à Summo Datore munerum in Te largiùs erogata, utque infractus cum ratione animus, ad Grandia & Fortia in Te de Surſum præordinatus; haud, inquam, fieri poteſt, ut non uſquequaque cohibeat omnia Do-*

ctrinæ

ctrinæ monſtra, legitimum jugum Chriſti & inſpiratos Fidei Canones detrectantia, & deviantes jam Agnos non componat ſub tuto Ovium ſuarum & amatorio nutu, totumque demum Gregem Paſtorali creditæ Tibi voci (quæ in Terris Vicaria Dei eſt) non conſtituat docilem, non conſtituat audientem. Excipias, Sanctiſſime ex æquo, Clementiſſime, & Sapientiſſime Pater, ferventiſſimis his votis expreſſam addicti æternùm animi obſequentiſſimam voluntatem: dumque nihil Tibi offerri poteſt, quod non minus Te Maximo ſit, exæquem deſiderijs ſaltem quem tenes elevatiſſimum & abſolutiſſimum Apicem, & ſummis Tuis meritis in Eccleſiam commiſſam Tuæ virtuti Tuæ ſedulitati, ſummam auſpicer uſquequaque ab Hominibus gloriam, & ſummam quoque poſt diutinos annos à Deo perennitatem.

Addictiſſimus, Obſequentiſſimus, & Humillimus Servus, & Subditus,
F. Laurentius à S. Laurentio.

LE-

LECTORI
BENEVOLO.

PAucis hìc te habebo amice Lector. Quæ ad iſtorum Commentariorum idæam tibi aperiendam facere potuerunt, ea luculenter priori Parte quantùm depoſcebat materies præmiſſa ſunt. Si percurres has meas lucubrationes, ferè accidet ut comperias, te præmoneri de ipſarum ratione nullatenus debuiſſe, ſtudui enim eaſdem coordinare ad talem methodum, ut vel primo intuitu iniiciant, & menti legentium & oculo proprium inſtitutum. Si tamen obviet aliquid, quo penes æquitatem tuam eveniat me ſuboffendi, illud etiam officii tui partibus meis rogatum vellem, ut his elevandis fortuitis incuſationibus (prout Boni quique conſueverunt) non modò ad patrocinium exigas primùm tuam humanitatem, verùm etiam ut poſtmodum ibi conſulas, quo afflatu & quo ductu ſolverim in hoc Pelagus, non adhuc affatim exploratum. Spero etenim fore ut deprehendas, quo me facilè purges ab omni ſuborta criminatione. Illud autem inter plura deprecari me convenit tuam benignitatem, nimiam ſcilicet cunctationem, quâ priori parti à multis annis jam editæ, ſubnectere diſtuli hanc ſecundam. Ablegatio diutina in Orientem, induxit me inuito hanc tantam retardationem, divulſus enim ab otio ſtudiis iſtis libentiùs dedicato, & admotus curis irrequietis, quibus Præfectura illarum Regionum obnoxia in dies eſt; qui fieri poterat ut

fidem

Digitized by Google

fidem meam in hujus Operis proſequutione ſollicitè liberarem? Nihilominus ubi aliquandiù negotia intermittere licuit, in hæc cœpta ſeceſſus meos volui collocatos, & carptim demum non ſolùm volumen iſtud contigit adornaſſe, verùm etiam Hiſtoriam de Græcorum ſchiſmate (ipſorum ad id contubernio multis titulis impellente) jam prorſus in diem publicam, ſi dabitur, expolitam. Spes erat ubi Provinciâ illâ defunctus fui, ex integro manum figere aliis expediendis Hæreſibus, quæ mihi apud D. Auguſtinum reliquæ adhuc ſunt, jamque nonnullas earum conatu aſſiduo prætervectus, blandiebar deſideriis meis de termino alterius partis propediem feliciter aſſequendo. At decumanâ clementiâ Summi Pontificis, admotus clavo Ciſmontanæ Familiæ Ordinis mei, etſi non in totum omittere curſum iſtum, aliquid tamen de ipſo remittere adactus ſum, ac proinde ſi moras interim nectam æqui bonique conſulas, ſpero etenim ſtudium in te meum ipſas non fore diutiùs ſuppreſſuras. Vale.

CATA-

CATALOGUS
ALPHABETICUS
Præcipuorum Patrum, aliorumque Auctorum, qui in hac ſecunda Parte referuntur,

A

S. ABerius Epiſcopus Hieropolitanus
Abidas Aſtrologus
Acratius Epiſcopus
Adelphius Epiſcopus
Adrianus Papa
Africanus
Agilbertus Rex
Agrippa
Aguirre Cardinalis
Albertus Magnus
Alginus Flaccus
Alcinous
Alexander Epiſcopus Alexandrinus
Alexander Papa III.
Amalarius Fortunatus
S. Ambroſius
Ammianus
Amphilochius Epiſcopus Iconienſis
Anaſtaſius Synaita
Anaſtaſius Nicænus
Anaſtaſius Papa
S. Anicetus Papa
Anonymus
S. Anſelmus
S. Antoninus
Antonianus Epiſcopus
Antiſthenes Philoſophus
Apollonius Scriptor
Apollinaris Epiſcopus Hieropolitanus
Apulejus
Arcudius
Aretas
Ariſtoteles
Ariſtoxenus Philoſophus
Ariſtippus Cyrenæus Philoſophus
Ariſtoſius Epiſcopus
Artapanus
S. Athanaſius
Athenagoras
Aubertus Myræus
Auctor Operis imperfecti
Auctor Libri de Operibus Cardinalibus
Auctor Apoſtolic. Conſtitut.
S. Auguſtinus
Avicenna
Avitianus Epiſcopus
Aulus Gellius

B

BAcchon
Balſamon
Baronius
Barradius
Bartholuccius
S. Baſilius Magnus
Beda
Bellarminus
S. Bernardus
Binius
Blondellus
S. Bonifacius Epiſcopus Moguntinus
Bruodinus
Burchardus

C

CAbaſutius
Cajus Auctor antiquus
Callixtus Papa I.
Caldonius Epiſcopus
Campanus
Caſaubonus
Caſalius
Caſſiodorus
Caſſianus
Caſſius Epiſcopus Tyri
Caſtus à Sicca Epiſcopus
Cato
Cælius Rhodiginus
Cæleſtinus Papa
Cæcilius à Bilts
Cæcilianus Epiſcopus
Cæſarius
Cedrenus
Cenſorinus
Charicles
Chriſtophorſonus
Chriſtianus Druthmarus
S. Chryſoſtomus
Cicero
Clarus Epiſcopus Ptolemaidis
Claudianus
Cleantes Philoſophus
Clemens Alexandrinus
Clemens Galanus
Cochleus
Coccius

Cointus
S. Cornelius Papa
Cornelius à Lapide
Coelfridus Abbas
Columella
Cotta
Crates Thebanus Philoſophus
Creſcens Epiſcopus
Critias Philoſophus
Chriſtolaus Philoſophus
Cryſippus Philoſophus
Cuykius
Cynici Philoſophi
S. Cyrillus Epiſcopus
Cyrillus Hjeroſolomitanus
S. Cyprianus

D

S. Damaſus Papa
S. Damaſcenus
Dandamus
Daniel Abbas
Daphnus Epiſcopus
Del Bene
Del Rius
Deodatus Papa
Democritus
Demetrius Epiſcopus
Diagoras Melius Philoſophus
Dicæarchus Philoſophus
Diocles
Diodorus Siculus
Diogenes Synopæus Philoſophus
S. Dionyſius Areopagita
S. Dionyſius Alexandrinus
Dionyſius Exiguus
Dionyſius Papa
Dominicus Gravina
Durandus

E

Eleazar Scriba
Eleutherius Papa
Elias Cretenſis
Ellies Dupinus
Empedocles Philoſophus
Ephrem Syrus
S. Epiphanius
Epicurus Philoſophus
Epictetus
Erodotus
Evagrius
Eucherius
Eugenius IV.
Euſebius
Euthimius Syngelus

F

Fauſtinus Epiſcopus
Felix Papa III.
Felix à Bulſceni Epiſcopus
Feu-ardentius
Fileſacus
Firmilianus
Florimundus
Formoſus Papa
S. Fulgentius

G

Gabriel Albaſpinæus
Gelaſius Papa
Gennadius
Gentianus Hervetus
Georgius Ambiana
Germanus Conſtantinopolitanus
Georgius Hornius
Giraldus
Gotfredus
S. Gregorius Magnus
S. Gregorius Nazianzenus
Gregorius Neocæſarienſis
Gregorius Papa II.
Guilelmus Cave
Guilelmus Beveregius

H

Hallier
Haymo
Hermotimus
Herodianus
Hermas Paſtor
Hervatus
Herculanus Epiſcopus
Heraclitus Philoſophus
Henricus Philippus
Heſthuſius
Heſiodus Poeta
S. Hilarius
Hilarius Papa
S. Hjeronymus
Hibernus Epiſcopus
Hipparcus Philoſophus
Hippon Philoſophus
Homerus
Honorius Auguſtudonenſis
Honoratus à Tucca Epiſcopus
Horatius
Hoſius
Hugo Semplius
Hyppolitus Thebanus

I

Jacobus Gualterius
Jacobus Tyrinus
Januarius Epiſcopus
Janſenius
S. Ignatius Martyr
Innocentius I.
Innocentius III.
Innocentius IV.
Innocentius VIII.
Joannes Papa II.
Joannes Papa X.
Joannes Georgius

Joan-

Joannes Theſſalonicus
Joannes Mariana
Joannes Lucidus
Joannes Epiſcopus Toletanus
Joannes de Leyba
Joannes De-Kerius
Joannes Stoefferus
Joannes Maskius
Joannes Dartis .
Joannes Abbas Rabytu
Joannes Climacus
Joannes Ceſtrienſis
Joſeph Flavius hebræus
Joſeph Scaliger
S. Irenæus
Iſaac Voſſius
Iſchirion Diaconus
Iſidorus Peluſita
Ittigius
Julius Papa I.
Julius Capitolinus
Julianus Epiſcopus Apemenenſis
Junius Epiſcopus
S. Juſtinus Martyr
Juvenalis

K

K Eckermanus
Kleperus

L

S. L Actantius
Lambertus Danæus
Lampadius Epiſcopus
Lampridius Epiſcopus
Launojus
Laurentius Suſliga
Laurentius Lautmeter
S. Leo Magnus
Leoticus Epiſcopus Mitylenenſis
Liberius Papa IV.
Liberius Epiſcopus.
Liberalis Epiſcopus
Liboſus à Vaga Epiſcopus
Lindanus
Lirinenſis
Livius
Lucius Papa IV.
Lucianus
Lucretius
Lyranus

M

M Acarius
Mareſius
Marius Mercator
Maruccius Epiſcopus
Marinus Epiſcopus
Martinus Bracarenſis
Martialis
Maternus Epiſcopus
Maximus Taurinenſis
Maximus Epiſcopus

Meliton
Mellitus Epiſcopus Laodiceæ
Menander Comicus
Menippus Phænicius Philoſophus
Menulius
Merocles Epiſcopus
Metaphraſtes
Miltiades
Minutius Felix
Morinus
Myſtes

N

N Ampulus Epiſcopus
Narcyſus Epiſcopus Paleſtinæ
Natalis Epiſcopus
Nemeſianus Epiſcopus
Nicetas
Nicolaus Cabaſilas
Nicolaus Cujanus
Nicolaus Patriarcha
Nicephorus Callixtus
Nyſſenus

O

O Ptatus Milevitanus
Orentalis Epiſcopus
Origenes
Orphæus antiquus Poeta
Ovidius

P

P Acianus
Pardus Epiſcopus
Papyrus
Paſchaſinus
Paulus Scaliger
Paulus Feroſempr.
Paulus de Middelburgo
Paulus Emiſſenus
Paerſonius
Petavius
Petrus Damianus
Petrus de Marca
Petrus Alexandrinus
Petrus Lombardus
Petrus Pitatus
Petrus Aliacenſis
Phavorinus
Philaſtrus
Philo Hebræus
Philo Carpatiorum Epiſcopus
Phlego
Photius
Phocilides
Picus Mirandulanus
Pindarus Poeta
Pius Papa I.
Pius Papa II.
Plato
Plinius
Plotinus
Policarpus

Pomponius Epiſcopus
Pontius Diaconus
Porphyrius
Poſſevinus
Poſſidius
Prateolus
Primaſius
Primus à Miſgirpa Epiſcopus
Prillandus
S. Proſper
Proſper Aquitanius
Probstianus Epiſcopus
Proterius Epiſcopus
Proclus
Procopius
Prudentius
Pytsgoras

Q

Quintaſius Epiſcopus
Quintus Julius Hilarion
Quintus Epiſcopus

R

Raymundus Martinus
Remigius Antiſiodorenſis
Reſcius
Rhabsnus
Rhodon
Riccardus Montacutius
Ricciolus
Rigsltius
Rogatisnus Epiſcopus
Rogerius
Ruffinus
Rupertus Abbas

S

Sagarim Epiſcopus Laodiceæ
Salianus
Salvisnus
Saturninus Epiſcopus
Salmeron
Sedatus Epiſcopus
Sedulius Presbyter
Semplius
Seneca
Serapion
Sigihertus
Sila Borea
S. Silveſter Pspa
Siricius Papa
Sirletus Csrdinalis
Socrates hiſtoricus
Socrates Philoſophus
Sophronius Hjeropolitanus
S. Soter Papa
Sozomenus
Spondanus
Statius Poeta
Stanislaus Hoſius
Stephanus Papa
Strabo
Svarez
Succeſſus Epiſcopus
Suidas
Sulpitius Severus
Syncellus

T

Tacitus
Tarafius
TerminstiusE piſcopus
Tertullus Epiſcopus
Tertullianus
Thales Philoſophus
Theophraſtus
Theophilus Epiſcopus Alexandrinus
Theophilactus
Theodorus Cyrenaicus Philoſophus
Theodorus Epiſcopus
Theodorus Stillita
Theodorus Lector
S. Thomss Aquinas
Thomaſſinus
Timotheus Presbyter
Toletus
Torniellus
Traſæas Epiſcopus Eumeniæ
Trimegiſtus
Trophimus
Turribius Aſturicenſis

V

Valerius Maximus
Valeſius
Vatsblus
Ubbo Emmius
Verus Epiſcopus
Ugo Victorinus
Victor Papa
Victor Epiſcopus
Victor Capuanus
Victorinus Gallus
Virgilius
Vitslis Epiſcopus
Vives
Vocius Epiſcopus
Volaterranus
Urbsnus Papa I.
Uſſerius
Wlfridus Abbas

X

Xenocrates
Xiphilinus
S. Xiſtus Papa, & Msrtyr
Xiſtus Papa V.
Xiſtus Senenſis

Z

Zeno Philoſophus
Zephrinus Papa
Zonaras
Zoſimus Pspa
Zoticus Epiſcopus Commsnenſis.

CATA-

CATALOGUS
ALPHABETICUS
Præcipuorum Hæreticorum, quorum ſit mentiò in hac ſecunda Parte.

A

ADamiani
Adiaphoriſtæ
Aeriani
Albertus Ardembergius
Albumazar
Albigenſes
Alcibiades Phrygius
Alogiani
Angelici
Antonius inſignis Impoſtor
Antimoni
Apelles
Apoſtolici
Apotactici
Apollinariſtæ
Arriani
Artemon
Artotyritæ
Audiani

B

BAbelius
Bardeſanes
Barbelitæ
Baſilides
Batavus
Beza
Blandrata
Borboniani
Budnæus

C

CAlvinus
Carpocrates
Carloſtadius
Cataphryges
Cathari
Cerdon
Cerinthus
Chamizus
Clemens Uurighterus
Coddiani
Crates Thebanus
Czechovicz

D

DAllæus
David Georgius

E

EBionitæ
Elceſæitæ
Encratitæ
Enthuſiaſtæ
Eunomiani
Euſtathiani
Extatici

F

FArellus
Farnovius
Fauſtus Socinus
Faſtidioſus
Ferdinandus Alvarez
Firmicus
Franciſcus David
Fraticelli
Fratres Amoris
Franciſcus Lambertus

G

GEntes
Georgius Battavus
Gnoſtici
Gomeſius
Gregorius Caſſander
Guilelmus Poſtellus

H

HElerus
Helvidius

Heracleon
Hermannus
Hermogeniani
Hjeracitæ
Hoffmanici
Hydroparaſtatæ

I

Jacobus Peceninus
Illyricus
Illuminati
Independentes
Joannes Dallæus
Joannes Bononienſis
Joannes Scarpius
Joannes Monhemius
Joannes Campanus
Joannes Crellius
Irenæus quidam

K

Kemnitius

L

Lambertus Danæus
Lelius Socinus
Lipſici Rabini
Libertini
Loiſtæ
Londinenſes
Lucius Manichæus
Luciferiani
Lutherus

M

Manichæi
Marcion
Machiavellus
Martinus Bucerus
Marshal
Macedoniani
Melanction
Melchioriſtæ
Melchiſedeciani
Menander
Menippus Phœnicius
Michael Servetus
Militares
Molliores
Monarchici
Montanus
Mulier Londina

N

Nicolaitæ
Noetus
Novatus
Novatianus

O

Ochinius
Origenes
Oſſeni hæretici in Judaiſmo

P

Paleologus
Parmenianiſtæ
Paſchatitæ
Patripaſſiani
Paulus Epiſcopus Samoſetanus
Paulus Jovius
Pauliniſtæ
Pauperes de Lugduno
Pepuziani
Phanatici
Phibionitæ
Philippus
Praxejani
Priſcilliani
Proculus
Psychici
Ptolomæus

Q

Quintiliani
Quartadecimani

S

Sabbatarii
Sabelliani
Sacerdotales
Saccophori
Sampſæiſtæ
Saturninus
Sethjani
Severus
Simon
Spambergius

Digitized by Google

T

Aciani
Tatianus
Teſſeraſcedecatitæ
Theodotus
Themiſon
Thetraditæ
Tranſilvani Miniſtri
Trementes
Tyanæus

V

Alentinus
Valeſii
Witcleff

Z

Uinglius
Zachæi

INDEX

Capitum, & Hæreſiarcharum, de quibus agitur in hac ſecunda Parte.

CAPUT I. ſive XXIII.
De Apelle, & Apellitis, eorumque hæreſibus. pag. 1.

CAPUT II. ſive XXIV.
De Severo, & Severianis, eorumque hæreſibus. pag. 25.

CAPUT III. ſive XXV.
De Tatiano, & Encratitis, eorumque hæreſibus. pag. 36.

CAPUT IV. ſive XXVI.
De Cataphrygibus, & Montaniſtis, eorumque hæreſibus. pag. 77.

CAPUT V. ſive XXVII.
De Pepuzianis, eorumque hæreſibus. pagina 157.

CAPUT VI. ſive XXVIII.
De Artotyritis, eorumque hæreſibus. pagina 167.

CAPUT VII. ſive XXIX.
De Teſſeraſcedecatitis, eorumque hæreſibus. pag. 171.

CAPUT VIII. ſive XXX.
De Alogianis, eorumque hæreſibus. pagina 202.

CAPUT IX. ſive XXXI.
De Aditis, ſive Adamianis, eorumque hæreſibus. pag. 222.

CAPUT X. ſive XXXII.
De Elceſæitis, & Sampſæitis, eorumque hæreſibus. pag. 236.

CAPUT XI. ſive XXXIII.
De Theodotiis, ſive Theodotianis eorumque hæreſibus. pag. 274.

CAPUT XII. ſive XXXIV.
De Melchiſedecianis, eorumque hæreſibus. pag. 309.

CAPUT XIII. ſive XXXV.
De Bardeſanitis, eorumque hæreſibus. pag. 319.

CAPUT XIV. ſive XXXVI.
De Noetianis, eorumque hæreſibus. pagina 328.

CAPUT XV. ſive XXXVII.
De Valeſiis, ac Valeſianis, eorumque hæreſibus. pag. 340.

CAPUT XVI. ſive XXXVIII.
De Catharis, eorumque hæreſibus. pagina 351.

CAPUT XVII. ſive XXXIX.
De Angelicis, eorumque hæreſibus. pagina 423.

CAPUT XVIII. ſive XL.
De Apoſtolicis, eorumque hæreſibus. pagina 430.

CAPUT XIX. ſive XLI.
De Sabellianis, eorumque hæreſibus. pagina 450.

CAPUT XX. ſive XLII.
De Origenianis, eorumque hæreſibus. pagina 461.

INDEX

Omnium Hæreſum, quæ in præfatis Capitibus recenſentur.

A

ADamum eſſe ad Inferos damnatum. pag. 43
Ad mum lugendo genuiſſe Dæmones, Spiritus, & ſpectra. pag. 67.
Angelos eſſe Corporeos, & materiales. pag. 277.
Angelos aſtra moderantes neceſſitatem inevitabilem inferre humanis actibus. pag. 277.
Angelos malos eſſe colendos. pag. 425.
Animam rationalem eſſe corpoream. pag. 277. Natura ſua eſſe mortalem, immò & mori cum Corpore, reſurrecturam tamen. pag. 42.
Animas, alias eſſe fœmineas, alias viriles. pag. 7. & 277.
Animas in ſupercæleſtibus eſſe conditas ante corpora. pag. 7.

B

BAptiſmum collatum extra Sectam Novatiani non eſſe validum, etiam ſervata forma Eccleſiæ. pag. 361.
Baptiſmi Sacramento S. Petrum caruiſſe. pag. 362.
Bona temporalia poſſidere, eſſe Chriſtianis illicitum. pag. 432.

C

CArnis Reſurrectionem non eſſe futuram, ſed ſolùm Animarum. pagina 7. & 30.
Chriſtum non de Virgine carnem accepiſſe, ſed ab elementis. pag. 7.
Chriſtum non veram ſed putativam Carnem induiſſe. pag. 42.
Chriſtum non eſſe verum Deum, ſed purum hominem. pag. 203. 239. & 276.
Chriſtum eſſe duos unum ſurſum, alium deorſum. pag. 239.
Chriſtum ex humano ſemine genitum eſſe, ſicut cæteri homines. pag. 276.
Chriſtum eſſe quendam Virum longitudinis milliariorum nonaginta ſex, & latitudinis viginti quatuor milliariorum. pag. 238.
Chriſtum in primordiis rerum fuiſſe incarnatum. pag. 277.
Coloribus materialibus rationalem animam eſſe ſubjectam. pag. 93.

D

DEum non eſſe orandum. pag. 225.
Deum Patrem in Chriſto patiente paſſum eſſe, quatenus Filius eſt pars Patris. pag. 277.
Deum Patrem dumtaxat, non verò Filium eſſe immaterialem. pag. 277.

Divi-

Divinitatem receſſiſſe à Chriſto ante paſſionem. pag. 277.

E

Evam comedendo de fructu vetito, nedum non peccaſſe, verùm etiam ſingularem gratiam fuiſſe adeptam. pag. 159.

F

Fidem non eſſe examinandam; unumquemque autem in ea, quam ſimul imbuiſſet, perſtare oportere. pag. 7.
Fidem externè negare, urgente perſecutione, eſſe liberum, & licitum. pagina 239.
Fugam capere tempore perſecutionis illicitum eſſe Chriſtianis. pag. 93.

G

Guſtare vinum eſse illicitum. pagina 42.

H

Hominem ex parte eſſe Dei Opus, ex parte vero Satanæ. pag. 30.
Homines dari nulli legi ſubjectos. pagina 225.

I

Jeſum indiguiſſe redemptione, quam obtinuit poſt baptiſmum beneficio Columbæ immiſsæ. pag. 277.
Incantationibus uti, & Aſtrologiam judiciariam exercere, licitum eſſe. pag. 240.
Joannis Evangelium, & Apocalypſim non eſſe ipſius, ſed Cerinthi. pag. 203.

L

Lapſis in fide, & quibuſvis peccantibus ad mortem non eſſe locum veniæ, & in Eccleſia non eſse poteſtatem remittendi hæc crimina. pagina 361.
Legem à malo Deo eſse conditam. p. 42.

M

Martyrium non eſse pro Chriſto ſubeundum. pag. 225.
Matrimonium à diabolo eſse. pag. 42.
Matrimonium ratum, & conſummatum poſse ad libitum conjugum diſsolvi. pag. 93.
Melchiſedech non fuiſse hominem, ſed cæleſtem virtutem, Chriſto tamen ſuperiorem. pag. 311.
Melchiſedech fuiſse Spiritum Sanctum. pag. 316.
Melchiſedech non hominem, ſed Angelum fuiſse. pag. 311.
Melchiſedech fuiſse meliorem naturâ Abrahâ. pag. 312.
Mulieres eſse capaces Sacerdotalis, & Epiſcopalis dignitatis. pag. 159. Eſſe opus Satanæ, non Dei. pag. 30.
Mundum non à Deo, ſed à quibuſdam Poteſtatibus eſse conditum. pag. 30.

N

Neminem poſse in Regnum Cælorum pervenire, niſi ſe Eunuchum fecerit, & reipſa virilia exſecuerit. pag. 343.
Noëtum fuiſse ipſum Moſem, Noëti verò fratrem fuiſse Aaronem. p. 330.
Nuptias eſse damnandas. pag. 225.
Nuptias eſse illicitas, ut qui nuptiis ſe copulant, Satanæ opus perficiant. pag. 30.
Nuptias fecundas pro fornicationibus habendas. pag. 93. Eſse illicitas omnibus Chriſtianis ſive Clericis ſive Laicis. pag. 361.

Omnes

O

OMnes ſunt cogendi ad ineunda matrimonia. pag. 239.
Orare facie ad Orientem converſa eſse illicitum. pag. 240.

P

PAnem ſolum, & Caſeum eſse offerendum in Sacrificio Altaris, pagina 168.
Paſcha eſse celebrandum menſe Martio quartadecima Luna, in quamcunque feriam hebdomadæ inciderit. Sive celebrandum eſse quartadecima die, ſupputata Luna à IX. Kal. Aprilis, & ita perpetuò VIII. Idus Aprilis. Sive celebrandum eſse VIII. Kal. Aprilis. Sive denique celebrandum eſse Luna XIV., quæ in VIII. Kal. Aprilis incidit. pag. 181.
Poteſtatem remittendi peccata poſt baptiſmum commiſsa, in Eccleſia nequaquam eſse. pag. 93. & 361.
Principia rerum omnium non unum ſed plura eſse. pag. 326.
Principium eſse unum, & Deum bonum, à quo proceſsit Deus malus, qui mundum condidit. pag. 7.

Q

QUodlibet Sacrificium ingratum eſſe Deo, & Patres nullo modo ſacrificia obtuliſse. pag. 240.

R

REſurrectionem mortuorum non dari, neque eſse futuram. pag. 326.

S

SCripturam Sacram continere plura inter ſe adverſa, & pugnantia. pagina 7.
Spiritum Sanctum Apoſtolis promiſsum majori cum plenitudine deſcendiſse in Montanum, & ejus Propheriſsas, quàm in ipſos Apoſtolos. pag. 93.
Spiritum Sanctum eſse fœminam. pagina 239.

T

TErram, Aquam, Salem, Cælum, Æthera, & Ventum adhibenda eſse in Teſtes in juramento loco Dei. pag. 240.
Tres Perſonas diſtinctas nequaquam eſſe in Divinis, ſed unam, & eandem dici Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum. pag. 330. Et ſecundùm diverſa munera ſortiri diverſa nomina Patris, Filii, & Spiritus Sancti. pag. 454.

V

VAlentini Opinio de Æonibus, & diverſitate principiorum eſt comprobanda. pag. 42.
Verbum non eſse Deum. pag. 203.
Vetus Teſtamentum non eſse inter Scripturas Canonicas, & divinitùs inſpiratas recipiendum. pag. 30.
Vinum bibere eſse illicitum. pag. 30.
Vinum non eſse adhibendum in Euchariſtia, ſed ſolùm aquam. pag. 42.
Virginitatem nullius eſse pretii. pagina 239.
Votum de Virginitate non eſse Deo gratum. pag. 272.

EN pars altera *Commentarii Hiſtorico-Dogmatici in Librum Sancti Auguſtini de Hæreſibus ad Quodvult-Deum*, *Reverendiſſimi Patris Laurentii Cozza à Sancto Laurentio Lectoris* Jubilati, *ex Cuſtodis Terræ Sanctæ*, *in hac Ciſmontana Familia Vice-Commiſſarii Generalis Obſervantium*, *& Diſcalceatorum &c.* Ut non minoris ac prima ſtudii, ac diligentiæ; ità paris abſdubiò utilitatis, & commodi. Eam perlegi, atque perpendi, nihilque comperi vel à veritate devium, vel Chriſtianis moribus diſſentaneum; Quinimmò, me judice, Opus eſt Theologis, atque arma adversùs hæreſes perquirentibus, penè neceſſarium, Sacræque eruditionis ſtudioſis longè utiliſſimum. Hiſce de cauſis, ut publici juris fiat digniſſimum arbitror. Romæ in Conventu de Aracœli die 12. Junii 1717.

F. Matthæus à Pareta Lector Jubilatus, & Commiſſarius Generalis Curiæ.

COmmentaria in Hæreſes, *hac ſecundâ Parte per Reverendiſſimum P. F. Laurentium à S. Laurentio elucubrata*, me perlegentem utilitate, ac dulcedine ſummopere tenuerunt; ita enim formandis Moribus, promovendæ Fidei, mentique ad innumera fecundandæ, eruditione, ſoliditate, doctrinâ, ordine, ac ſtylo aptata ſunt, ut Armamentarium quoddam præſeferant inſtructiſſimum invaſis Erroribus profligandis, & ad omnigenas etiam intercurrentes materias Penu quoddam exhibeant conſertiſſimum; adeo ut Horatianum illud, à Divo Hieronymo enunciatum de Operibus D. Auguſtini, *In Sylvam ne ligna feras*, jure optimo inſcribi poſſit cuilibet rei, per Auctorem iſtum abſolutiſſimè pertractatæ; ac proinde arbitror è re Catholica, & literaria futurum eſſe, ſi hujuſmodi Commentaria luci publicæ concedàntur. Ex Aracœli Kal. Junii an. 1717.

F. Joannes Franciſcus à Sorexina, Sacræ Theologiæ Lector generalis, Sacræ Congregationis Indicis Conſultor, & Supremæ Sanctæ Romanæ, atque Univerſalis Inquiſitionis Qualificator.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

N. Card. Caracciolus Archiep. Capuæ Pro-Vic.

A P:

APPROBATIO.

DE Mandato Reverendiſſimi Patris Paulini Bernardinii Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri, magna animi attentione, ac delectatione perlegi *Commentaria Hiſtorico-Dogmatica in Librum S. Auguſtini de Hæreſibus ad Quodvult-Deum, à Capite I. ſive XXXIII. uſque ad Caput X. ſive XXXII. incluſivè, digeſta, atque illuſtrata ſtudio, & labore Admodum Rev. Patris Laurentii Cozza à Sancto Laurentio Ordinis Minorum Regularis Obſervantiæ Lectoris Jubilati*; nihilque in iis reperi, quod Fidei Catholicæ, aut bonis moribus adverſetur; immò quæcumque inibi continentur multiplici Sanctorum Patrum auctoritate roborantur. Præclarum igitur hoc Opus ſanam undequaque redolens doctrinam, & Sacra eruditione ditiſſimum, omnibus titulis prælum ſibi vendicat. Ita cenſeo, ſalvo &c. Datum Romæ in Collegio Divi Thomæ apud SS. Vincentium, & Anaſtaſium in Trivio, die 18. Februarii 1711.

Cajetanus Corazza Clericorum Regularium Minorum Philoſophiæ Lector in Collegio Urbano de Propaganda Fide.

APPROBATIO.

JUbente Reverendiſſimo Patre Paulino Bernardinio Sacri Apoſtolici Palatii Magiſtro Duo iſta Volumina, Partes nempe primam, & ſecundam egregii Operis, cui titulus *Commentarii Hiſtorico-Dogmatici in librum Sancti Auguſtini de Hæreſibus ad Quodvult-Deum, digeſti, atque illuſtrati labore, & ſtudio Patris Laurentii Cozza à S. Laurentio Ordinis Minorum Regularis Obſervantiæ Lectoris Jubilati* attentiſſimè, non ſine ſumma animi mei voluptate perlegi. Nil penitus in toto hoc opere ſanæ fidei, boniſve moribus adverſum, quinimmò potius ipſum plurima refertum inveni doctrinâ, & ità uberrimis Sacræ eruditionis luminibus radiantia in eo omnia reperi, ut ſuo dignum Anthore dignum exiſtimem, quod ad Fidelium utilitatem, & Hæreticorum confuſionem in lucem prodeat, tipiſque mandetur. Datum Romæ in Ædibus Sancti Silveſtri Montis Quirinalis, die 21. Maii anno 1711.

D. Alexander Salaroli Cleric. Regul. Procurator Generalis, & S. Indicis Congregationis Conſultor.

IMPRIMATUR.

Fr. Gregorius Sellari Sacri Palatii Apoſtol. Magiſter Ord. Prædic.

CAPUT

CAPUT I.

SIVE XXIII.

De Apelle, & Apellitis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1. *APELLITÆ ſunt, quorum Apelles eſt princeps, qui duos quidem introducunt Deos, unum bonum, alterum malum, non tamen in duobus diverſis, atque inter ſe adverſis eſſe principiis; ſed unum eſſe principium, Deum ſcilicet bonum, & ab illo factum alterum: qui cùm malignus eſſet, inventus eſt in ſua Mundum malignitate feciſſe. Hunc Apellem, dicunt quidam, etiam de Chriſto tàm falſa ſenſiſſe, ut diceret, cum non quidem Carnem duxiſſe de Cælo, ſed ex elementis Mundi accepiſſe, quam Mundo reddidit, cùm ſine carne reſurgens in Cælum aſcendit.*

COMMENTARIUS HISTORICUS.

2. APELLITÆ *ſunt*) Epiphanius hæreſ.23.poſt Marcionem, ſed ante Apellem agit de Luciano, à quo Lucianiſtæ, quem Marcionis Sectatorem ante fuiſſe ſcribit, inde ab eo divulſum, privatum ſibi gregem contrahentem, novæ ſectæ evaſiſſe conditorem: „ Hic igi„ tur, *inquit*, Marcionis antè Sectator, „ poſtea ab eodem divulſus, privatum ſibi „ gregem contrahens novæ ſectæ factus eſt „ conditor, ab eoque Lucianiſtæ veteres no„ men acceperunt. „ Ejuſdem meminit Tertullianus in lib. de Reſurrectione carnis cap.2. quem Lucanum appellat, ubi & dogma illius de carnis reſurrectione recenſens ait: „ Vide„ rit unus aliquis Lucanus; Nec quidem „ ſubſtantiæ parcens, quam ſecundum Ari„ ſtotelem diſſolvens, aliud quid pro ea „ ſubiicit, tertium quiddam reſurrecturum, „ neque anima, neque caro, ideſt, non ho„ mo, ſed Urſus, forſitan tanquam Lucanus. „ Auctor inſuper Appendicis ad librum Tertulliani de præſcript. de eodem agit Lucano, quem pariter Philaſtrius, & Damaſcenus ſecuti Epiphanium inter Marcionem recenſent, & Apellem, ſub Luciani, non verò Lucani nomine. At S.Auguſtinus hunc omittit, & à Marcione immediate pergit ad Apellem, nulla de Lucano, ſivè Luciano habita mentione.

3. Hujus Apellis, præter S.Auguſtinum, meminerunt Epiphanius hæreſ.24. & ante Epiphanium Tertullianus in lib. de præſcript. cap.6. 30. & 34. lib. de Reſurrectione carnis cap. 2. lib. 4. adverſ. Marcion. cap.17. lib. de Anima cap. 23. & 36. & lib. de carne Chriſti cap. 6. Origenes Tract. 27. & 30. in cap.24. Matthæi, lib.5. contra Celſum, & apud Pamphilum Martyrem in Apolog. Meminerunt inſuper Apellis Auctor Appendicis ad lib. de præſcript. cap. 51. Theodoretus lib.1. hæret. fabul.

fabul. Auctor Prædeſtinati edit. à Sirmundo lib. 1. hæreſ. 22. S.Ambroſ. lib. de Paradiſo cap.5. S.Hieronymus Epiſt. ad Cteſiphontem, in cap.3. ad Titum, Epiſt.38. ad Pammachium adverſus errores Joan. Hieroſolymit. lib. 1. Commentar. ad Galat. cap.1. & alibi, Pacianus Epiſt.1. Philaſtrius, Damaſcenus, Nicetas, & alii qui catalogum hæreſum contexuerunt.

4. Admonet Tertullianus in lib. de Anima cit. cap.36. hunc Apellem alium fuiſſe ab illo Athenienſi Pythii filio, & Pamphili Amphipolitani diſcipulo, pictura celeberrimo, qui claruit longe antè adventum Salvatoris, aitque: *Apelles non pictor, ſed hæreticus.* Et Epiphanius in præcit. hæreſi, hunc ſecernit ab illo, quem Paulus ad Rom. cap.16. commendat, & ſalutare mandat: *Salutate Apellem probum in Chriſto.* „ Lucianum, *ait Epiphanius*, proximè ſequitur Apelles, non ille „ Sanctus, & ab Apoſtolo commendatus, „ ſed diverſus ab eo quidam, à quo Apellejani cognominati ſunt. „ Apellis autem, de quo Paulus, meminit Dorotheus in Synopſi, ubi refert, ab Apoſtolis ordinatum fuiſſe ante Polycarpum Smyrnæ Epiſcopum: quamvis Theophilus Alexandr. in Epiſt. 3. Paſchali, ſivè lib.3. innuere videatur præſatum Apellem Epiſcopum extitiſſe in oppido Laton, ſive Tabon poſt Timotheum, & ſi alii exiſtiment alium fuiſſe hunc Apoſtolicum virum, ab Apelle pariter Apoſtolico, de quo Paulus.

5. Itaque ab Apelle hæretico cognominati ſunt Apellitæ, ut ait in noſtro textu S.Auguſtinus: *Apellitæ ſunt, quorum Apelles eſt princeps*: quos Apellejanos appellat Epiphanius, & ante Epiphanium Origenes, ſecutuſque eſt eos Damaſcenus. Sunt etiam qui Apellianos, & Apelletianos dixerunt: Nos verò cum S.Auguſtino Apellitas ab Apelle eos cognominare contenti erimus.

6. Hujus Apellis genus, & proſapia in obſcuro latet, altum eſt apud antiquos ſilantium: ſuiſſe tamen Syrum genere autumant aliqui. Romæ Domicilium ad tempus habuiſſe, ibidemque unà cum Luciano, ſive Lucano auditorem extitiſſe Marcionis, author eſt Epiphanius, inquiens: „ Hic Luciani condiſcipulus, & Marcionis auditor fuit: „ quemadmodum ſæpe ſit, ut ſpinoſi frutices „ multi ex una radice luxuriantes pullulent. „ Sed lapſus in fœminam, Roma, & Magiſtro relictis, Alexandriam ſeceſſit, ut innuit Tertullianus in lib. de præſcript. cap. 30. per illa verba: „ Sed lapſus in fœminam deſertor continentiæ Marcionenſis, ab oculis Sanctiſſimi Magiſtri Alexandriam ſeceſſit. *Et cap.6. ejuſdem libri*, Pervenimus, *inquit*, igitur „ de calcaria, quòd dici ſolet, in carbonariam, à Marcione ad Apellem, qui poſteaquam à Diſciplina Marcionis in Mulierem carne lapſus, de hinc in Virginem „ Philumenam ſpiritu everſus eſt.

7. Neque ſcrupulum ingerat, quòd Tertullianus Marcionem *Sanctiſſimum Magiſtrum* appellet: Ironicè ibi loquitur Tertullianus appellans Sanctiſſimum Magiſtrum propter illius affectatam Sanctitatem: & per Ironiam pariter, vocat Apellem deſertorem continentiæ Marcionenſis: qui enim Virginem ſtupraverat, continentiam poſtea affectare cæperat, nuptias damnando. Hinc Juſtus Calvinus Veteracenſis in Notis ad hunc locum Tertulliani ſcribit: „ Alii malunt Ironicos de generoſitate illius accipi, ut etiam *continentiam & „ Sanctiſſimum Magiſtrum*. „ Et ita Pamelius exiſtimat eſſe intelligenda allegata Tertulliani verba.

8. Sic itaque propter ejus incontinentiam à Marcionis Diſciplina ſubductus, Alexandriamque profectus, non melior evaſit, ſed in aliam incidit fœminam, nomine Philumenam, Virginem prius, immane poſtribulum poſtea, quam Romam inde reverſus comitem habuit, ut idem Tertullianus refert in eodem cap.30. ſubjungens: „ Indè poſt annos regreſ„ ſus non melior, niſi tantum qua jam non „ Marcionites in alteram fœminam impegit, „ illam Virginem Philumenen (quam ſupra „ edidimus) poſtea verò immane poſtribu„ lum & ipſam. „ Hanc Philumenam fuiſſe Apellis comitem, ſeù magis ſcortum, ut veriùs loquar, referunt præter Tertullianum Rhodon apud Euſebium lib.5. hiſtor cap.13., & S.Hieronymus lib.1. Commentar. ad Galat. in cap. 1. ejuſdem Epiſtolæ, & in Epiſt. ad Cteſiphontem.

9. Hujus fœminæ non meminit Auguſtinus in Apelle, bene verò in Severo; ſed propter allegata antiquiſſima teſtimonia, non Severum comitata eſt, ſed Apellem, niſi duas extitiſſe dicere velimus ejuſdem nominis fœminas, Apellis comitem unam, Severi autem alteram, quod à nemine ex antiquis aſſertum habetur. Quare nonnulli exiſtimant S.Auguſtinum memoria lapſum Severo tribuiſſe, quod Apelli tribuere debuerat. Veriùs tamen crediderim Amanuenſium, ſive librariorum errore factum eſſe; proindeque in noviſſimis operum D. Auguſtini editionibus ex M. S. codicibus in Severo omiſſa inveniuntur.

10. De illa, licèt in Severo, in antiquis, ut diximus, editionibus, plura refert S. Auguſtinus; tradit enim, familiarem quendam Dæmonem habuiſſe, cujus mentita ſpecie decæpta, plura de futuris prænunciaſſe, mira quoque multa factitaſſe, cunctis verò & dictis, & factis adhæſiſſe Appellem. „ Hic præ„ terea, *inquit*, Philumenam quandam puel„ lam dicebat inſpiratam Divinitus ad præ„ nuntianda futura, ad quam ſomnia, atque „ actus animi ſui referens, Divinationibus, „ ſeù præſagiis ejus ſecretim erat ſolitus præ„ moveri, eodem phantaſmate eidem Philu„ menæ pueri habitu ſe demonſtrante, qui „ puer apparens, Chriſtum ſe aliquando,

„ ali-

Digitized by Google

„ aliquando eſſe aſſerebat Paulum, à quo
„ Phantaſmate ſciſcitans ea ſoleret reſponde-
„ re, quæ ſe audientibua diceret. Nonnulla
„ quoque Miracula operari ſolitam, inter
„ que illud præcipnum, quòd in anguſtiſſimi
„ oris ampullam vitream, panem grandem
„ immitteret, eumque extremia digituli le-
„ vare ſoleret illeſum, eoque ſolo quaſi di-
„ vinitus cibo dato ſuiſſet contenta. „ Hæc
Auguſtinus.

11. Tertullianus verò in præcit. de Præ-
ſcript. libro, cap.6. tradit Paulum ſcribentem
ad Galatas in ſpiritu prævidiſſe Angelum ſe-
ductienis in Apellia Philumena transfigura-
tum in Angelum lucis, eique anathema pro-
nunciaſſe. „ Apoſtolos Domini, *inquit*, ha-
„ bemus authores, qui nec ipſi quicquam ex
„ ſuo arbitrio, quod inducerent elegerunt,
„ ſed acceptam à Chriſto Diſciplinam fideli-
„ ter nationibus adſignarunt. *Itaquè etiam ſi*
„ *Angelus de Cælis aliter evangelizaret, ana-*
„ *thema diceretur à nobis*. Prævideràt jàm
„ tunc Spiritus Sanctus futurum in Virgine
„ quadam Philumena Angelum ſeductiouis
„ transfigurantem ſe in Agelum lucis, cujus
„ ſignis, & præſtigiis Apelles inductus, no-
„ vam hæreſim induxit. „ *Ità Tertullianus*.
Cujus teſtimonio uſus eſt poſtea D.Hierony-
mua lib.1. Comment. in cap.1. Epiſt. ad Ga-
lat. exponena allegata Pauli verba, ubi ait.
„ Eleganter in hoc loco vir doctiſſimus Ter-
„ tullianua adverſus Apellem, & ejus Virgi-
„ nem Philumenam, quam Angelns quidam
„ Diabolici Spiritus, & perverſus impleve-
„ rat, hunc eſſe ſcribit Angelum, cui multò
„ antequam Apelles naſceretur Spiritus San-
„ cti vaticinio anathema per Apoſtolum pro-
„ phetatum.

12. Porrò more cæterorum hæreticorum
in hypocriſi loquentium mendacium ſanctio-
ris vitæ cultum affectabat, cui, ætatis adjun-
cta ſenectute, venerabilis apud imperitos red-
debatur, faciliuſque ex novis revelationibus
incautos decipiebat: Ita Rhodon apud Euſe-
bium lib.5. hiſt. cap.13. ubi agens de diſciſſia
Marcioniſtarum ſectis, ait: „ Ex illorum
„ grege Apelles quidam ſanctioris vitæ cul-
„ tum, & ſenectutem præſeferens, unum fa-
„ tetur eſſe principium: Prophetarum autem
„ oracula ex adverſario Spiritu profecta eſſe
„ dicit: Virginis cujuſdam Dæmoniacæ No-
„ mine Philumenæ reſponſis inductus. „ Ruf-
finus verò priora verba ſic vertit: *Ex eorum
namque grege Apelles, qui abſtinentiæ, &
ſenectutis prærogativa uſus, unum quidem om-
nium fatetur eſſe initium*, vult enim abſtinen-
tiam affectaſſe, aut ſimulaſſe, atque ut ex
arctiori vitæ genere ejus auditores teſtimo-
nium depromerent veritatis.

13. Et ne dùm Apoſtolicæ Doctrinæ ad-
verſantia mendacia pronunciare contentus
fuit, verùm & ſcripto demandavit, plures
atque diverſos exarans libros, ſomniis, &
inanibus revelationibus à ſua acceptis Philu-
mena plenos. Primò enim ſcripſit librum,
quem *Phaneroſeis* nuncupaverat, ideſt, Re-
velationum, continentem expoſitionem rerum
ſecretarum, certè inſignium nugarum, quas
malignus Spiritus per Philumenæ organum
patefaciebat. Sic Tertullianus de præſcript.
cap.30. inquiens: „ Inde poſt annos regreſ-
„ ſus, non melior, niſi tantum, qua jàm
„ non Marcionites in alteram fœminam impe-
„ git, illam Virginem Philumenam, quam
„ ſupra edidimus, poſtea verò immane po-
„ ſtribulum & ipſam, cujus energemate cir-
„ cumventus, quæ ab ea dicit, *Phaneroſeis*
ſcripſit. *Hactenus Tertullianus*.

14. At Euſebius in præcit. lib.5. cap.13.
in fine refert hunc Apellem plurimos adverſus
Divina Oracula, & Moyſis legem, maledi-
centiſſimos ſcripſiſſe libros: „ Ipſe porrò,
„ *inquit*, quem diximus Apelles, plurima
„ adverſus legem Moſaicam impiè eſt locu-
„ tus; multiſque libris maledicentiſſimis Ora-
„ cula Divina inſectatus eſt, dùm ea confu-
„ tare, & ut quidem ſibi videbatur, penitus
„ evertere, ingenti ſtudio molitur. „ Hujuſ-
modi autem libros appellaſſe *Syllogiſmorum*
indicat Auctor Appendicis ad Tertullianum
de Præſcriptionibus cap.50. in fine, ubi ait.
„ Habet præterea ſuos libros, quos inſcripſit
„ *Syllogiſmorum*, in quibus probare vult
„ quòd omnia quæcunque Moyſes ſcripſerit
„ vera non ſint, ſed falſa.

15. Addit S.Hieronymus in prolog.Com-
ment. in Evangelium Matthæi, Apellem non
minus ac fecerat Baſilides, ſuum, ſed falſum
ſcripſiſſe Evangelium: cujus meminit quoque
Origenes in Epiſt. ad quoſdam in Alexandria
degentea adverſus ſuorum librorum corrupto-
res, apud Ruffinum in Apolog. pro Origene:
In qua quidem Epiſtola ſic ſcripſiſſe Ruffinus
refert, nimirum. „ Videte quali purgatione
„ diſputationem noſtram purgavit: tali nem-
„ pè, quali purgatione Marcion Evangelia
„ purgavit, vel Apoſtolum, vel quali Suc-
„ ceſſor ejus poſt ipſum apelles: nàm ſicut illi
„ ſubverterunt Scripturarum veritatem: ſic
„ & iſte, ſublatis, quæ verè dicta ſunt, ob
„ noſtri criminationem inſervit quæ falſa
„ ſunt. „ *Hæc Origenes*. Et S.Ambroſius in
libro de Paradiſo cap.5. Apellem citat ex tri-
geſimo octavo tomo ejuſdem operum, ubi &
plura ab Apelle contra Moyſis ſcripta in lib.
Geneſia exhibet.

16. De Apellis ætate, qua vixit, certum
eſt coævum fuiſſe Marcioni, ſub cujus diſcipli-
plina Romæ ad tempus unà cum Luciano, Se-
vero, aliiſque manſit: verùm tunc temporis
non dum propriam ſectam inſtituerat, eratque
Merus Marcionita; neque initium novæ ſectę
dedit, niſi poſtquam Philumenæ ſe conjun-
xerit: proindè veroſimile eſt, primum Ale-
xandriæ ſuam cæpiſſe hæreſim docere, quia
ibi ſe Philumenæ ſociavit, illiuſquè viſioni-

bus, ſive revelationibus, aut verius ſomniis, atque illuſionibus, cæpit adhærere. Facilè poſtes per totum Ægyptum pervagare potuit, inde per Aſism, aliaſque Orientales regiones. Hinc notat Tertullianus de Præſcript. cap.30. cit. Apellem non Marcionitam Romam rediiſſe: *inde poſt annos regreſſus non melior, niſi tantum qua non Marcionites*, indicare volens antè regreſſum ad Urbem, relicta Marcionis ſecta, propriam jam inſtituiſſe: Hoc enim eſt propriè non rediiſſe Marcionitam.

17. Ricciolius in ſua Chronol. Reformata par.3. Catsl.2. Initia hujus hæreſis conſignat ſub anno Domini CLX. penultimo Imperii Antonini Pii, ſedente in Petri Cathedra Pio hujua nominis primo. Cui tamen opinioni obſtare videtur ſilentium Irenæi, qui opus ſuum de hæreſibus, ſive adverſus hæreſes ſcripſit ſub Pontificatu Eleutheri, qui non niſi circà annum Domini CLXXVII. Pontificatum adeptus fuerat, ut ipſemet teſtatur lib.3. cap.3. Etenim non eſt veroſimile Irenæum omiſiſſe hanc hæreſim, ſi tunc temporis evulgata fuiſſet; & tamen nec verbum quidem facit de Apelle; & certè ſi initia habuiſſet anno XVII. ante Eleutheri Pontificatum Irenæo non fuiſſet ignota. Quare Lambertua Danæus anthor Acatholicus exiſtimat hanc hæreſim evulgatam primùm fuiſſe anno à Chriſto paſſo CL. qui erat à Chriſto nato annus CLXXXIII.

18. Proindè Prateolus in ea eſt opinione quòd emerſerit circa ann. Domini CLXXVIII. ſub imperio Marci Antonini Philoſophi, & Soteri Pontificatu. Sed errare videtur in exacta temporum ſupputatione; Etenim juxta emendatam Auberti Myræi Chronologiam, quam ſequimur, Soterus obiit Martyrio coronatus anno Domini CLXXVII. & ideo non potuit hæc hæreſis emerſiſſe ſub hujus Pontificatu, ſi anno CLXXVIII. qui fuit annus primus, vel ſecundus inchoatus Eleutheri. Rectiùs itaque putarem emerſiſſe primùm circa annum Domini CLXXX. ſub Eleutheri Pontificatu ad initia Imperii M. Aurelii Commodi Antonini, qui hoc eodem anno habenas ſuſceperat Imperii, defuncto Vindobonæ in Pannonia M. Aurelio Antonino Philoſopho.

19. Alexandriæ itaque primùm Apelles docere novam cæpit doctrinam, & per univerſam terram Ægypti, ut ſupra innuimus, quæ poſtea propagata per Aſiam totum penè Orientem brevi tempore infecit. Deinde comite Philumenâ pſeudoprophetiſſa Romam reverſus, ut ex Tertulliano ſupra meminimus, ibidemque, licèt occultè, aperto Gymnaſio, Romanos quoque in errorem inducere conabatur. Verum ei occurrit Rhodon, qui tunc temporis & ipſe Romæ degebat, & habita circa novam illam doctrinam diſputatione, hæreticum deriſit. Refert hoc Euſebius lib.5. hiſt. cap.13. cit. inquiens: „ Idem Rhodon ſe „ cum Apelle collocutum eſſe ſcribit his ver- „ bis. Senex enim Apelles, *ſunt Rhodonis* „ *verba*: inito nobiſcum colloquio, multa „ quidem perperam dicere convictus eſt. *Et* „ *poſt aliqua ſubjungit*, cum eum jurejuran- „ do adegiſſem, ut ex animi ſui ſententia lo- „ queretur, juravit ſe verum dicere, nec ſe „ omninò ſcire, qua ratione unus eſſet inge- „ nitus Deus, ſe tamen ità credere. His au- „ ditis ego hominem deridens deprehendi, „ qui cùm ſe Doctorem profiteretur, doctri- „ nam ſuam rationibus confirmare non poſ- „ ſet. „ *Hæc Rhodon*.

20. Circa tempus quo Romam rediit, neque apud Tertullianum, aut aliquem ex antiquis, quidquam reperitur memoriæ demandatum. Si tamen divinare licet ex conjecturis, non incongruè mihi dicendum videtur, non niſi poſt Marcionis obitum, qui ſub Pontificatu Eleutheri deceſſit, ut adnotavimus ſuprà in 1. parte cap.22. num.42. Romam repetiſſe. Etenim qui Roma propter lapſum carnis diſceſſerat, ne præſentia Marcionis ſui præceptoris confunderetur, non eſt veroſimile voluiſſe Romam repetere vivente adhuc præceptore, à cujus etiam diſciplina clàm ſe ſubtraxerat. Proinde crederem ſub ejuſdem Eleutherii Pontificatu Romam repetiſſe, ad extrema Imperii commodi, vel ad initia Septimii Severi, eo magis, quòd tunc temporia Romæ claruit Rhodon, cum quo, ut diximus, congreſſum habuit.

21. Eſt & alterum examinandum dubium, nùm, videlicet, Apelles præceſſerit Tatianum, & Apellitæ Encratitas; cujus ratio dubitandi oritur ex S.Auguſtini libro de hæreſibus, ubi Apellitæ, quorum author Apelles, conſignantur ante Tatianum, & Encratitas, quemadmodum coordinat Epiphanius in Panario. Verùm Tatianum, atque Encratitas fuiſſe anteriores Apelle, certum eſt; ut enim in Tatiano infrà oſtendemus, fuit Tatianua auditor Juſtini Martyris, & Rhodoni præceptor, ex quo evincitur ſeniorem extitiſſe Apelle. Nequè urget, quod Auguſtinus, & Epiphanius priùs de Apelle, & Apellitis agant, ac de Tatiano, atque Encratitis: quià præfati Patres in recenſendis hæreſibus nequaquam temporum ordinem ſervarunt: Non alià de cauſa, ut pariter notavimus in 1.par. cap.5. num.6. niſi quià in refutandis hæreticis, contra quoſcumque ab una ſecta prodeuntes agere prius voluerunt, quàm ad alias ſectas ſe diverterent. Et hac de Cauſa prius tractationem inſtituerunt contra Baſilidianos, quam adverſus Nicolaitas, quamvis iſti, tempore illos præceſſerint. Etenim ex quo Nicolaitæ nullam connexionem habuerint cum Simonianis, bene verò Baſilidiani, expedita tractatione adverſua Simonem, & Simonianos, novam immediatè adverſus Baſilidem inſtituerunt, ut de Simonis Schola prodeuntem. Cùm autem Apelles de Schola Marcionis proceſſiſſet, licèt Tatiano poſterior, poſt actam de Marcione tractationem, immediatè de Apelle,

le, atque Apellitis, quemadmodum & de Severo, atque Severianis, ab eadem Marcionis Schola prodeuntibus, Sermonem inſtituerunt, nullo, inter eos, & Encratitas ſervato ordine temporum.

22. De Apellis, atque ejus Philumenæ exitu ſilent Scriptores, infeliciſſimum tamen extitiſſe credibile eſt: nàm poſſederat eos ſpiritus perditionis, quem citra dubium, omnem adhibuiſſe ſolertiam ut eos perderet, aliorum exempla teſtantur. Secta autem illorum non diu manſit, quamvis pernicioſiſſima, in diverſas alterius divulſa nominis. Extitiſſe tamen vivente Tertulliano, qui Apellem viderant, & ab Apelle didicerant, teſtatur ipſemet Tertullianus in lib. de præſcriptionibus cap.30. inquiens: „ Adhuc in ſæculo ſuperſunt, qui meminerint eorum, etiam proprii diſcentes, & Succeſſores ipſorum, ne ſe poſteriores negare poſſint. „ Vigebant inſuper adhuc Origenis ætate, quos per ſingulas Orientis Civitates eſt perſecutus, habitis coram populis adverſus eos undique concionibus, prout ſcribit Auctor Prædeſtinati qui de Apellitis verba faciens, ſubjungit: *Hos Origenes ità perfectè ſuperavit, ut eorum cauſa periodentes fieret, & per ſingulas quaſque urbes per Orientem eundo prædicaret.*

COMMENTARIUS

Dogmaticus.

23. QUi *duos quidem introducunt Deos*) Præcipua tantum hæreſum capita recenſet S. Auguſtinus, & contrà Dei.unitatem, & adverſus carnem Chriſti: Nam duos Deos poſuiſſe refert, & Chriſtum nequaquam veram induiſſe carnem. Diffuſiùs tamen alii Apellis, & Apellitarum dogmata explanant. Quare Epiphanius in hæreſi 24. Apellem, ſive Apellitas, de Deo ità ſenſiſſe ſcribit: „ Non eſſe, *nimirùm*, principia tria, neque Deos, ut Luciano, ac Marcioni videtur: ſed unum eſſe bonum Deum, unumque principium, ac virtutem unam nominis expertem. Qui quidèm Deus unus, unumque principium nullam eorum, quæ in Mundo geruntur curam ſuſcipit. Cæterum ille Sanctus, bonuſque Deus qui à principio Deus eſt, ac bonus, alium produxit Deum. Ab hoc univerſa condita ſunt, Cœlum videlicet, ac Terra, cæteraque, quæ in hoc Mundo cernimus. Sed hic minime bonus evaſit, ejuſque opera omnia non benefacta, ac prò mala illius mente ſunt ab illo fabricata. „ *Hæc Epiphanius*.

24. Eandem Apellis hæreſim explicat Auctor Prædeſtinati in hæreſi 22. inquiens: „ Duos quidem introducit Deos, ſed unum fatetur principium, hoc eſt bonum, & ab ipſo factum alterum, id eſt, ab ipſo uno principio alterum factum eſt. Quod cùm Malignum eſſet inventum à bono abjectum eſt: abjectum verò à bono principio hoc principium, quòd malignabatur contrà boni principii voluntatem, in ſua Malignitate Mundum fecit. Indè eſt, quòd ad malum nos promptiores, quàm ad bonum natura conſequitur, & plus in vitiis, inquit, quàm in virtutibus delectatur. „ *Sic Auctor Prædeſtinati*. Addit Origenes apud Pamphilum Martyrem in Apologia pro eodem Origene, hæreticum hunc docuiſſe, Deum illum malum Mundi fabricatorem, ad gloriam boni Dei Mundum condidiſſe. „ Sed & Apelles, *inquit*, licèt non omnibus modis Dei eſſe deneget legem, & Prophetas, tamen & ipſe hæreticus deſignatur: quoniam Deum, qui hunc Mundum condidit, ad gloriam alterius ingeniti, & boni Dei, eum conſtruxiſſe pronunciat.

25. *Hunc Apellem dicunt quidam*) alteram Apellis de Chriſto hæreſim refert Auguſtinus, quam Epiphanius loc. cit. num. 2. explicat dicens: „ Hoc verò inſuper affirmat: poſtremis temporibus affuiſſe Chriſtum, ſupremi nimirùm, ac boni Dei filium, ejuſque Spiritum Sanctum, ad eorum ſimiliter ſalutem, qui ad ipſius notitiam pervenirent. Eundem porrò non ſpecie apparuiſſe ſola, ſed reverà carnem ſumpſiſſe: non de Maria tamen Virgine illam expreſſiſſe; ſed tametſi vera carne, ac Corpore eſſet præditus, neque ex virili ſemine, neque ex Muliere Virgine ſibi illud aſciviſſe, ſed veram aliunde carnem ſibi comparaſſe. Quod quidem hunc in modum explicat. Cùm, inquit, è Cœlo delapſus eſſet in terram, corpus ſibi quatuor ex elementis effinxit. „ *Ità Epiphanius* qui paulò poſt ſubjungit, inquiens: „ Ità è ſicco ſiccum expreſſit, è calore calidum, humidum ex humore, è frigore frigidum: è quibus omnibus formato ſibi corpore clarè in terra viſus eſt, ac cœleſtium nobis ſcientiam importavit, ut & Conditorem aſpernaremur, & ejus abnegaremus opera.

26. Ex hoc enim Tertullianus infert Apellem veram Chriſti nativitatem in carne denegaſſe, quamvis veram carnem ei non ademiſſe. Etenim in lib. de carne Chriſti cap. 1. ait: „ Marcion ut carnem Chriſti negaret, negavit etiam nativitatem: aut ut nativitatem negaret, negavit & carnem: Scilicet ne invicem ſibi teſtimonium redderent, & reſponderent Nativitas, & caro, quià nec nativitas ſine carne, nec caro ſine nativitate: quaſi non eadem licentia hæretica, & ipſe potuiſſet, aut admiſſa carne nativitatem negare, aut Apelles diſcipulus, & poſtea deſertor ipſius: aut & carnem & nativitatem confeſſus, aliter illas interpretari, ut condiſcipulus, & condeſertor ejus Valentinus. „ Hactenùs Tertullianus, qui idem repetit in eodem libro cap.6. ubi ait: „ Sed qui-

„ quidam diſcentes Pontici illius ſuprà Magiſtrum ſapere compulſi, concedunt Chriſti carnis veritatem, ſinè præjudicio tamen renuendæ nativitatis. Habuerit, inquiunt, carnem, dùm omninò non natam. *Et lib.3. contrà Marcionem cap.11.* Nàm, inquit, & Philumene illa magis perſuaſit Apelli, ceteriſque deſertoribus Marcionis, ex fide quidem Chriſtum circumtuliſſe carnem, nullius tamen nativitatis, utpotè de elementis eam mutuatum.

27. Sine carne Chriſtum reſurrexiſſe, carne elementis reddita, à quibus acceperat, docuit Apelles, ut ex Textu S.Auguſtini liquet. Id quod diffuſiùs explicat Epiphanius cit. ſub num.2. inquiens: „ Hoc verò inſupèr affirmat: poſtremis temporibus affuiſſe Chriſtum, ſupremi nimiròm, ac boni Dei filium, ejuſque Spiritum Sanctum, ad eorum ſimiliter ſalutem, qui ad ipſius notitiam perveniunt. Eundem porrò non ſpecie apparuiſſe ſola, ſed reverà carnem ſumpſiſſe: non de Maria tamèn Virgine illam expreſſiſſe; ſed tametſi vera carne ac corpore eſſet præditus, neque ex virili ſemine, nequè ex muliere Virgine, ſibi illud aſciviſſe: ſed veram aliundè carnem ſibi comparaſſe. Quod quidem hunc in modum explicat. Cùm, inquit, è Cœlo delapſus eſſet in Terram, corpus ſibi quatuor ex Elementis effinxit. *Et poſt pauca ſubjungit.* Deindè, Chriſtus, ait, ſemetipſum in corpore ad patiendum ſupplicium obtulit, ac revera in Cruce ſuffixus eſt, eamque ipſam carnem Diſcipulis oſtendit. Poſteà humanam illam, quam ſumpſerat naturam reſolvens, unicuique elemento, quod proprium erat, reſtituit: velut calido calidum, frigidum frigido, ſiccum ſicco, humidum humido. Ità corpore illo, quod carne conſtabat, reſoluto, in Cœlum, undè venerat, aſcendit. „ *Ità refert Epiphanius.*

28. Adverſus quoque Scripturas Sanctas pugnavit Apelles, conatuſque eſt illas ſubvertere, hinc Judæorum ſcripta, quæ à nobis Veteris Teſtamenti Scriptura nuncupantur, ut fabuloſa repudiavit. Teſtatur Origenes lib.5. contra Celſum ante finem ubi ait. *Marcionanum Apellem nobilem quempiam hæreſum inventorem, & Judæorum Scripta, ut fabuloſa exiſtimantem, diximus affirmaſſe ad hominum genus ſolum hunc deveniſſe*: Et in epiſtola ad quoſdam amicos in Alexandria degentes, adverſus ſuorum librorum corruptores, notat Apellem Sanctarum Scripturarum corruptorem, atque earundem veritatis ſubverſorem, inquiens: „ Videte quali purgatione diſputationem noſtram purgavit, tali nempè, quali purgatione Marcion Evangelia purgavit, vel Apoſtolum, vel quali Succeſſor ejus poſt ipſum Apelles: nam ſicut ſubverterunt Scripturarum veritatem: ſic & iſte, ſublatis quæ verè dicta ſunt, ob noſtri criminationem inſeruit, quæ falſa ſunt.

29. At Rhodon coævus Apelli, & cum quo congreſſum inierat, ut etiam ſuprà retulimus ex Euſebio lib.5. hiſtoriæ cap.13. refert Sanctorum Prophetarum vaticinia Apellem prorſùs repudiaſſe, ajebat enim eſſe inter ſe diſſonantia, & falſa, & ſibimet ipſis contraria: Etenim interrogatus Apelles ab ipſo Rhodono, qua ratione affirmare poſſet unum eſſe principium, ſic reſpondiſſe refert: *Prophetias eò quod nihil omninò veri dicant, ſe ipſas refellere. Sunt enim*, ajebat, *diſſonantes, & falſæ, ac ſibimet ipſis contrariæ.*

30. Deinde S.Ambroſius in libro de Paradiſo cap.5. notat, Apellem in 38. Tomo ſuorum operum oppugnaſſe quaſdem Scripturæ Sententias ex lib. Geneſis, ubi Moſes refert de ligno vitæ poſito in Medio Paradiſi, primis Parentibus vetito, & de minata eis morte, ſi de illo guſtaſſent: ejuſque argumenta recenſet: Etenim ait: „ Plerique enim quorum auctor Apelles, ſicut habes in trigeſimo & octavo tomo ejus, has quæſtiones proponunt. Quomodò lignum vitæ plus operari videtur ad vitam, quàm inſufflatio Dei? Deindè, ſi hominem non perfectum fecit Deus, unuſquiſque autem per induſtriam propriam perfectionem ſibi virtutis aſciſcit: nonnè videtur plus ſibi homo acquirere, quàm ei Deus contulit? Tertium obiiciunt; Et ſi homo non guſtaverat mortem, utique quam non guſtaverat ſcire non poterat: ergò ſi non guſtaverat, neſciebat: Si neſciebat, timerè non poterat: Fruſtra igitur Deus mortem pro terrore objecit, quam homines non timebant. „ Hæc Apelles apud S.Ambroſium adverſus præfatam Scripturam: quibus objectionibus optimè ſatisfacit S.Doctor. Nos verò eas recenſuimus, ad comprobandam impietatem hujus Hæretici in refutandis, & oppugnandis Scripturis Sanctis, aſſentientis magis ſuæ Profetiſſæ ſomniis, & vanitatibus, quàm Sanctorum Dei Profetarum dictis, & ſcriptis.

31. De Anima item & falſa, & hæreticà plurima docuit: docebat enim, animas hominum conditas in ſupercœleſtibus ante corpora, ſollicitatas indè terrenis *eſcis*, à Deo Iſrael, quem igneum Angelum appellabat, miſſas in hunc Mundum, carne amictas peccatrice. Refert hoc totum Tertullianus in lib. de Anima, cap.23. inquiens: „ Apelles ſollicitatas refert animas terrenis eſcis de ſupercœleſtibus Sedibus ab igneo Angelo, Deo Iſrael, & noſtro, qui exindè illis peccatricem circumfluxerit carnem. „ Subjungit poſtea ſub cap.36. docuiſſe inſupèr: Animas in ſexu quoque ad invicem diſcriminari, eſſe alias fœmineas, virilis ſexus alias, illas corpora informare Muliebria, has verò virilia. „ Quoniam & Apelles, *inquit*, non pictor ſed hæreticus, ante corpora conſti-

„ tuens

„ tuens animas viriles, & Muliebres, ſicut à Philumena didicit, utique carnem, ut poſteriorem, ab anima facit accipere ſexum.

32. Cum Marcione porrò negabat Apelles carnis reſurrectionem: Ita refert Epiphanius cit. ſub num.4. inquiens; „ Cætera porrò cum præceptore ſuo Marcione conſentanea profitetur, quæ ad aliorum carnem, ac reliqua id genus pertinent. „ Negat enim corporum reſurrectionem cæteraque ad eundem modum, quo ille cùm in vivis ageret, in opinione ſua poſuit. Tertullianus quoque notat eundem errorem in Apelle in lib. de Reſurrectione carnis cap.2. & in lib. de Præſcription. cap.33. ubi ait: „ Hæc opinio propria Sadducæorum partem ejus uſurpat Marcion, & Apelles, & Valentinus, & ſi qui alii reſurrectionem carnis infringunt. „ Et S.Hieronymus in Epiſtola ad Pammachium adverſ. errores Joann. Hieroſolym. circa medium: „ Hæreticos verò, *inquit*, in quorum parte ſunt Marcion, Apelles, Valentinus, Manes, nomen inſaniæ penitus, & carnis, & corporis reſurrectionem negare, & ſalutem tantùm tribuere animæ, fruſtraque nos dicere ad exemplum Domini reſurrecturos, cùm ipſe quoque Dominus in phantaſmate reſurrexerit. „ *Hæc Hieronymus*. Ex quibus omnibus colligitur ſumma hæreſum Apellis, atque Apellitarum.

I. Unum eſſe Principium, & Deum bonum, à quo proceſſit Deus malus, qui Mundum & quæ in eo ſunt condidit.
II. Chriſtum non de Virgine carnem accepiſſe, ſed ab elementis, qua prorſus relicta, à mortuis reſurrexiſſe.
III. Sacram Scripturam continere plura inter ſe adverſa, & pugnantia, immò & fabuloſa, proindè non eſſe à vero Deo, aut Prophetis Divinitus inſpiratis.
IV. Fidem non eſſe examinandam, unumquemque autem in ea, quam ſemel imbibiſſet perſtare oportere, in eaque ſalutem conſequi poſſe, dummodò rectè agat, & in Crucifixum ſperet.
V. Animas in ſupercœleſtibus & ante corpora eſſe conditas, eſſe à Deo igneo, ſollicitatas ab eſcis terrenis, demiſſas in Mundum carne amictas peccatrice.
VI. Non eſſe Corporum reſurrectionem, ſed animarum dumtaxat.
VII. Animas alias fœmineas eſſe, alias viriles.

Hæc eſt præcipua Apellis hæreſum ſumma. Sunt qui volunt etiam Nuptias damnaſſe. Firmilianus in Epiſtola ad Cyprianum 75. inter Cyprianicas, notat, Apellem, multa gravia, & nova dogmata introduxiſſe, quamvis, quænam fuerint, non recenſeat, inquiens: „ Cùm & Marcion Cerdonis Diſcipulus inveniatur ſerò poſt Apoſtolos, & poſt longa ab eis tempora Sacrilegam adverſus Deum traditionem induxiſſe, Apelles quoque blaſphemiæ ejus conſentiens, multa alia nova, & graviora fidei, & veritati inimica addiderit.

COMMENTARIUS

In Hæreſim I.

33. U*Num eſſe Principium*) Marcion duo rerum omnium Principia prima conſtituit, bonum unum, alterum verò malum, illud omnium bonorum fontem, & originem, hoc verò omnium Malorum cauſam, quam blaſphemiam à Cerdone ejus præceptore hauſiſſe, ſcribit S.Auguſtinus in lib. de hæreſ. cap.22. & nos in prima parte cap.22. num.44. & num.53. in Marcione recenſuimus Luciano verò, ut refert Epiphanius hæreſ.43. num.1. placuit & tertium addere principium, de quo hæc ait: „ Nam poſteaquam alius ab eo conſtitutus eſt Creator, ac Judex, & juſtus; Bonus alius: itemque Malus tertius nonnullis, Marcionis exemplo, teſtimoniis utitur, quæ ex Prophetarum ſcriptis ad erroris, ut ille, ſui patrocinium adducit. „ At Apelles, ut idem advertit Epiphanius, non plura poſuit principia, ſed unum tantùm, & hoc Deum bonum eſſe, faſſus eſt. Verùm ab hoc Deo bono Mundum conditum, nequaquam voluit, immò nullam ei eſſe horum inferiorum curam, credidit.

34. Itaquè, ut diſcriminaretur à Luciano, & maxime à ſuo præceptore Marcione, docuit Deum bonum, & illud unum Principium, alium produxiſſe Deum, à quo poſtea univerſa condita ſunt, Cœlum videlicet, ac Terra, cæteraque, quæ in hoc Mundo cernimus, ut in terminis ſcribit Epiphanius. Hunc tamen Deum à Deo bono conditum, malum extitiſſe fingebat, ac prôindè ejus opera omnia non bene facta, ac pro mala ipſius mente eſſe ab illo fabricata, prout idem Epiphanius exponit. In hoc autem non deflectit à Marcione: nàm, ut adnotavimus in ejus hæreſi prima, & ipſe Marcion docuerat à Deo malo, eſſe quæ mala ſunt: Et hoc dogma ferè commune fuit primis hæreticis, Simoni Mago, Menandro, Saturnino, Gnoſticis, aliiſque à nobis recenſitis in prima hujus operis parte.

35. Hunc porrò Apellis errorem refellit S.Epiphanius cit. num.2. Etenim alloquens Apellem, hoc conficit Dilemma. „ Dic mihi, Sodes Apelles, *inquit*; Hoc enim dabis, opinor, aut illum Supremum Deum futura neſcientem, hunc quem dicis opera ſua mala fabricaſſe, effinxiſſe Deum: aut cum talem fore cognoſceret, ideò produxiſſe, ut eorum eſſet ipſorum cauſa, quæ malò poſtea condidit. Ex quo conſequens eſt, „ Su-

Digitized by Google

„ Supremnm illum Deum planè Creatorem „ eſſe, qui unum illum procrearit, à quo „ condita ſunt omnia. Quare cauſa erit etiam „ ille; non qui res creatas edidit, ſed Sum„ mus ipſe creatoris author, qui ſit univer„ ſorum opifex. Hæc Epiphanius.

36. Cujus vis argumenti in eo ſita eſt, quòd Supræmus ille Deus bonus, & Sanctus, qui alium Deum condidit, non potuit neſciſſe malitiam alterius Dei, quem poſtea produxit. Deus enim verus, præſcius eſt omnium futurorum: *quià cognoſcit omnia noviſſima & antiqua*: abeſt à natura Dei ignorantia; Nec Deus eſt, ſi non concedatur omnis Cius: ſi ergò præcognoverat Deum alterum futurum malum, & in ſua Malignitate Mundnm conditnrum, & tamen illnm produxit, ergò ideò produxit, quià voluit, ut in illius Malign.tate ab eo Mundus fabricaretur, ergò Deus bonus quoque cauſa erit Mnndi conditi: nàm qui eſt cauſa cauſæ, eſt etiam cauſa Cauſati.

37. Cæterùm inania ſunt, quæ Apelles fingit: non enim alius à Supremo & vero Deo excogitari poteſt Mundi opifex, ut ſatis ſuperque in prima parte demonſtravimus in Comentar. ad hæreſim I. S. Simonis, ad I. pariter Menandri, & ad I. Saturnini. Ad II. Baſilidis. Ad I. & II. Nicolaitarum, ad IV. Carpocratis, ad I. Cerinthii, ad VI. Valentini, & paſſim alibi.

COMMENTARIUS

In Hæreſim II.

38. C*Hriſtum non de Virgine*) communem hanc hæreſim Marcioni, & Valentino agnovit Tertullianus in lib. de carne Chriſti cap.1. Et quidem à Marcione Apellem, velut à præceptore eam hauſiſſe crediderim, licèt alio fine, aliove medio: nàm Mareion, ut ait Tertullianus, ut carnem Chriſti negaret, negavit etiam nativitatem, aut ut nativitatem negaret, negavit & carnem: docebat enim, Chriſtum hominem apparentem fuiſſe, ut refert Irenæus, lib. 1. cap. 15. vel ut ait Origenes Dial. 3. contrà Marcionem, ſola opinione veniſſe, ſola opinione paſſum, crucifixum, & cætera ejus geſta ſola opinione talia extitiſſe, ut notavimns in Commentar. Dogmat. hæreſ. Marcion. num.45. Valentinus porrò ſpiritale, & cœleſte corpus Chriſto conceſſerat, nihil tamen, & ipſe docebat, de B.Virgine aſſumpſiſſe, ut tradunt S. Auguſt. in lib. de hæreſ. cap.11. & Epiphanius hæreſ.31. num.7. At Apelles nec veram carnem in Chriſto negare voluit, nec ſpiritale, & ſupercœleſte corpus concedere, ſatiſque ſibi viſum fuit, ſic carnem, & quidem veram, in Chriſto admitteret, ut à preceptore, & condiſcipulo diſcriminaretur, non tamen deſumptam ex B.Virgine, ut cum illis concordaret, ſed ex quatuor compactam Elementis: ut hoc pacto nativitatem Chriſti negaret, & veram carnem in Cnriſto concederet. Et hoc eſt quod ait Tertullianus in præcit.libro de carne Cbriſti cap.1. „Marcion „ ut carnem Chriſti negaret, negavit etiam „ nativitatem, aut ut nativitatem negaret, „ negavit & carnem: Scilicet nè invicem ſibi „ teſtimonium redderent, & reſponderent na„ tivitas, & càro: quià nec nativitas ſinè „ carne, nec caro ſinè nativitate: quaſi non „ eadem licentia hæretica & ipſe potuiſſet, „ aut admiſſa carne nativitatem negare, ut „ Apelles Diſcipulus, & poſteà deſertor „ ipſius: aut & carnem, & nativitatem con„ feſſus, aliter illas interpretari, ut condi„ ſcipulus & condeſertor ejus Valentinus. „ *Hæc Tertullianus*.

39. Itaque non minus impius Apelles negans Chriſtum de Virgine carnem ſuſcepiſſe, quàm fuerit Marcion abrogans Chriſti nativitatem, ſive Valentinus concedens Chriſto cœleſte & ſpiritale corpus: Si quidem ità blaſphemando neceſſe eſt in hanc deſcendant impietatem, ut dicant falsò Chriſtum ſe filium hominis appellaſſe. Matthæi cap. 16. verſ.14. *Quem dicunt homines eſſe filium hominis*, & cap.17. verſ.21. *Filius hominis tradendus eſt in manus hominnm, & occident eum, & tertia die reſurget*. Et cap. 24. verſ.30. *Et tunc parebit ſignum filij hominis in Cælo. Et videbunt filium hominis venientem in nubibus Cæli*. Et cap.26. verſ.a. *Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, & Filius hominis tradetur, ut Crucifigatur*. Et ità alibi: Non enim verè filius hominis eſt, qui de homine ſuſcepit nihil: Qui autem ex elementis corpus accepit, non de homine, nihil accepit ab homine, nihil ergò Chriſtns accepiſſet ab homine, ſi non ex Virgine, ſed ex elementis corpus ſuſcepiſſet, & ità verè filins hominis non eſſet.

40. Neque filius David verè diceretur Chriſtus ſi carnem de Virgine non ſuſcepiſſet: non enim caro ex elementis compacta ex ſemine David ortum habet: *Chriſtus verò factus eſt ex ſemine David ſecundum carnem*, ut ait Paulus ad Rom. cap.1. Et Angelus apud Lucam cap.1. *Dabit illi Dominus Deus ſedem David Patris ejus*. Matthæus quoque deſcribens Chriſti generationem filium David illnm vocat. cap. 1. inquiens: *Liber generationis Jeſu Chriſti filii David*. Si ergò Chriſtus ex elementis corpus ſibi confeciſſet, caro Chriſti nequaquam ex ſemine David traheret Originem, ſi ex Semine David Originem non haberet, Chriſtus David filius minimè diceretur: & ſic aut mentirentur Scripturæ, aut neceſſe eſt mentiatur Apelles, utique non Scripturæ Divinitus inſpiratæ, certè Apelles.

41. Deindè, per hoc quòd velit, Chriſtum relicto corpore in Cœlum aſcendiſſe, in eam videtur deſcendere opinionem, ut animarum dumtaxat ſit reſurrectio, corporum verò nequa-

Digitized by Google

nequaquam, quemadmodnm Cerdo docuerat apud Irenæum lib. 1. cap. 28. Sed certum eſt, ut Evangelica narrat hiſtoria Joannis cap. 20. Chriſtum à mortuis corpore induto reſurrexiſſe, non enim ſola anima reſurrexit, ſed corpus animæ unitum: Reſurrectio magis corporibus convenit, quàm animæ: quià anima non moritur, ſed corpora per animæ ſeparationem mortalia ſunt: dnm porrò Corpori anima reſtitnitur, perfecta habetur reſurrectio. Chriſtns ergo perfectè reſurrexit, qnià ejus anima corpus vivificans, corpori fuit reſtituta: & ideò minimè ſinè corpore, ſed cum eo Diſcipulis apparuit, quibus & cicatrices, quas ab Impiis pertulerat, oſtendit: *Venit Jeſus, & ſtetit in medio, & dixit eis. Pax vobis: & cùm hoc dixiſſet oſtendit eis manus & latus*. Et Thomæ non credenti, dixit Joan. cit. *Infer digitum tuum, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum*. Niſi ergo Evangelicæ repudientur Scripturæ, negari non poteſt reſurrectio Chriſti in ſua Carne.

42. Dimiſiſſe autem carnem dum ad Cœlum aſcenderat, nemo adhuc præter Apellem ſomniaverat. Certè Apoſtoli Dominicæ aſcenſionis Spectatores, & Teſtes, non animam Chriſti in Cœlum aſcendentem viderunt, ſed animatum corpus: quià anima non eſt objectum ocularis viſus: Quarè Lucas cap. ult. de Chriſti aſcenſione loquens ait: *Et elevatis Manibus ſuis benedixit eis*: & *factum eſt dum benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in Cœlum*. Et in Actor. hiſt. cap. 1. *Videntibus illis, inquit, elevatus eſt; & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum*. Neque certè dum inter nubes à Diſcipulorum oculis diſparuit, carnem dimiſit: quoniam Cœleſtes Spiritus, qui tunc aſtiterant, conteſtarunt iterum Chriſtum venturum, quemadmodum in Cœlum aſcendentem, viderant: *Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in Cœlum? Hic Jeſus, qui aſſumptus eſt à vobis in Cœlum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in Cœlum*. Viderunt autem Chriſtum in carne aſcendentem in Cœlum, in carne ergo iterum veniet: non ergò carnem amiſit, dum in Cœlum conſcendit.

43. Deniquè Protomartyr Stephanus corporeis oculis, dum furentibus in eum Judæis, lapidibus obruebatur, aperto Cœlo, vidit Jeſum ſtantem à dextris virtutis Dei. Actor. cap. 7. verſ. 55. *Intendens in Cœlum vidit gloriam Dei, & Jeſum ſtantem à dextris Dei: Et ait: Ecce video Cœlos apertos & filium hominis ſtantem à dextris Dei*. Non enim ſolam vidit animam, cujus non eſt ſtare, nec ſedere, qui ſunt corporis modi: Vidit ergò Chriſtum in corpore, ſeu animatum Chriſti corpus, ſivè Chriſtum in carne, quemadmodum à mortuis reſurrexerat: ergo dum in Cœlum aſcendit, corpus, ſivè carnem nequaquam dimiſit.

COMMENTARIUS

In Hæreſim III.

44. S*Acram Scripturam*) Parentum ſnorum, Simonis videlicet, Baſilidis, Carpocratis, Valentini, Ptolæmei, Heracleonis, Cerdonis, Marcionis, aliorumve, qui, ut ſuas hæreſes conſtabilire, & prava adverſus veritatem dogmata firmare tutius valerent, Sanctis, & divinitns inſpiratis Scripturis adverſati ſunt, veſtigia ſequens Apelles, & ipſe pro nihilo eas habuit, & veluti fabuloſa, quæ à Prophetis ſcripta ſunt repudiare non eſt veritus. Quarè Euſebius lib. 5. hiſtor. cap. 13. in fine hæc ſcribit. „ Iſto „ porrò, quem diximus, Apelles, plurima „ adverſns legem Moſaycam impiè eſt locu„ tus, multiſque libris maledicentiſſimis Ora„ cula Divina inſectatus eſt, dnm ea confu„ tare, & ut quidem ſibi videbatur penitus „ evertere, ingenti ſtudio molitur. „ Sed & poſt Apellem eandem impietatem ſectati ſunt Manichæi, ut refert Epiphanius in hæreſi *66*. & de quibus nos ſno loco, inter quos primas partes poſt Cubricum, ſive Manetem obtinuerunt Addas Manetis diſcipulus, Fauſtus Milevitanus, & quidam innominatus Fabritii Diſcipulns: quorum meminit S. Auguſtinus lib. 2. contrà Adverſar. Legis, & Prophetarum.

45. Lata ex hoc cunctis ſuccedentibus hæreticis aperta eſt via calnmniandi Scripturas; aut in totum, aut ex parte illas reiiciendo, præcipuè ſi quid in eis ipſorum impietati contrarium ſcriptum continetur. Hoc pacto Theodorus quidam Mopſueſtites, ut habetur in Actis V. Synodi, & notat Sixtus Senenſis lib. 8. Biblioth. Sanctæ, aſſoruit nihil in Prophetis contineri, qnod evidenter de Chriſto pronunciatum ſit, ſed majores noſtros ea, quæ de aliis rebus dicta fuerant ex propria voluntate ad Chriſtum traxiſſe: proindè voluiſſe videtur, Prophetarum libros nihil in ſe habere, cnjus gratia recipi debeant, prout idem Sixtus Senenſis infert.

46. Anabaptiſtæ verò, inter Recentiores hæreticos peſtilentiſſimi, & Servetiani à Michaele ſerveto ſic nuncupati, ne ex veteris Teſtamenti Scriptura de falſitate eorum dogmatum convincerentur, aſſerebant in Veteribus Scripturis ab Eccleſia in præſentiarum receptis, multa tàm à Judæis, quàm à Chriſtianis falſata, multa quoque partim ſuperaddita, partim verò ſnbtracta fuiſse. De novo autem Teſtamento & hoc auſi ſunt aſserere, non eſse ab Apoſtolis Scriptum, nec opus eſſe ea omnia credere, quæ in eo continentur. Quæ certè fnit Manichæorum doctrina apud D. Auguſtinum lib. 33. contrà Fauſtum cap. 3. ut ſuo loco dicemus.

47. De Pſalmis Davidis iidem Anabapti-

ſtæ tradunt, neque à Davide, neque ab aliquo Sancto viro Divinitus eruditis, conditos eſſe, ſed à quibuſdam recentioribus Judæorum Magiſtria poſt Chriſti adventum compoſitos: Quem errorem Philaſtrius adſcribit Nicolaitis, Gnoſticis, & Manichæia. Et ſimiliter id quod de Danielis hiſtoria & Profetia Antiqui hæretici commenti ſunt, reaſſumpſerunt præfati Anabaptiſtæ, aſſerentea aut totum volumen eſſe Suppoſititium, aut certè ex es parte, quæ in Hebraicis codicibus non habetur. In quo omnea prætenſi Reformati concordant.

48. De Cantico Canticorum Salomonia variæ fuerunt olim opinionea, quas refert Theodoretus in Præfat. ad hunc librum: alii aſſerentes præfatum librum nihil aliud eſſe quàm familiare colloquium inter Salomonem, & Rempublicam Judæorum invitsntem Salomonem dilectum ſuum ad regnandum ſuper eam. Alii verò eſſe colloquium inter Salomonem & filiam Pharaonis Sponſam ſuam, quam Abiſai Sunamitidem extitiſſe confinxerant; ac proindè ab albo canonicarum Scripturarum expunxerunt. „ Cæterum, *ait Theodoretus*, „ quia plerique ex iis, qui Canticum Can- „ ticorum calumniantur, ac Spiritualem li- „ brum eſſe negant, fabulas quaſdam nè ani- „ culis quidem delirantibus dignas conte- „ xunt; alii nimirùm, quòd Sapiens Salo- „ mon de ſe ipſo, deque Pharaonis filia con- „ ſcripſerit; nonnulli autem eidem affines „ ſtultitiæ prò Phsraonia filia Sponſam eſſe „ Abiſai Sunamitidem confinxerunt; quidam „ verò prudentius conſiderantes, Sermonem „ hunc regium appellarunt, ut Sponſæ no- „ mine populus, Sponſi autem Rex intelli- „ gatur; opere prætium nos facturos puto, „ ſi interpretationia initio prius falſaa, ac per- „ niciofas iſtorum opiniones confutemus. „ *Hæc Theodoretus.*

49. Philsſtrius item in lib. de hæreſ. refert, quoſdam extitiſſe, qui dicerent, Canticum iſtud à Salomone, jam à ſula concubinis depravato, compoſitum in laudem Pharaonis filiæ, quam ipſe omnium Mulierum ſuarum formoſiſſimam, sdamavit. Et idem recenſet Jacobua Chryſtopolitanus Epiſcopua in Præfat. hujua libri; cui errori adhæſerunt Anabaptiſtæ, & cum eis Caſtalinnus in Annotationibus ejuſdem libri, aſſerentes nil aliud eſſe Canticum Canticorum præter colloquium Salomonis cum amica ſua Sulamitha, nihilque habere Spirituale, nihil Divinum, & nequaquam dignum ut inter Canonicaa recipiatur Scripturas.

50. Libros quoque Sapientiæ, & Eccleſiaſtici rejecerunt à Canone nonnulli Pelagiani apud Hilarium in Epiſtola sd Auguſtinum, quoa ſecuti ſunt iidem Anabaptiſtæ, quorum librorum Auctorem eſſe voluerunt Philonem Judæum, qui poſt Chriſtum claruit, & ſub Cajo Cæſare. Qui pariter & librum Job deridentes, nonniſi fabulam, & Tragicomediam Hebræorum dixerunt, contendentea Job nunquam vixiſſe, aut extitiſſe in rerum natura. Expanxerunt inſuper à Canone Sacrorum librorum Eſdræ libros, Tobiæ, Judith, atque Heſter, nec non & Machabæorum, ut videre eſt apud Sixtum Senenſem lib. 8. cit.

51. Porrò cuncti prætenſi Reformati, ſive Proteſtantes, aut Evangelici, vel quovia nomine appellentur, qui ab Eccleſia Romana Catholica receſſerunt, conveniunt in abiiciendis à Canone Sanctsrum Scripturarum Machabæorum libria, Judith quoque & Tobiæ, Suſannæ hiſtoriâ, & alterâ Heſter, Danielia verò ex parte. Et ità Calvinua lib. 1. Inſtit. cap. 1 t. §. 8. & lib. 2. cap. 5. §. 18. quem Calviniani omnes ſequuntur. Lutherua item, & Zuinglius in Præfationibua Bibliorum juxtà eorundem verſionem. Centuriatores quoque lib. 2. centur. 1. cap. 4. Kemnitiua in Exam. ſeſſ. 4. Concil. Trident. & Brentius in Confeſſ. Wittemberg.

52. Nec ſanè rectius ſe geſſerunt circa novi Teſtamenti libros: nam Anabaptiſtæ abrogant Matthæi Evangelium, veluti non Hebraicè Scriptum illud quod nunc habemus, ſed Græcè dumtaxat. Mitiores bis Ebionæi, qui quamvia illud mutilaverint, & corruperint, non ſunt tamen auſi in totum reiicere. In oppoſitum verò, Ebionæi, & Cerinthiani Evangelium Marci prorſua abjecerunt; Anabaptiſtæ verò tantùm ex parte, ea videlicet, quæ eorum adverſatur Dogmatibua, aſſerentes eſſe à falſariis diverſis in locis depravatum, corruptum, atque interpollatum; quemadmodum & idem faſſi ſunt de Lucæ, atque Joannis Evsngeliis, emulati Cerdonianos, & Marcioniſtas.

53. Denique Lutherus non recipit inter Canonicas Scripturas Epiſtolam Pauli ad Hebræos, quam non vult eſſe Pauli fætum, prout notat in præfat. in hanc Epiſt. Cui adhærent Centuriatores lib. a. Centur. t. cap. 4. Brentius, & Kemnitiua locia cit. Qui & idem aſſerunt de Epiſtola Catholica Jacobi, & altera Judæ. Apocalypſim quoque Joannis explodit Lutherus, cui majorem fidem non vult adhibendam, quam libro Eſdræ 4. ut tradit in quadam Præfat. in lib. Novi Teſtamenti: Et cum eo conſentiunt Brentius, & Kemnitiua; ſed recedunt ab hac opinione Centuriatores, qui omninò Apocalypſim Joannis volunt eſſe in Canone recipiendam, ſicut affirmat Calvinus, & cum eo tradunt Calviniani, ut liquet ex Confeſſione fidei Piſſiaci oblata cap. 3. & ex altera Miniſtrorum Rhetiæ à Jacobo Pecinino exhibita ad calcem ſuæ Apologiæ pro Eccleſia Reformata, idiomate Italico impreſſa Coiræ anno 1706. Nec adverſantur Epiſtolia Canonicis Jscobi, & Judæ, & Pauli ad Hebræos, quas in Canone conſignatas volunt.

54. Cæterum novi Evangelici, ſive prætenſi Reformsti in abiiciendia à Canone Scripturis illis, ſive in parte, ſive in totum, quas

Eccle-

Google

Eccleſia Romano-Catholica retinet, imitati
ſunt antiquos Hæreſiarchas, jam ab Eccleſia
Univerſa, & cunctis Patribus proſciptos,
atque execratos. Etenim de Marcione ſcribit
Epiphanius hæreſi 42. §.9. „ Iſte ſolum Evan-
„ gelinm Lucæ amplectitur, amputato ta-
„ men ejus initio, quod ibi Salvatoris in ute-
„ ro generationem, & ejuſdem adventum cum
„ Corpore perſpicuè commemoret. Nec ini-
„ tium modò eircumſcripſit ſui potiùs quam
„ Evangelii corruptor: Sed & ex initio pa-
„ riter ac medio pleraſque veritatis Senten-
„ tias ſuſtulit, aliaſque prò illis ſubſtituit.
„ Hanc unam porrò Evangelii formam, quod
„ à Luca ſcriptum admittit. Epiſtolas præ-
„ terea Pauli Apoſtoli decem, quibus ſolis
„ utitur, nec iis quidem integris, ſed alia
„ ex illis capita detrahit, alia commutat.
„ Atque hos duos libros dumtaxat prò Ca-
„ nonicis habet. „ *Hæc Epiphanius de Mar-
cione*; Enumerans poſteà quas Marcion re-
tinet Epiſtolas, ait eſſe, Epiſtolam ad Gala-
tas unam, ad Corinthios primam, & ſecun-
dam, ad Romanos unam, ad Theſſalonicen-
ſes duas, unam ad Coloſſenſes, unam ad Ephe-
ſios, ad Philemonem unam, & unam ad Phi-
lippenſes.

55. Neque aliter ſe geſſiſſe Apellem Mar-
cionis auditorem, de quo in præſentiarum
agimus, circa Sacras Divinitus inſpiratas
Scripturas, innuit idem Epiphanius hæreſ.44.
num.5. ubi Apellem alloquens ait: „ Cæte-
„ rum cum è Sacris litteris quicquid pla-
„ cuerit eligas, aut reiicias, planè Judicem
„ te Legum, non interpretem facis, ac de-
„ lectorem omnium, quæ ex animi tui Sen-
„ tentia minimè ſcripta ſunt; quæ & ſi ve-
„ riſſima ſint, falsò à te nihilominus com-
„ mutantur, & ad tuum, ac tuorum errorem
„ accomodantur. „ *Hæc Epiphanius*.

56. Certè Lutherus non alia via contrà
vetuſtam Eccleſiæ fidem progreſſus, ut im-
pia, & omni execratione digna, nova dogma-
ta conſtabiliret, quam mutilando, interpol-
lando, atque omni prorſus modo falſando, &
corrumpendo receptas in Univerſa Eccleſia
Scripturas. A ſua Novi Teſtamenti verſione
initium accepit novi Evangelii prædicatio:
quòd ſanè novum Evangelium dici meritò
potuit, quià vetuſto, Apoſtolico, atque Di-
vino Contrarium: immò potiùs Evangelium
Lutheri, quàm alicujus Evangeliſtæ Dei.
Hinc Joannes Cochlæus in libello de Actis,
& Scriptis Lutheri, ſub anno 1522. agens
de hac Lutheri verſione ait: „ Quis enim ſa-
„ tis enarrare queat, quantus diſſidiorum,
„ turbationumque, & ruinarum fomes &
„ occaſio fuerit ea novi Teſtamenti transla-
„ tio? In qua vir jurgiorum, data opera
„ contra veterem, & probatam Eccleſiæ le-
„ ctionem, multa addidit, & in alium ſen-
„ ſum detorſit: multa adjecit in Marginibus
„ paſſim gloſſas erroneas, atque cavilloſas, &
„ in præfationibus nihil malignitatis omiſit,
„ ut in partes ſuas traheret lectorem. Inventi
„ ſunt igitur ex Germanis, qui ex ea transla-
„ tione admiſſos ab eo paſſim errores & mu-
„ tationes collegerunt alii ſupra mille, alii
„ pauciores. „ *Hæc Cochlæus*.

57. Modò itaquè & contrà Apellem,
alioſque vetuſtos hæreſiarchas, nec non &
contra Recentiores, qui ſub ſpecioſo refor-
mationis prætextu, receptam in Eccleſia di-
ſciplinam de Canonicis Sacræ Scripturæ li-
bris contempſerunt, novamque, ſed à veri-
tate prorſus aberrantem ſubintroduxerunt,
diſcutiendum remanet, videndumque, quinam
libri ſecundum receptam antiquam Apoſto-
licarum Eccleſiarum, immò totius Univerſa-
lis Eccleſiæ diſciplinam, retinendi ſint in Ca-
none, & pro Divinitus inſpiratis Scripturis
habendi.

58. Certum eſt ab exordio Naſcentis Ec-
cleſiæ pro canonicis, & divinitus inſpiratis
Scripturis, paucis exceptis, receptos fuiſſe
quot quot in Canone libros retinet Eccleſia
Romana Catholica juxta Decretum Concilii
Tridentini ſeſſ.4. quæ eſt de Scripturis Ca-
nonicis: In quo ex Veteri Teſtamento recen-
ſentur Moyſi quinque, videlicet, Geneſis,
Exodus, Leviticus, Numeri, Deuterono-
mium, item Libri Joſue, Judicum, Ruth:
Quatuor Regum, & duo Paralipomenon,
primus, & ſecundus Eſdræ qui dicitur Ne-
hemias: Tobiæ, Judith, Heſter, Job, &
Pſalterium Davidis centum quinquaginta
Pſalmorum. Porrò Parabolæ, Eccleſiaſtes,
Canticum Canticorum, Sapientia, Eccle-
ſiaſticus: Eſaias, Hieremias cum Baruch.
Ezechiel, Daniel: duodecim Prophetæ Mi-
nores, ideſt, Oſea, Joel, Amos, Abdias,
Jonas, Michæas, Nahum, Abacuc, Sopho-
nias, Aggæus, Zaccharias, Malachias, Ma-
chabæorum libri duo; videlicet, primus,
& ſecundus: qui omnes complent numerum
librorum Scripturæ veteris Teſtamenti XLIV.

59. Libri verò, qui novi Teſtamenti
nuncupantur recepti, & in eodem decreto
recenſiti, numerantur infraſcripti, nimirùm
quatuor Evangelia, ſecundum Matthæum,
ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, &
ſecundum Joannem. Actus Apoſtolorum à
Luca conſcripti: Quatuordecim Epiſtolæ
Pauli Apoſtoli, videlicèt, ad Romanos una,
duæ ad Corinthios, una ad Galatas, una
ad Epheſios, una ad Philippenſes: duæ ad
Teſſalonicenſes, duæ ad Timotheum. Ad
Titum una, ad Philemonem una, ad He-
bræos una: Petri Apoſtoli duæ, Joannis
Apoſtoli tres, Jacobi Apoſtoli una, Judæ
Apoſtoli una, & Apocalypſis Joannis: om-
neſque ſunt numero XXVII.

60. Dixi ab exordio Naſcentis Eccleſiæ
hos libros pro Canonicis habitos, paucis
exceptis, quiá de nonnullis fuit ab initio
dubitatum ab aliquibus, licèt à plurimis
rece-

recepti, cujus generis fuernnt libri, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Machabæorum, Judith, & Tobiæ: Inſuper extrema Capita libri Heſter, nonnulla capita Danielis, & Suſannæ hiſtoria. Et quidem unica hac de cauſa, quiâ hujuſmodi libri non habentur in Canone Hebræorum, prout notat S. Hieronymus tùm in Præfation. ad hos libros, tùm in Prologo Galeato.

61. De Novi Teſtmenti Scripturis, ſcribit Euſebius lib. 3. hiſtor. cap. 15. ſine ulla contradictione, atque unanimi omnium conſenſu in Canone recepta fuiſſe quatuor ſupra recenſita Evangelia, Actus Apoſtolorum, Pauli Epiſtolas treſdecim: Epiſtolam primam Joannis, Petri quoque primam. Cæterum ab aliquibus in dubium revocatam fuiſſe, ſubjungit, Pauli Epiſtolam ad Hebræos, ac etiam Joannis Apocalypſim: neque communiter receptas fuiſſe, refert, ſecundam, & tertiam Joannis Epiſtolam, Petri ſecundam, ac Jacobi Epiſtolam, & alteram Judæ.

62. Indè temporis progreſſu, reddita Eccleſiæ pace ſub Imperio Magni Conſtantini, ſpectata inſuper vetuſtiſſimarum Eccleſiarum Traditione, atque ex earundem teſtimonio, omni prorſus depoſita dubietate fuerunt in Canone recepti illi quoque Scripturæ libri recenſiti, de quibus ab aliquibus controvertebatur, & in dubium fuerant revocati: Proindè in Concilio Laodiceno celebrato circa annum Domini CCCXX. paulò ante magnam Synodum Nicænam, ex libris novi Teſtamenti, excepta Apocalypſi Joannis, cæteri enumerati libri repoſiti fuerunt in Canone, ut liquet ex Canone 59. ejuſdem Synodi. Tunc ergo communi Patrum conſenſu pro canonicis & divinitus inſpiratis Scripturis receptæ fuerunt Epiſtolæ Judæ, & Jacobi, ſecunda & tertia Joannis, & ſecunda quoque Petri. Ex libris porrò veteris Teſtamenti, neque recepti, neque repudiati, ſed omiſſi dumtaxat fuerunt Machabæorum libri, liber inſuper Eccleſiaſtici, liber Sapientiæ, Tobiæ quoque, & liber Judith, donec facta diligentiori indagine, quid abſque vel minima hæſitatione decernendum foret dignoſceretur.

63. Verba Canonis Laodiceni ſunt. „ Quæ autem oporteat legi, & in auctoritatem recidi, hæc ſunt. Geneſis, Exodus, Leviticus, Nnmeri, Deuteronomium, Jeſu Nave, Judicum, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Eſdræ, liber Pſalmorum numero centumquinquaginta, Proverbia Salomonis, Eccleſiaſtes, Cantica Canticorum, Job, Heſter: Duodecim Prophetarum Libri, ideſt, Oſeæ, & Amos, Joel, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Abacuc, Sophonias, Aggæas, Zaccharias, Malachias: Iſaias, Hieremias, Ezechiel, & Daniel. Novi Teſtmenti, Evangelia quatuor ſecundum Matthæum, ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, ſecundnm Joannem. Actus Apoſtolorum: Canonicæ Epiſtolæ ſeptem, Jacobi una, Petri duæ, Joannis tres, Judæ una: Epiſtolæ Pauli Apoſtoli numero quatuordecim, ad Romanos, ad Corintios duæ, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes una, ad Coloſſenſes una, ad Theſſalonicenſes duæ, ad Timotheum duæ, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos. *Hactenus Canon Laodicenus*.

64. Exeunte porrò ſæculo IV. circa annum Domini CCCXCVII. Patres Concilii Carthaginenſis III. quos omiſerant libros Laodiceni Patres, ex antiquitate, & Apoſtolicarum Eccleſiarum teſtimonio comperta veritate, omni prorſus depoſita dubietate, in Canone repoſuerunt. Tunc autem citra omnem controverſiam prò Canonicis, & divinitus inſpiratis Scripturis recepti fuerunt duo Machabæorum libri, Apocalypſis Joannis Apoſtoli, libri Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Tobiæ, & Judith; quì libri & ſi apud plurimos prò Canonicis haberentur, à nonnullis tamen, ante præfatum Concilium revocabantur in dubium. Quarè Canone XLVIII. laudati Carthaginenſis Concilii ità decernitur.

65. „ Placuit, ut præter Scripturas canonicas nihil in Eccleſia legatur ſub nomine Scripturarum Divinarum. Sunt autem Canonicæ Scripturæ, ideſt, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Jeſu, Nave, Judicum, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Job unus, Pſalterium, Davidicum, Salomonis libri quinque, libri duodecim Prophetarum, Iſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Judith, Heſter, Eſdræ libri duo. Novi autem Teſtamenti viginti ſeptem. Evangeliorum libri quatuor, Actuum Apoſtolorum liber unus, Pauli Apoſtoli Epiſtolæ treſdecim, ejuſdem ad Hebræos una, Petri Apoſtoli duæ, Joannis Apoſtoli tres, Judæ Apoſtoli una, & Jacobi una, Apocalypſis Joannis liber unus, qui ſunt viginti ſeptem. „ *Hactenus Canon Carthaginenſis*.

66. Neque aſſentiendum eſt Acatholicia illis, qui præſtum Canonem Synodi Carthaginenſis ſuppoſititium & Apocryphum dicunt: Nàm D. Auguſtinus, qui eidem Concilio ſubſcripſit, lib. 2. de Doctrina Chriſtiana cap8. illum prò genuino habet, dùm eoſdem Scripturæ libros inter canonicos receuſet, qui in laudato Canone numerantur. „ Totus autem Canon Scripturarum, *inquit*, in quo iſtam conſiderationem verſandam dicimus, his libris continetur: Quinque Moyſis, ideſt, Geneſi, Exodo, Levitico, Numeris, Deuteronomio, & uno libro Jeſu Nave, uno Judicum, uno „ libel-

„ libello, qui appellatur Ruth, qui magis
„ ad Regnorum principia videtur pertinere.
„ Deindè quatuor Regnorum, & duobus Pa-
„ ralipomenon, non conſequentibus, ſed quaſi
„ à latere adjunctis, ſimulque pergentibus.
„ Hæc eſt hiſtoria, quæ ſibimet annexa tem-
„ pora continet, atque ordinem rerum.

67. „ Sunt aliæ tanquam ex diverſo or-
„ dine, quæ neque huic ordini, neque in-
„ ter ſe connectuntur, ſicuti eſt Job, &
„ Tobias, & Heſter, & Judith, & Macha-
„ bæorum libri duo, & Eſdræ duo, qui
„ magis ſubſequi videntur ordinatam illam
„ hiſtoriam, uſque ad Regnorum, vel Pa-
„ ralipomenon terminatam. Deindè Prophe-
„ tæ, in quibus David unus liber Pſalmo-
„ rum, & Salomonis tres; Proverbiorum,
„ Cantica Canticorum, & Eccleſiaſtes: nàm
„ alii duo libri, unus qui Sapientia, &
„ alius qui Eccleſiaſticus inſcribitur, de
„ quadam ſimilitudine Salomonis eſſe di-
„ cuntur: nàm Jeſus filius Sirach eos ſcri-
„ pſiſſe conſtantiſſimè perhibetur: qui ta-
„ men, quoniam in Auctoritatem recipi
„ meruerunt, inter propheticos numerandi
„ ſunt.

68. „ Reliqui ſunt eorum libri, qui pro-
„ priè Prophetæ appellati ſunt: duodecim
„ Prophetarum libri ſinguli, qui connexi
„ ſibimet, quoniam nunquam ſejuncti ſunt,
„ prò uno habentur: quorum Prophetarum
„ nomina ſunt hæc: Oſeæ, Joel, Amos,
„ Abdias, Jonas, Micheas, Nahum, Aba-
„ cuc, Sophonias, Aggæus, Zaccharias, Ma-
„ lachias, deindè quatuor Prophetæ ſunt
„ majorum voluminum, Eſaias, Hieremias,
„ Daniel, Ezechiel, his quadraginta qua-
„ tuor libris veteris Teſtamenti terminatur
„ authoritas.

69. „ Novi autem quatuor libris Evan-
„ gelii, ſecundum Matthæum, ſecundum
„ Marcum, ſecundum Lucam, ſecundum
„ Joannem, quatuordecim Epiſtolis Pauli
„ Apoſtoli, ad Romanos, ad Corinthios
„ duabus, ad Galatas, ad Epheſios, ad
„ Philippenſes, ad Theſſalonicenſes dua-
„ bus, ad Coloſſenſes, ad Timotheum dua-
„ bus, ad Titum, ad Philemonem, ad He-
„ bræos; Petri duabus, tribus Joannis, una
„ Judæ, & una Jacobi, Actibus Apoſtolo-
„ rum libro uno, & Apocalypſis Joannis
„ libro uno. In his omnibus libris timen-
„ tes Deum, & pietate manſueti, quærunt
„ voluntatem Dei. „ *Hactenus D. Augu-ſtinus*.

70. Et ſanè ea tempeſtate hanc fuiſſe de
Scripturis Canonicis Univerſalis Eccleſiæ
fidem tradit etiam Innocentius I. Auguſtino
Synchronus, qui exeunte ſæculo IV. ſive
ineunte V. claruit, in Epiſtola quam ad
Exuperium ſcripſit Epiſcopum Toloſanum,
in qua inter multa ad Eccleſiaſticam Diſci-
plinam pertinentia, cap.7. eos recenſet Sa-
cræ Scripturæ libros, quos tunc in Cano-
ne Eccleſia retinebat, inquiens: „ Qui verò
„ libri recipiantur in Canone Sanctarum
„ Scripturarum, brevis annexus oſtendit.
„ Hæc ſunt ergò, quæ deſiderata moneri
„ voce voluiſti: Moſis libri quinque, ideſt,
„ Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri,
„ Deuteronomium, nec non, & Jeſu Na-
„ ve, & Judicum, & Regnorum libri qua-
„ tuor, ſimul & Ruth: Prophetarum libri
„ ſexdecim, Salomonis libri quinque, Pſal-
„ terium. Item hiſtoriarum, Job liber unus,
„ Tobiæ unus, Heſter unus, Judith unus,
„ Machabæorum duo, Eſdræ duo, Parali-
„ pomenon duo. Item novi Teſtamenti:
„ Evangeliorum libri quatuor, Pauli Apo-
„ ſtoli Epiſtolæ quatuordecim, Epiſtolæ
„ Joannis tres, Epiſtolæ Petri duæ, Epi-
„ ſtola Judæ, Epiſtola Jacobi, Actus Apo-
„ ſtolorum, Apocalypſis Joannis. „ *Hæc In-nocentius*. At exeunte ſæculo V. circa an-
num Domini CCCCXCVII. Gelaſius Papa
in Concilio Romano Epiſcoporum ſeptua-
ginta in Decreto de Canonicis, & Apocry-
phis Scripturis, eoſdem in Canone recenſet,
quos ſupra numeravimus: Etenim in Tomis
Conciliorum hæc leguntur.

71. *Ordo Librorum Veteris Teſtamenti, quem Sancta Catholica Romana ſuſcipit, & veneratur Eccleſia, digeſtus à Gelaſio Papa cum ſeptuaginta Epiſcopis.*

„ Geneſis liber unus, Exodi liber unus,
„ Levitici liber unus, Numeri liber unus,
„ Deuteronomii liber unus, Jeſu Nave li-
„ ber unus, Judicum liber unus, Ruth li-
„ ber unus, Regnorum libri quatuor; Pa-
„ ralipomenon libri duo, Pſalmorum 150.
„ liber unus, Salomonis libri duo, Pro-
„ verbia, Eccleſiaſtes, & Cantica Cantico-
„ rum. Item Sapientiæ liber unus, Eccle-
„ ſiaſticus liber unus. Item ordo Propheta-
„ rum: Eſaiæ liber unus, Hieremiæ liber
„ unus, Cinoth, ideſt, de Lamentationi-
„ bus ſuis, Ezechielis liber unus, Danie-
„ lis liber unus, Oſeæ liber unus, Amos
„ liber unus, Micheæ liber unus, Johel li-
„ ber unus, Abdiæ liber unus, Jonæ liber
„ unus, Nahum liber unus, Abacuc liber
„ unus, Sophoniæ liber unus, Aggæi liber
„ unus, Zacchariæ liber unus, Malachiæ
„ liber unus. Item ordo hiſtoriarum: Job
„ liber unus, Tobiæ liber unus, Eſdræ li-
„ ber unus; Heſter liber unus, Judith li-
„ ber unus, Machabæorum liber unus.

72. *Item Ordo Scripturarum novi, & æterni Teſtamenti.*

„ Evangeliorum libri quatuor: Secundum
„ Mat-

„ Matthæum liber unus, ſecundum Marcum liber unus, ſecundum Lucam liber unus, ſecundum Joannem liber unus, „ Actuum Apoſtolorum liber unus: Epiſtolæ Pauli Apoſtoli numero quatuordecim; „ Ad Romanos Epiſtola una, ad Corinthios „ Epiſtolæ duæ, ad Galatas Epiſtola una, „ ad Theſſalonicenſes Epiſtolæ duæ, ad „ Epheſios Epiſtola una, ad Philippenſes „ Epiſtola una, ad Coloſſenſes Epiſtola una, „ ad Timotheum Epiſtolæ duæ, ad Titum „ Epiſtola una, ad Philemonem Epiſtola „ una, ad Hebræos Epiſtola una. Item „ Apocalypſis Joannis liber unus. Item Canonicæ Epiſtolæ numero ſeptem: Jacobi „ Apoſtoli Epiſtola una, Petri Apoſtoli „ Epiſtolæ duæ, Joannis Apoſtoli Epiſtolæ „ tres, Judæ Zelotis Apoſtoli Epiſtola una. *Hæc in Decreto Gelaſii*.

73. Itaque ex allatis ſolidum eruitur argumentum adverſus modernos Apellitas, novos Evangelicos, atque prætenſos Reformatos, qui Canoni Concilii Tridentini de libris Canonicis adverſantur, quaſi in eo à Tridentinis Patribus recenſiti fuerint plures ac primitiva retinuerit Eccleſia, vim ex allegatis decretis palam conſtat, nihil novi addidiſſe Tridentini Patres, ſolumve recepiſſe, atque in Canone retinuiſſe cos dumtaxat libros, quos Eccleſia primitiva, in prioribus quinque ſæculis recepit, & retinuit.

74. Neque eſt prætereundum quòd ipſimet Reformati de Eccleſia Romano-Catholicæ defectione oblaterant: Non enim auſi ſunt aſſerere nunquam in Eccleſia Romana viguiſſe veritatem, atque puritatem doctrinæ Apoſtolicæ, viguiſſe ad tempus fatentur, defeciſſe poſtmodum, ac proindè indiguiſſe reformatione, ut in priſtinam reſtitueretur puritatem. Hæc eſt communis Proteſtantium, ſive Evangelicorum cantilena. Verùm licèt miram paſſi fuerint difficultatem primi illi Reformatores in definiendo defectionis Eccleſiæ Romano-Catholicæ præciſo tempore, ad extremum in hanc unam, & ipſis magis plauſibilem conſpirarunt ſententiam, nimirum, Eccleſiam Romano-Catholicam in primis quinquæ Sæculis puritatem Apoſtolicæ Doctrinæ retinuiſſe. Id quod ex pluribus eorundem Evangelicorum teſtimoniis demonſtrare facilè poſſumus.

75. Et primò Calvinus unus ex anteſignanis eorum lib. 1. Inſtit. cap. 11. ſect. 13. in terminis ait: *Meminerimus quingentis circiter annis magis adhuc floruiſſe Religionem, & ſynceram fidem*. Neque diffitetur aſſerere etiam in VI. Sæculo retentam fuiſſe, dùm in temporum ſupputatione, fateatur, Magnum Gregorium, qui exeunte Sæculo VI. Petri Cathedram obtinuit, ultimum extitiſſe ex veris, atque legitimis Romanis Pontificibus. Hinc Magdeburgenſes, quamvis de parte Lutheri Centur.7. cap.1. ſub Phoca, ſcribunt, in Petri Cathedra incepiſſe ſedere Antichriſtum. Quibus adhæſit Theodorus Bibliander in ſuis Tabulis Chronologicis.

76. Conſentiunt porrò ex prætenſis Reformatis recentiores plurimi: Nàm Gaſpar Peucerus lib.4. Chronic. cap. de rebus Eccleſiæ, docet, primis quingentis, & ſi inciderint ingentia certamina de Filio Dei, & alis rebus, *viciſſe tamen*, inquit, *veritatem mendaciis diſcuſſis, atque eliſis, & tradita eſſe poſteritati vera, firma, & perſpicua teſtimonia de Doctrina Apoſtolorum publicè in Synodis, & in privatis ſcriptis eorum*. Et Bullingerus par. 1. adverſus Brentium, ſcribit, per integra ſex Sæcula Apoſtolicam Doctrinam, nulla ex parte corruptam aſſervatam fuiſſe in Eccleſia. „ Hanc doctrinam, *ait*, ſynceram, inviolatamque con„ ſenſu unanimi, & Catholico conſervavit „ vetus, Sanctaque illa, & orthodoxa Chri„ ſti, ab ipſis Apoſtolorum temporibus Ec„ cleſia per integra ſex Sæcula.

77. Auctor inſuper Anonymus quidam, ex eiſdem prætenſis Reformatis, in quodam Opuſculo de concordia doctrinæ Bernenſis, idiomate Germanico edito anno MDCL. cap.1. tradit, ſub ſexaginta Romanis Pontificibus, uſque ad annum ſexcenteſimum, & ad obitum Gregorii Magni, in Eccleſia Romano-Catholica ſynceram fidei doctrinam Chriſti ovibus fuiſſe annunciatam: Etenim poſt plura ab eo allata, veluti concludens ſubjungit: „ Si quidem Gregorius I. ultimus „ erat, qui prædicationis officio functus eſt; „ itaut ſexaginta quatuor Epiſcopi Romani „ ſuceeſſivè uſquè ad annum ſexcenteſimum „ fuerint, qui juxta inſtitutum Chriſti, „ oves Verbo Dei paverunt, & juxta Divi „ Pauli doctrinam prædicaverunt.

78. Cui opinioni aſſentitur Georgius Hornius in ſua Compendiaria Eccleſiaſtica hiſtoria, iterum aucta, & notis illuſtrata, Francfurti edita anno Domini MDCLV. Is enim in tres Periodos totam dividit hiſtoriam, quarum prima initium habet à Chriſto uſque ad Antichriſtum: Secunda ab origine Antichriſti uſquè ad Eccleſiæ Reformationem: Tertia denique ab origine Reformationis ad noſtra uſque poſteriora tempora. Subinde ſub finem Periodi primæ, quam protrahit uſque ad Gregorium I. Romanorum Pontificem, pag.mihi 325. ſub anno DCVI. notat Antichriſtum revelatum, & in Petri Cathedra ſedere incepiſſe, vita functo Gregorio I. ac tunc temporis excidiſſe Eccleſiam Romano-Catholicam à ſynceritate, atque puritate Apoſtolicæ doctrinæ.

79. Et hanc eandem eſſe Miniſtrorum Rhetiæ Sententiam refert Joannes Georgius, olim Reformatæ ejuſdem Rhetiæ Eccleſiæ Miniſter, poſtmodum Communioni Romanæ Ec-

Eccleſiæ adſcriptos, & præfatæ Eccleſiæ defenſor acerrimus, in opuſculo ab eo edito de Rationibus ſuæ Converſionis, Ratione 3. ubi pariter ſub 3. Nota teſtatur, ſe litteras accepiſſe à Danzio, altero in Rhetia Miniſtro, in quibus præfatus Danzius concedebat viguiſſe quingentis circiter annis in Chriſti Eccleſia, puram atque ſynceram Apoſtolicam Doctrinam.

80. Deindè magis cautè, & ſi non ut omninò oportet, ſe gerunt recentiores prætenſi Reformati circa Sanctorum Patrum doctrinam, ac ſe geſſerat Lutherus, qui temerè non minus quàm impiè adverſus Patrum doctrinam bellum geſſit, neque fuit veritus tot Eccleſiæ lumina etiam calumnioſis inſectare verbis, ut videre eſt apud Stanislaum Reſcium in ſuo de Atheiſmo, & Phalariſmis hæreticorum opuſculo cap.8. Etenim Recentiores iſti non audent eorundem priorum Sæculorum doctrinam Patrum repudiare. Calvinus ipſe, quamvis nonnullos Patres habuerit in contemptum, ut idem Reſcius refert, attamen maximè eſt veneratus Auguſtinum, adeout lib.4. Inſtit. cap.14. ſect.26. Mirè hunc extollit Doctorem, quem optimum ex tota antiquitate, & fideliſſimum Teſtem ſe citaſſe ſæpè, conteſtatur. Et lib.3. §.10. vult, ab uno Auguſtino ſumendam eſſe doctrinam ab iis, qui aliquid de ſenſu antiquitatis habere cupiunt. Cui innixus præcitatus Danzius, ut potè ejus Sectator, apud prælaudatum Joannem Georgium, ſcribit: „ Recenſere omnes Patres nimis longum „ eſſet, imò infinitum, ac proinde impoſſibile „ foret: Auguſtinus, ut in Patrum numero „ præſtantiſſimus, iſte igitur nobis eſſe in„ ſtar omnium poteſt.

81. Keckermannus Scriptor apud Proteſtantes non infimè notæ lib.3. Syſtem. Log. cap.14. tradit regulam rectè utendi Patribus, ut veritas ex antiquitate depromatur: docetque cognita ſerie temporum, eorum teſtimonia Patrum eſſe deligenda, qui fundamentum retinuerunt, illoſque fuiſſe dicit, qui à tempore Apoſtolorum claruerunt ad initium uſquè Papatus, ideſt annis ferè ſexcentis: indeque enumerat Polycarpum, Ignatium, Irenæum, Juſtinum, Tertullianum, Cyprianum, Euſebium Cæſarienſem, Athanaſium, Baſilium, Nazianzenum, Chryſoſtomum, Theodoretum, Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum, Proſperum, Aquitanicum, & Maximum, & poſtmodum concludens ait: *Quoties igitur vetuſtatem laudamus, de his, & ſimilibus, quos jam nominavi, loquimur.*

82. Hinc eſt, quod præcitatus Anonimus, & ipſe pariter docet, Sanctos Eccleſiæ veteris Patres, atque Doctores, nihil utique aliud, quàm id, quod de Dei Verbo perſpexere ſuo tempore crediditſe, ſuiſque Scriptis nobis reliquiſſe, prout ferè in terminis loquitur par.1. cap. 20. Et Bullingerus par.2. adverſus Brentium, *cap. de Eccleſiæ Patribus* admonet non eſſe à Patribus recedendum, qui nedùm quid ſenſerint ipſi, verùm & quæ ipſorum ætate ex Sancta Scriptura vera fuerit, & Apoſtolica doctrina, Catholicęque fidei confeſſio, in Chriſti Catholica & Orthodoxa Eccleſia. *Ab iis citrà crimen impietatis*, concludens ait, *& ſalutis verè diſpendium, recedere, aut ijs reluctari minime licet.*

83. Neque ab horum Sententia recedit ſuprà relatus Anonymus in dicto opuſculo *de concordia Eccleſiæ Bernenſis*: Nàm ut oſtendat Eccleſiam Bernenſem in ſua Reformatione nihil immutaſſe, aut innovaſſe, ſed puram ſynceramque Eccleſiæ primitivæ reaſſumpſiſſe doctrinam, docet Eccleſiam Romano Catholicam poſt annos ſexcentos abſceſſiſſe ab Apoſtolica doctrina, atque nova dogmata vetuſtate contraria introduxiſſe: „ Eccleſia Bernenſis, *inquit*, ſeù fideles Chri„ ſtiani, qui in Civitate Bernenſi, ſub eo„ dem Chriſtiano Magiſtratu, ab anno „ MDXXVIII. degerunt, minimè à vera „ Catholica Eccleſia defecerunt, ſed ſolum„ modo ſe ab hodierna Papiſtica Eccleſia, „ quæ Romanum Epiſcopum prò capite Ec„ cleſiæ agnoſcit, ſeparaverunt, & id qui„ dem in Articulis, qui primùm poſt ſexcen„ tos annos à Chriſti in Cœlum aſcenſione, „ ſucceſſivè contrà Veterum Patrum fidem „ fuerant introducti. „ Et Breitingerus in opuſculo de Sectis, agens de Reformatorum, & Proteſtantium fide, fatetur, eos non ſolum credere quæ Apoſtolica ætate, & ab Apoſtolis fundatæ crediderant Eccleſiæ, verùm & ea quoque, quæ poſt annorum centenaria plura, credita à Patribus fuerunt, & in Sanctis Conciliis Generalibus recepta ut de fide credenda.

84. Hac itaque Proteſtantium ſuppoſita doctrina, non eſt unde novitatis arguere poſſint Eccleſiam Romano-Catholicam in ipſius canone de Sanctis recipiendis Scripturis: cum non alias in eo recipiat, neque pro Divinitus inſpiratis amplectatur, præter illas, quas in Canone poſuerunt Patres intrà quinque priora Sæcula, tùm in Concilio Laodiceno, tum Carthaginenſi ſuprà laudatis, approbatis, à S.Auguſtino, & ab Innocentio I. citatis, aliiſque Patribus, atque eorundem Sæculorum Eccleſia Univerſa, ut etiam ex Decreto Gelaſii liquet: Non ergò cum Apellitis contemnendæ ſunt pro libitu Scripturæ ab Eccleſia comprobatæ, neque reiiciendæ ad placitum, ſed cum veneratione amplectendæ, quemadmodum eas venerati ſunt Majores noſtri, quorum fines nobis tranſgredi non licet.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIUS

In Hæreſim IV.

85. F*Idem non eſſe examinandam*) Hæc fuit Gentium opinio, undè Tullius lib.2. de legibus ſcribit: „ Ego verò „ primùm habeo Auctores, & Magiſtros „ Religionum colendarum Majores noſtros, „ quorum mihi fuiſſe tanta Sapientia videtur, „ ut ſatis ſuperque prudentes ſint, „ qui illorum prudentiam, non dicam aſſequi, „ ſed quantò fuerit perſpicere poſſint. Et Symmacus ſcribens ad Imperatores Valentinianum, Theodoſium, & Arcadium ait: *Servanda eſt tot Sæculis fides, & ſequendi ſunt Parentes, qui ſecuti ſunt fideliter ſuos.*

86. Cotta quoque apud eundem Tullium relatus à Lactantio lib.2. de Origine erroris cap.7. tale exhibuit Religionis teſtimonium, ut abſque alio examine aſſentiendum eſſe ſibi voluerit: Etenim ſic Lucillo ait: „ Habes Balbe, quid Cotta, quid „ Pontifex ſentiat. Fac nunc ego intelli- „ gam, quid tu ſentias, à te enim Philo- „ ſopho rationem Religionis accipere de- „ beo, Majoribus autem noſtris, etiam „ nulla ratione reddita rationis eſt credere. Vult ergò non eſſe rationem in cauſa Religionis quærendam, ſed tantum majoribus adhærendam, nè forte quæſita ratione quid Majorum fidei contrarium inveniatur, teneaturque quærens Majores contemnere.

87. Hinc ſubjungit: „ Si credis: cur er- „ gò rationem requiris, quæ poteſt efficere, „ ne credas? Si verò rationem requiris, & „ & quærendam putas: ergò non credis: „ ideò enim quæris, ut eam ſequaris, cùm „ inveneris. Docet ecce te ratio, non eſſe „ veras Religiones Deorum. Quid facias? „ Majores nè potiùs an rationem ſequeris? „ Quæ quidem tibi ab alio inſinuata, ſed „ à te ipſo inventa, & electa eſt, cùm om- „ nes Religiones radicitus eruiſti. Si ra- „ tionem mavis: diſcedere te neceſſe eſt ab „ inſtitutis, & auctoritate Majorum: quo- „ niam id ſolum rectum eſt, quod ratio „ præſcribit. Sin autem pietas Majores ſu- „ adet: fateris igitur, & ſtultos illos „ fuiſſe, qui excogitatis contrà rationem „ Religionibus ſervierint, & te ineptum qui „ id colas, quod falſum eſſe convinceris. *Hæc cotta Lucillo.*

88. Sed deridet hanc Sententiam Lactantius, propter conditionem Majorum illorum, qui primùm Religionem apud Romanos invenerunt, & quibus ſine alia ratione aſſentiendum voluit Cotta. „ Sed tamen, *inquit*, „ quoniam nobis tantopere Majorum nomen „ opponitur: videamus tandem, qui fuerint „ majores illi à quorum auctoritate diſce- „ di nefas ducitur. Romulus urbem con- „ diturus, paſtores, inter quos adoleverat, „ convocavit: cumque is numerus conden- „ dæ Urbi parum idoneus videretur, con- „ ſtituit aſylum. Eò paſſim confugerunt ex „ finitimis locis peſſimi quique ſinè ullo „ conditionis diſcrimine: Ità conflavit ex „ his omnibus populum: legitque in Sena- „ tum eos, qui ætate anteibant, & Patres ap- „ pellavit: quorum conſilio gereret omnia. „ De quo Senatu Propertius elegiarum Scri- „ ptor hæc loquitur.

„ *Curia prætexto, quæ nunc nitet alta Senatu*
„ *Pellitos habuit, ruſtica corda, Patres.*
„ *Buccina cogebat priſcos ad verba Quirites.*
„ *Centum illi in prato ſæpe Senatus erat.*

„ Hi ſunt Patres, quorum decretis eruditi, „ ac prudentes viri devotiſſimè ſerviunt: „ idque verùm ac immutabile omnis poſte- „ ritas judicet quòd centum pelliti Senes „ ſtatutum eſſe voluerunt: quos tamen, ut „ in primo libro dictum eſt, Pompilius il- „ lexit, ut vera crederent eſſe Sacra, quæ „ ipſe tradebat. „ *Hactenus Lactantius.*

89. Qui libro primo de falſa Religione cap.22. agens de vanitate Deorum, ſive Religionum quas maximè Romani tenebant, à Numa deceptore originem habuiſſe tradit, inquiens: „ Harum vanitatum apud Roma- „ nos, author, & conſtitutor Sabinus ille „ Rex fuit, qui maximè animos hominum „ rudes, atque imperitos, novis ſuperſti- „ tionibus implicavit: quòd ut faceret ali- „ qua cum auctoritate ſimulavit cum Dea „ Ægeria nocturnos ſe habere congreſſus. Hoc quoque teſtatur Livius & ſi Ethnicus Scriptor Decad. 1. lib. 1. ubi agens de eodem Numa Pompilio, qui ſub ejus regimine pacem Romanis dedit inita cum finitimis Societate: „ Ne luxuriarentur otio animi, *in- „ quit*, quos metus hoſtium, diſciplinaque „ militaris continuerat: omnium primùm „ rem ad multitudinem imperitam, & illis „ Sæculis rudem, efficaciſſimam, Deorum me- „ tum iniiciendum ratus eſt: qui cùm de- „ ſcendere ad animos ſine aliquo commento „ miraculi non poſſet, ſimulat ſibi cum Dea „ Ægeria congreſſus nocturnos eſſe: ejus ſe „ monitu acceptiſſima Diis eſſe Sacra inſti- „ tuere. „ *Hæc Livius.*

90. Hujuſmodi verò ſic inventas Religiones, ſicque receptas, abſque ullo examine, niſi Majorum dumtaxat authoritate Romani pertinaciſſimè retinebant: proinde idem Lactantius lib.2. cit. de origine erroris cap.7. „ Hæ ſunt Religiones, *inquit*, quas ſibi à „ Majoribus ſuis traditas, pertinaciſſimè „ tueri, ac defendere perſeverant: nec con- „ ſiderant quales ſint, ſed ex hoc probatas, „ atque veras eſſe confidunt, quòd eas ve- „ teres tradiderunt: tantaque eſt auctoritas „ vetuſtatis, ut inquirere in eam, ſcelus eſſe „ ducatur. „ *Hactenus Lactantius.*

91. Ad

Digitized by Google

91. Ad hanc itaque Ethnicam dementiam revocare ſuos conatus eſt Apelles, ut abſque ulla diſcuſſione omnia crederent, aut pro libito, aut quemadmodum à quovis acceperint: Non attendentes quid Paulus, quid Petrus, quid cæteri Apoſtoli dixerint; aut ipſemet Salvator Chriſtus Jeſus docuerit; & æque benè ſalutem conſequi quemlibet poſſe, ſive cum Petro, Paulo, & cæteris Apoſtolis, Eccleſiâque univerſa ſentiat, ſive cum Mago Simone, Menandro, Saturnino, Baſilide, Valentino, ac cæteris ab Eccleſia damnatis, ac toto Cœlo proſcriptis, & à cunctis Patribus anathematizatis hæreſiarchis. Latam ſanè Adiaphoriſtis paravit Appelles viam; eadem enim eſt Apellis hæc nova Doctrina, ac noſtri temporis Novatorum, docentium, ſatis eſſe ad conſequendam ſalutem, ut quis credat præcipua fidei myſteria, quæ in ſymbolo continentur, etiam ſi aliis extra Symbolum minimè credat: Apelles dicit, ſatis eſſe credere in Chriſtum Crucifixum: qui verò in Chriſtum Crucifixum credit, unum ex primariis fidei Myſteriis credit. Neque deſunt, qui verè Appellitæ nuncupari poſſint, docentes quemlibet in ſua fide ſalvari poſſe: qua forte de cauſa Zuinglius in expoſit. fidei Chriſtianæ Tom.2. art. 12. de Vita æterna, & de peccato originali ad Urbanum Regium, non dubitavit aſſerere Socratem, Ariſtotelem, Numam Pompilium, Camillum, Catones, Scipiones, Seuecam, & quotquot inter Gentiles extiterunt, in eorum Religione, ſalutem eſſe adeptos. Id quòd de Cicerone affirmavit etiam Eraſmus in Commentariis in Tuſcul. quæſt. & de Ariſtotele, & Pomponio Attico aſſerunt Sacramentarii, ex hoc damnati in Confeſſ. Manſfel. apud Stanislaum Reſcium in Atheiſm. de Symbol. ad Articulum. *Et vitam æternam*, in fine.

92. Sanè Evangelii prædicatiò prorſus fruſtanea foret, ſi abſque Chriſti fide, quilibet in ſua Religione ſalutem conſequi poſſet; & manifeſtè adverſatur verbis Chriſti dicentis Marci cap. 16. *Euntes in Mundum univerſum prædicate Evangelium omni Creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſalvus erit, qui verò non crediderit condemnabitur*. Et Paulus ad Hebræos cap. 11. palam teſtatur: neminem ſine fide poſſe Deo placere: *Sinè fide*, inquit, *impoſſibile eſt placere Deo*. Neque loquitur de Gentium fide, aut de illa quam barbaræ Nationes ſectantur: nàm ſubjungit: *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quià eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit*. Clariùs etiam idem Salvator Joannis cap. 3. ait: *Sic Deus dilexit Mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Qui credit in eum, non judicatur, qui autem non credit jam judicatus eſt: quià non credit in Nomine Unigeniti filij Dei*.

93. Nequè certè ſufficit credere in Chriſtum Crucifixum, prò adipiſcenda ſalute, ut Apelles volebat, niſi & alia credat, quæ Deus revelavit, quæ Apoſtoli annunciarunt, quæ Eccleſia credenda propoſuit. Non enim ſufficit ad ſalutem unius, vel alterius præcepti obſervantia, ſi omnia minimè obſerventur; Immò neque ſi plura, uno vel altero dumtaxat omiſſo, ſerventur, dicente Jacobo in ſua Carholica Epiſt. cap. 2. verſ. 10. *Quicunque autem totam legem ſervaverit, offendens autem in uno factus eſt omnium reus*. Ità neque ſufficit ſi unum, vel alterum fidei Myſterium credat, vel, ſi uno aut altero omiſſo, cætera credat: nàm ea ratione, qua tenemur parere Deo præcipienti, tenemur utique credere Deo loquenti: quià ſicut Dominus eſt, atque juſtus in præcipiendo: Ità idem Dominus eſt, & verax in loquendo: quemadmodum ergo ratione Supremi Dominii, & juſtitiæ in præcipiendo, tenemur ſingula ejus ſervare mandata, ſub reitatis pœna, ſic quoque ratione ejuſdem Supremi Dominii, & veritatis in loquendo, ſub infidelitatis pœna tenemur ſingulis ejus dictis, & revelatis credere.

94. Deindè non minor fit Deo injuria non parendo præcipienti, ac non credendo loquenti: qui enim aliquibus fidei Articulis à Deo revelatis non credit, mendacem facit Deum, quaſi vera in eis non revelaverit: nàm ſi vera revelaſſe exiſtimat, non habet undè non teneatur credere, eâ ergo ratione qua quis tenetur credere Chriſtum Crucifixum, tenetur & credere Chriſtum in Monte transfiguratum, in deſerto à Satana tentatum, à Juda in Horto proditum, & cætera hujuſmodi, quæ Spiritus Sanctus per Apoſtolos Eccleſiæ revelavit, & non ſunt ex præcipuis in Symbolo contentis. Immò directè contrà Apellitas, ideò tenemur credere Chriſtum Crucifixum, quià Apoſtoli à Spiritu Sancto inſtructi de hoc Myſterio Eccleſiam informarunt: cætera ergò ab iiſdem ſcripta & edocta eodem jure erunt credenda, niſi velimus eos mendaces in aliis fuiſſe, & veraces tantùm credere in hoc unico fidei Articulo.

95. Confirmat hoc totum doctrina tradita ab Apoſtolo Joanne Epiſt. 1. cap. 5. verſ. 10., ubi dicitur: *Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe: qui non credit filio, mendacem facit eum, quià non credit in teſtimonium, quod teſtificatus eſt Deus de filio ſuo*. Ergò qui non credit Chriſtum eſſe filium Dei, mendacem facit Deum, qui teſtimonium dedit de filio ſuo, eâdem ergò ratione mendacem facit Deum qui non credit univerſa Myſteria fidei, quia de univerſis teſtimonium fecit: qui enim dixit, ille idem Deus, Chriſtum eſſe filium Dei, dixit

dixit quoque, ad opera meritoria neceſſariam eſſe Divinam Gratiam: neminem ex viribus naturæ poſſe ſalutem conſequi: omnes naſci filios iræ, & maculam originalis culpæ contrahere, & cætera alia Chriſtianæ Fidei dogmata: ergo qui hiſce Articulis non aſſentitur, mendacem facit Deum, qui teſtificatus eſt de illis, & ità non minus conſtituitur reus, ac ille qui non credit Chriſtum eſſe filium Dei: ergo eâdem ratione ſalutem non erit conſecuturus, qui non credit, ad opera Meritoria neceſſariam eſſe Dei gratiam, ac ille qui non credit Chriſtum Crucifixum, dummodò Artieulus ille de gratia Dei, ſit ſufficienter propoſitus.

96. Præterea, qui Deum non habet nec Salutem, quæ ex Deo eſt, conſequi poterit; Qui credit in Chriſtum Crucifixum, non tamen credit aliis fidei dogmatibus, ſicut & qui credit Myſteria Symboli, minimè ea quæ extra Symbolum ſunt, ſufficienter tamen propoſita, Chriſtum non habet, quià non permanet in Doctrina Chriſti: & Joannes Epiſt.2. verſ.9. dicit: *omnis qui credit, & non permanet in Doctrina Chriſti Deum non habet*: Ergo Salutem conſequi non poteſt. Et certè Doctrina Chriſti non ſolùm docet Chriſtum Crucifixum, & ſola Myſteria in Symbolo contenta; verùm & cæteros fidei Articulos: proindè idem Dominus Jeſus præcepit Apoſtolis Evangelium prædicare: *prædicate Evangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit, qui verò non crediderit condemnabitur*, ut habetur Marci cap. ultimo: Evangelium enim nedum conſtat fundamentalibus, ſive Articulis, qui in Symbolo continentur, ſed plurimis aliis: nam habetur Magorum adoratio, Chriſti circumciſio, fuga in Ægyptum, Infantium nex, Jejunium in deſerto, tentatio, Diſcipulorum vocatio, ejuſdem Chriſti Baptiſmus, Transfiguratio, Miracula, atque innumerabilia alia ejus geſta, & dicta, quæ in Symbolo non continentur.

97. Paulus inſuper 1. ad Timoth. cap. 1. Et Epiſt. 2. cap. 2. eandem Catholicam veritatem confirmat: Etenim ſcribit in priori Epiſtola: *Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, ſecundùm præcedentes in te Prophetias, ut milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonam conſcientiam, quam quidam repellentes circà fidem naufragaverunt: ex quibus eſt Hymenæus, & Alexander: quos tradidi Satanæ, ut diſcant non blaſphemare*. Sed in quo naufragaverunt, & quænam fuerit eorum blaſphemia docet in Epiſtola ſecunda cit. verſ. 16. ubi ait: *Prophano autem, & vaniloquia devita: multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum ut cancer ſerpit, ex quibus eſt Hymenæus, & Philetus, qui à veritate exciderunt: dicentes, reſurrectionem eſſe jam factam, & ſubverterunt quorundam fidem*. Ex hoc ergo Naufragium fecerunt in fide, & traditi fuerunt Satanæ, quià non credebant futuram reſurrectionem, credebant tamen factam: credebant quoque Chriſtum Crucifixum, cæteraque fidei Myſteria, ſed quia hoc unum non credebant Naufragati ſunt, traditique Satanæ: Non ergò ſatis eſt credere in Chriſtum Crucifixum pro adipiſcenda ſalute: Neceſſe eſt credere cætera fidei dogmata, nedum in Symbolo contenta, verùm & quæ ſunt extrà Symbolum, dummodò ſint ſufficienter propoſita: & proindè idem Paulus ad Philippenſes cap. 4. verſ. 8. ſcribit, non aliqua vera dumtaxat credenda, ſed quæcumque: nec aliqua ab ipſo Paulo enunciata, agenda, ſed omnia. *Quæcumque ſunt vera*, inquit, *quæcumque pudica, quæcumque juſta, quæcumque ſancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ hæc cogitate. Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me, hæc agite: & Deus pacis erit vobiſcum.*

98. Admonet quoque Romanos in data ad eos Epiſtola cap. 16. cavere ab iis, qui aliter docent, præter doctrinam eis traditam. *Rogo autem vos, fratres, ut obſervetis eos, qui diſſenſiones, & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis faciunt: & declinate ab illis*. Hortatur & Corinthios, ut omnes in eadem Scientia, & eodem ſenſu perfecti ſint, nè locus detur ſchiſmati ex doctrinæ varietate, ut in priori Epiſtola, cap. 1. verſ. 10. loquitur, inquiens: *obſecro vos fratres per Nomen Domini Jeſu Chriſti, ut id ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis Schiſmata: Sitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem Sententia*. Fruſtra ergò ad hoc moneret Paulus, unà ſemel, quòd ad Salutem conſequendam ſatis eſſet credere Chriſtum Crucifixum, aut ſolùm præcipua fidei Myſteria in Symbolo contenta. Hanc diſtinctionem Paulus non admittit, qui vult omnes in uno ſenſu, & in eadem Scientia perfectos, qui nec minimam diſſenſionem admittit in doctrina ab eo tradita, ab illis verò recepta. Propterea Joannes Epiſt.2. cap. 1. tradit antiquum fuiſſe Apoſtolorum dogma, ut nulla præterquàm antiqua ab ipſis tradita fides vera cognoſceretur: *Hoc eſt enim Mandatum*, inquit, *ut quemadmodum audiſtis ab initio, in eo ambuletis: quoniam multi Seductores exierunt in Mundum*. Et Epiſt.2. *Si quis venit ad vos*, ait, *& hanc doctrinam non affert: nolite recipere eum, nec ave ei dixeritis: qui enim dicit illi ave, communicat operibus ejus Malignis*.

99. Deniquè, Articulus de Gratia, & libero hominis arbitrio non continetur in Symbolo, & tamen conſtat quàm magnæ exortæ fuerint controverſiæ in Dei Eccleſia S.Auguſtini ætate de hujuſmodi Materia contrà Pelagianos: tot congreſſus, collationes,

diſpu-

Digitized by Google

diſputationes, Epiſtolæ, & Concilia in hujuſmodi cauſa, inutiles fuiſſent, nam ſi hoc, vel illud credere circa gratiam, & liberum hominis arbitrium, nec induceret ad Salutem, nec ab ea arceret, inanis fuiſſet talis & tanta diſcuſſio, concertatio, & contentio: optimè ad rem accomodantur verba Hilarii ad Conſtantium Imperatorem occaſione diverſarum formularum fidei, quas Ariani confingebant: „ Periculoſum nobis admodum, „ atque etiam miſerabile eſt, tot nunc fides „ exiſtere, quot voluntates, & nobis tot „ doctrinas eſſe, quot mores: & tot cauſas „ blaſphemiæ pullulare, quot vitia ſunt: „ dùm aut ità fides ſcribuntur, ut volumus, „ aut intelliguntur: & cum ſecundùm unum „ Deum, & unum Dominum, & unum Baptiſma, etiam fides una ſit: excidimus ab „ ea fide, quæ una eſt; & dum plures fiunt, „ ad id cœperunt eſſe, ut nulla ſit. „ *Hæc Hilarius*.

100. Una ergo eſt fides, quemadmodum una eſt Eccleſia Dei vera, & hæc integra debet eſſe, integraque cuſtodiri: Rectè S. Auguſtinus lib. 1. de vera Relig. cap. 5. „ Vera „ Religio, *inquit*, neque in confuſione Paganorum, neque in purgamentis hæreticorum, neque in languore Schiſmaticorum, neque in cæcitate Judæorum quærenda eſt, ſed apud eos ſolùm, qui Chriſtiani, Catholici, & Orthodoxi nominantur, ideſt, integritatis cuſtodes. „ Ità Auguſtinus, & Gregorius Nazianzenus orat. 31. eam aſſimilat Margaritæ, quæ contrita, ejus extinguitur gratia, & pretio vileſcit: *Quæcumque*, inquit, *Margarita oblæſa fuerit tota ejus gratia extinguitur: aut Deum totum cole, aut totum contemne, nolo dimidiatam partem*.

101. Cæterum nemo hæreticorum eſt, qui non utatur Scripturis ad ſua impia dogmata firmanda: & ità ſuas Scripturas habent Apellitæ, & qui eos imitantur; Sufficere ergò ad Salutem credere duntaxat in Chriſtum Crucifixum, probant ex illo Joannis cap. 3. verſ. 15. *Sicut Moyſes exaltavit Serpentem in deſerto, ità exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam*. Item. *Sic Deus dilexit Mundum, ut filium ſuum unigènitum daret, ut omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam*. Et hac ſola fide latro pendens in Cruce ſalutem eſt conſecutus: propter quam & baptizari meruit Ætiops Reginæ Candacis. Immò Paulus in priori ad Corinthios cap. 1. verſ. 2. ſanctos Corinthios appellat, ex ſolius Jeſu Chriſti nominis invocatione, inter quos varia erant diſſidia, & exorta Schiſmata, ut ſcribit in eadem Epiſt. cap. 3. verſ. 4. Et ipſemet Chriſtus Patri conteſtatur in eo conſiſtere vitam æternam, ut Deum verum Patrem cognoſcant Fideles, & Jeſum Chriſtum à Deo Patre miſſum, ut habetur Joan. cap. 17. verſ. 3. *Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum*.

102. At hujuſmodi allegata teſtimonia, & exempla ſolùm oſtendunt neceſſarium eſſe ad ſalutem credere in Jeſum Chriſtum, non tamen ſufficere. Etiam ipſi Apellitæ, atque recentiores Adiaphoriſtæ, ultra fidem in Jeſum Chriſtum, probitatem morum neceſſariam volunt, ut quis Salutem conſequi valeat, & docet Jacobus Apoſtolus in ſua Epiſtola Catholica cap. 2. verſ. 14. inquiens: *Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? nunquid poterit fides ſalvare eum?* Et verſ. 17. *Sic & fides, ſi non habeat opera mortua eſt in ſemetipſa*. Et verſ. 19. *Tu credis, quoniam unus eſt Deus, benefacis, & Dæmones credunt & contremiſcunt. Vis autem ſcire, ò homo inanis, quoniam fides ſine operibus mortua eſt. Abraham Pater noſter nonnè ex operibus juſtificatus eſt offerens Iſaac filium ſuum ſuper Altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides conſummata eſt*. Et verſ. 24. *Videtis quoniam ex operibus juſtificatur homo, & non ex fide tantùm*. Atqui præallegata teſtimonia non dicunt opera neceſſaria eſſe ad ſalutem, non ſequitur ergo quòd non ſint neceſſaria, quia non excludunt: Sic pariter cum dicant neceſſariam eſſe ad ſalutem fidem in Chriſtum, ſeu credere in Chriſtum, non excludunt alia Myſteria credenda; & ideò talis fides neceſſaria prorſus eſt, non tamen ſufficit ſi alia credenda ſufficienter propoſita, non credantur, ſicut neque ſufficit, niſi conjuncta adſint opera.

103. Neceſſaria eſt igitur ad Salutem fides in Chriſtum, non tamen ſufficit quæcumque fides in Chriſtum, ſed fides informata charitate. Ità docet D. Auguſtinus Serm. 11. de verbis Domini ſuper illa verba Marci cap. 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſalvus erit*, inquiens: „ Non utique „ intelligimus eo modo credentem, quo & „ Dæmones credunt, & contremiſcunt, nec „ in eo numero baptizatos, in quo Simon „ Magus baptizari potuit, ſed ſalvus eſſe „ non potuit: ſed quoſdam intuebatur in ea „ ſcilicet fide conſtitutos, quæ Apoſtolo diſtinguente per dilectionem operatur. Et „ lib. 15. de Trinit. cap. 18. ſine Charitate, „ *inquit*, quippe fides poteſt quidem eſſe, „ ſed non prodeſſe: propter quod & Apoſtolus Paulus. *In Chriſto*, inquit, *Jeſu „ neque circumciſio, neque præputium aliquid „ valet, ſed fides, quæ per dilectionem operatur*, ſic eam diſcernens ab ea fide, qua „ Dæmones credunt, & contremiſcunt.

104. Porrò, credere in Chriſtum Crucifixum, & nolle credere alia fidei Myſteria ſufficienter propoſita, non eſt habere fidem infor-

informatam Charitate: nam *charitas*, ut ait Apoſtolus 1. ad Corinth. cap. 13. *omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat*. Ita Latro in Cruce omnia credidit, quæ ei credenda propoſita fuerunt, paratus quidem & univerſa credere ſi propoſita ei fuiſſent. Singularis quidem fuit Latronis fides in Cruce, unde Martyrem fuiſſe exiſtimat Cyprianus in Epiſtola ad Jubajanum, inquiens: „ Sanguine autem ſuo baptizatos, & paſſione Sanctificatos conſummari, & Divinæ pollicitationis gratiam conſequi, declarat in Evangelio Dominus, quando ad Latronem in ipſa paſſione credentem, & confitentem loquitur, & quòd ſecum futurus ſit in Paradiſo pollicetur: „ cujus teſtimonio utitur S.Auguſtinus lib. 1. de Anima, & ejus origine ad Renatum cap. 9. inquiens: „ Undè & Latro ille, non antè crucem Domini ſectator, ſed in cruce confeſſor, de quo nonnunquam præjudicium captatur, ſive tentatur contra Baptiſmatis Sacramentum: à Cypriano Sancto inter Martyres computatur, qui ſuo ſanguine baptizantur, quod plerìſque non baptizatis ſervente perſecutione provenit.

105. De Spadone verò ſive Eunucho à Philippo baptizato, negari non poteſt quin à Philippo edoctus fuerit in iis, quæ ad ſalutem conſequendam neceſſaria ſunt, & quin habuerit Mentem paratam ad omnia credenda, quæ erant ei proponenda, licèt Scriptura taceat, ſolùmve referat credidiſſe in Jeſum Chriſtum. Notat perbellè hoc S.Auguſtinus in libro de Fide & operibus cap. 9. ubi introducit quoſdam ſic dicentes: „ Spado ille, quem Philippus baptizavit, nihil plus dixit, quàm, *credo Filium Dei eſſe Jeſum Chriſtum*, & in hac profeſſione continuo baptizatus eſt. Num ergò placet, ut hoc ſolum homines reſpondeant, & continuò baptizentur; nihil de Spiritu Sancto, nihil de Sancta Eccleſia, nihil de remiſſione peccatorum, nihil de reſurrectione Mortuorum. Poſtremò, de ipſo Jeſu Chriſto nihil, niſi quia filius Dei eſt, non de Incarnatione ejus ex Virgine, de Paſſione, de Morte Crucis, de Sepultura, de tertii diei Reſurrectione, de Aſcenſione, ac Sede ad dexteram Patris aliquid dicendum eſt catechizanti, ae profitendum credenti? Si enim Spado, eum reſpondiſſet; *credo filium Dei eſſe Jeſum Chriſtum*, hoc ei ſufficere viſum eſt, ut continuò baptizatus abſcederet: eur non id ſequimur, atque auferimus cætera, quæ neceſſe habemus, etiam cum ad baptizandum temporis urget anguſtia, exprimere, interrogando, ut baptizandus ad cuncta reſpondeat, etiamſi ea memoriæ mandare non valuit?

106. Cui difficultati occurrens S.Doctor reſpondet, inquiens: „ Si autem Scriptura tacuit, atque intelligenda admiſit cætera, quæ cum illo Spadone baptizando Philippus egit; atque in eo, quòd ait: *Baptizavit eum Philippus*, intelligi voluit impleta omnia, quæ licèt taceantur in Scripturis gratiâ brevitatis, tamen ſerie traditionis ſcimus implenda: pari modò etiam in eo, quod ſcriptum eſt, Evangelizaſſe Philippum Spadoni Dominum, nullo modo dubitandum eſt, & illa in Catechiſmo dicta eſſe, quæ ad vitam, moreſque pertinent ejus, qui credit in Dominum Jeſum. Hoc eſt enim Evangelizare Chriſtum, non tantùm dicere, quæ ſint credenda de Chriſto, ſed etiam ea, quæ obſervanda ei, qui accedit ad compagem corporis Chriſti: imò verò cunctà dicere, quæ ſunt credenda de Chriſto. *Hæc & alia ibi tradit S.Auguſtinus*.

107. Neque exemplum depromptum à Schiſmate Corinthiaco vim aliquam habet, nam Schiſma illud non verſabatur in cauſa fidei, ſed magis fuerat gloriatio quædam de præcellentia Doctoris: Et notat Theodoretus in Argumento Epiſtolæ primæ ad Corinthios, inquiens: „ Cum, ergò annus, & ſex menſes præteriiſſent, ipſe quidem prædicationis gratia in alias Civitates profectus eſt. Illi autem fallacem ſapientiæ imitatricem, dicendi ſcilicet contentionem, & laudem, tanquam rem præclaram ſtudioſè ſecuti ſunt. Cùm viros enim eloquentia præditos ſibi Magiſtros adſciviſſent, in multas partes diviſi ſunt. Singuli enim ſuum perpetuò admirabantur, & de eis inter ſe invicem contendebant. „ *Hæc Theodoretus*. Immò ex ipſomet Pauli textu clarum ſit, cùm in eodem cap. 3. dicat: *Cùm enim ſit inter vos zelus, & contentio; nonnè carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis? Cùm enim quis dicat: Ego quidem ſum Pauli; alius autem: Ego Apollo: nonnè homines eſtis?* Et hæc contentio non erat inter omnes, ſed inter paucos, & illi corrigi paratos, undè non impedit, quin omnes appellare potuerit Sanctos.

COMMENTARIUS

In Hæreſim V.

108. ANimos *in ſupercæleſtibus*) Non multum hæc hæreſis ab illa Baſilidis diſtat, de qua in prima parte egimus cap. 4. hæreſ. 14. Etenim quemadmodum ille animarum præexiſtentiam antè corpora poſuit, ità & Apelles, hauſtâ doctrinâ à Platone, ut ibidem notavimus: & optimè docet Tertullianus in lib. de anima cap. 23. ubi ait: „ Doleo bona fide Platonem omnium hæreticorum condimentarium factum. Iſtius eſt enim in Phaedone, quod animæ

hinc

„ hinc euntes ſint illùc, & inde hùc. Item „ in Timæo quod genimina Dei delegata „ ſibi mortalium genitura, accepto initio „ animæ immortali, mortale ei circumgela- „ verint Corpus. Tum quod Mundus hic „ imago ſit alterius alicujus, quæ omnia „ ut fidei commendet, & Animam retrò in „ ſuperioribus cum Deo egiſſe in commer- „ cio Idearum, & indè huc tranſvenire, & „ hic, quæ retrò norit de exemplaribus „ recenſere novum elaboravit argumentum. *Hæc Tertullianus*. Addit inde Apelles, ſollicitatas animas terrenis eſcis de ſupercœleſtibus Sedibus ab igneo Angelo, Deo Iſrael & noſtro, qui exindè illis peccatricem circumfinxerit carnem. Deum enim Judæorum & noſtrum Angelum igneum vocitat, fortè ex eo quia in Moſis Scriptura legitur, in flamma ignis apparuiſſe, & ſæpe in Prophetarum libris ignis nomen Myſticè attributum habetur: Dum porrò ſubjungit, terrenis eſcis ſollicitatas animas de Cœlo demiſſas, carne peccatrice eſſe circumdatas, mera fabula eſt, deſumpto fundamento à priſcis illis Philoſophis, Poëtiſque, de quibus ſcribit Philolaus Pythagoricus: *Teſtantur priſci Theologi, ac vates, quòd propter ſupplicia anima cum corpore eſt alligata, & quaſi in eo ſepulta*: à qua opinione non longè Senecam extitiſſe indicant ejus verba de conſolat. ad Martium, quæ ità ſe habent; „ Hæc quæ vides oſſa circum nobis, nervos, „ & obductam cutem, vultumque, & mi- „ niſtras manus, & cætera, quibus invo- „ luti ſumus, vincula animorum, tenebræ- „ que ſunt, obruitur his animus, fugatus, „ arcetur adverſis. „ *Hæc & alia Seneca*; Et pro eadem opinione Plato lib.23. in Cratillo citat. Orpheum & illius Sectatores, ut viſum eſt in Commentar. ad hæreſ.XIV.Baſilidianorum, ubi plura adnotavimus, & iterum Sermo redibit, ubi de Origenianis, & Priſcillianiſtis agemus.

COMMENTARIUS

In Hæreſim VI.

109. **N***On eſſe Corporum reſurrectionem*) Negat Apelles Corporum reſurrectionem, imitatus & Philoſophos, & Superiores hæreticos, Simonianos videlicet, Baſilidianos, Gnoſticos, Carpocratianos, cæteroſque ſupra recenſitos: Etenim, ut ait D. Auguſtinus conc. 2. in pſal. 88. „ In nulla re, tam vehementer, tam per- „ tinaciter, tam obnixè, & tam contentiosè „ contradicitur fidei Chriſtianæ, ſicut de car- „ nis reſurrectione: nam de animi immor- „ talitate multi etiam Philoſophi gentium „ multa diſputaverunt, & immortalem eſſe „ animum humanum pluribus, & multiplici- „ bus libris conſcriptum memoriæ relique- „ runt. Cùm ventum fuerit ad reſurrectio- „ nem carnis non titubant, ſed apertiſſimè „ contradicunt, & contradictio eorum talis „ eſt, ut dicant, fieri non poſſe, ut caro „ iſta terrena poſſit in Cœlum aſcendere.

110. Et certè pauci ex Philoſophis Animarum immortalitatem denegarunt, Dicæarchus primò, deindè Democritus, poſtremo Epicurus, ut notat Lactantius in lib. VII. de Divino Præmio cap. VIII. hanc opinionem tutati ſunt, eamque ſuis Diſcipulis docuerunt; cæterum hac unica Epicuri excepta Schola, cæteri Philoſophi immortalem animam cognoverunt: Ita Plato cujus teſtimonia produximus in prima par.Hæreſ.VII. Heracleonitarum ſub numero 31. In qua Sententia fuit etiam Pythagoras antea, ejuſque præceptor Pherecydes, ut ſcribit idem Lactantius loco mox cit. Stoici quoque idem docuerunt, & ut occurrerent argumento Epicuri dicentis neceſſe eſſe ut occidant animæ cum corporibus, quia cum Corporibus naſcuntur, dicebant non naſci animas, ſed inſinuari potiùs in corpora, & de aliis in alia migrare, prout præcitatus Lactantius refert lib. 3. de falſa Sapientia cap. 18. Ægyptiorum quoque hæc eadem fuit doctrina, & tradit Trimegiſtus in Pimandro cap. 1. ubi docet, hominem mortalem eſſe corpore, animâ verò immortalem. Inter Græcos porrò vetuſtiſſimus Phocylides de eadem animæ immortalitate cecinit.

> *Sed vivunt animi ſemper ſinè Morte, Senectaque*
> *Defunctis ſuperſt vita, & Dii deinde creantur.*
> *Incorrupta manet anima* —

Quem ſecuti ſunt Orpheus, Heſiodus, Pindarus, Homerus & cæteri Vates illius ævi. Idem tradiderunt ex Platonicis Plotinus Enneid. 1. lib. 2. cap. 14. Enneid.4. lib.3. cap.8. Proclus commentar. Alcibiad. de Anima, & Dæmon. Alcinous cap. 23. & 25. & alii plures. Liquet ergò de animæ immortalitate Philoſophorum opinio: Rectè ergò idem S.Auguſtinus Serm. 139. de Tempore cap.4. ait: „ Philoſophi Sæculi hujus, qui Magni „ fuerunt, & docti, & cæteris meliores, „ animam humanam immortalem eſſe ſenſe- „ runt, nec ſolum ſenſerunt, ſed quantis „ potuerunt argumentationibus defenderunt, „ & ipſas deſenſiones ſuas conſcriptas poſte- „ ris reliquerunt.

111. Cæterum de Corporum, ſive carnis reſurrectione contrarium Chriſtianæ fidei ſemper docuerunt: unde Tertullianus in lib. de præſcript. cap. 7. ait: *Ut carnis reſurrectio negetur de una omnium Philoſophorum Schola ſumitur*. Hos itaque ſecutus eſt Apelles negans carnis, ſive corporum reſurrectionem, quem-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

quemedmodum & præcedentes hæretici ijſ-
dem Philoſophicis inſtitutis addicti, eandem
reſurrectionem deriſerunt. Subjungit Apel-
les, animes reſurgere, quæ ſuit Arehonti-
corum doctrina, ſive potiùs blaſphemia, ut
liquet ex eorum hæreſi VII. aſſerentium ani-
mas reſurgere in continua filiorum ex Pe-
tribus generatione. Certè cum anime non
ſit mortalitati obnoxia, de ee verificari non
poteſt reſurrectio, quæ omninò mortem ſup-
ponit. Neque alia eſt animæ reſurrectio,
niſi dum iterum carne induta corpus revi-
vificat. Hinc Lectantius lib.7. de Divino
Præmio cap. 23. ait: „ Non igitur reneſcen-
„ tur, quod fieri non poteſt, ſed reſurgent,
„ & à Deo corporibus induentur, & prio-
„ ris vitæ, ſactorumque omnium memores
„ erunt. „ Et hoc eſt quod ait in eodem li-
bro cap.11. agens de animarum reſurrectio-
ne, dum ſcribit: „ Impletis igitur tempori-
„ bus, quæ Deus morti ſtatuit, termina-
„ bitur ipſe mors. Et quià temporalem vi-
„ tam temporalis mors ſequitur, conſequene
„ eſt, ut reſurgant animæ ad vitem peren-
„ nem, quià finem mors temporalie accepit.
Ideſt, conſequens eſt, ut animæ iterum car-
ne indnentur, ad propria videllcet remit-
tantur corpora vivificanda, & ità perenni
atque beata ſruantur vita. Hæc itaque pro-
priè non eſt animarum reſnrrectio, ſed cor-
porum, quibns animæ reſtituuntur, ut pro-
priè dicantur ad vitam reſurgere.

COMMENTARIUS

In Hæreſim VII.

112. A*Nimas alias fœmineas*) à Phi-
lumena edoctum henc demen-
tiam accepiſſe Apellem, notat Tertullienua
in lib. de anima cap. 36. In ſexu quoque
animas diſcriminari voluit, quemadmodum
& corpora, immò, corpora diverſitetem ſe-
xuum ab ipſe anima recipere. Cùm enim po-
ſuerit animes præexiſtentes, dicebat fœmi-
nees animes corpora ſexus fœminei conſti-
tuere, viriles verò, ſexum quoque virilem
corporibus tribuere: fortè ſic in ſuis phan-
taſmatibus Philumena hujuſmodi diverſita-
tem videre exiſtimavit. Atqui ſexuum di-
verſitee corporum tantum eſt, non animæ;
*Mirabile inſtitutum Dei eſt, quòd ad conſer-
vationem generum, duos ſexus Maris & Fœ-
minæ machinatus eſt*, ſcribit Lactantins lib.1.
de opificio Dei, cap. 1e. *quibus inter ſe per
voluptatis illecebras copulatis, ſucceſſiva So-
boles pareretur, ne omne genus viventium
conditio mortalitatis extingueret*. Et notat
etiam Cæſariua vir Illuſtrie Dial. 3. ſexus
meris, & fœminæ, proprietates eſſe huma-
næ naturæ: & hac ratione locum non habe-
re dicit in Angelice natura: *In Beata igi-
tur illa natura*, inquit, *Maris & Fœminæ
diſcrimen nullum eſt*. Hinc Arnobius lib. 3.
adverſua Gentes, Romanos reprehendit,
quòd Deos maſculos, Deaſque fœminaa con-
finxerint: „ Invitere nos forſitan, *inquit*,
„ ad iſtorum Numinum potuiſſetia cultum,
„ ſi non ipſi vos primi opinionum turpium
„ fœditete talia de illie confingeretis, quæ
„ non modo illorum polluerent dignitatem,
„ ſed minimè illos eſſe qualitatibus compro-
„ baretie adjunctis. Adduci enim primùm
„ hoc, ut credamus non poſſumue, immor-
„ talem illam, præſtentiſſimamque naturam
„ diviſam eſſe per ſexus, & eſſe pertem
„ unam mares, partem eſſe alteram fœmi-
„ nas. „ Et infrà rationem adducit, quia
nimirum neceſſe eſt aſſerat Deos eſſe cor-
poreos, ut de iis diverſitae ſexuum dici poſ-
ſit: „ Adduci ergò non poſſumue, *ait*, ut
„ corpora credemus Deum: nàm neceſſe eſt
„ corpora, ſi ſunt mares, & fœminæ vi ſi-
„ gnificata ex generum diſiunctione. Quis
„ enim vel exigui ſenſua neſcit terrenorum
„ ab illo animantium conditore non alie de
„ cauſe generis diverſi ſexue inſtitutos eſſe,
„ atque formatos, niſi ut per coitus, &
„ connubie corporum, res caduca, & lebi-
„ lis ſucceſſionis perpetuæ innovatione du-
„ reret? „ *Hæc & alia Arnobius*. Que ra-
tione evincitur nec animas intellectivas per
ſexuum diverſitetem ſecerni: cùm enim Spi-
rituales ſint, non corporeæ, immortelee item,
minimè caduciteti, vel defectioni ſubjectæ,
non eſt in eis ſexua differentia excogitan-
da, niſi fortè quis velit inſanire cum Apel-
le, aut ſomniare cum Philumena hujus de-
mentiæ auctrice.

COL-

COLLATIO
Hæreſum Apellitarum cum Hæreſibus Recentiorum Evangelicorum.

COLLATIO
Hæreſis I.

113. DIXIMUS in Collatione Hæreſis I. Heracleonis, in diverſis Orientalibus Provinciis hunc adhuc de duobus principiis vigere errorem: Et in eodem concordare eos, qui tres Divinas perſonas in tres dividunt eſſentias. Cæterum cum Apelle hac in hæreſi propriè concordant, qui Deum conſtituunt cauſam, & authorem totiùs Mali, quos retulimus in Collat. Hæreſis III. Simonis, & Simonianorum. Quibus addi poſſunt Phanatici illi qui in Anglia ab anno MDXL. & ſequent. delirantes docebant, *Deum eſſe Auctorem peccati, quatenus eſt Anomia, & Ataxia*, prout refert Georgius Hornius licèt Acatholicus in ſua compendiaria Eccleſiaſtica hiſt. nuper recuſa Francfurti anno MDCLV. Period. III. Art. III. pagina mihi 612.

COLLATIO
Hæreſis II.

114. IN terminis concordant Anabaptiſtæ, de quibus Stanislaus Reſcius in Atheiſmo de Symbolo ità ſcribit: „Anabaptiſtæ diſertè docent, ut „ Sarcerius ſcribit, Chriſtum non habuiſſe veram carnem ex Maria Virgine aſ„ ſumptam: Sed ſecum Cœleſte & Spirituale è Cœlis corpus detuliſſe, & ex „ Virgine Maria nil aſſumpſiſſe: Sed corpus ejus tanquam per canalem pertranſiſſe: Carnem verò ex Elementis hujus Mundi attraxiſſe, quam tamen Mun„ do reliquit, cùm in Cœlum aſcendit: & propterea phantaſticum illi corpus „ tribuunt, hoc eſt, nudam corporis apparentiam, ſive corpus apparens. „ Albertus quidam Ardembergius, ut idem Reſcius refert, in conventiculo quodam Branſuvicenſi, negare volens Chriſti corporis virtutem in Euchariſtia, melius id probare neſcivit, quàm ut ſimul etiam Chriſtum è Virgine nullam carnem unquam accepiſſe negaret: Sed ſicut ſol per aquam, nullo ex illa humore contracto, ſic Chriſtum per Virginis uterum pertranſiviſſe.

COLLATIO
Hæreſis III.

115. COncordant in hac hæreſi Sectarii illi in Anglia, qui conſimiles blaſphemias evulgarunt, quas adduximus in Collatione Hære-

ſis VIII.

ſis VIII. Saturnini. Faciunt etiam à nobis relata in Collatione hæreſis X. Simonis. Recolenda ſunt inſuper dicta in Collatione hæreſis XIII. Cerinthianorum.

COLLATIO

Hæreſis IV.

116. CUm Apelle hac in hæreſi concordare videntur recentiores Adiaphoriſtæ de quibus Stanislaus. Reſcius in Centur. 8. Adiaphoriſtæ, hæc ſcribit: „Adiaphoriſtæ ex eo ſunt Lutheranorum genere, quos Molliores vocant, & in ea parte Saxoniæ vivunt, quæ Principis Electoris Imperio paret. Hi credunt, & docent, quòd Eccleſiæ, & Conciliorum legitimæ Conſtitutiones res ſint indifferentes, quas ſive obſerves, ſive violes, muteſvè non peccas. Quamobrem etiam, in ipſa ſua Auguſtana confeſſione multa mutarunt, addiderunt, minuerunt: Libros Lutheri, de quo valdè eſt ſollicitus Illyricus, correxerunt, & perpurgatos ediderunt, Poedobaptiſmum, ut habet Lendanus, Magiſtratum, Juramentum, Cæremonias, Jejunia, Orationes, & reliqua Sacra ejus eſſe volunt generis, ut nihil interſit, utrum illis aliquis utitur, an non utatur, liberumque eſſe volunt Sectatoribus ſuis, pacis, & tranquillitatis gratiâ, illam vel illam opinionem tueri, & ut cujuſque Civitatis, aut Provinciæ mos eſt, ità ſe in cauſa Religionis adhibere, ut videre eſt in Lipſico *Interim*. Horum caput Philippus, Helerus, & alii Virtembergici, & Lipſici Rabini.„ *Hæc Reſcius*. Sectarii in Anglia ex eodem Georgio Hornio, adiaphoriſmum adeò dilatarunt, ut docerent, *Homines poſſe ſervari ſine Chriſto, etiam Ethnicos, ſi eolant Deum pro modulo ſuo, quanquam nihil audiverint de Chriſto*, ut ex propoſitione 45. Et propoſit. 100. dicebant: *In Articulis fidei nihil certò eſſe credendum, & ſtatuendum, ſed omnes debere habere libertatem Conſcientiæ, & prophetiæ*. Bellarminus tom. 1. Controverſia 5. General. lib. 3. cap. 19. eundem errorem tribuit Gregorio Caſſandro, qui in libro *de Officio pii viri*, docuit, debere Principes invenire rationem pacis inter Catholicos, Lutheranos, Calviniſtas &c. Sed interim dùm non inveniunt, debere permittere unicuique ſuam fidem, dummodò omnes recipiant Scripturam, & Symbolum Apoſtolicum. Neque denique diſtat doctrina tradita Londini anno 1686. relata in continuatione Eccleſ. Hiſtor. Georgii Hornii, pag. mihi 773. ubi inter plura hæc firmatur propoſitio, quæ eſt 15. nimirum: „Societas Chriſtianorum voluntariè ſe ſeparantium ab aliis Chriſtianis Societatibus, earumque doctrinam, & ritus condemnans, & deſtituta viſibili communione cum illis in Euchariſtia, Sacris cœtibus, & publicis devotionibus, eſſe poteſt non obſtante iſta ſeparatione myſticum Chriſti Membrum in Communione Catholica, & pars Eccleſiæ Catholicæ. „ Hinc docere videtur, poſſe hujuſmodi Societatem ſic ſeparatam, ne dùm in ritibus, verùm & in doctrina, Salutem conſequi, cùm velit eſſe membrum Chriſti in communione catholica, partemque Catholicæ Eccleſiæ. Et ità hac ſtante doctrina, Schiſmatici omnes, & Hæretici ſalutem conſequi poterunt, cujuſvis Sectæ ſint. Non ergò ab Apellis doctrina multum diſtare videtur.

COL-

COLLATIO

Hæreſis V. VI. & VII.

117. DIximus in Collatione Hæreſis XLV. Baſilidis, Trementes; teſte Bruodino, docuiſſe animas extitiſſe ante corpus: ex quo in parte accedere videntur ad eandem opinionem Apellitarum. Porrò quò ad Mortuorum reſurrectionem Libertinos eam negare notavimus ex Lindano in Collatione hæreſis VII. Simonis Magi, quemadmodum Loiſtas, Davidem Georgium, & alios ibidem relatos. Trementes quoque idem docere conſtat ex allatis in Collatione hæreſis XVII. Baſilidis, & Baſilidianorum. Sectarii quoque in Anglia apud Georgium Hornium loco ſupra cit. eandem docuerunt hæreſim, aſſerentes, ut in propoſit. 87. *perfectionem, & reſurrectionem, de qua agit Paulus I. ad Corinthios, cap. 15. verſ. 51. & ſequ. fore in hac vita, & eò pertingendum ante mortem*. Et propoſit. 86. negant Infantum futuram reſurrectionem, ex quo in capaces cognitionis Dei. Animas denique habere ſexus diverſos, neminem reperi ex Recentioribus docuiſſe.

CAPUT II.

SIVE XXIV.

De Severo, & Severianis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1. *SEVERIANI à Severo exorti, vinum non bibunt; eò quòd fabuloſâ vanitate de Satana, & Terra germinaſſe aſſerunt vitem. Etiam ipſi non ſanam doctrinam ſuam, quibus volunt inſtant Principum nominibus, Carnis reſurrectionem cum veteri Teſtamento reſpuentes. Hic præterea Philumenam quandam puellam dicebat inſpiratam ad prænuntianda futura: ad quam ſomnia, atque æſtus animi ſui referens, divinationibus, ſeù præſagiis ejus ſecretim erat ſolitus præmoneri, eodem phantaſmate eidem Philumenæ pueri habitu ſe demoſtrante, qui puer apparens Chriſtum ſe aliquando, aliquando eſſe aſſereret Paulum, à quo phantaſmate ſciſcitans ea ſoleret reſpondere, quæ ſe audientibus diceret. Nonnulla quoque illam miracula operari ſolitam, inter quæ illud præcipuum, quòd in anguſtiſſimi oris ampullam vitream panem grandem immitteret, eumque extremis digitulis levare ſoleret illæſum, eoque ſolo quaſi divinitùs ſibi cibo dato fuiſſet contenta.*

COMMENTARIUS HISTORICUS.

2. SEVERIANI *à Severo*) Non una fuit Severianorum Secta, benè verò plures ac diverſæ; & imperitè quidam in unam confundunt, cùm in plures ſecernere oporteat. Euſebius lib. 4. hiſtoriæ cap. 29. poſt Tatianum, & Encratitas exortos ſcribit Severianos, inquiens: „ Non multò verò poſteà Severus quidam, cum ſupradictæ hæreſi robur, ac vires addidiſſet, in cauſa fuit, ut illius Sectæ homines ex ipſius vocabulo Severiani dicerentur. Hi legem quidem, & Prophetas cum Evangeliis admittunt, ſed proprio quodam ſenſu Sacras Scripturas exponunt. Paulum Apoſtolum maledictis impetentes, Epiſtolas ejus repudiant, ae nè Apoſtolorum quidem actus ſuſcipiunt. „ Hæc Euſebius, quorum primum Auctorem & architectum Tatianum fuiſſe aſſerit. Eodem pacto de hiſce Severianis loquitur Auctor Chronici Alexandrini ſub anno II. olympiad. CCXXXVIII. Indict. XI. & Conſulatu II. Severi, & Pompejani, ubi ait: „ Secundùm Tatianum, de quo ſupra meminimus, Severus hæreticus, Severianæ hæreſis Architectus extitit. Utuntur lege Veteris Teſtamenti, admittunt Prophetas, & Evangelia, ſed pro ſuo cerebro Scripturam Sacram interpretantur. Paulum verò Apoſtolum diris devovent, Epiſtolas illius proſcribunt. „ *Acta Apoſtolorum reiiciunt*.

3. Hos autem Severianos, eoſdem non eſſe cum illis de quibus S. Doctor Auguſtinus loquitur in noſtro textu liquet: Etenim de quibus agit S. Auguſtinus, vetus Teſtamentum reſpuebant: *Carnis reſurrectionem*, inquit, *cum Veteri Teſtamento reſpuentes*. At Severiani de quibus Euſebius, & Auctor Chronici Alexandrini, vetus Teſtamentum recipiebant: *Hi legem quidem*, ait Euſebius, *& Prophetas cum Evangeliis admittunt*. Et Auctor Chronici Alex. *Utuntur*, inquit, *lege veteris Teſtamenti, admittunt Prophetas, & Evangelia*. Ex diverſitate igitur dogmatum, palàm fit Sectâ fuiſſe diverſos. Et Theodoretus lib. I. hæret. fabul. fatetur hos Severianos, de quibus Euſebius, ab Encratitis & Tatiano habuiſſe doctrinam: „ Severus, *inquit*, ſuſceptâ eorum doctrinâ, eos qui ab ipſo decepti fuerant, à ſuo cognomine appellavit. Hinc nonnulli Encratitas Severianos appellant. Hi Divini Pauli Epiſtolas, & Actuum hiſtoriam reiiciunt. Adversùs eos ſcribit Muſanus veritatis Patronus, & Clemens Stromateus, & Apollinaris, qui Sacræ Civitatis in Phrygia fuit Epiſcopus, & Origenes.

4. Meminit utique Severianorum Origenes lib. 10. in cap. 14. Epiſt. ad Rom. ſuper illa Pauli verba: *Non enim Regnum Dei eſt eſca, & potus*, inquiens: „ Hoc enim eſt, quod ſpiritali lege ſancitur: tametſi Judæus, Verbi cauſa, aut ex his, qui Severiani, Tatianique appellantur, velit Chriſto credere, putet tamen non parùm ineſſe momenti in obſervantia continentiæ, vel ciborum, qui lege prohibentur, vel quos quaſi caſtitati adverſantes, exiſtimant nonnulli etiam Scripturarum auctoritate declinandos. „ Hos ergò Severianos à Tatiano exortos declarat, immò & Tatianorum dogmata ſectatos indicat.

5. Et ex hoc textu Origenis Ittigius in ſua de Hæreſiarchis Differt. cap. 12. num. 14. conatur oſtendere Severianos poſteriores extitiſſe Tatianis. Id quoque, quod oſtendit Valeſius in notis ad cap. 19. lib. 4. Euſebii ex ejuſdem Euſebii contextu. Immò Ittigius aliam etiam affert rationem, in eo videlicèt ſitam, quòd Irenæus nec minimam quidem mentionem faciat de Severianis, cùm tamen Tatianos non prætereat, ſignum, inquit, nondum exortos Severianos eo tempore, quo Irenæus ſcripſit adversùs hæreſes: verba ejus ſunt: „ Verùm Severiani Tatianis poſteriores fuerunt: unde Tatianorum quidem, non item Severianorum meminit, ex quo tùm nondum ortos fuiſſe colligi poteſt, cùm Opus ſuum adversùs hæreſes Irenæus ſcriberet.

6. Utique fatemur hos quoque Severianos poſteriores eſſe Tatiano, & Encratitis: teſtatur enim Epiphanius in hæreſ. 45. poſt Apellem exortum Severum, à quo Severiani: *Severus quidam*, ait, *à quo Severianis nomen inditum eſt, poſt Apellem illum prodiit*. Cùm itaque oſtenſum ſit in ſuperiori cap. Apellem ordine poſteriorem extitiſſe Tatiano, & Encratis, ſequitur pariter, & Severianos poſteriores iiſdem fuiſſe, quamvis quemadmodum de Apelle, ità & de Severianis idem Epiphanius Sermonem faciat, quem ſequitur Auguſtinus. Et ratio eſt, quià Severus hujus hæreſis Architectus ſecutus eſt Apellem, prout ſcribit Damaſcenus in libro de hæreſibus, inquiens: *Severiani à Severo quodam dicti ſunt, qui rurſum Apellem ſecutus eſt*: Qua pariter de cauſa Nicetas lib. 4. Theſaur. Orthodox. hæreſ. 17. Honorius Auguſtudonenſis in Catalog. hæreſ. Rhabanus Maurus lib. 2. Inſt. Clericor. cap. 58. Iſidor. lib. 8. Etymol. cap. 5. & Auctor Prædeſtinat. lib. 1. hæreſ. 24. Severianos poſt Apellem immediatè recenſent, & ante Tatianum.

7. Nequè negamus Severianos alios poſt Tatianum pariter extitiſſe, utpotè à Tatiano exortos, hos tamen non confundimus cum illis, quos diverſos volumus: nàm certè una Secta ab alia ex ſola diverſitate dogmatum ſecernitur: nec una Secta quæ

potio-

Digitized by Google

potiora dogmata diverſa omninò, à dogmatibus alterius, tenet, una & eadem cum altera dici poteſt: Cùm itaque, ut adnotavimus ſupra, Severiani de quibus agunt Epiphanius, & S. Auguſtinus, reiiciant vetus Teſtamentum: recipiant verò Severiani à Tatiano exorti, ut referunt Euſebius, Chronic. Alexandrin. & Theodoretus: quia Theodoretus ſolùm refert, eos reiicere Pauli Epiſtolas, & Acta Apoſtolica, ſequitur non unam dumtaxat extitiſſe Severianorum Sectam benè verò duas: hoc nimirum inter ſe ordine ſervato, ut priùs extiterit Tatianus, indè Severus Tatiani Sectator, & qui ab eo appellati ſunt Severiani: poſtea Apelles, inde alter Severus & ab eo cognominati Severiani, de quibus in præſentiarum agimus: Et licèt iſti ferè coævi fuerint, attamen eorum hæreſes non ſimul innotuerunt, ſed una aliqualiter alterâ poſterior.

8. Fuerunt inſuper & alterius generis Severiani, quos alii Severitas appellant, enati poſt Concilium Chalcedonenſe, auctore Severo Sozopolitano ex cauſidico Beryti Chriſtiano, Monacho poſteà, qui propter hæreſim de una Chriſti natura à Nephalio & Monachis è monaſterio ejectus, legatione pro ſe, & ſuis ad Imperatorem Anaſtaſium ſuſceptâ, & cum ipſo Cæſare in amicitiam copulatus, exorto Antiocheno Schiſmate adversùs Flavianum, ejuſdem Imperatoris favore Pſeudo-Epiſcopus Antiochenus delectus fuit: prout ſeribit Evagrius Scholaſticus lib. 3. hiſtoriæ cap. 33. Hic verò Sectâ fuit Monothelita, qui & Concilium Chalcedonenſe anathematizavit, multaque alia impia egit, ut idem Evagrius refert: De quo & plura habet Anaſtaſius Synaita in lib. *Dux viæ* cap. 6. & ſeq. Cæterum iſti Severiani longè poſteriores extiterunt iis, de quibus agimus, fueruntque prorsùs Monothelitæ.

9. Itaque à Severo Apellis Synchrono, ſive ejuſdem Apellis auditore, ut videtur innuere Damaſcenus, ſive ejus condiſcipulo, ut quibuſdam placuit, & Marcionis auditore, cognominati ſunt Severiani, de quibus S. Auguſtinus loquitur in noſtro textu. Cujus Severi genus, patria, profeſſio, vel cujus progeniei, patriæ, & profeſſionis fuerit penitùs ignoratur: etenim apud antiquos altum ſilentium eſt: obſcurum ergo, & infimæ progeniei hominem, nec naturæ dotibus, nec acquiſitis ſcientiis exornatum fuiſſe, conſequens eſt. Notat Danæus in opuſculo de hæreſibus cap. 24. Severum Apellis æmulatione, qui in Syria Meridionali, & in Ægypto ſuam ſectam inſtituerat, ſuum voluiſſe condere errorem, quem in Orientali quoque Syria evulgaſſe refert. At Auctor Prædeſtinati lib. 1. cap. 24. apud Rhodum primùm exortam hanc ſectam docet, habuiſſeque ſtatim contradictorem S.Euphranonem Epiſcopum Rhodium. *Hos damnavit*, inquit, *S.Euphranon Epiſcopus Rhodicis: apud Rhodum enim horum ſuperſtitio orta eſt.*

10. De tempore hujus exortæ hæreſis ex dictis ſatis colligi poteſt, cùm ferè coæva Apellitarum hæreſi fuerit. Hinc Danæus eam ſtatuit anno à Chriſto paſſo CLVI. extremo tempore Epiſcopatus Eleutheri ſub Imperio Commodi, ſexennio poſt exortam hæreſim Apellitarum. Ricciolius verò par. 3. Chronologiæ Reformatæ Catal. II. non agnoſcens niſi Severum, qui Tatiani dogmata auxit, collocat ſub anno Domini CLXXIV. ſub Marco Antonino Philoſopho Imperatore, & Soteris Pontificatu, circà annum Domini CLXXVIII. Prateolus verò & ipſe ſecutus Nicephorum lib. 4. hiſt. cap. 4. non alium agnoſcit Severum præter Encratitam, & Tatiani auditorem: qui tamen neque præfato tempore, potuit evulgaſſe hæreſim ſuam, cùm conſtet ignoratam ab Irenæo, cui ignota non fuit illa Tatiani, qui circa ea tempora agnitus fuit hæreticus. Hinc Epiphanius palàm fatetur ſe non poſſe tempus certum hujus hæreſis commemorare. *Nequè enim tempus ipſum accuratè*, inquit, *commemorare poſſum, niſi quòd vicini ſibi invicem extiterunt.* Et ita Severianos coævos facit Apellitis & Lucianiſtis: *Qui ſuperioribus illis*, ait, *proximè à me ſubjiciendus eſt, vel iiſdem temporibus, vel ſaltem eſt ætate ſuppar.* Quarè magis veriſimile eſt emerſiſſe ad extrema tempora Pontificatus Eleutheri, vel ad initia Victoris circà annum Domini CXCII. Hoc enim anno ſublatus eſt Eleutherus, & ſuffectus ejus loco in Sede Pontificia Victor, ut conſignat Aubertus Myræus in ſuo Chronic. Belgic.

11. De exitu tandem Severi nihil memoriæ proditum legitur: nec diutiùs hujuſmodi ſectam ſub proprio perduraſſe nomine, ab aliis fortè tunc enaſcentibus hæreſibus ſuppreſſo, Auctor eſt Epiphanius, aſſerens ſua ætate fuiſſe ferè extinctam: „ Accedit, „ *inquit*, & illud; quò vel nullæ hodiè ſu„ perſint illius ſectæ reliquiæ, vel exiguæ „ admodum Superioribus in Provinciis relictæ.

COMMENTARIUS

Dogmaticus.

12. **V***inum non bibunt*) Severi, & Severianorum dogmata ab Auguſtino relata ad tria reducuntur capita: I. eſſe à vino abſtinendum, utpotè à Satana eum terra germinatum. II. Vetus Teſtamentum ut Dei Verbum nequaquam recipiendum. III. Carnis reſurrectionem minimè futuram credendam. Sed Epiphanius diffuſiùs eandem hæreſim pertractans nonnulla alia recenſet Severianorum dogmata.

13. Et primò quæ de Mundi Origine fabulabantur his verbis refert: „ Mundi originem Principiis neſcio quibus, ac Poteſtatibus tribuit. Eſſe verò præterea ſupremo in Cœlo, ac Sæculo, quod nominari non poteſt, bonum quendam Deum; Diabolum Magni Principis filium eſſe, qui Poteſtatibus præſidet, cujus nomen partim Taldabaoth, partim Sabaoth appellat. A quo genitus ille Serpens primùm fuit; indè ab cœleſti Virtute dejectus in terram, ac delapſus, Serpentis formâ, libidinis ſtimulis percitus cum Terra ceù Muliere quâdam coit. Quo ex ſatu vitis pullulavit. Undè ad Conciliandam nugis ſuis fidem, ſinvoſos vitium flexus, ac rotundos, & cujuſmodi Serpentium ſpiræ ſunt, obliquos, ad illud ſignificandum referunt. Nàm albam ſanè vitem Serpentis ſimilitudinem exprimere; nigram draconis; acinos porrò tanquam veneni guttas ac ſtillas eſſe, propter rotunditatem, ac ſingulorum diſcrimina, adeòut orbiculi ipſi à ſe invicem avulſi, ſeparatique cernantur. Indèque & vinum hominum perturbare mentes, ac partim Veneris illecebras concitare; partim furoris agitare ſtimulos, partim denique ad iracundiam provocare; quod ex vini vi, hoc eſt Draconis illius veneno, leve fiat, efferaturque corpus. Quam ob cauſam, qui hanc Sectam profitentur ab omni uſu vini penitùs abſtinent. „ *Hæc Epiphanius*.

25 Nicetas verò in Theſaur. Orthodox. lib. 4. cap. 17. agens de iiſdem Severianis, eandem genealogiam compendioſiùs deſcribens ait: „ Principatibus hic quoque, Poteſtatibuſque illam rerum creationem, quam credimus, accommodat. Aitque unum eſſe Deum bonum in Supremo Cœlo, & Sæculo. Diabolum autem ex ejus fœmore proceſſiſſe, qui Poteſtatum ordini præeſt: quem etiam Taldabaoth vocat. Diabolum hunc, ſimul, atque in lucem editus eſt, Serpentem deprehenſum, & idcircò in terram dejectum. „ *Ità Nicetas*. Patet ergo fabula Severianorum de Mundi opificio, quod non Deo tribuit, ſed quibuſdam creatis Poteſtatibus.

15. Porrò non à Deo conditam Mulierem volunt, ſed opus eſſe Satanæ contendunt, proindè & nuptias damnant, docentes, eos, qui ſe nuptiis copulant, opera perficere Satanæ. Totum quoque hominem neque Dei opus eſſe fatentur, partem dumtaxat: nimirùm ab umbilico & ſurſum, alteram verò partem infrà umbilicum à mala eſſe conditum Poteſtate „ ob id, inquiunt, *ait Epiphanius*, voluptatum titillationes omnes, ac libidines ab umbelico, atque inferioribus partibus excitantur. „ Addit poſteà Epiphanius, etiam Apocryphis uſos fuiſſe Scripturis, ex receptis verò & canonicis libris, ea ſola delegiſſe, quæ ad proprium errorem confirmandum, genuino depravato ſenſu, conducere exiſtimabant: „ Cæterum, *ſubjungit Epiphanius*, Apocryphis quibuſdam libris uti illos accepimus; ac partim etiam publicis, ac receptis, ex quibus ea ſola deligunt, quæ pro animi ſui libidine commutata, adulterataque depravant.

16. Mos enim hæreticorum ſemper fuit, ut decipere faciliùs ſimplices poſſent, Apocryphis uti Scripturis, velut Divinitùs inſpiratis, canonicas verò & verè inſpiratas depravare. De antiquis illis Valentinianis ſcribit Irenæus lib. 1. cap. 17. inenarrabilem Apocryphorum multitudinem hos hæreticos confinxiſſe: „ Super hæc autem, *inquit*, inenarrabilem multitudinem Apocryphorum, & perperam Scripturarum, quas ipſi finxerunt, adferunt ad ſtuporem inſenſatorum, & quæ ſunt veritatis non ſcientium literas. „ Auctor verò Apoſtolicarum Conſtitutionum lib. 6. cap. 16. Simonem Magum, & Cleobium peſtilentiſſimos, refert confinxiſſe libros ſub Chriſti, & Diſcipulorum nominibus, quare monens, ait: „ Non enim attendere debetis nomina Apoſtolorum, ſed naturam rerum, & rectam, indeflexamque Sententiam. Scimus quippe Simonem, & Cleobium venenatos libros nomine Chriſti, & Diſcipulorum ejus compoſuiſſe, atque circumferre, ad decipiendos vos, qui Chriſtum, noſque Servos ejus dilexiſtis. „ Deindè quoſdam Apocryphos recenſet, nimirum, Moſis, Enochi, Adami, Eſaiæ, Davidis, Eliæ, & trium Patriarcharum, quos exitiales dicit, ac repugnantes veritati. Progreditur tandem & morem hæreticorum confingendi hujuſmodi Apocryphos, inculcat, inquiens. „ Conſimiles libros nunc quoquè ediderunt inauſpicati homines, calumniantes creatorem, nuptias, providentiam, procreationem liberorum, Legem, Prophetas; adſcribentes barbara quædam nomina, ſcilicet, ut ipſi dicunt, Angelorum, ut verum autem profera-

„ tur,

„ tur, Dæmonum, quorum afflatu loquuntur.
„ tur.

17. Ut verò nonnulla ſub Apoſtolorum nominibus conficta ab hæreticis pateant, ſciendum ſub nomine Thomæ à Manichæis confictum fuiſſe Evangelium, quod ipſis familiare fuit, ut notat Gelaſius Papa, cujus meminit Origenes homil. I. in Lucam: & Cyrillus Hieroſolymit. Catech. 6. tradit hujus Evangelii Auctorem extitiſſe Thomam quendam Manis Perſæ, ſive Manetis, aut Manichæi, diſcipulum, quod Gelaſius diſt. 15. & Athanaſius in Synopſi, inter damnatas Scripturas recenſent. Prodierunt inſuper ſub ejuſdem Apoſtoli nomine Actiones, ſive actua Thomæ, quem librum damnat Innocentius I. in Epiſtola ad Exuperium, quo pariter uſos fuiſſe Manichæos ſcribit Auguſtinus lib. 1. de Serm. Domini in Monte, & lib. contra Adamantium, & lib. 22. contrà Fauſtum. Cujus pariter generis fuerant Itinerarium, ſive Circuitiones Thomæ, & Apocalypſis ejuſdem, rejecti à prælaudato Gelaſio Papa.

18. Ejuſdem generis fuerant quædam Scripturæ ſub nomine Pauli evulgatæ, ut Raptus, ſivè Apocalypſis Pauli, quem libellum nefariis actionibus refertum, à Cajanis confictum, refert Epiphanius in Panario, quo & Gnoſticos quoquè uſos fuiſſe teſtatur. Actus ſub nomine Pauli inter eas Scripturas recenſet Euſebius lib. 3. hiſtor. de quibus maximè dubitatur: ſed & Pauli & Theclæ Acta inter reprobatas Scripturas adnumerat Gelaſius in cit. diſt. 15. Inter fabulas recenſet S. Hieronymus in lib. de Script. *in Luca*.

19. Porrò Evangelium Petri ejuſdem farinæ fuit, quod cum diverſos contineret errores, & in quibuſdam Eccleſiis legeretur, Serapion Epiſcopus Antiochenus ſcripſit peculiarem librum ad fratres Rhoſi Ciliciæ, ut caverent ab hujuſmodi lectione. Similiter libellus appellatus Actus Petri, & Prædicatio Petri, atque etiam Apocalypſis Petri, nunquàm fuerant pro Canonicis recepti, ut notat Euſebius lib. 3. hiſtor. cap. 3. Itinerarium denique Petri, ſub nomina Clementis editum, inter libros ſuſpectæ fidei collocat Gelaſius.

20. Itèm & libellus appellatus, Andreæ Acta inter Scripturas reprobatas repoſitus legitur in Decreto Gelaſii. Innocentius I. in Epiſtola ad Exuperium ſcribit hujuſmodi libellum ementitum fuiſſe à Nexocarida, & Leonida Philoſophis. S. Auguſtinus in lib. de fide contrà Manichæos refert Leucium Manichæum Actiones quaſdam Andreæ literis demandaſſe: Et Philaſtrius in lib. de hæreſ. cap. 48. fatetur Manichæos conſueviſſe uti quibuſdam Apocryphis ſub nomine Andreæ, ut ſunt Actus quos fecit veniens de Ponto in Græciam.

21. Deindè Evangelium nomine Bartholomæi ab Eccleſia nunquam receptum, inter Scripturas Apocryphas reiicit Gelaſius, atque ab eo maximè cavendum monet: Evangelium quoque quod ſecundùm Hebræos inſcribitur, Auctores habuit Ebionitas, ut refert Epiphanius in Panario, in Ebionitar. hæreſi. Extitit & Encratitarum Evangelium à Tatiano hæretico compoſitum, cujus meminerunt Epiphanius, Theodoretus, & alii agentes de Tatiani hæreſi. Nazaræi pariter & alterum ad eorum uſum Evangelium confinxerunt.

22. Manichæi quoſdam actus confinxerunt, quos intitularunt Joannis Evangeliſtæ Actus, ut notat Philaſtrius de hæreſibus cap. 54. Evulgarunt etiam Hæretici Evangelium ſub nomine Matthiæ, ut refert Euſebius lib. 3. hiſt. cap. 25. & meminit Origenes hom. 1. in Lucam. Clemens Alexander lib. 7. Stromat. ſcribit, Marcionem & Baſilidem uſos fuiſſe quodam libello intitulato: *Traditiones Matthiæ*, & quidèm ad ſuas hæreſes roborandas. Emerſerat quoquè ſub nomine Taddæi Apoſtoli Evangelium rejectum à Gelaſio Papa dict. diſt. 15. de Apocryphis Scripturis.

23. Denique, ut ſummariè nonnulla alia Apocrypha, quæ ſub nomine Apoſtolorum evulgata fuerant, referam, infraſcripta ſubiicio, nimirum: *Apoſtolorum Actus* ab Ebione confictos, teſte Epiphanio in Panario, adversùs hæreſim Ebionitarum. *Apoſtolorum Actus* à Leucio Manichæo confictos, de quibus ſcribit ſupracit. S. Auguſtin. in libro de fide contrà Manichæos. *Apoſtolorum Actus* à quodam Presbytero Aſiæ compoſitos fabulis refertos. *Apoſtolorum Doctrinam*, apud Athanaſium in Synopſi, & Euſeb. lib. 3. hiſtor. cap. 25. *Apoſtolorum Evangelium*, cujus meminerunt Origenes hom. 1. in Lucam, & D. Hieronym. lib. 3. adverſ. Pelagianos, *Apoſtolorum Itinerarium*, repudiatum Act. V. Concilii Nicæni II. *Apoſtolorum Memoriam*, opus Priſcillianiſtis familiare, prout ſcribit Oroſius in Epiſt. ad S. Auguſt. de Erroribus Priſcillianiſtarum. *Apoſtolorum Sortes* librum damnatum à Gelaſio diſt. 15. cujus etiam mentio habetur in cap. *Non obſervetis*, cauſ. 26. quæſt. 7. *Apoſtolorum Scripta*, opus Dictionii hæretici damnatum in Concilio Bracarenſi can. 17. *Apoſtoli Magni Revelationes*, librum à Cerintho hæretico conſcriptum, ut indicat Gajus diſcipulus Origenis in Dial. ſuarum diſput. Et volumen, cui titulus: *Apoſtolicus liber*, opus à Marcione compilatum ex variis Epiſtolarum Pauli teſtimoniis, depravatis tamen ab hæretico, ut videre eſt apud Epiphanium in Panario adversùs hæreſim Marcionitarum.

24. His itaque & ſimilibus Apocryphis, quibus uſi fuerant ad incautos decipiendos & ſimplices, primitivæ Eccleſiæ hæretici, utebantur quoque Severiani, ut ità faciliùs

juxta

juxta propriam dementiam hæreſes ſuas accommodare poſſent. Hinc eſt quòd S. Leo Magnus Epiſtolâ 15. quæ eſt ad Turribium cap. 15. ſcribit: „ Apocryphæ autèm Scripturæ quæ ſub nominibus Apoſtolorum „ multarum habent ſeminarium falſitatum, „ non ſolùm interdicendæ, ſed etiam penitùs auferendæ atque ignibus concremandæ. Quamvis enim ſint in illis quædam, „ quæ videantur ſpeciem habere pietatis, „ nunquam tamen vacua ſunt venenis, & „ per fabularum illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione ſeductos, laqueis cujuſcumque erroris involvant. „ Hæc S. Leo. At quænam fuerit Severianorum ſumma hæreſum, quas ex fabuloſis narrationibus, & Apocryphis hauſerant, in Indiculo ſequenti palàm fiet. Hæc enim eorum fuerunt impia Dogmata.

I. Mundum non à Deo, ſed à quibuſdam conditum Poteſtatibus: Diabolum verò ab eo, qui Poteſtatibus præeſt.
II. Mulierem non eſſe Dei, ſed Satanæ opus.
III. Hominem ex parte eſſe Dei opus, ex parte verò Satanæ.
IV. Nuptias eſſe illicitas, nam qui nuptiis ſe copulant Satanæ opus perficiunt.
V. Carnis reſurrectionem nequaquam eſſe futuram.
VI. Vetus Teſtamentum non eſſe inter Canonicas, & Divinitùs inſpiratas Scripturas adnumerandùm.
VII. Uti vino ad bibendum illicitum eſſe.

25. *Hinc prætereà Philumenam quandam*) Danæus in opuſculo de hæreſibus non dubitat duas fuiſſe Philumenas, unam Apellis Scortum, Severi alteram, licèt eorum quoque ſententiam referat, qui aſſerunt non Severo, ſed Apelli ea convenire, quæ de hac Philumena ſcribit S.Auguſtinus in Severo. Colbergius verò in Specimine hiſtorico de ortu, & progreſſu hæreſium pag.163. aſſerit eandem Philumenam utriuſque propheriſſam, & amaſiam extitiſſe, Apellis ſcilicet, & Severi: „ Mihi verò, *inquit*, nec „ Auguſtinum, nec ejus librarii accuſandi „ videntur, cùm Philumenam uterque Apelles ſcilicet, & Severus in pretio potuerint habere, & ut Prophetiſſam venerari. „ Coætanei enim fuerunt, ut Epiphanius „ tradit. hæreſ. 45. itaut Apellis æmulatione impulſus Severus errorem ſuum cudere „ voluerit. „ At hæc opinio nullo videtur ſolido fulcita fundamento: nàm antiqui omnes Scriptores, Tertullianus in lib. de Præſcript. cap.30. & cap.6. S.Hieronymus lib.1. Commentar. in cap. 1. Epiſt. ad Galat. Rhodon apud Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 13. & alii, conſentiunt, Philumenam hanc Apellis fuiſſe comitem & prophetiſſam: & nemo aſſerit quòd ſecuta fuerit etiam Severum, aut quòd Severus eam adamaſſet, aut in pretio habuiſſet: id quod ſanè adnotaſſent, ſi aliquam veritatis ſpeciem hæc Colbergii opinio haberet. Quare ut ſupra notavimus cap. 1. num. 9. ſoli Apelli conveniunt ea quæ de Philumena S. Auguſtinus ſcribit in Severo, proptèr antiquorum Patrum teſtimonium, minimè Severo, proindè in nova operum S.Auguſtini editione à Monachis Benedictinis è Congregatione S.Mauri Pariſiis procurata, expuncta, atque omiſſa in Severo ſunt, quæ de Philumena in antiquioribus codicibus legebantur, quia ſic omiſſa reperant in emendatioribus M. S. codicibus.

COMMENTARIUS

In Hæreſim I.

26. M*Undum non à Deo*) Viam Severo pararunt præcedentes hæretici, Simon, Menander, Saturninus, Baſilides, Nicolaitæ, Carpocrates, Cerinthus, & alii, qui, ut vidimus in prima parte, Mundi hujus opificium Deo denegarunt, tribuentes quibuſdam Poteſtatibus, ſeu Angelis. Porrò de Diaboli creatione duæ fuerunt ante Severum opiniones, una Valentini, ut in ejus hæreſi V. notavimus, aſſerentis Diabolum genitum ab Æone trigeſimi ſæculi. Altera Archonticorum, qui dicebant Angelum ſeptimi Cœli genuiſſe Diabolum, ut ex III. eorum hæreſi liquet. Severus ergo, etſi fundamentum aſſerendi Diabolum non eſſe Dei creaturam ab iſtis deſumpſerit, deflexit tamen ab eorum opinione, dicens à Taldabaoth, & Sabbaoth genitum, Magno quidem Principe, nequaquam Deo.

COMMENTARIUS

In Hæreſim II. & III.

27. M*Ulierem non eſſe*) Hanc eſſe Archonticorum hæreſim ſcribit Epiphanius, inquiens: *Mulierem prætereà Satanæ opus eſſe dicunt, id quod & Archonticis placuit.* Potuit hoc aſſerere Severus, qui vetus Teſtamentum reiiciebat, à Moſis Scriptura prorſus diſſentiens: nàm Mulieris formatio ſatis perſpicuè deſcribitur à Moſe in libro Geneſis cap. 2. Non ergo legitur à Satana condita, ſed decepta poſtquam Deus eam condiderat, ut habetur cap. 3. Si tamen Pauli Scripta ſuſcipit, ab eo confirmatam Geneſeos Scripturam percipict: nàm Epiſtola 1. ad Corinthios cap. 11. ait: *Non enim vir ex Muliere eſt, ſed Mulier ex viro. Etenim non eſt creatus vir proptèr Mulierem, ſed Mulier proptèr virum.*

Et

Digitized by Google

Et paulò poſt: *Sicut Mulier de viro, ità & vir per Mulierem: omnia autem ex Deo*. Cæterùm cùm nonniſi quas Severus recipit, depravatas recipiat Scripturas, extortas, adulteratas, atque prò animi ſui libidine commutatas, ut refert Epiphanius, non eſt undè adversùs eum pugnare valeamus, utendo Scripturarum armis.

28. *Hominem ex parte*) Impugnat hanc fabulam, ſivè potiùs dementiam S.Epiphanius hæreſ. 45. inquiens: „ Corpus enim univerſum ex iis, quæ à Deo rectè fabricata ſunt, hoc eſt naturalibus eſt appetitionibus conflatum; ſed honeſtum, ac neceſſarium Deus indidit: nimirum, ut & ſomnum appetamus, & cibum, ac potum, veſtitum, ac cæteras opportunitates, quæ quidèm Deo haud ingratæ nobis uſu veniunt: adeòut vel ipſam à ratione minimè abhorrere veneris cupiditatem demonſtrare liceat. Eſt enim ad honeſtam ſobolis propagationem, & ad Conditoris omnium decus, & honorem conceſſa: quemadmodum ſemina ad eorum bonorum, quæ Deus creavit germinum videlicèt, ac fructuum ubertatem, ac copiam inſtituta ſunt. Sic humano generi ad illud præſtandum: *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram*, inſiti ſunt illi ipſi voluptatis aculei. „ *Hæc Epiphanius*.

29. Immò Lactantius de opificio Dei lib. 1. cap. 12. Mirabile Dei inſtitutum dicit, quòd ad conſervationem generum ſingulorum, duos ſexus Maris & Fœminæ machinatus eſt, quibus inter ſe per voluptatis illecebras copulatis, ſucceſſiva ſoboles pareretur, ne omne genus viventium conditio mortalitatis extingueret. Et cap. 13. ſubjungit: „ Poteram nunc ego ipſorum quoquè genitalium membrorum mirificam rationem exponere, niſi me pudor ab hujuſmodi ſermone revocaret: itaque à nobis indumento verecundiæ, quæ ſunt pudenda, velentur. Quod ad hanc rem attinet, queri ſatis eſt, homines impios, ac profanos ſummum nefas admittere, qui Divinum, & admirabile Dei opus ad propagandam ſucceſſionem inexcogitabili ratione proviſum, & effectum, vel ad turpiſſimos quæſtus, vel ad obſcœnæ libidinis pudenda opera convertunt, ut jam nihil aliud ex re ſanctiſſima petant, quàm inanem & ſterilem voluptatem.

30. Non ergo damnat pudenda, quæ ſunt ab umbelico infrà, Lactantius, nec vult eſſe ex Diabolo conditore, ſed collaudat, appellatque divinum & admirabile Dei opus ad propagandam ſucceſſionem inexcogitabili ratione proviſum, & effectum. Damnat rectè, quòd malè hujuſmodi membris utantur, quærendo ex re ſanctiſſima, ut ipſe loquitur, ſterilem voluptatem: id quod cedit in vitium voluntatis, non naturæ. Et Paulus in priori ad Corinth. cap. 12. honeſtè loquitur de ejuſmodi membris, dum ait: *Et quæ putamus ignobiliora membra corporis his honorem abundantiorem circumdamus: Et quæ inhoneſta ſunt noſtra abundantiorem honeſtatem habent*. Porrò ut Deum oſtendat horum omnium Auctorem ſubjungit: *Sed Deus temperavit Corpus ei cui deerat abundantiorem tribuendo honorem ut non ſint ſchiſmata in corpore, ſed idipſum pro invicem ſollicita ſint membra*.

COMMENTARIUS

In Hæreſim IV. V. & VI.

31. N*Uptias eſſe illicitas*) Saturninum ſecutus Severus, quòd ille de Nuptiis ſtatuerat, & iſte firmavit: Etenim Saturninus à Satana Matrimonium eſſe voluit, undè Theodoretus lib. 1. hæret. fabul. ſcribit, Saturninum omnium primum docuiſſe Matrimonium eſse doctrinam Diaboli, ut in 1. parte cap. 3. Commentar. in Hæreſ. V. num. 15. vidimus. Severus quoquè idem aſseruit, ſed cohærenter ad ejus principia, qui ipſam Mulierem Satanæ facturam voluit, hominemque ab umbilico, & infrà, Diaboli eſse opus; ex conſequenti inferebat, Satanæ opus perficere eos, qui Nuptiis ſe copulant, ac proindè quemadmodum non licet opera Diaboli perficere, ita non licet Nuptias celebrare, & Matrimonia inire. Marcion item Matrimonia damnavit, quia malam generationem eſse pronunciaverat, ex quo ex materia naturà ſuâ mala, ut adnotavimus, par. 1. cap. 22. num. 46. & in Commentar. hæreſ. 6. num. 62. & ab hoc etiam ſuæ hæreſis ſemen hauſit Severus: undè dici poteſt, hunc Hæreticum blaſphemiam reaſſumpſiſse Saturnini, atque Marcionis: pro cujus confutatione ſatis ſunt dicta in Commentar. ad Hæreſim V. Saturnini, & ad hæreſim VI. Marcionis.

32. *Carnis Reſurrectionem*) Inter hæreticos qui poſt Chriſti aſcenſionem emerſerunt, reſurrectionem carnis negarunt Simoniani, ut par. 1. cap. 1. hæreſ. 7. notavimus, poſt ſecuti ſunt Baſilidiani ut in Commentar. in hæreſim XVII. Baſilidis, Gnoſtici quoquè ut in eorum hæreſi VI. Cerinthiani pariter, hæreſ. X. Inſuper & Valentiniani hæreſ. XIII. & Apellitæ, ſive Apelliani hæreſ. VI. Et quidem tùm Apelles, tùm Severus magis imitati ſunt Valentinianos, quàm reliquos, quia ipſi negatâ Carnis reſurrectione animabus ſalutem concedebant, ut conſtat ex hæreſi XIII. & XIV. Valentinianorum propterea Apelles primò, indè Severus, animas tantùm ad ſalutem reſurgere dixerunt, corpora verò minimè.

33. *Ve-*

33. *Vetus Teſtamentum*) Certè Severus repudiando vetus Teſtamentum acceſſit ad Simonis, Saturnini, Baſilidis, Cerdonis, aliorumve præcedentium hæreticorum ſententiā, qui Moſis legem à Deo latam negabant: Nàm quoties repudianda eſt, non aliâ quidem de causâ, niſi quià non creditur à Deo lata, & Divinitùs inſpirata. Videantur quæ adversùs hanc hæreſim adnotata ſunt in Commentar. in hæreſim X. Simonis, VIII. Saturnini, IV. Baſilidis, III. Carpocratis, II. Cerinthi, IX. X. atque XI. Ebionis, I. II. & III. Ptolemæi, II. Cerdonis, XIII. Marcionis, ubi plura ad rem noſtram colligi poſsunt, quæ Severianæ huic hæreſi contradicunt.

COMMENTARIUS

In Hæreſim VII.

34. Uti *vino ad bibendum*) Scribit Valerius maximus lib. 2. de Inſtitutis antiquis cap. 4. Vini uſum olim Romanis Fœminis ignotum fuiſse, nè ſcilicet in aliquod dedecus prolaberentur, quia proximus, inquit, a Libero Patre, intemperantiæ gradus ad inconceſsam venerem eſse conſuevit. Et lib. 6. cap. 16. refert, Egnatium Metellum fuſtibus percuſsam uxorem interemiſse, quòd vinum bibiſset. Multæ quoque Nationes à vino ſe abſtinuiſse ferunt Scriptores, non quidem propter malitiam vini, benè verò temperantiæ causâ, vel etiam propter vini penuriam. Notat Plinius lib. 13. cap. 12. apud Romanos vinum authoritatem cœpiſse poſt ſexcenteſimum urbis annum: Romulum lac non vinum libaſse: & proptèr Vini inopiam, Numam Regem, poſthumiâ lege ſanxiſse ne rogum aſpergeretur vino: ſtatuiſseque inſuper, nè ex imputata vite vina Diis libarentur, ut idem Plinius ſcribit.

35. Ne noceat nimia vini potio, à Sapientiſſimis traditum docet Cælius Rhodiginus lib. 15. Lectionum Antiq. cap. 28. Vino vel pauciſſimo, ac dilutiſſimo utendum. Rationem dat, quia omne vinum, præcipuèque nigrum ſpiritoſum eſt. Cùm ergò, inquit, affatim hauſto, ſpiritus is ſuperna petat, ac repercuſsus, retròque actus defluens venas inficit, offarciatque, meatibus præcluſis, & tranſitu impedito, quà commeat reſpiratio, etiam ſi non continuò mors, plerumque tamen morbus excipit Comitialis. Addit indè & diverſos alios cauſare morbos. Ariſtoteles lib. 7. Politic. cap. 17. tradit non eſse pueris vinum adhibendum: *Ac lactis quidèm*, inquit, *natura corporibus accommodata eſt maximè, ſed vinum adhibendum non eſt proptèr ægrotationes*. Avicenna verò, apud Rhodiginum cit. ex Antiquorum Sententia docet Juvenibus non eſse permittendum vinum, quòd ejus ætatis vigeat præcipuè calor. Senibus verò, ac decrepitis parùm concedendum, quantùm ſcilicet pati queant. Moderationem in uſu vini ſervandam tradiderunt Antiqui, malum autem naturâ non agnoverunt, ſed potiùs eum malum, qui malè & intemperatè vino utitur.

36. Severus verò, non parſimoniæ, non abſtinentiæ causâ à vino abſtinendum voluit, ſed quià naturâ malum, quoniam, ut ſomniabat, prodiens à Vite genita ex Serpentis coitu cum Terra, omne malum præſefert: & ideò prorſus illicitum eſse pronunciabat de vino bibere. Nolebat inſuper hoc pacto, vinum Dei eſse creaturam, ſed maligni Serpentis. Olim Heliopoli à vino abſtinuiſſe refert Plutarchus in libro de Iſide, & Oſiride, eò quia vitem genitam putabant ex cadaveribus eorum, qui Bellum Diis indixerant: incœpiſse verò primùm vinum bibere Pſammeticulum, docet: ejus verba ſunt: „ Bibere cœpit Pſammeticulus, cùm neque „ bibiſsent antè, nequè Diis libaſsent vinum, „ non id gratum Diis rati, ſed ſanguinem „ eorum, qui aliquando bellum intuliſsent „ Diis: ex quorum cadaveribus permiſtis „ putant vites eſse ortas; „ Fabula quidem hæc de vitis origine. Sed aliam excogitaverat Severus, ut dogma ſuum de neceſsaria abſtinentia à vino ſtatueret.

37. Cæterùm ipſe Plato, teſte Cælio Rhodig. cit. cap. 29. Vinum à Deo hominibus contributum ſcribit, quaſi remedium adversùs ſenectutem, ut redire ad juventutem videantur, & mæſtitiæ eos capiat oblivio. Rectiùs Sancta Scriptura Eccleſiaſtic. cap. 31. verſ. 35. *Vinum in jucunditatem creatum eſt, & non in ebrietatem, ab initio*. Et Proverb. cap. 31. verſ. 6. *Date ſiceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro ſunt animo: bibant, & obliviſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur ampliùs*. Certè Plato hac in re non diſſimiliter loqui videtur à Salomone: Nam ut mœſtitiæ obliviſcantur homines contributum vinum aſserit: hoc aſſerit & Salomon, cùm dandum vinum velit iis, qui amaro ſunt corde, ut obliviſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris non recordentur. Non ergo in ſe malum eſt vinum, nec illicitum bibentibus illud, ut placuit Severo, cùm in remedium datum conſtet. Quod & cor hominis lætificare ait Pſalmiſta in Pſal. 103. verſ. 15. ubi Theodoretus ait: „ Ad „ hoc enim Deus rerum omnium conditor „ terræ pluvias continuè ſuppeditat, ut „ univerſi generis fructus producat, & pa- „ ne quidem hominum naturam confirmet, „ & alat, vino verò lætificet, jucundiorem- „ que efficiat vitam.

38. In uſu porrò fuit apud Romanos, dùm Vina abundare cœperant, eis uti in Sacrificiis, ipſum dùm Sacrificia peragebantur, à Sacerdotibus leviter deguſtando, quod erat

by Google

erat libare. Id quod nomen deſumpſiſſe à Libero Patre, quem volunt tàm vini, quàm libationum in Sacrificiis fuiſſe inventorem, quidam exiſtimarunt, proptèr illud Ovidii lib. 3. Faſtorum;

Nomine ab Auctoris ducunt Libamina nomen:
Libaque quod Sanctis pars datur indè focis.

Quem Ritum accepiſſe Romanos ab aliis Gentibus, apud quas antiquitùs in more fuerat, colligitur ex lib. Deuteronomii cap. 32. verſ. 38. ubi Moyſes ait: *Ubi ſunt Dij eorum, in quibus habebant fiduciam? De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum?* cùm ſatis conſtet nondum extitiſſe Romanos ætate Moſis. Scribit Perſius Genio vino ſupplicatum: Funde merum Genio. Quod firmat Horatius carm. 3.

Cras Genium mero curabis, & Porco bimeſtri

Et idem in Epiſt.

Floribus, & vino Genium memorem brevis horæ

39. In Sacris quoquè Didonis adhibitum vinum tradit Virgilius lib. 4. Æneid.

Ipſa tenens dextrâ pateram pulcherrima Dido,
Candentis Vaccæ media inter cornua fudit.

Ex lib. 4. Georg. tradit vinum in Sacrificiis taliter adhibitum, ut nimirum foculo jam accenſo funderetur:

Ter liquido ardentem perfudit nectare flammam:
Quodque pio fuſum ſtridat in igne merum.

Macrobius verò lib. 7. refert hoſtiam mactatam & flammis impoſitam, in Deorum honorem fuiſſe vino ſuperfuſam, inquiens; *Pari modo poſt ſolitos victus liborum, & pultium, hoſtiarumque cæſarum, quò putrefiat faciliùs, & percoquatur cibus, frequentiſſimo irrigant ſe vino.* Cum frugibus in igne in Deorum honorem vinum immiſſum tradit Ovidius lib. 2. Faſtorum:

Indè ubi ter fruges medios immiſit in ignes,
Porrigit inciſos filia parva focos.
Vina tenent alij, libantur ſingula flammis:
Spectant, & linguis candida turba favet.

Ex quibus, & aliis quæ adduci poſſent; palàm fit, apud Ethnicos in exiſtimatione habitum vinum, dignumque ut Diis in Sacrificiis libaretur.

40. Sed & in Sacris literis quoquè legimus Dei juſſu in Sacrificio vinum adhibendum; Levitici cap. 23. verſ. 13. *Et libamenta offerentur cum eo, duæ decimæ ſimilæ conſperſæ oleo in incenſum Domini, odoremque ſuaviſſimum: liba quoque vini, quarta pars hinc.* Numer. cap. 15. verſ. 4. *offeret quicumque immolaverit victimam, Sacrificium ſimilæ decimam partem Ephi conſperſæ oleo, quod menſuram habebit quartam partem hinc, & vinum ad liba fundenda ejuſdem menſuræ.* Et cap. 28. verſ. 7. *Et libabitis vini quartam partem hinc per agnos ſingulos in Sanctuario Domini.* Hinc S. Thomas in prima ſecundæ quæſt. 102. art. 3. tradit ea omnia quæ in hominis uſum condita ſunt, in Moſaica lege Deo fuiſſe oblata, & hac de cauſa vinum quoquè; „Ea, inquit, quæ in „ uſum hominum veniunt de terræ naſcen- „ tibus, vel ſunt in cibum, & de eis offe- „ rebatur panis; vel ſunt in potum, & de „ his offerebatur vinum: vel ſunt in condi- „ mentum, & de his offerebatur oleum, & „ ſal; vel ſunt in medicamentum, & de his „ offerebatur thus, quod eſt aromaticum, „ & conſolidativum.

41. Legimus quoquè in libro Geneſis cap. 14. verſ. 18. Melchiſedech ſummum Dei Sacerdotem, antè legem latam, panem & vinum obtuliſſe in Sacrificium: *At Melchiſedech Rex Salem, proferens panem, & vinum, erat enim Sacerdos Dei altiſſimi, benedixit.* Quem ritum à Noë poſt diluviana tempora derivatum putant Eruditi, qui primus vineam plantavit, vinumque ex uva expreſſit, ut habetur Geneſis cap. 9. Non itá quòd antè diluviana tempora vites non extiterint, ſed quòd Vites è terra germinatas in ordinem redegerit, prout exponit Lyranus. Cæterùm Chryſoſtomi opinio eſt homil. 29. in Geneſ. Vites creatas fuiſſe primis ſex diebus, quibus Deus condidit univerſa, neminem tamen antè Noë vinum ex uva expreſſiſſe, proindè vini uſum fuiſſe penitùs ignotum. „Veriſimile eſt, inquit, „ quòd anteà, & ab initio fuerit in ſex il- „ lis diebus vinea creata, & quando vidit „ Deus omnia quæ fecit, & erant valdè „ bona: nec tamen uſum fructus ex illa „ manifeſtum fuiſſe. „ Et indè rationem allegat, quia aliàs Abel inter oblatas hoſtias vinum quoquè libaſſet. „Nàm ſi fuiſſet ab „ initio notus, omninò Abelis tempore in- „ ter oblatas hoſtias, & vinum libaſſent. „ Verùm quia ignorabant adhuc fructus „ uſum, plantâ hac uſi non ſunt. „ Excuſat porrò ebrietatem Noë ſubjungens: „ Hic „ autem agriculturæ ſtudioſus, & magnæ „ diligentiæ, fortè etiam fructum deguſta- „ vit,

„ vit, & contritis botris vinum fecit, eo-„ que uſus eſt. Et quia neque ipſe guſta-„ verat prius, neque alium ſciebat, qui „ guſtaverat, ignarus quâ menſurâ uti debe-„ bat, per ignorantiam in ebrietatem in-„ cidit. „ Hoc eodem pacto excuſat Theodoretus quæſt. 56. in Geneſim.

42. Itaquè habemus vineam, ſive vites ab initio conditas, in ordinem digeſtas poſt diluvium operâ Noë, ab eoque primùm ex uva expreſſum vinum, atque indè in uſum adhibitum, etiam in Sacrificiis, & Oblationibus, quæ Deo offerebantur: proindè ruit tota Severi fabula de vitis generatione. Et eò magis quòd in Scriptura novi Teſtamenti legimus, ipſum Dominum, & Salvatorem Noſtrum Jeſum Chriſtum in potum vino uſum. Teſtatur Joannes in Evangelio cap. 26. agens de Nuptiis celebratis in Cana Galilææ, ubi deficiente vino, Chriſti virtute aquam in vinum converſam refert. In ultima quoquè Cœna vinum guſtaſſe, immò & vinum in Sanguinem ſuum convertiſſe, recenſent Evangeliſtæ, undè Matth. cap. 26. verſ. 27. ait: „ *Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic eſt enim Sanguis Meus novi Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*. Et ut oſtenderet vinum in præfato calice potaſſe, ſubjungit; *Dico autem vobis: non bibam amodò de hoc genimine vitis, uſquè in diem illum, cùm illud bibam vobiſcum novum in regno Patris Mei*.

43. Et ex hoc eodem textu refutat Epiphanius dementiam Severi, inquiens: „ Enim „ verò vitis nequaquam eſt è Diabolo con-„ ſita, neque ex Serpentis ſemine procrea-„ ta, uti facilè quivis intelligit. Qui enim „ fieri poſſet iſtud, cùm apertè Salvator ipſe „ contraria omnia teſtetur iis verbis. „ *Non bibam hoc de genimine vitis iſtius, donec bibam illud novum in Regno Cælorum?* Indè ex quo Chriſtus non dedignatur ſe vitem dicere, idem roborat, inquiens: „ Si enim „ apertè quodam in loco Dominus, ut „ infelicem illum Severum argueret, vitem „ ſe eſſe pronunciat: *Ego ſum*, inquit, „ *vitis vera*. Atqui ſi vituperenda prorsùs „ vitis eſſet appellatio, nunquam hujus ad „ ſe ſimilitudinem transferret: „ Deniquè & iterum demonſtrat, ex eo quòd in Apoſtolicis Conſtitutionibus, ipſi Apoſtoli Dei ſtirpem ac vineam eſſe Catholicam Eccleſiam produnt. Confirmat ex Parabola Patris familias, qui plantavit vineam, Lucæ cap. 20. & alterius qui operarios quæſivit, ut mitteret in vineam ſuam, Matthæi cap. 20.

44. Scio utiquè Jacobum Apoſtolum poſt Chriſti paſſionem perpetuò vino abſtinuiſſe, ut refert Euſebius lib. 2. hiſt. cap. 21. edit. Chriſtophorſoni: immò & primos Chriſtianos in Alexandria, quorum meminit Philo Judæus apud eundem Euſebium lib. 2. hiſtor. cap. 17. vino perpetuò abſtinere conſueviſſe. Quod & de multis Anachoretis ſcribit S. Hieronymus in Epiſt. ad Euſtochium de Cuſtodia Virginitatis, & de nonnullis Chriſtianis refert S. Auguſtinus in lib. 1. de Moribus Eccleſ. cap. 31. & 35. Attamen ſtudio virtutis, abſtinentiæ gratiâ, & parſimoniæ ſervandæ, ſive temperantiæ, taliter ſe gerebant, non quia exiſtimarent vitem à Diabolo eſse, vinum verò Satanæ fœtum, malumve, cum optimè noſsent eorum, & noſtrum Magiſtrum D. Jeſum non dedignaſse vinum bibere, Apoſtolos ipſos & vinum cum Domino in menſis non ſemel guſtaſse. Etiam Timotheus à vino ſe abſtinebat eodem virtutis ſtudio, & quia Paulus ejus præceptor optimè noverat nihil mali in ſe vinum continere, neque uſum illius moderatum aliquâ lege prohibitum, admonet, ut propter illius infirmitates, utatur modico vino, ut in priori Epiſt. ad eum data cap. 5. verſ. 23. ſcribit, inquiens: *Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino utere propter Stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.*

COL-

COLLATIO

Hæreſum Severi, & Severianorum cum Hæreſibus Recentiorum Evangelicorum.

45. MUNDUM non à Deo conditum ex quadam conſequentia juxtà tradita ab Illyrico ſequi diximus in Collat. hæreſis V. Simonis Magi. Cùm porrò, Heshuſius, Menulius, & alii referant Illyricum, Spambergium, & quendam Irenæum docuiſſe, Diabolum fuiſſe Hominum conditorem, non videntur diſtare à Severianis aſſerentibus in eorum ſecunda hæreſi, Mulierem opus eſſe Satanæ. Animam hominis Diabolum pariter creaſſe error eſt ſequens ex Doctrina Illyrici, ut in præfata Collatione hæreſis V. Simonis adnotavimus. At certè hoc eſt aſſerere hominem totum non eſſe à Deo, ſed partim à Diabolo, quia ſecundùm animam à Diabolo, ac ideò hujuſmodi Doctrina concordat cum hæreſi III. Severi. Malum eſſe Matrimonium, teſte S. Antonino par. 4. tit. 11. cap. 7. §. 5. aſſeruerunt Albigenſes, ſivè Albanenſes: & quoſdam Anabaptiſtas execratos eſſe Nuptias, ex Dominico Gravina diximus in Collat. Hæreſ. VI. Saturnini: ac proindè concordant cum IV. Severi. Multi verò ex Recentiotibus Evangelicis adversùs dogma da Carnis reſurrectione cum Severianis dimicarunt, prout adnotavimus in Collatione Hæreſis VII. Simonis, XVII. Baſilidis, & VI. Gnoſticorum. Et Sectarii in Anglia teſte Hornio ſupracit. in propoſit. 86. negabant reſurrectionem infantium futuram, utpotè incapacium viſionis Dei. Immò alii ex iiſdem Sectariis, omnium reſurrectionem negaſſe videntur, dum loca Pauli in 1. ad Corinth. cap. 15. ubi de Mortuorum reſurrectione clariſſima præbet teſtimonia, explicant in alio ſenſu dicentes in propoſ. 87. *Perfectionem, & reſurrectionem, de qua agit Paulus 1. ad Corinth. cap. 15. verſ. 51. & ſequ. fore in hac vita, & eò pertingendum antè mortem.*

46. In eo verò quòd Severus repudiat vetus Teſtamentum, cum recentioribus Sectariis in Anglia, qui adverſati fuerant Sacræ Scripturæ, concordare adnotavimus in Collat. hæreſis VIII. Saturnini. Anabaptiſtas quoquè, immò Calvinum & Lutherum aliqualiter concordare oſtendimus in Collat. Hæreſis IX. X. & XI. Simonis. Quibus addendi ſunt alii quidam, qui Sacras Dei Scripturas contempſerunt. Et ſanè, ùt ſcribit præcit. Hornius in ſua Eccleſ. hiſtor. period. 1. art. 1. Gaſpar Schuvenekfeld nobilis Sileſius, ex veteri familia de Offingh oriundus, inter alia docuit: *Verbum Dei literis comprehenſum rem eſſe evanidam, & mortuam.* Quædam Mulier in nova Anglia ab Antinoniis ſeducta, auſa fuit aſſerere inter alia impia dogmata, *Legem nullum uſum habere in adducendis hominibus ad Chriſtum*, eodem teſtante Hornio loc. cit. num. 38. qui inſuper refert, alteram quandam Mulierem Londini pronunciaſſe, *Mendacia eſſe in Sacra Scriptura, & homines ex Scripturis idolum facere.* De quodam, nomine Web pariter ſcribit ſub num. 54. dixiſſe: *Scripturam eſſe vitulum aureum, & æneum Serpentem, qui Regem contrà Parlamentum, Parlamentum contrà Regem, Regnum contrà Regnum excitet: nec unquam benè in Mundo fore, quamdiù non ille Serpens æneus comminuatur.* Subjungit indè hominem quendam Phanaticum viliſſimum de plebe nomine Marshal coram quibuſdam Londinenſibus inter alia plura ſcommata adversùs Sacram Scripturam has protuliſſe propoſitiones. *I. Scripturam eſſe vitulum aureum circa quam ſaltamus. II. Quemlibet pro*

ſuo ingenio, *& judicio ſcripſiſſe*. *III. De Scripturis non aliud exiſtimandum*, *quàm de aliis ſcriptis humanis*. Et hanc ultimam propoſitionem docuit etiam Clemens Wriger, Antiſcripturiſta, Quæſtioniſta, Scepticus, Atheiſta, ut ait idem Hornius: dicebat enim Sacras Scripturas non eſſe Dei Verbum, ſivè in originali, ſivè in verſionibus ſpectetur: neque fidem ei ſuperſtruendam; quinimmò non eſſe majorem fidem Sacræ adhibendam Scripturæ, quàm humanam, quemadmodum credimus hiſtoriam Henrici VIII. vel alterius Regis. Denique refert de quodam Antinomo qui è ſugeſtu exclamavit; *Apagè legem*, *quæ hominis pedes amputat*, *& poſteà eum hortatur ut ambulet*.

CAPUT III.

SIVE XXV.

De Tatiano, & Encratitis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1. *TACIANI à Tacio quodam inſtituti ſunt*, *qui & Encratitæ appellati ſunt*: *Nuptias damnant*, *atque omninò pares eas fornicationibus aliiſque corruptionibus faciunt*: *nec recipiunt in ſuorum numerum conjugio utentem*, *ſive Marem*, *ſive Fœminum*: *non veſcuntur carnibus*, *eaſque omnes abominantur*: *prolationes quaſdam fabuloſas Sæculorum etiam ipſi ſapiunt*: *Saluti primi hominis contradicunt*. *Epiphanius Tacianos*, *& Encratitas ità diſcernit*, *ut Encratitas Taciani Schiſmaticos dicat*.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

1. TACIANI *à Tacio*) Philaſtrius in Catalogo hæreſeon ſub Apoſtolis cap. 1. non Taeium, à quo Taciani, ſed Tacianum appellat. Communior autem Patrum Sententia eſt, neque Tacium, neque Tacianum hujus Sectæ authorem appellatum, ſed Tatianum; Ita Epiph. hæreſ. 46. Euſeb. lib.4. hiſt. eap. 29. Clemens Alex. lib.3. Stromat. Theodoret. lib. 1. hæret. ſabul. & alii paſſim, ſed antè omnes S. Irenæus lib. 1. adverſ. hæreſ. eap. 31. Alterius Tatiani hoc poſterioris meminit Sozom.lih.5.hiſt. cap.10., ſed viri ſanctiſſimi, & Chriſti Martyris, qui genere phrygius unà cum Macedonio, & Theodulo ejuſdem Nationis Myri in Phrygia ob Simulacrorum conſractionem imperante Apoſtatâ Juliano, Martyrium ſubiit.

3. Nunc verò, de quo S. Auguſtinus in textu loquitur, à Meſopotamia prodiiſse, ſcribit Damaſcenus in Catal. hæreſum: undè genere Syrum ſuiſse ſeribit Clemens Alex. lib. 3. Strom. *Tatianum arbitror Syrum talia audere dogmata decernere ſic*. Et Epiphanius cit. *Erat hic quemadmodum accepimus, natione Syrus*. Cæterùm, non Syrum, ſed Aſſyrium fuiſse ipſemet Tatianus in ſua eontra Græcos Oratione affirmat, cùm in fine & genus, & profeſſionem ſuam exponat, inquiens. „Hæc vobis, ò Græci, Tatianus „ ego barbaræ Philoſophiæ Sectator eom„ poſui, natus apud Aſsyrios, & veſtris „pri-

by Google

„ primùm ſtudiia imbutus, deindè verò illis, quæ nunc fovere me profiteor.

4. In Philoſophicis diſciplinis primùm eruditum, ac etism Rhetoricam profeſſum, tradit Euſebiua lib. 4. hiſt. cap. 16. „ Tatianua vir, qui primo ætatis ſuæ tempore Rhetoricam docens, in Gentilium diſciplinis ſummâ cum laude verſatus eſt; & qui plurima ſui ingenii monumenta poſteris reliquit. „ Idem notat S. Hieronymus in lib. de Script. Eccleſ. cap. 29. ubi ait: „ Tatianua, qui primùm Oratoriam docens, non parvam ſibi ex arte Rhetorica gloriam comparavit. „ Sed negat Valeſius in notis ad prælaudatum Euſebii locum, Tatianum artis Rhetoricæ extitiſſe profeſſorem, quia Theodoretus lib. 1. hæret. fabularum, ſcribit Tatianum primùm fuiſſe Sophiſtam. *Tatianus autem Syrus fuit primùm Sophiſta*. Et ipſemet de ſe loquens in fine ſuæ orationis, ſolùm barbaræ Philoſophiæ ſe ſectatorem dicit. *Tatianus ego barbaræ Philoſophiæ ſectator*. Ex quibus vult nil exprimi ad eloquentiam pertinens, ſed ad Græcorum dumtaxat Sapientiam, & liberales Diſciplinaa. Subjungit poſteà ex ipſiua oratione conſtare non fuiſſe artis Rhetoricæ profeſſorem. „ Adde, *inquit*, quòd liber adversùa Græcos conſcriptus, ſatis teſtatur authorem parùm in dicendo exercitatum fuiſſe. Eſt enim eruditus quidem liber, ſed ſinè ordine, ac methodo compoſitus. *Ità Valeſius*.

5. Cæterùm quamvis Theodoretua ſolùm Sophiſtam appellet, Euſebiua tamen qui antè Theodoretum claruit, utrumque affirmat, & profeſſorem fuiſſe Rhetoricæ, & in Gentilium diſciplinis verſatum. *Rhetoricam docens in Gentilium diſciplinis ſummâ cum laude verſatus*. Et ipſemet Tatianus præter barbaram philoſophiam in aliis quoquè liberalibus artibus ſe verſatum profitetur in eadem oratione antè finem, inquiens; „ Hæc equidem non aliundè audita narravi, qui magnam terræ partem peragravi, & tùm veſtra ſtudia profeſſus ſum, tùm artes, & inventiones multas exercui. „ Non enim in fine libri Rhetoricæ ſuæ artis, ſed philoſophiæ dumtaxat meminit, quia non contrà Rhetores, ſed adversùs Philoſophos ejus fuerat inſtituta oratio, ac ideò ſatis ei viſum fuit, ſe Philoſophum, & Sophiſtam extitiſſe, qui Gentilium Philoſophiæ adverſaretur. Undè paulò anteà ſibi obiiciens quæ dicere poterant Gentiles ex ipſius oratione ait: „ Tatianus contrà Græcos, contrà infinitam Philoſophorum multitudinem, nova Barbarorum dogmata defendit. Atqui non mirum eſt, homines imperitos, ab homine ejuſdem naturæ coargui. Ita nè abſurdum exiſtimatis Sophiſtam veſtratem imitari? Cujus hoc dictum fertur: *Semper ego addiſcens multa, ſeneſco ſimul*. Totum ergo eâ in oratione Tatiani negotium fuit contrà Gentium Philoſophos agere, proindèque ſatia viſum fuit ſe philoſophum atque ſophiſtam declarare, omittens recenſere quæ ad rem præſentem minimè pertinebant: Et Orationem ſuam ſi non quovis rhetorico ſtudio ornavit, hoc fuit, quià noluit, attendena materiæ gravitatem potiùs, quàm ornatum ſermonem. Non ergo propter ejuſmodi Valeſii argumenta accuſandi ſunt de Mendacio Euſebius, & Hieronymus graviſſimi in tota antiquitate Scriptorea.

6. Peragravit adhuc in tenebris Gentilitatis degens, undè ortua, & educatus fuerat, magnam Orbia partem, quâ occaſione nedum variis in liberalibus ſe exercuit artibus, verùm & Ritus obſervavit, & Religiones diverſas juxta mores Gentinm: Cùmque nil ſolidum, nil ſanctum, & quod ſupremo, ac vero Numini placere poſſet, comperiſſet, inſpectâ ſanctitate, & pietate Chriſtianæ Religionis, edoctus à S. Juſtino Martyre, ſpretis Gentilium ſuperſtionibua, ad lumen Evangelicæ veritatis acceſſit, atque Sacro regenerationis Lavacro ablutus, Chriſto nomen dedit. Hæc quidem omnia ipſe Tatianus profitetur in prællegata ſua oratione, ubi cauſam ſuæ converſionis referens, poſt plura ait: „ Quapropter & leges veſtras contempſi. Etenim oportebat unam ubiquè, & omnibus communem Reipublicæ rationem eſſe: nunc verò quot Civitates tot legum diſcrimina reperias, adeònt quæ alicubi ut turpia ducuntur, eadem alibi laudentur. Græcia abominandum videtur conjungi cum Matre, apud Magos autem Perſarum in primis laudabile. Barbari puerorum amores damnant, iiſdem apud Romanoa dignantur, qui Pueros ſibi quàm plurimos, tanquam equos gregalea colligere ſtudio habent. Hæc cùm viderem, & inſuper myſteriorum particeps factua, omnes ubiquè Deorum cultua per effœminatos, & androgynos conſtitui experimento noviſſem: Item apud Romanos Latialem Jovem humano cruore, & ſanguine per homicidia ſuſo placari: Dianam verò non procul Magalopoli ſimilibus gaudere, & alium alibi Dæmonem malorum authorem facinorum deprehenderem; in me deſcendens, quomodò tandem veritate potirer inquirebam. Et cùm diligenter circumſpicerem, in libros quoſdam barbaros incidere mihi contigit, antiquiores multò, quàm Græcorum Philoſophia, ſi ſpectes ætatem: & auguſtiores, ſi illorum errores. His ergo fidem adhibui, & quòd ſtylua non eſſet phaleratus, nec ulla Scriptorum affectatio, & ſermo nuſquam obſcurua: Futurorum item eventuum prænotione, & magnitudine promiſſionum, & quòd unum univerſorum Monarcham ſtatuerent, impulſus.

Hæc

Hæc & alia de cauſa ſuæ converſionis Tatianus.

7\. Porrò infra hæc alis ſubjungit: „ Hæc
„ equidem non aliundè audita narravi, qui
„ magnam terræ partem peragravi, & tùm
„ veſtra ſtudia profeſſus ſum, tùm artes,
„ & inventiones multas exercui, & tandem
„ dem Romæ verſatus, varias à vobis illùc
„ delatas Statuas inſpexi, nè quis me pu-
„ tet, quòd plerique ſolent, alienis opi-
„ nionibus niti: verùm omnia illa, quo-
„ rum oculatus teſtis ſum, conſcribere in-
„ ſtituo. Vale dixi igitur Romanorum ja-
„ ctantiæ, Athenienſium frigido ſermoni,
„ & diſſentientibus illorum ſtudiis: & Bar-
„ baricam noſtram Philoſophiam amplexus
„ ſum. „ *Hæc Tatianus*. At auditorem,
& diſcipulum extitiſſe Juſtini Martyris anti-
qui omnes referunt; Irenæus lib. 1. cap. 31. cit.
*Tatiano quodam primò hanc introducente bla-
ſphemiam, qui cum eſſet Juſtini auditor, in
quantùm quidem apud eum erat, nihil enar-
ravit tale*. Euſebius lib. 4. hiſtor. cap. 29.
ex eodem Irenæo. *Qui Juſtini auditor,
quandiù quidem cum illo verſatus eſt, nihil
ejuſmodi protulit*. S. Hieronymus in lib. de
Script. Eccleſ. in Tatiano: *Juſtini Martyris
ſectator fuit florens in Eccleſia quamdiù ab
ejus latere non diſceſſit*. Theodoretus lib. 1.
hæret. fabul. *Tatianus autem Syrus fuit pri-
mùm Sophiſta, poſteà verò etiam Divini Ju-
ſtini Martyris fuit diſcipulus*. Epiphanius
deniquè hæreſ. 46. *Is primùm, utpotè Græ-
cis eruditus artibus, Juſtini Philoſophi San-
ctiſſimi, ac religioſiſſimi viri conſuetudine eſt
uſus*.

8\. Stetit autem in veritate uſque ad
Juſtini martyrium, ùt præcitati Patres ad-
notant, undè Epiphanius ſubjungit: „ Huic
„ cùm ſe Tatianus initio dediſſet, quandiù
„ cum Sancto Martyre vixit, cum cæteris
„ in rebus honeſtiſſimè ſe geſſit, tùm egre-
„ giâ fuit, ac conſtanti fide præditus. Sed
„ illo mortuo perindè, ac ſi cęcus ab al-
„ tero deductus à ductore deſtituatur, in
„ præceps ſeſe committens præ cęcitate de-
„ orſum ità fertur, ut cohibere lapſum ne-
„ queat, donec in exitium ruat: Ita Ta-
„ tiano contigit. „ Scribit Theodoretus,
Tatianum poſt Juſtini obitum deſideraſſe,
ſe fore principem, & auctorem hæreſis.
„ Poſt Magiſtri autem mortem, inquit, de-
„ ſideravit eſſe auctor, & princeps hæreſis.
Nequè diſſentit S. Hieronymus in lib. de
Script. cit. ubi tradit, Tatianum tumore
eloquentiæ inflatum novam hæreſim condi-
diſſe, inquiens: „ Poſteà verò inflatus elo-
„ quentiæ tumore, novam condidit hære-
„ ſim, quæ *Encratiton* dicitur, quam po-
„ ſteà auxit Severus, à quo ejuſdem partis
„ hæretici, Severiani uſquè hodiè appellan-
„ tur. „ Irenæus porrò omnium primus hoc
idem adnotavit, dum refert, præſumptione
Magiſterii novam inſtituiſſe doctrinam. „ Poſt
„ verò illius Martyrium, inquit abſiſtens ab
„ Eccleſia, & præſumptione Magiſterii ela-
„ tus, & inflatus, quaſi præ cæteris eſſet,
„ proprium characterem doctrinæ conſti-
„ tuit. „ Et Euſebius ex eodem Irenæo,
cauſam defectionis ejuſdem Tatiani indicans
„ ait: Poſt Martyrium autem illius ab Ec-
„ cleſia ſe abrumpens, Doctoris arrogantiâ
„ elatus, ac tumidus, tanquàm præſtan-
„ tior cæteris, novam quandam formam
„ doctrinæ conflavit.

9\. In Meſopotamia primùm hæreſim ſu-
am evulgaſſe Tatianum circa annum XII.
Imperii Antonini Pii, auctor eſt Epipha-
nius inquiens. „ Qui primùm in Meſopota-
„ mia novam ſectam condere aggreſsus eſt,
„ circà annum XII. Antonini cognomento
„ Pii. Qui poſt S. Juſtini martyrium Ro-
„ mâ profectus in Orientem, & ibidem ha-
„ bitans in abſurdas opiniones incidit. „
Subjungit poſteà Eccleſiam Antiochenam hoc
fuiſse infectam veneno, indè Ciliciam to-
tam, & Piſidiam. „ Sed Antiochiæ *ait*,
„ præſertim, quæ ad Daphnen eſt, illius
„ dogma derivatum in Cilicia, ac Piſidia
„ cum primis coaluit. „ Opinor ergo ver-
ba Damaſceni in libro de hæreſibus: *à Me-
ſopotamia autem prodiiſſe dicitur*: non ad
Tatianum referenda, ſed ad ejus hæreſim,
non quòd Tatianus à Meſopotamia traxerit
originem, benè verò Tatiani hæreſis in Me-
ſopotamia initia habuerit, juxtà tradita ab
Epiphanio.

10\. Corrigendus autem eſt Epiphanius
in eo, quòd aſserit, Tatianum novam ſe-
ctam inſtituere aggreſsum circa annum XII.
Antonini Pii; etenim, ſi ùt ipſemet fate-
tur, nonniſi poſt Juſtini obitum agnitus fuit
hæreticus, non potuit ſub Antonino pri-
mùm hæreſim ſuam evulgaſse, ſub quo Ju-
ſtinus nondum Martyrium conſumaverat,
ſcribit enim Euſebius lib. 4. hiſtor. cap. 16. Ju-
ſtinum, poſt oblatam alteram Apologiam
M. Aurelio, & Lucio Vero Imperatoribus,
qui Antonino ſucceſserant, machinationibus
Creſcentis philoſophi, Martyrium ſubiiſse. „
„ Iiſdem temporibus, *inquit*, & Juſtinus,
„ cujus ſuprà mentionem fecimus, cùm al-
„ terum librum pro Fidei noſtræ defenſio-
„ ne Imperatoribus ſuperiùs memoratis ob-
„ tuliſset, ſacro Martyrio exornatus eſt frau-
„ de, ac machinationibus Creſcentis philo-
„ ſophi, qui vivendi rationem prorſus con-
„ venientem, ac reſpondentem Cynicæ ap-
„ pellationi æmulabatur.

11\. Scripſiſse Juſtinum duos libros Apo-
logeticos, conſtat ex eodem Euſebio; pri-
mum obtulit Antonino Pio, ut refert lib. 4.
„ cap. 8. inquiens: „ Eodem tempore Ju-
„ ſtinus veræ Philoſophiæ amator ſinceriſ-
„ ſimus, adhuc Gentilium Philoſophorum
„ ſcriptis, ac ſermonibus adhæreſcebat.

„ Qui

„ Qui etiam in Apologetico ad Imperato„ rem Antoninum ſcripto, hoc ipſum tem„ pus deſignat. „ Secundum verò obtulit M. Aurelio, & Lucio Vero, ùt refert cap. 16. cit. Et ità ſcribit S. Hieronymus in lib. de Script. cap. 23. ubi ait. „ Pro „ Religione Chriſti plurimùm laboravit, in „ tantùm ut Antonino quoquè Pio, & Fi„ liis ejùs, & Senatui librum contrà Gen„ tes ſcriptum daret, ignominiamque Cru„ cis non erubeſceret: Et alium librum Suc„ ceſſoribus ejuſdem Antonini, M. Antonino „ Vero, & L. Aurelio Commodo. „ Advertit Petavius in notis ad Epiphanium, quæ nunc in ordine ſecunda Juſtini inſcribitur Apologia, non eſse ſecundam, ſed primam, quam Antonino Pio inſcriptam referunt Euſebius, & D. Hieronymus; illam autem quæ prima in ordine habetur, ſecundam eſſe inſcriptam M. Aurelio, & Lucio Commodo poſt Antonini mortem; id quod non contemnendis rationibus conatur oſtendere.

12. Primam itaque Apologiam, Antonino Pio oblatam, ſcriptam refert idem Euſebius in Chronic. Olympiade CCXXX. anno IV., Domini verò anno CXLII. ſub quo hæc habet: *Juſtinus Philoſophus librum pro noſtra Religione conſcriptum Antonino reddidit*. Auctor Chronici Alexandrini ſecundam Juſtini Apologiam oblatam M. Aurelio, & L. Vero Commodo ſcribit anno II. Olympiadis CCXXXVI. Imperii verò præfatorum Imperat. anno VI. Conſulibus Orphito, & Pudente. „ Juſtinus, *ait*, Philoſo„ phus noſtrarum partium, cùm alterum pro „ noſtræ ſententiæ decretis, volumen M. Au„ relio, & Antonino Vero Auguſtis porre„ xiſſet, non longo poſt tempore, cœleſti „ Martyrii laureâ à Creſcente delatus, ex„ ornatur.

13. At Aubertus Myrçus, cujus Chronologiam ſequimur, ſcribit primam Apologiam Juſtini oblatam eſſe erga initia Imperii Antonini, alteram verò poſt obitum Antonini, Lucio Vero, & M. Aurelio oblatam „ refert. „ Sub initium, inquit, Imperii „ Antonini Pii, Juſtinus Martyr, & Philo„ ſophus primum pro Chriſtiana Religione „ Apologeticum edidit, qui vulgò Secun„ dus nominatur. Alterum ſeù ſecundum „ Apologeticum ſcripſit Juſtinus M. Aure„ lio, & Lucio Vero imperantibus. „ Itaque ſub Conſulatu II. Antonini Pii, & Brutii Præſentis, anno Domini CXXXIX. conſignat primum Juſtini Apologeticum. Porrò Martyrium Juſtini ſtatuit ſub anno Dominii CLXIII. L. Papyrio Æliano, & Junio Paſtore Coſs., quo anno ùt ſcribit Euſebius in Chronico, Lucio Cęſare Athenis ſacrificante, viſus eſt ignis de Cœlo ab Oriente in Occidentem ferri. Concordat cum Myræo Ricciolius in ſua Chronologia Reformata par. 3. catal. 1. ubi ait; „ Ad compeſcen„ das Creſcentis Cynici calumnias adversùs „ Chriſtianos, S. Juſtinus alteram Apolo„ giam pro ipſis obtulit tùm Imperatori, „ tùm Senatui, anno CLXII. & tamen ipſo „ anno ſequenti CLXIII. Martyrio corona„ tus eſt. „ *Hæc Ricciolius*.

14. Itaque ſi Tatianus cognitus eſt hæreticus poſt Juſtini martyrium, certè non potuit agnoſci, niſi poſt annum CLXIII. Proindè Auctor Chronici Alexandrini Tatianum hæreticum agnitum notat ſub anno IV. Olypiad. CCXXXVII. Severo, & Herentiano Coſs. ubi ait: „ Encratitorum „ Secta extitit, quæ peregrinam, & exitia„ lem excogitavit opinionem, authorem „ profeſſa Tatianum Juſtini Martyris audi„ torem. „ Qui annus juxtà Chronic. Euſebii fuit Domini CLXXIII. ſub quo, & ipſemet Euſebius Tatianum cognitum ſcribit. Ricciolius loc. cit. catal. 11. ſtatuit Tatiani initia ſub anno CLXXII. quo anno par. 1. lib. 4. cap. 5. conſignat Conſules Claudium Maximum, & Cornelium Scipionem Orphitum. Porrò ſub anno CLXXIII. Conſules notat M. Aurelium Severum II. & Titum Claudium Pompejanum: non autem Herentianum, ut tradit Chronic. Alex. At Myræus anno CLXXI. conſignat Conſulatum Severi II. & Herrenniani; anno CLXXII. eoſdem notat Conſules quos Ricciolius, quemadmodum & anno CLXXIII. Utcumque autem ſe habeat de Conſulibus opinio, hoc unum certum ſit, Tatianum non agnitum hæreticum niſi poſt annum Domini CLXXIII., nequè eſt improbabile agnitum fuiſſe circa annum Domini CLXXIII. vel CLXXII., quia immediatè poſt Juſtini martyrium hæreticus apparuit, nequè eſt veriſimile eum ſtatim à Sanctiſſimi Præceptoris Doctrina deviare voluiſſe.

15. Romæ cœpiſſe hanc hæreſim, ſcribit Lambertus Danæus in Opuſcul. de Hæreſ. cap. 25. indè citò in alias propagatam „ regiones: „ Cœpit autem hæc hæreſis, „ inquit, Romæ, ſed ſtatim in Aſiam de„ lata eſt, & Antiochiam Syriæ, Meſopo„ tamiam, Piſidiam, Pamphiliam, & uni„ verſam penè Minorem Aſiam, ideſt Græ„ cos curioſos homines, & novis doctrinis „ jàm aſſuetos, pervaſit. „ At fallit Danæus, aut falli vult, cùm nemo ex antiquis ſcribat initia habuiſſe Romæ, immò oppoſitum apertè docet Epiphanius ſcribens profectum in Orientem Tatianum poſt Juſtini obitum in abſurdas incidiſſe opiniones, & primùm in Meſopotamia: *Qui primùm in Meſopotamia*, inquit, *novam Sectam condere aggreſſus eſt, circa annum XII. Antonini cognomento Pii: quippè poſt Sancti Juſtini Martyrium Româ profectus in Orientem, ibidem habitans in abſurdas opiniones incidit*. Accuratiùs autem Ittigius in ſua de Hære-

ſiar-

ſiarch. Diſſert. Sect. 2. cap. 12. num. 2. & ſi ipſe quoquè Acatholicus , cum Epiphanio notat , Tatianum , non Romæ , ſed in Oriente primùm ſuam evulgaſse hæreſim.

16. Certè Romæ veritus eſt adversùs Sanctiſſimi Magiſtri doctrinam , Juſtini videlicèt , qui pro ejus deſenſione Sanguinem quoquè ſuum ſuderat , nova & abſurda evulgare dogmata . Eò magis quòd in ea Civitate auditores ſanæ doctrinæ habuerit, inter quos Rhodonem Aſianum virum doctiſſimum , qui adversùs Marcionem diverſos conſcripſit libros , ut reſert Euſebius lib. 5. hiſt. cap. 13. inquiens : „ Per idem tempus
„ Rhodon oriundus ex Aſia , & in Urbe
„ Româ , ut ipſe ſcribit , à Vatiano illo ,
„ cujus ſupra meminimus eruditus , varios
„ conſcripſit libros , & cum reliquis adver-
„ sùs Marcionis hæreſim decertavit . *Et in-*
„ *fra* . Cæterùm in eodem libro , quem Ca-
„ ſtellioni nuncupavit , Romæ à Tatiano ſe
„ eruditum eſse teſtatur. „ Non ergo probabile eſt , voluiſse ea in Civitate diverſa docere , & traditæ jam doctrinæ contraria . Et hoc eſt quod notat Baronius ad annum Domini CLXXIV. num. 2. dùm de Tatiano ait : „ Porrò quamdiù Romæ fuit , veritus
„ fortaſse multos oculos ſe inſpicientes ,
„ ipſiuſque Romanæ Eccleſiæ , quam Apo-
„ ſtoli inſtituiſsent , ſinceriſſimam puritatem ,
„ ſtetiſse in fide , nec quicquam docuiſse ,
„ quod Catholicæ fidei adverſaretur.

17. Nec rectè Ittigius loc. cit. num. 3. Baronium perſtringit exemplo Marcionis , Valentini , Simonis Magi , aliorumque , qui Romæ , non ſpectatâ fidei ſinceritate , ſivè puritate , adhuc hæreſes proprias docuerunt; Alia enim eſt horum ratio , qui nunquam Romæ ſanam docuerant , aut receperant doctrinam , ſed jam lapſi ad Urbem venerant: Catholicam doctrinam nemini unquam expoſuerant , nec aliquem Romæ Sanctiſſimum habuerant præceptorem : non mirum ergo ſi non verebantur impia ibidem pronunciare dogmata : quamvis non adeò palàm , ſed in occulto . At Tatianus qui Sanctiſſimum habuit Romæ Magiſtrum Juſtinum , Sanctiſſimos quoquè auditores , maximè Rhodonem , ab omnibus agnitus ùt Catholicæ fidei propugnator , dum etiam ſcripto veram evulgaverat doctrinam , ut præcipuè liquet ex ejus Oratione adversùs Gentes , meritò vereri potuit Romæ quid novum , prioribus à ſe dictis contrarium , in conſpectu tantæ Eccleſiæ moliri .

18.. *Qui & Encratitæ appellati ſunt*) Nectit S. Doctor Tatianos cum Encratitis , & eoſdem eſſe Tatianos , & Encratitas vult. In duas hæreſes diſtinguit Encratitas , & Tatianos Epiphanius , fateturque Encratitas ſucceſſiſse Tatiano , & nova ſuperaddidiſse: Etenim hæreſi 47. ait : „ Qui Encratitæ vo-
„ cantur , Tatiano ſucceſserunt , cujus erro-
„ ribus imbuti ſunt ; eoſdemque novis opi-
„ nionibus cumularunt , & majores nugas
„ ac deliria commenti ſunt. „ Irenæus hos Encratitas,Continentes appellat lib.1. cap.30. *Dicamus* , inquit , *exempli gratiâ à Saturnino , & Marcione , qui vocantur Continentes.* Et cap. 31. immediatè ſubjungit : *Tatiano quodam primò hanc introducente blaſphemiam.* Euſebius verò Irenæi textum refert lib. 4. hiſtor. cap. 29. integrumque ſic deſcribit :
„ A Saturnino , & Marcione profecti , qui
„ vocantur Continentes , docuerunt non con-
„ trahendum eſse Matrimonium , reproban-
„ tes ſcilicèt primitivum illud opificium Dei,
„ & tacitè accuſantes Deum , qui maſcu-
„ lum , & fœminam condidit ad propaga-
„ tionem Generis humani . Induxerunt etiam
„ abſtinentiam ab eſu eorum , quæ animata
„ appellant , ingratos ſe exhibentes erga
„ eum , qui univerſa creavit Deum . Atque
„ hoc nuper apud illos excogitatum , Ta-
„ tiano quodam omnium primo hujus im-
„ pietatis auctore. „ Liquet ergo Irenæum velle Encratitarum authorem eſse Tatianum , cui Euſebius aſsentitur . Theodoretus quoquè idem fatetur lib. 1. hæret. fabul. ubi agens de Tatiano in fine ſubjungit : *Hunc habent Ducem , qui dicuntur Hydroparaſtatæ , & Encratiſtæ .*

19. Attamen Nicetas in Theſaur.Orthod. Encratitas fragmentum Tatiani dicit . *Encratitarum quoquè* , ait , *ſeu Continentium hæreſis , hæreſeos Tatiani fragmentum eſt* . Honorius Auguſtudonenſis in libro de hæreſibus , Tatianos , & Encratitas pro iiſdem accipit . *Tatiani* , inquit , *à quodam Tatiano dicti , qui & creatbitæ* , legendum eſt , *qui & Encratitæ* . Et Damaſcenus in Catal.hæreſum , eſse Tatiani reliquias affirmat , inquiens : *Encratitæ reliquiæ quædam ſunt Tatiani* . Clemens denique Alex. lib. 7. Stromat. notat Encratitas ſic dictos ex operatione . *Ex hæreſibus* , ait , *quædam appellantur ex nomine , ut quæ appellatæ ſunt ex Valentino , Marcione , & Baſilide . Aliæ autem ex loco Peratici . Aliæ autem ex gente , ut Phrygum hæreſis . Aliæ autem ex operatione ut Encratitarum* , quia nimirum continentiam profitebantur , & à quibuſdam quoquè cibis abſtinentiam , maximè à vino , ut notat idem Clemens Alex. lib. 2. Pædag. cap. 2. Itaque vero ſimile eſt , primùm qui à Tatiano inſtructi hæreſim illius ſectati ſunt , dictos Tatianos , indè poſt deceſsum Tatiani appellatos Encratitas , aliquid etiam Tatiani hæreſi ſuperaddendo , & hac de cauſa aliquos Patres in duas ſecerniſse Sectas , quoſdam verò unam Tatianorum , & Encratitarum feciſse hæreſim,quemadmodum S.Auguſtinus in noſtro textu , ambas in unam dumtaxat Sectam nectit.

20. Et ſanè ſub Encratitarum nomine diù hæc viguit hæreſis , non tàm ſub Ta-

tia-

tianorum. Quarè Epiphanius in hæreſ. 47. ſcribit Encratitarum hæreſim ſuâ adhuc ætate maximè viguiſſe in Piſidia, delatam inſuper refert in diverſaa Aſiæ Provinciaa, nec ab ea immunem ſuiſſe Romanam ditionem, atque Antiochenam in Syria. Ait ergo Epiphanius ſub num. 1. „ Qui Encratitæ vo„ cantur, Tatiano ſucceſſerunt, cujus er„ roribus imbuti ſunt, eoſdemque novis „ opinionibus cumularunt, & majores nu„ gas ac deliria commenti ſunt. Horum in„ gens eſt hodiè numerus in Piſidia, eâque „ Phrygiæ parte, quæ Aduſta dicitur. Quod „ ei regioni nomen certo Dei conſilio for„ ſitan inditum eſt, quòd talis ac tanti er„ roris pravitate, illius incolæ quodammodò „ conflagraverint. Eſt enim hæreſibus ap„ primè reſerta. Prætereà verò in Aſiæ Pro„ vinciia, & in Iſauria, Pamphylia, Cili„ cia, Galatia, Encratitæ propagati ſunt; „ immò & in Romano tractu, & Antio„ cheno in Syria, licèt non ubiquè perva„ ſerit. „ *Hæc Epiphanius*.

21. Sequitur ergo de mente Epiphanii eandem hæreſim à Tatiano conditam, primùm Tatianorum appellatam, mortuo indè Tatiano, qui eidem in hæreſi ſua ſucceſſerant, nomine mutato dictos ſuiſſe Encratitaa, deſumptâ ab operatione novâ appellatione, ut ex Clemente Alexandrino ſuprà notatum eſt. Nos verò ſecuti S.Auguſtinum, hoc in uno Commentario nectemus Tatianos, & Encratitaa, eorumque dogmata examinabimus.

COMMENTARIUS

Dogmaticus.

22. N*Uptias damnant*) Primarium hunc Tatiani errorem fuiſſe indicat Sanctua Doctor, nimirùm nuptias velut malaa damnare, eaſque pares fornicationibua facere: Quod dogma à Saturnino & Marcione accepiſſe, author eſt Irenæus apud Euſebium lib. 4. hiſt. cit. cap. 29. ubi de Tatiano loquena ait: *Aſſerent quoque cum Saturnino & Marcione, Matrimonium nihil aliud eſſe, quàm corruptionem & ſtuprum*. Et Theodoretus: *A Saturnino autem & Marcione abhorrere nuptias, & animantium, & vini uſum*. Etiam S. Auguſtinua iſtius alterius hæreſis meminit, inquiens: *non veſcuntur carnibus, eaſque omnes abominantur*. De abſtinentia à vino, quam Tatiani, ſivè Encratitæ ſectabantur, ſcribit Clemens Alex. lib. 2. Pædag., ubi adversùs Encratitaa probat uſum moderatum vini non eſſe malum. Nam cap. 2. versùa finem, poſt plura allegata de licito uſu vini, velut concludens ait: *Hæc nobis quidem fixa ſint, & firma adversùs Encratitas*.

23. Æonas Valentini quoquè admiſiſſe notat idem S. Doctor in textu, inquiena: *Prolationes quaſdam fabuloſas Sæculorum etiam ipſi ſapiunt*. Subjungit indè, quòd etiam ſaluti primi hominis contradixerint: *Saluti primi hominis*, inquit, *contradicunt*. Irenæus autem apud Euſebium utramque recenſet hæreſim, inquiena: *Æonas inviſibiles commentus perindè ac Valentinus*. Et paulò infrà: *Nova*, ſubdit, *prætereà argumenta ad ſubvertendam Adami ſalutem excogitant*. Theodoretus verò ait: *Figmenti ſui materiam emendicavit, à Valentino quidèm Æonum productiones*. Hæc autem omnia Epiphanius quoquè commemorat in hæreſ. 46. nam ſub num. 1. ait: „ In abſurdas opinio„ nes incidit: ac neſcio quos Æonaa è Va„ lentinianis fabulis, & Principia quædam, „ ac propagationes commentus eſt. *Et ſub* „ *num. 2. ſubjungit*: Cæterùm eadem ferè „ cum antiquis Hæreſibus defendit. Ac pri„ mùm Adamum negat eſſe ſalvum. Deindè „ continentiam, cælibemque vitam prædi„ cat. Nuptias adulterium eſſe merum, ac „ corruptelam exiſtimat, nec ab illa diſcre„ pare penitùs, ſed idem & unum eſſe. *Hæc Epiphanius*. Qui etiam refert in ſuis Myſteriis, hoc eſt in Euchariſtia ab ipſo inſtituta Tatiano, ſolâ aquâ uſum: „ Simi„ liter, *ait*, & Myſteria quædam ad Eccle„ ſiæ Sanctæ imitationem inſtituit: ſed ad „ ad ea tamen nihil præter aquam adhi„ buit.

24. Deindè in hæreſ. 47. agens de Encratitis eorum referens errores ſcribit: „ Prin„ cipia etiam illi plura conſtituunt, & in„ ter ea Diabolum referunt, quem Dei „ operibus adverſari, nec illi eſſe ſubditum „ volunt: ſed præcipuâ quadam poteſtate „ præditum agere, quæ libuerit, non ma„ litiâ depravatum. Cum Eccleſia quippè „ minimè conſentiunt; ſed à veritatis do„ ctrina longiùs aberrant. Inter primarias „ Scripturas habent Andreæ, ac Joannis „ Acta, nec non Thomæ, & Apocryphos „ alios. E vetere Teſtamento, quæ libue„ rit eligunt. Nuptiarum authorem Dia„ bolum manifeſtè conſtituunt. Animatis „ veſci prohibent, non temperantiæ ſtudio, „ nequè peculiari ex inſtituto vitæ, ſed „ falſo quodam & affectato metu; nè ob „ animatorum eſum ſibi ipſi damnationem „ arceſſant. Aquam ad Myſteria ſolam adhi„ bent. Nam vino penitùs abſtinent, & „ Diabolicum appellant; quod qui bibant, „ çove utantur, improbos, ac peccatores „ eſſe ſtatuunt. *Hactenus Epiphanius*; cui aſſentitur Nicetas lib. 4. Theſaur.

25. Similia hactenus relatis referunt alii Scriptores: Hinc S. Hieronymus in Præfat. in Epiſt. ad Titum, refert Tatianum quaſdam Pauli Epiſtolas repudiaſſe. In Commentar. ad cap. 2. Amos, meminit ejuſdem Ta-

Tatiani erroris de abſtinentia à vino: & in cap. 6. Epiſt. ad Galatas tradit eundem Tatianum veram in Chriſto carnem minimè admiſiſſe, ſed tantùm putativam; undè ait: „ Tatianus, qui putativam Chriſti carnem „ introducens, omnem conjunctionem maſ„ culi ad fœminam immundam arbitratur. „ Clemens porrò Alexand. lib. 3. Stromat. „ alium quoquè errorem notat in Tatiano, „ nimirùm, legem non à bono, ſed à malo „ Deo eſſe: Ejus verba ſunt: „ Separat au„ tem veterem quoquè hominem, & novum „ Tatianus, ſed non ut nos dicimus. Ve„ terem quidem, legem; novum autem, „ Evangelium; ei aſſentimur, nos quoquè „ dicentes, ſed non eodem modo, quo vult „ ille, diſſolvens legem, ùt alterius Dei. *Hæc Clemens*.

26. Denique ex ipſius oratione contrà Gentes alius colligitur error circa animæ immortalitatem, cùm apertis verbis doceat, Animam naturâ ſuâ mortalem eſſe, mori inſuper, licèt in noviſſimo die reſurrecturam. Ait ergo: „ Non immortalis eſt anima, ò „ Græci, ſuâpte naturâ, ſed mortalis: eadem „ tamen nè moriatur fieri poteſt. Moritur „ etiam, & diſſolvitur cum corpore, quæ „ veritatis ignara eſt, reſurget autem poſteà „ in conſummatione Mundi unà cum corpo„ re, mortem in ipſa immortalitate per cru„ ciatum, & pœnam ſentiens. „ *Hæc Tatianus*. Ex hactenus itaquè allatis Tatianorum, atque Encratitarum errores, ad hanc reducuntur ſummam, nimirum:

I. Comprobandam Valentini opinionem de Æonibus, & diverſitate Principiorum.
II. Legem à malo Deo eſſe conditam.
III. Chriſtum non veram, ſed putativam carnem induiſſe.
IV. Matrimonium à Diabolo eſſe, nequè ſecerni à fornicatione.
V. Illicitum eſſe vinum guſtare.
VI. In Euchariſtia non adhibendum vinum, ſed ſolâ aquâ utendum.
VII. Adamum eſſe ad inferos damnatum.
VIII. Animam naturâ ſuâ mortalem eſſe, immò & mori cum corpore, reſurrecturam tamen.

27. Scripſiſſe Tatianum infinita volumina tradit S. Hieronymus in lib. de Script. Eccleſ. cap. 29. inter quæ maximè extollit librum, quem ſcripſit adversùs Gentes, quem florentiſſimum dicit, & inter ejus opera inſignem: „ Porrò Tatianus, *ait*, infinita ſcri„ pſit volumina, è quibus unus contrà Gen„ tes florentiſſimus extat liber, qui inter „ omnia opera ejus fertur inſignis. „ Scripſit quoquè librum de Perfectione ſecundùm Servatorem, quo Matrimonium damnavit, & illicitum eſse probare contendit: Cujus meminit Clemens Alex. lib. 3. Stromat. Librum item Problematum, ſeu Quæſtionum elucubraſse, Author eſt Rhodon apud Euſebium lib. 5. hiſtor. cap. 13. ubi de Rhodone ſcribit. „ Refert etiam à Tatiano elu„ cubratum eſse Quæſtionum librum: in „ quo cùm Tatianus obſcuros, atque invo„ lutos Sacræ Scripturæ locos ſe expoſitu„ rum promiſiſset, ipſe Rhodon ſolutiones „ quæſtionum Tatiani peculiari Opere edi„ turum ſe eſse profitetur.

28 Porrò idem Euſebius lib. 4. hiſtor. cap. 29. tradit ſcripſiſse Catenam, & Collectionem quandam ex quatuor Evangeliis, quam *Diateſſaron* nominavit. „ Cæterùm, „ *inquit*, primus eorum Author Tatianus, „ Catenam, & Collectionem neſcio quam „ Evangeliorum contexuit, quam *Diateſſa*„ *ron*, hoc eſt, Evangelium ex quatuor „ Evangeliis compoſitum nominavit: quod „ opus à quibuſdam etiamnum habetur. Meminit & hujus Epiphanius in hæreſ. 46. num. 1. ſub fin. inquiens: „ Ferunt opus il„ lud, quod ex quatuor Evangeliis con„ textum eſt, quodque ſecundùm Hebræos „ nonnulli vocant ab eo eſse conſcriptum. Notat indè Theodoret. lib. 1. hæret. fabul. ubi agit de Encratitis, Tatianum in hoc opere amputaſse genealogias, ac ea omnia, quæ oſtendunt Dominum natum ſecundùm carnem. „ Is autem, *inquit*, compoſuit etiam „ Evangelium, quod dicitur per quatuor, „ amputatis genealogiis, & aliis, quæcum„ que oſtendunt Dominum natum eſse ex „ David ſecundùm carnem. „ Subjungit poſteà, hoc Evangelio uſos nedùm Sectatores Tatiani, verùm & alios Apoſtolicos viros, fraudem minimè dignoſcentes, atque plus quàm ducentos diverſis in Eccleſiis ſuppreſſiſse, repoſitis Sanctorum Evangeliſtarum Sacroſanctis Evangeliis: „ Eo autem uſi ſunt, „ *ait*, non ij ſolùm qui ſunt illius ſectæ, „ ſed ij etiam qui dogmata Apoſtolica ſe„ quuntur, compoſitionis fraudem non co„ gnoſcentes, ſed ſimpliciùs eo tanquam li„ bro compendioſo utentes. Ego quoquè „ inveni pluſquam ducentos hujuſmodi li„ bros, qui in honore habebantur in noſtris „ Eccleſiis. Quos cùm omnes ſimul coëgiſ„ ſem depoſui, & loco eorum repoſui qua„ tuor Evangeliſtarum Evangelia. „ *Hæc Theodoretus*.

29. Controvertitur apud Eruditos, an *Diateßaron* Tatiani, ſive Harmonia ex quatuor Evangeliis extet adhuc. Etenim in Bibliot. Veter. Patrum tom. 2. inſerta legitur Conſonantia Evangeliorum Tatiani Alexandrini, præmiſsâ priùs Victoris Capuani Præfatione, quæ incipit: *Cùm fortuitò in manus meas incideret unum ex quatuor Evangelium compoſitum, & abſente Titulo non invenirem nomen Authoris, diligenter inquirens, quis geſta, vel dicta Domini, & Salvatoris noſtri Evangelicâ lectione diſcreta, in ordinem*

quo

quo ſe conſequi videbantur, non minimo ſtudii labore redegerit, reperi Ammonium quendam Alexandrinum, qui Canonum quoquè Evangelii fertur inventor. Hæc Victor in exordio ſuæ Præfationis, ſed in progreſſu dubitat an præfata cnnſonantia, ſive Harmonia adſcribenda ſit Ammonio, an verò Tatiano; denique pro Tatiano pronunciat, inquiens: *Arbitror enim propterea, non Ammonii, ſed hujus* (ideſt Tatiani) *eſſe editiotionem præfati voluminis*. Verùm meritò Eruditi contrarinm ſentiunt, & à Victoris Capuani ſententia recedunt: nam Theodoretus ſuprà relatus notat, Tatianum in ſua Armonia amputaſſe Genealogiaa, & ea omnia, quæ oſtendunt Dominum natum ſecundùm carnem. At in Harmonia, de qua agit Victor Capuanua, talia non reperitur mutilatio, leguntur enim Genealogiæ, prout ab Evangeliſtis habentur deſcriptæ.

30. Porrò tom. 3. ejuſdem Bibliothee. altera inſerta reperitur Harmonia, ſub hoc Titulo. *Evangeliorum quatuor Narratio, Ammonio Alexandrino, Ottoman Luſcinio Interprete*. In cujus præfatione adnotatur, hanc magia quàm illam adſcribendam Tatiano. „ Ex his quæ ſuperiùs Sæculo II. Vi-
„ ctoris Capuani, ante Harmoniam Tatiani
„ adnotavimus, facilè conſtat hoc opua hic
„ poſitum non eſſe Ammonii Alexandrini,
„ ſed Tatiani Syri; huic ſiquidèm operi exa-
„ ctè omnia competunt, quæ Euſebiua, &
„ Theodoretua de Diateſſaron Tatiani pro-
„ diderunt. „ In qua ſententia eſt Cardinalis Baronius ad annum Domini CLXXIV. Et probat quia in prima illa Harmonia Tatiano adſcripta extant Genealogiæ, quæ deſiderantur in ea genuina Tatiani, prout Theodoretus refert, nequè Tatianua ſuit genere Alexandrinua, proindè loco *Tatiani*, reponendum exiſtimat *Ammonium*; & in altera, quæ Ammonio inſcripta habetur, loco *Ammonii* reſtitnendum Tatianum: nam in ea deſiderantur Genealogiæ, quas Tatianus amputaverat in ſua Evangeliorum concordia, ſive Harmonia.

31. Cæterùm Valeſius in notis ad cap. 29. lib. 4. Euſebii, neutram ex illis Tatiano adſcribendam cenſet, Tatianique Harmoniam amplius non ex ſtare ſed eſſe omninò ſnppreſſam. Non quidem primam Tatiano addicendam exiſtimat, ſed Ammonio Alexandrino nt cum Baronio ſentiunt alii, propter ſuprà allegatas rationes: non ſecundam, quæ poſt illam Ammonii prodiit, & quam Tatiano adſcribit Baronius, quia hæc longè differt ab Evangelio Tatiani. Nàm opus illud, ſicut lectio ipſa indicat, inquit Valeſius, nihil aliud eſt, quàm Paraphraſis quatuor Evangeliorum, ſeù potiùs Epitome eleganter conſcripta ab homine Catholico. At Evangelium Tatiani ipſiſmet Evangeliſtarum verbis contextum fuit, reſectis dumtaxat iis, quæ ad Davidicam genealogiam ſpectant. Prætereà in opere illo, quod editum eſt, Chriſtus filins David dicitur non ſemel. Denique tres anni prædicationia Chriſti in illo opere diſtinguuntur: cùm Veteres annum dumtaxat unum prædicationi Chriſti tribuerint. Hæc Valeſius: Cui adhæret Pagins in Critica ad Annalea Baronii, ad annum CLXXIV. ſub num. 3. utiturqne iiſdem Valeſii rationibua. Ellies Dupinus inſuper tom. 1. novæ Bibliot. verbo *Tatianus* idem cum Valeſio tradit.

32. Ego quidem diligenter inſpectâ Harmoniâ præfatâ, reperi utique deſiderari in ea genealogias, quæ Chriſtum ſecundùm carnem genitum oſtendunt, aliundè tamen comperi ex eadem colligi Chriſtum veram carnem habuiſſe, non putativam, prout Tatianus defendebat. Etenim in ipſomet Exordio citat locum Joannis cap. quo aſſeritur Verbum caro factnm. *In principio*, inquit, *erat Verbum, per quod condita ſunt omnia, in fine tandem temporum caro factum*. Partum Virginis quoquè ùt Lucaa cap. 1. deſcripſit, recenſet & hic Author inquiens:
„ Cenſi capite ſunt tùm fortè Octavii Au-
„ guſti edicto, omnes qui Romano pare-
„ bant Imperio: quùm Joſeph Bethlem,
„ quæ Civitaa erat David, ad qnem ge-
„ nus referebat, ſimul cum Virgine profi-
„ ciſcitur. Ubi illa partu ſoluta, enixa
„ eſt Chriſtum. „ Cætera quoquè ex Evangeliſtis enarrata quibus vera Chriſti caro oſtendi poteſt, minimè ab Authore leguntur omiſſa. Immò nec abhorret referre vocatum fuiſſe filium David: dum enim refert quæ tertio anno ſnæ prædicationis geſſerat, deſcribena triumphalem ingreſſum in Urbem Hieroſolymam, juxta enarrata à Matthæo cap. 21. Marco cap. 11. Lucæ 19. & Joan. 12. ait: „ Ac ſic jumentorum vectus tergis,
„ ſterni viam ſibi veſtibus, ac arborum fron-
„ dibua paſſus eſt, & à pueris, promiſcuâ-
„ que multitudine acclamari lætis gratula-
„ tionibus: *Oſanna filio David, Benedictus*
„ *qui venit in nomine Domini Rex Iſrael*.

33. Deindè S. Ambroſius in Proœmio ad Explanationem in Evangelium Lucæ, Tatiani Harmoniam indicare videtur, dum ait: *Plerique etiàm ex quatuor Evangelii libris in unum ea quæ venenatis putaverunt aſſertionibus convenientia, reſerſerunt*. Et viri eruditi non dubitant aſſerere, Ambroſium per illa verba, Tatiani *Diateſſaron* perſtringere. Quòd ſi ita eſt Harmnniam, de qua agimus, non eſſe Tatiani certum ſit, cùm in ea venenata illa, de quibus Ambroſius ſcribit, minimè habeantur. Cæterùm hujua rei judicium ſit penès eruditos. Hoc unum addo, quod adnotat Zaccharias Chryſopolitanus Epiſcopus, in Notis ad Harmoniam quam ferunt Ammonii, nimirum, ut in Proœmio ait, Tatiani Harmoniam, ſi fortè

ſub Magiſterio Juſtini ab ipſo compoſita, carere potuiſſe erroribus, ac proinde ſine ſcrupulo etiam ovibus legi. „ Tatianus etiam,
„ *inquit*, vir eruditiſſimus & eleganti elo-
„ quentiâ præditus, cujus commendationem
„ B. Hieronymus in libro de Illuſtribus vi-
„ ris non tacuit, & unum ex quatuor (ut
„ Eccleſiaſtica narrat Hiſtoria) compagina-
„ vit Evangelium, & Magnificos contrà
„ Gentes libros edidit. Hic Beati Juſtini
„ Martyris & Philoſophi, dum adhuc vive-
„ ret diſcipulus fuit. Dein verò doctrinæ
„ ſupercilio elatus ad hæreſes convolavit.
„ Sanè hujus Hæreſiarchæ ſi ſupereſſet opus
„ Evangelicum, quod Sancti Juſtini lateri
„ adhærens fortaſſis explicuit, in eo Domi-
„ ni Jeſu verba diligenter amplecti, ſecurè
„ legere ovibus ejus vocem cognoſcenti-
„ bus, nil prohiberet. Nam ſicut Sacra-
„ menta ſinè ſui corruptione participantur
„ & à malis, ſic veritatis verba, ſivè di-
„ cta, ſivè ſcripta ab hæreticis, ſuo pro-
„ prio tenore minimè privari poſſunt.

34. Deniquè notat Euſebius ex aliquorum Sententia, Tatianum auſum fuiſſe Pauli Apoſtoli Epiſtolas elegantioribus exprimere verbis, mutatâ quoquè phraſi. „ Ajunt
„ etiam, *ait lib.* 4. *cap.* 29. nonnulli, au-
„ ſum illum eſſe dicta Pauli Apoſtoli ele-
„ gantioribus verbis exprimere, utpotè qui
„ compoſitionem verborum illius corrigere
„ ſtuderet. „ Epiphanius inſuper ſcribit Harmoniam Tatiani à nonnullis appellatum eſſe Evangelium ſecundùm Hebræos, ùt ſuprà retulimus, ſed falluntur, quia Evangelium ſecundùm Hebræos longè ante Tatianum editum fuit, eoque anteriores hæreticos uſos, præcipuè Nazaræos, ùt diximus part. 1, cap. 9. num. 8., licèt potuerint & hoc etiam Tatiani opus appellare Evangelium ſecundùm Hebræos, diverſum tamen ab illo priorum hæreticorum, commune in eo dumtaxat, quòd in utroque deſiderentur genealogiæ.

COMMENTARIUS

In Hæreſim I. II. & III.

35. C*Omprobandam Valentini opinionem*) De hujuſmodi Æonum fabulis plura ſatis adnotavimus in prim. par. cap. 11. in Commentar. Dogmat. à num. 22. & ſeqq. ubi oſtenſum eſt, à Poetis hanc dementiam fundamenta deſumpſiſſe ſua, Adversùs eam ſcripſit Epiphanius, nec non Irenæus lib. 1. adverſ. hæreſ. cap. 1. & ſeq. Alia quoquè habentur in Appendice ad eundem lib. 1., ut videre eſt ad calcem ejuſdem operis editi à Franciſco Feu-ardentio Pariſiis annum MDLXXVI. Legem porrò à malo Deo eſſe, docuerunt ante Tatianum Simon Magus hæreſ. IX. Saturninus hæreſ. III. Baſilides hæreſ. III. & in iiſdem terminis Cerinthus, reductivè verò etiam Ebion, & alii ſuprà recenſiti hæreſiarchæ. Deindè in eo quòd Tatianus doceat, Chriſtum non veram ſed putativam induiſſe carnem, Simoni Mago ſe conſormare voluit, qui idem docuerat, ùt in ejus hæreſ. VI. Baſilidi quoquè, qui in Simonis deſcenderat ſententiam, ùt liquet ex ejus hæreſi V. & aliis hæreſiarchis, quos in prima parte recenſuimus.

COMMENTARIUS

In Hæreſim IV.

36. M*Atrimonium à Diabolo eſſe*) Ità in terminis ante Tatianum & Encratitas Saturninus, ut notavimus prim. par. cap. 3. hæreſ. 6. num. 15 Et poſt Saturninum Marcion, ut ex D. Hieronymo lib. 1. adverſ. Jovinianum, aliiſque Patribus, notavimus cap. 22. in Commentar. Dogmat. & in hæreſ. VI. Marcionis: quare non dubitat Irenæus lib. 1. cap. 31. aſſerere Tatianum à Saturnino, & Marcione, hunc habuiſſe errorem; *Nuptiarum autem corruptelas, & fornicationes ſimiliter ut Marcion, & Saturninus dicens*. Et apud Euſebium lib. 4. hiſt. cap. 29. *Æonas inviſibiles commentus perindè ac Valentinus; aſſerens quoquè cum Saturnino, & Marcione, Matrimonium nihil aliud eſſe, quàm corruptionem, ac ſtuprum*. Poſt Tatianum, & Encratitas eandem hæreſim docuerunt Adamiani, ut tradit S. Auguſt. in lib. de hæreſ. cap. 31. Manichæi quoquè, eodem Auguſtino teſte in hæreſ. 46. Eodem errore lapſos Euſtathianos refert Socrates lib. 2. hiſt. cap. 33. Priſcillianiſtis pariter tribuit Leo Magnus Epiſt. 91. ad Turbium. S. Bernardus Serm. 65. in Cantic. refert, quoſdam Apoſtolicos, ſeu potiùs Apoſtaticos nuncupatos, in eandem abiiſſe hæreſim. Et de Albigenſibus, idem notat S. Antoninus in Sum. par. 4. titul. 11. cap. 2. §. 5.

37. Cæterùm Deum ipſum eſſe Matrimonii authorem, jam ſatis oſtenſum eſt contrà Saturninum, & Marcionem, & ulteriùs conſtat, cùm Deus eorum author ſit, ad quæ natura ſana & integra inclinat, quia natura ſana & integra Dei eſt effectus: Inclinat enim ſana, & integra natura hominis ad Matrimonium, ex quo inclinat ad Prolis generationem, ad ejus nutritionem, & religioſam educationem, quæ ſanè abſque parentibus vinculo indiſſolubili colligatis, ac ideò ſinè Matrimonio, ex quo præfatum oriatur vinculum, fieri minimè poteſt. Et certè Deus in ſtatu adhuc Innocentiæ creavit primos Parentes ſexu differentes non ob alium finem, quàm ad prolis generationem, juxta illud Geneſ. cap. 1. verſ. 27. *Et creavit Deus hominem ad imaginem ſuam: ad imaginem*

Dei creavit illum, maſculum & fœminam creavit eos. Benedixitque illis Deus, & ait: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubiicite eam. Porrò in eodem innocentiæ ſtatu Deus arctiſſimo vinculo ſociavit cum Eva Adamum, adeòut ipſemet Adam ſuo ore dixit, Geneſ. cap. 2. verſ. 23. *Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea,* & ùt indicaret eſſe vinculum Matrimonialis Societatis ſubjunxit: *Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ; & erunt duo in carne una.* Quarè Salvator Matthæi cap. 19. illam eandem Societatem tanquam exemplum earum propoſuit, quæ deinceps inter conjuges contractæ fuerunt. Etenim interrogatus, ſi licet homini dimittere uxorem ſuam, quacumque ex cauſa? reſpondit: *Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos? & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.* Deindè ex eo etiam, quòd Deus Adamum olim cum Eva per Matrimonium conjunxerit, idem Salvator infert, Deum nubentes tali nexu conjungere, ut humana poteſtas ſolvere minimè poſſit; *Itaque*, ſubjungit, *jam non ſunt duæ, ſed una caro. Quod ergo Deus conjunxit homo non ſeparet.*

38. Item in Veteri lege plura à Deo leguntur præſcripta circà ineunda Matrimonia. Etenim cap. 24. Deuteronom. verſ. 5. mandat Deus, ut accipiens uxorem non pergat ad bellum, nec quid publicæ neceſſitatis ei injungatur, ſed per annum Domi maneat cum uxore ſua. *Cùm acceperit homo nuper uxorem, non procedet ad bellum, nec ei quippiam neceſſitatis injungetur publicæ, ſed vacabit abſquè culpâ Domi ſuæ, ut uno anno lætetur cum uxore ſua.* Cap. verò 25. verſ. 5. mandat Deus ſuperſtiti fratri, ut in Matrimonium ducat uxorem à fratre ſinè liberis relictam: *Quando habitaverint fratres ſimul, & unus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater ejus.* Exodi inſuper cap. 34. num. 16. prohibet Deus Iſraelitis ne Matrimonio ſibi copulent Infidelium filias: *Nec uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis: nè, poſtquam ipſe fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in Deos ſuos.* Hæc itaque & aliæ Matrimonii leges deſcriptæ in veteri Lege, ſatis ſuperque oſtendunt, nedum Deum approbare Matrimonium, verùm & eſſe Auctorem, certiſſimè non Satanam, non Diabolum, ut impiè fabulantur Encratitæ.

39. In lege poſteà Evangelica, Deum Authorem Matrimonii exiſtere, & non à Satana eſſe, idem Dominus demonſtrare voluit, tum Matthæi cap. 19. cit. tùm Joannis cap. 1., ubi Evangeliſta narrat Chriſtum ſuâ præſentiâ voluiſſe nuptias honorare. Paulus quoquè tùm in priori Epiſtola ad Corinth. cap. 7. tùm ad Epheſios cap. 5. & alibi idem teſtatur. quare in priori Epiſt. ad Timoth. cap. 4. verſ. 3. ùt hæreticos damnat quos futuros prævidet prohibentes nubere: *Spiritus autem*, inquit, *manifeſtè dicit, quia in noviſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentium nubere.* Legimus etiam in Epiſtola Ignatii ad Philadelphios, licèt interpollatâ, ùt quidam eruditi notant, Apoſtatam & Draconem ſoventem eum appellat, qui legitimo Matrimonio, & filiorum procreationi adverſatur. *Si quis*, inquit, *Author, hæc quidem conſitetur, ſed legitimam commiſtionem, & liberorum procreationem, corruptelam, & pollutionem appellat; talis Apoſtatam illum Draconem in ſe habens fovet.* Et notat Uſſerius, per hæc verba deſignatum Saturninum hujus hæreſis primarium Architectum.

40. At Clemens Alexandrinus directè adversùs Tatianum hanc hæreſim impugnat lib. 3. Stromatum §. 7. edit. Gentiani Herveti, ubi priùs profert in medium Tatiani doctrinam, deſumptam ex illius libro de Perfectione ſecundùm Servatorem, ubi ait Tatianus: *Conſenſum quidem conjungit orationi; Communio autem, ſeu conjunctio, interitus ſolvit interpellationem.* Quibus relatis occurrit Clemens, inquiens: „ Admodum „ certè circumſpectè arcet per conceſſionem. „ Nam cùm rurſus permittit ſimul conve„ nire propter Satanam, & intemperantiam, „ pronunciavit eum, qui eſt pariturus, „ ſerviturum duobus Dominis: per conſen„ ſum quidem Deo; per diſſenſionem au„ tem, intemperantiæ, & fornicationi, & „ Diabolo. Hæc autem dicit Apoſtolum „ exponens, Sophiſta autem eludit verita„ tem per verum falſum confirmans: intem„ perantiam enim, & fornicationem, Dia„ bolica vitia, & affectiones, nos quoquè „ confitemur. Moderati autem Matrimonii „ intercedit conſenſio, & ad precationem „ continenter deducens, & ad procreandos „ liberos cum honeſtate concilians. Cogni„ tio quidèm certè dictum eſt à Scriptura „ tempus liberorum procreationis, cùm dixit: „ *Cognovit autem Adam Evam uxorem ſuam,* „ *& concepit, & peperit filium, & nominavit* „ *nomen ejus Seth: Suſcitavit enim mibi* „ *Deus aliud Semen pro Abel.* Vides quem„ nam maledictis inceſſant, qui honeſtam, „ & moderatam inceſſunt ſeminationem, & „ Diabolo attribuunt generationem. „ *Hæc Clemens.*

41. Cujus tota vis argumenti adversùs Tatianum in eo ſita eſt, quòd ſi Matrimonium malum eſſet & non à Deo, non à Deo fuiſſet Adæ cum Eva Matrimonium, & malum fuiſſet; ſi non à Deo, & malum, neque

que à Deo eſſet filiorum procreatio, & mala eſſet; atqui ſi mala, & non à Deo, non rectè Scriptura Deo tribueret Generationem Seth, neque rectè allocuta eſſet Eva dicens: *Suſcitavit enim mihi Deus aliud Semen pro Abel*. Et poſt aliqua alio utitur Clemens argumento, inquiens: „ Sed nec eum qui ex conjugali ſurgit cubili, ſimiliter ùt olim, tingi nunc quoquè jubet Divina per Dominum providentia: non enim neceſſariò à liberorum abducit procreatione, qui credentes per unum Baptiſmum ad conſuetudinem omni ex parte perfectam abluit Dominus, qui etiam multa Moſis Baptiſmata per unum comprehendit Baptiſmum. Olim itaque lex, per carnalem generationem noſtram prædicens regenerationem, propter generantem Seminis facultatem adhibeat Baptiſmum, non abhorrens hominis generationem. Quod enim apparet homo generatus, hoc poteſt Seminis dejectio. „ *Ità Clemens*. Quod quidem argumentum deſumptum eſt ex inſtitutione Sacramenti Baptiſmi, quo carnaliter geniti, Spiritualiter regenerantur. Et certè non inſtituiſſet Dominus Sacramentum hoc regenerationis, ſi naſci vel à Diabolo eſſet, vel malum, aut Deo odibile.

42. Porrò ſubjungit poſt aliqua Clemens: „ Si autem peccatum eſt Matrimonium, quod eſt ex lege, neſcio quomodò quis dicet ſe Deum noſſe, dicens Dei juſſum eſſe peccatum. Quòd ſi lex Sancta eſt, Sanctum eſt Matrimonium. Sacramentum ergo ad Chriſtum, & Eccleſiam ducit Apoſtolus. Quemadmodum quod ex carne generatur caro eſt: ita quod ex Spiritu, Spiritus, non ſolùm in pariendo, ſed etiam in diſcendo. „ Arguit hic Clemens ab ipſa Matrimonii inſtitutione; Cùm enim lege Divina inſtitutum ſit, non poteſt eſſe malum: lex autem, quæ Matrimonium inſtituit Sancta eſt: Sanctum ergo & Matrimonium. *Sunt ergo ſeparata*, ait Clemens, *fornicatio, & Matrimonium, quoniam à Deo longè abeſt Diabolus*. Et poſt aliqua ſubjungit: „ Neceſſariò ergo non eſt prohibendum jungi Matrimonio, neque carnibus veſci, aut vinum bibere. Scriptum eſt enim; *Bonum eſt carnem non comedere, nec vinum bibere, ſi comedas per offendiculum*. *Et, bonum eſt manere, ſicut & ego*: Sed & qui utitur, cum gratiarum actione, & qui rurſus non utitur, ipſe quoquè cum gratiarum actione, & cum moderata, ac temperanti vivat perceptione, rationi convenienter. Et, ut in ſummâ dicam, omnes Pauli Epiſtolæ, quæ moderationem docent, & continentiam, cùm & de Matrimonio, & de liberorum procreatione, & de Domus adminiſtratione innumerabilia præcepta contineant, nuſquam honeſtum, moderatumque Matrimonium prohibuerunt, aut abrogarunt, ſed legis cum Evangelio ſervantes convenientiam, utrumque admittunt: & eum, qui Deo agendo gratias, moderatè utitur Matrimonio: & eum, qui, ut vult Dominus, vivit in Caſtitate. „ *Hactenus Clemens*.

43. Tertullianus quoquè adversùs eandem hæreſim ſcribit, licèt proùt à Marcione aſſertam, lib. 1. adversùs eundem Marcionem cap. 29. & probat eos, qui ſub Sanctitatis prætextu nuptias damnant, & matrimonium contemnunt, Sanctitati permaximè adverſari. „ Non tinguitur, *inquit*, apud illum caro, niſi virgo, niſi vidua, niſi cælebs, niſi divortio Baptiſma mercata, quaſi non etiam Spadonibus ex nuptiis nata. Sine dubio ex damnatione conjugii, inſtitutio iſta conſtabit. Videamus, an juſta, non quaſi deſtructuri felicitatem Sanctitatem, ut aliqui Nicolaitæ aſſertores libidinis atque luxuriæ, ſed qui Sanctitatem ſinè nuptiarum damnatione noverimus, & ſectemur, & præferamus, non ùt malo bonum, ſed ùt bono melius. Non enim proiicimus, ſed deponimus nuptias: nec præſcribimus, ſed ſuademus; Sanctitatem ſervantes, & bonum; & melius pro viribus cujuſque ſectando. Tunc denique conjugium exertè defendentes, cùm inimicè accuſatur Spurcitiæ nomine, in deſtructionem Creatoris, qui proindè conjugium pro rei honeſtate benedixit, incrementum generis humani, quemadmodum & univerſum conditionis integros, & bonos uſus.

44. Deindè poſt aliqua ſubjungit: „ Undè jam dicam Deum Marcionis, cùm matrimonium ut malum, & impudicitiæ negotium reprobat, adverſus ipſam facere Sanctitatem; cui videtur ſtudere, materiam ejus eradit. Quia ſi Nuptiæ non erunt, Sanctitas nulla eſt: Vacat enim abſtinentiæ Teſtimonium, cùm licentia eripitur. Quoniam ita quædam in diverſis probantur. Sicut & Virtus in infirmitate perficitur, ſic & abſtinentia nubendi in facultate dignoſcitur. Quis enim abſtinens dicetur, ſublatâ re, à qua abſtinendum eſt? Quæ temperantia gulæ in fame? Quæ ambitionis repudiatio in egeſtate? Quæ libidinis infrænatio in caſtratione? Jam verò ſementem generis humani compeſcere totum, neſcio, an hoc quoquè optimo Deo congruat. Quomodò enim ſalvum hominem volet, quem vetat naſci, de quo naſcitur auferendo? Quomodò habebit, in quo bonitatem ſuam ſignet, quem eſſe non patitur? Quomodò diligit, cujus originem non amat? „ *Hæc Tertullianus*.

45. Cùm itaque Marcionitæ ſub prætextu Sanctitatis nuptias damnarent, quod & fecerunt poſteà Encratitæ, Tertullianus eos per-

perſtringit, inferens ex hoc eodem, quòd nuptias damnant, Sanctitati ipſos palàm adverſari: Etenim negato matrimonio, vel ut malo admiſſo, deeſt materia abſtinentiæ à voluptatibus matrimonialibus, adeòque ſancta minimè eſſet continentia, nequè in ea rationem meriti eſſet reperire: nam ideò meritoria continentia eſt, quia liberum eſt cuiquam ſe ab matrimonialibus abſtinere voluptatibus: non enim meritorium eſt non occidere, quia occidere eſt naturâ malum. Si ergo matrimonium eſſet naturâ malum, contineri ab eo non eſſet meritorium, ideò ergo continentia virtus eſt, & meritoria, quia matrimonium non eſt de ſe malum, & quiſque pro ſuo libitu poteſt & in matrimoniali Societate ligari, aut continentiam profiteri. Porrò ſi malum eſt matrimonium, mala liberorum procreatio, ergo non debent generari homines ut ſalventur. Immò Marcionitæ, & Encratitæ hoc innuere videntur, ut nolint ſalvari homines, quos naſci nolunt, cùm adverſentur matrimonio, ex quo naſcuntur homines: Immò nec homines diligendos exiſtimant, quos omninò non eſſe volunt. Hæc ſunt Argumenta Tertulliani.

46. Arguit Tatianus dictum Pauli in Epiſtola ad Galat. cap. 6. *Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem: Qui ſeminat in Spiritu, de Spiritu metet vitam æternam*. Hinc apud S. Hieronymum in Commentar. ad hunc locum ex allegato textu Pauli argumentum ſuum ſic conficit: „ Si quis ſeminat in carne, de carne metet corruptionem: in carne autem ſeminat, qui Mulieri jungitur: ergò & is, qui uxore utitur & ſeminat in carne ejus, de carne metet corruptionem. „ Hæc Tatianus apud S. Hieronymum loc. cit.

47. Cui Argumento occurrit idem S. Doctor, inquiens: „ Reſpondebitur ei: primùm non, dixiſſe Paulum, *qui ſeminat in carne; ſed, in carne ſua*. Nemo autem ſecum ipſe concumbit, & in ſua carne ſeminat. Deindè ut obſervationem hanc, quam annotavimus, *in carne ſua*, ex abundanti ei concedamus, addendum eſt eos quoquè, qui comedant, & bibant, & dormiant, & aliquid faciant in refrigerium corporis, juxta illum ſeminare in carne, & de ea metere corruptionem. Quòd ſi ad hoc confugerit, ut dicat eos; qui ſivè bibant, ſivè dormiant, in nomine tamen Domini omnia cum ratione perficiant, non in carne ſeminare, ſed in Spiritu:. Et nos ſimiliter reſpondebimus, eos quoquè qui Dei primam Sententiam ſequantur cum ratione facientes: *Creſcite & multiplicamini, & replete terram*, non in carne ſed in Spiritu ſeminare.

48. Deindè mox ſubjungit: „ Syllogiſmus itaque ejus futilis & caducus, Sophiſmate primùm decipit audientem. Cæterùm diligenter inſpectus, facilè ſolvitur. Neque enim poſſumus dicere Abraham, Iſaac, & Jacob, & alios Sanctos viros, qui de repromiſſione nati ſunt; ipſum quoquè Domini Præcurſorem, quia in carne natus eſt, de corruptionis germine pullulaſſe. Illud pariter obſervandum, quòd qui ſeminat in carne, cum additamento ſuæ carnis ponitur: Qui autem ſeminat in Spiritu, non dicitur, in Spiritu ſuo, ſed ſimpliciter in Spiritu. Qui enim bona ſeminat, non in ſuo quippiam; ſed in Dei Spiritu ſeminat, de quo eſt vitam meſſurus æternam. „ *Hæc D. Hieronymus*.

49. Favere quoquè videtur Tatiano quorundam Patrum Sententia de hominum propagatione in ſtatu Innocentiæ, nam S. Auguſtinus lib. 1. de Geneſ. contrà Manichæos cap. 19. exiſtimat in ſtatu Innocentiæ, non per carnalem generationem homines propagaturos: verba autem Geneſis: *Creſcite & multiplicamini, & generate, & replete terram*, Spiritaliter in ſtatu innocentiæ fore intelligenda, carnaliter poſtmodùm poſt lapſum: „ Erat enim priùs, ait Auguſtinus, caſta conjunctio Maſculi & Fœminæ: hujus ad regendum, illius ad obtemperandum accommodata: & Spiritalis fœtus intelligibilium, & immortalium gaudiorum replens terram, ideſt vivificans corpus: & dominans ejus, ideſt, ita ſubjectum habens, ut nullam ex eo adverſitatem nullam moleſtiam pateretur. Quod ideò ſic credendum eſt, quia nondum erant filii ſæculi hujus, antequam peccarent: Filii enim ſæculi hujus generant, & generantur, ſicut Dominus dicit. „ *Ità S. Auguſtinus*. Cui & adhærere videtur Damaſcenus lib. 2. Orthod. fid. cap. 30. ubi tradit propagationem humani generis ex conjunctione maſculi & fœminæ ex tranſgreſſione ortum habuiſſe: „ Prima enim plaſmatio, *inquit*, generatio dicitur, non propagario: Generatio quidem eſt ex Deo prima plaſmatio. Propagatio autem, ex condemnatione mortis ob tranſgreſſionem, ex ſe invicem ſucceſſio. „ Et lib. 4. cap. 25. ubi de Virginitate agit, clariùs ſe explicans tradit, in ſtatu Innocentiæ potuiſſe Deum alio modo genus multiplicare humanum quàm per carnalem generationem: „ Poſt tranſgreſſionem, *inquit*, quando audivit: *Terra es, & in terram reverteris*, quando per prævaricationem mors introivit in Mundum: tunc cognovit Adam Evam conjugem ſuam, & concepit, & peperit. Quarè propterea nè axterminaretur, & conſumeretur hoc genus à morte, nuptiæ conſtitutæ ſunt, ut per prolis procreationem, genus hominum conſervaretur. *Et paulò poſt ſubjungit*: Poterat enim Deus hoc genus & alio modo multiplicare, ſi mandatum

uſque

„ uſque in finem ſervaſſent intemeratum. *Hæc Damaſcenus*.

50. Itaquè juxta Auguſtini, & Damaſceni ſententiam, ſi Adam non peccaſſet, permanſiſſetque in ſtatu Innocentiæ, humanum genus non fuiſſet propagatum ex commiſtione maris cum fœmina, nam potuiſſet Deus alio multiplicare modo, quàm per ſexuum commiſtionem, ac proindè non per connubiale commercium prolis multiplicatio habenda à qua Sententia nec abhorrere videtur S. Hieronymus, qui lib. 1. contrà Jovinianum, nihil certum audet determinare, inquiens, non poſſe nos Dei ſcire judicia, & ex noſtro arbitrio illius ſententiæ præjudicare. Si ergo in ſtatu innocentiæ non fuiſſent nuptiæ, nec per ſexuum commiſtionem habenda prolis multiplicatio, ſequitur hujuſmodi prolis multiplicationem per commiſtionem maris cum fœmina eſſe effectum peccati. Ergo qui Auctor fuit peccati, hic & author cenſendus conjugalis copulæ. Cùm ergo Diabolus ſit peccati author, & ipſe erit conjugalis copulæ author. Non ergo à Deo Nuptiæ, ſed à Satana ſunt.

51. At admiſsâ horum Patrum ſententiâ, non ſequitur deducta conſequentia: nam prædicti Patres, quamvis aſſerant in ſtatu innocentiæ potuiſſe humanum genus alio modo multiplicari, non tamen negant à Deo eſſe, ut hoc modo poſt lapſum multiplicetur; immò dicunt, quòd prænoſcens Deus futurum primorum parentum lapſum, formavit eos cum ſexuum diſcretione, quæ erat neceſſaria ad propagandum genus humanum poſt ſtatum prævaricationis, undè ait Damaſcenus loco mox cit. „ Sed ſciens Deus, præſcientiâ ſuâ „ omnia ſciens priuſquàm fiant, quòd fu„ turi erant tranſgreſſores, & morte condem„ nandi, anticipans fecit maſculum & fœmi„ nam, & augeri, & multiplicari præcepit.

52. Cæterùm S. Auguſtinus ſuam illam Sententiam retractavit lib. 1. Retract. cap. 10. inquiens: „ Quod verò ibi legitur, benedi„ ctionem Dei, qua dictum eſt, *Creſcite, &* „ *multiplicamini*, in carnalem fœcunditatem „ poſt peccatum converſam, eſſe credendum; „ ſi non poteſt alio modo dictum videri, niſi „ ut putentur illi homines non habituri fuiſſe „ filios homines, niſi peccaſſent; omninò „ non approbo. „ Et cap. 19. iterum reprobat, & tradit quòd eſſent cognationes, & affinitates, etiamſi originali nullo exiſtente peccato, ſinè morte creſceret, & multiplicaretur Genus humanum.

53. Deindè idem S. Doctor diffuſiùs materiam tractana in libro 14. de Civit. apertè docet in ſtatu Innocentiæ inter Adamum & Evam verum extitiſſe matrimonium, & eodem manente ſtatu, adhuc ex matrimoniali commiſtione gignendos homines. Etenim cap. 22. ait: „ Nos autem nullo modo dubitamus ſe„ cundùm benedictionem Dei creſcere, & „ multiplicari, & implere terram, donum eſſe „ nuptiarum, quas Deus ante peccatum ho„ minis ab initio conſtituit, creando maſcu„ lum, & fœminam; qui ſexus evidens utiquè „ in carne eſt. Huic quippe operi Dei etiam „ benedictio ſubjuncta eſt: nam cùm Scriptu„ ra dixiſſet, *Maſculum & Fœminam fecit eos*, „ continuò ſubdidit, *Creſcite & multiplicami*„ *ni, & implete terram, & dominamini ejus, &c.* „ Quæ omnia, quanquam non inconvenienter „ poſſunt etiam ad intellectum ſpiritalem re„ ferri; maſculum tamen & fœminam non ſicut „ ſimile aliquid etiam in homine uno intelligi „ poteſt: quia videlicet in eo alind eſt, quod „ regit, aliud quod regitur. Sed ſicut evi„ dentiſſimè apparet in diverſi ſexus corpori„ bus, maſculum, & fœminam ita creatos, „ nt prolem generando creſcerent, & multi„ plicarentur, & implerent terram. Cui Sen„ tentiæ tam evidenti, magnæ abſurditatis „ eſt reluctari.

54. Statim poſteà ſubjungit: „ Nequè „ enim de Spiritu, qui imperat, & carne, „ quæ obtemperat: aut de animo rationali „ qui regit, & irrationali cupiditate, quæ „ regitur: aut de virtute contemplativa, quæ „ excellit, & de activa, quæ ſubditur: aut „ de intellectu mentia, & ſenſu corporis: ſed „ apertè de vinculo conjugali, quo invicem „ ſibi uterque ſexus obſtringitur, Dominus „ interrogatus, utrum liceret quacumque ex „ cauſa dimittere uxorem: quoniam proptèr „ duritiam cordis Iſraelitarum Moyſes dari „ libellum repudii permiſit, reſpondit, atque „ ait; *Non legiſtis, quia qui fecit ab initio*, „ *maſculum & fœminam fecit eos, & dixit:* „ *Propter hoc dimittet homo patrem, & ma*„ *trem, & adhærebit uxori ſuæ & erunt duo in* „ *carne una? Itaque jam non ſunt duo, ſed una* „ *caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non* „ *ſeparet*. Certum eſt igitur, maſculum, & „ fœminam ita primitùs inſtitutos, ut nunc „ homines duos diverſi ſexus videmus & no„ vimus. Unum autem dici, vel propter „ conjunctionem, vel propter originem fœ„ minæ, quæ de maſculi latere creata eſt: nam „ & Apoſtolus per hoc primum, quod Deo „ inſtituente præceſſit exemplum, ſingulos „ quoſque admonet, ut viri uxorea ſuas di„ ligant. „ *Hæc Auguſtinus*.

55. Monet tamen cap. 21. non per libidinem gignendos fuiſſe homines in ſtatu Innocentiæ in Paradiſo conſtitutos, cùm hæc ex peccato orta ſit. „ Abſit itaque, *inquit*, ut „ credamus illos conjuges in Paradiſo conſti„ tutos per hanc libidinem, de qua erube„ ſcendo eadem membra texerunt, impletu„ ros fuiſſe, quod in ſua benedictione Deus „ dixit: *Creſcite, & multiplicamini, & im*„ *plete terram*. Poſt peccatum quippe orta „ eſt hæc libido: poſt peccatum eam natura „ non impudens, amiſsâ poteſtate, cui Cor„ pus ex omni parte ſerviebat, ſenſit, atten-

dit,

„ dit, erubuit, operuit. Illa verò benedi-
„ ctio nuptiarum, ut conjugati creſcerent,
„ & multiplicarentur, & implerent terram,
„ quamvis, & in delinquentibus manſerit,
„ tamen antequam delinquerent data eſt, ut
„ cognoſceretur procreationem ad gloriam
„ Connubii, non ad pœnam pertinere pec-
„ cati.

56. Porrò cap.26. hæc alia ad rem ſubjun-
git: „ In tanta, *inquiens*, felicitate rerum,
„ & felicitate hominum, abſit ut ſuſpicemur
„ non potuiſſe prolem ſeri ſinè libidinis mor-
„ bo: ſed eo voluntatis nutu moverentur
„ illa membra, quo cætera, & ſine ardoris
„ illecebroſo ſtimulo cum tranquillitate ani-
„ mi, & corporis, nullâ corruptione inte-
„ gritatis infunderetur gremio Maritus uxo-
„ ria. Neque enim, quia experientiâ pro-
„ bari non poteſt, ideò credendum non eſt:
„ quando illas corporis partes non ageret
„ turbidus calor, ſed ſpontanea poteſtas ſi-
„ cut opus eſſet, adhibere: ita tunc potuiſ-
„ ſe utero conjugis, ſalvâ integritate fœmi-
„ nei genitalis, virile ſemen immitti: Si-
„ cut nunc poteſt, eâdem integritate ſalvâ,
„ ex utero Virginis fluxus menſtrui cruoris
„ emitti. Eâdem quippe viâ poſſet illud
„ iniici, quâ hoc poteſt eiici. Ut enim ad
„ pariendum non doloris gemitus, ſed ma-
„ turitatis impulſus fœminea viſcera relaxa-
„ ret: ſic ad fœtandum, & concipiendum
„ non libidinis appetitus, ſed voluntarius
„ uſus naturam utramque conjungeret. *Ha-*
„ *ctenus Auguſtinus*, qui & alia plura habet
„ cap.23.

57. Hoc aliud notandum reſtat; in ſta-
tu naturæ lapſæ nuptiale commercium non
poſſe eſſe abſque libidine, non tamen pec-
catum eſſe, eò quia non dominante libidine
habetur nuptiale commercium, ſed ſervien-
te, ut tradit S.Auguſtinus lib.1. de Nupt. &
Concupiſcent. cap. 12. ubi ait: „ Quamvis
„ conjugalis concubitus, qui fit intentione
„ generandi, non ſit ipſe peccatum; quia
„ bona voluntas animi, ſequentem ducit, non
„ ducentem ſequitur corporis voluptatem,
„ nec humanum arbitrium trahitur ſubju-
„ gante peccato, cùm juſtè redigitur in uſum
„ generandi plaga peccati. Hujus plagæ qui-
„ dam pruritus in adulteriorum, & forni-
„ cationum, & quorumlibet ſtuprorum, atque
„ immunditiarum fœditatibus regnat; in con-
„ nubiorum verò neceſſitudinibus ſervit. Ibi
„ de domino tali turpitudo damnatur, hic
„ de pediſſequo tali honeſtas verecundatur.
„ Non eſt igitur hæc libido nuptiarum bo-
„ num, ſed obſcænitas peccantium, neceſ-
„ ſitas generantium, laſciviarum ardor, nu-
„ ptiarum pudor.

58. Itaque ſi concubitus habeatur ſolo
ſuſcipiendæ prolis fine, libido ſequitur, nec
peccatum eſt matrimonialis concubitus: At
verò ſi ſolâ ſatisfaciendæ libidinis causâ ha-
beatur, tunc peccatum eſt, licèt veniale:
Etenim in primo caſu non dominatur libi-
do, ſed ſervit, dominatur tamen in ſecun-
do. Proindè cap.17. monens ait: *In nuptiis*
tantùm bona nuptialia diligantur, Proles, Fi-
des, Sacramentum. Et inſra ſubjungit. *Car-*
nis autem concupiſcentia non eſt nuptiis im-
putanda, ſed toleranda. Non eſt enim ex na-
turali connubio veniens bonum, ſed ex antiquo
peccato accidens malum.

59. Diſcernendum ergo eſt, ſive ſecer-
nendum in matrimonio, libidinis malum à
bono nuptiarum, quam diſcretionem demon-
ſtrat idem S.Doctor cap.7. allegans in exem-
plum primos parentes, inquiens: „ Quod enim
„ illi propagatione poſtea fecerunt, hoc, eſt
„ connubii bonum: Quod verò priùs con-
„ fuſione texerunt, hoc, eſt concupiſcentiæ
„ malum, quod vitat ubique conſpectum,
„ & quærit pudendo ſecretum. Proindè Nu-
„ ptiæ, quia etiam de illo malo aliquid
„ bonum faciunt, gloriantur; quia verò ſine
„ illo fieri non poteſt, erubeſcunt: tanquam
„ ſi quiſpiam pede vitiato ad aliquod bonum
„ claudicando perveniat; nec propter illius
„ perventionis bonum, bona eſt claudicatio:
„ Ità nec propter libidinis malum nuptias
„ condemnare; nec propter Nuptiarum bo-
„ num libidinem laudare debemus.

60. Et licèt in conjugatis frequentiùs fe-
rè dominetur libido, hoc non cedit in vitium
Nuptiarum, ſed magis conjugatorum, ut
idem notat S.Doctor in lib. de Bono conjug.
cap.14. ubi ait: „ Quid ſit nuptiarum conſi-
„ derandum eſt, non quid nubentium, &
„ immoderatius nuptiis utentium. Neque
„ enim ſi agris iniquè, ac perperam inva-
„ ſis, ita quiſque utatur, ut ex eorum fru-
„ ctibus largas eleemoſynas faciat, ideò ra-
„ pinam juſtificat. Neque ſi alius Ruri pa-
„ terno, vel juſtè quæſito avarus incum-
„ bat, ideò culpanda eſt juris civilis regu-
„ la, quâ poſſeſſor legitimus factus eſt. Nec
„ tyrannicæ factionis perverſitas laudabilis
„ erit, ſi regiâ clementiâ Tyrannus ſubdi-
„ tos tractet: Nec vituperabilis ordo regiæ
„ poteſtatis, ſi Rex crudelitate tyrannicâ ſæ-
„ viat. Aliud eſt namque injuſtâ poteſtate
„ juſtè velle uti, & aliud eſt juſtâ poteſta-
„ te injuſtè velle uti. Ita nec concubinæ ad
„ tempus adhibitæ, ſi filiorum causâ con-
„ cumbant, juſtum faciunt concubinatum
„ ſuum: nec conjugatæ, ſi cum Maritis la-
„ ſciviant, Nuptiali ordini crimen imponunt.
Ita S.Doctor.

61. Qui etiam ut bonum nuptiarum in-
temeratum ſalvet adversùs hæreticos, in eo-
dem lib.1. de Nupt. & Concupiſc. cap.24.
oſtendit neque peccatum originale derivari
à Nuptiis, velut ex fonte, ne forte ex hoc
capite inficiaretur nuptiarum bonum; vult
autem ex malo concupiſcentiæ oriri origi-
nale peccatum: „ Quâ propter, *inquit*, na-

„ tos non ex bono, quo bonæ ſunt nuptiæ, ſed ex malo concupiſcentiæ, quo benè quidèm utuntur Nuptiæ, de quo tamen erubeſcunt & nuptiæ, reos Diabolns parvulos tenet. Quia cùm ſint ipſæ honorabilea in omnibus ad eas propriè pertinentibus bonis, etiamſi Thorum habeant immaculatum, non ſolùm à fornicationibus, & adulteriis, quæ ſunt flagitia damnabilia, verùm etiam ab illis exceſſibua concumbendi, quæ non fiunt cauſâ prolis à voluntate dominante, ſed cauſâ voluptatis, vincente libidine, quæ ſunt in conjugibus peccata venialia; tameu cùm ventum fuerit ad opus generandi, ipſe ille licitus honeſtuſque concubitus, non poteſt eſſe ſine ardore libidinis, ut peragi poſſit, quod rationis eſt, non libidinis. *Et infra*. Ex hac, inquam, *ait*, concupiſcentia carnis, tanquam filiâ peccati, & quando illi ad turpia conſentitur etiam peccatorum matre multorum, quæcumque naſcitur proles, Originali eſt obligata peccato, niſi in Illo renaſcatur, quem ſine iſta concupiſcentia Virgo concepit.

62. Neque Sanctitati Nuptiarum obſtat, quòd Paulus in prima ad Corinthios cap. 7. ſecundùm indulgentiam, & non ſecundùm Imperium concedat maritale commercium: nam Paulus non quodcumque commercium Mariti cum uxore ſecundùm indulgentiam concedit: ſed illud dumtaxat quod per incontinentiam ſit, & non cauſa procreandi liberos: unde Paulus in eo loco ita ſcribit. *Nolite fraudare invicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi: & iterum revertimini in idipſum, nè tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram. Hoc autem dico ſecundùm Indulgentiam, non ſecundùm Imperium*. Et hoc idem obſervat S.Auguſtinus lib. de bono conjugali cap. 10. inquiens: „ Non nuptias, ſed illum concubitum ſecundùm veniam concedit, qui fit per incontinentiam non ſolâ cauſâ procreandi, quem nuptiæ non fieri cogunt, ſed ignoſci impetrant. „ Et lib, 1. de Nuptiis, & concupiſc. cap. 14. ad prælaudatum locum Pauli, ſubjungit: „ Ubi ergo venia danda eſt, aliquid eſſe culpæ nullâ ratione negabitur. Cùm igitur culpabilis non ſit generandi intentione concubitus, qui propriè nuptiis imputandus eſt, quid ſecundùm veniam concedit Apoſtolus, niſi quòd Conjuges dum ſe non continent, debitum ab alterutro carnis expoſcunt, non voluntate propaginis, ſed libidinis voluptate? Quæ tamen voluptas non propter nuptias cadit in culpam, ſed propter nuptias accipit veniam. „ *Hæc Auguſtinus*.

63. Id porrò, quod ſubjungit Paulus in prælaudata Epiſtola: *Quod ſi non ſe continent, nubant; meliùs eſt enim nubere, quàm uri*: Non eſt ideò dictum quaſi matrimonium in ſe non ſit bonum, ſed potiùs minus malum, comparatione majoris mali: ſed potiùs comparatione boni cum meliori bono, matrimonii ſcilicet cum continentia, quia continentia majus eſt bonum. Undè in eadem Epiſtola infra ſubjungit Paulus: *Igitur, & qui matrimonio jungit Virginem ſuam bene facit: & qui non jungit, meliùs facit*. Ita quoque exponit S.Auguſtinus in libro de bono conjugali cap. 10. inquiens: „ Non ergo duo mala ſunt connuhium, & fornicatio, quorum alterum eſt pejus: ſed duo bona ſunt, connubium & continentia, quorum alterum eſt melius: Sicut iſta temporalis ſanitas, & immortalitas duo bona ſunt, quorum alterum melius. Item ſcientia & vanitas non duo mala ſunt, quorum vanitas pejus; ſed ſcientia, & charitas duo bona ſunt, quorum charitas eſt melius. „ *Hæc Auguſtinus*.

64. Qui cap. 20. notat, quòd licèt Levitici lege cap. 15. nuptiale commercium purificationem poſtulaverit, non proinde inferri in ſe malum, aut peccaminoſum eſſe, cùm ex diverſis aliis de cauſis eadem lex purificationem præciperet, in quibus tamen nulla peccati nota præceſſerat. „ Sicut multa, *inquit*, lex ponit in Sacramentis & umbris futurorum: quædam in ſemine, quaſi materialis infirmitas, quæ formata corpus hominis reddítura eſt, in ſignificatione poſita eſt vitæ informis, & ineruditæ: à qua informitate quoniam oportet hominem doctrinæ formâ, & eruditione mundari, in hujus rei ſignum illa purificatio præcepta eſt poſt ſeminis emiſſionem. Neque enim & in ſomnis peccatum fit, & tamen etiam ibi purificatio præcepta eſt, aut ſi & hoc peccatum quiſque putat, non arbitrans accidere, niſi ex aliquo hujuſmodi deſiderio, quod proculdubio falſum eſt; numquid & ſolita menſtrua peccata ſunt fœminarum, à quibus tamen eas eadem legis vetuſtas præcepit expiari? *Et poſt aliqua ſubjungit*. Poſtremò numquid & mori peccatum eſt, aut mortuum ſepelire non etiam bonum opus humanitatis eſt? Et tamen purificatio etiam inde mandata eſt: quia & mortuum corpus vitâ deſerente, peccatum non eſt, ſed peccatum ſignificat animæ deſertæ à juſtitia. Bonum, inquam, ſunt nuptiæ, & contra omnes calumnias poſſunt ſanâ ratione defendi. „ *Hactenus S.Auguſtinus*.

65. Porrò damnatam hanc Tatiani hæreſim legimus diverſis in Conciliis, & valdè perantiquis: In Synodo enim Gangrenſi, in Paphlagonia celebrata circa tempora Concilii Nicæni 1., can. 1. ſic proſcripta habetur: „ Si quis Nuptias in accuſationem duxerit, & Mulierem fidelem, ac religioſam cum viro ſuo dormientem, abominandam crediderit, aut etiam accuſandam, tanquam non

„ poſ-

„ poſſint conjugati in Regnum Dei ingredi; Anathema ſit.

66. Canone autem IX. ita: „ Si quis vel Virginitatem, vel Continentiam profeſſus, tanquam abominabiles nuptias judicat, & non propter hoc ſolùm, quòd Continentiæ, & Virginitatis bonum, ſanctum propoſitum eſt; Anathema ſit.

67. Canone item XIV. „ Si qua Mulier derelicto viro diſcedere volverit, ſoluto vinculo conjugali, nuptias condemnando; Anathema ſit.

68. Concilium Bracarepſe ſub Theodomiro Svevorum Rege, & Joanne Papa III. de anno DLXIII. Can. XL. „ Si quis conjugia humana damnat, & procreationem naſcentium perhorreſcit, ſicut Manichæus, & Priſcillianus dixerunt; Anathema ſit. Ex his itaque omnibus proſtrata manet Tatiani, & Encratitarum hæreſis. Verùm ad uberiorem hujus materiæ diſcuſſionem, non ſolùm matrimonium in ſe bonum dico, ut jam probatum eſt, & quidem à prima ipſius inſtitutione, ſed etiam plura in ſe bona continere, & in lege Evangelica induiſſe rationem Sacramenti, Chriſto Domino inſtituente, oſtendam.

69. Tria bona in matrimonio diſtingnit Eugenius IV. in Concilio Florentino, in Decreto pro Armenis, & ſunt Proles, Fides, & Indiſſolubilitas conjugatorum. „ Aſſignatur autem, *inquit*, triplex bonum matrimonii. Primum eſt proles ſuſcipienda, & educanda ad Dei cultum. Secundum eſt fides, qnam unus conjugum alteri ſervare debet. Tertium indiviſibilitas matrimonii, propter hoc, quòd ſignificat indiviſibilem conjunctionem Chriſti, & Eccleſiæ.

70. Hæc tria bona in eodem matrimonio diſtinguit S. Auguſtinus: priora duo in quovis matrimonio cujuſcumque Nationis & Gentis: Tertium verò in ſolo populi Dei & Chriſtianorum matrimonio reponit: nam bonum prolis, & bonum fidei, in quovis matrimonio etiam inter Gentes celebrato reperitur: Indiviſibilitas verò non ita apud Gentes, quinimmò nec in Veteri lege apud Judæos, quibus ſaltem propter eorum duritiam, permiſſus fuerat à Moyſe libellus repudii, quamvis non ita à prima matrimonii conſtitutione, ut tradit Salvator Matthæi cap. 19. Sed audiamus S. Auguſtinum in lib. de bono conjugali cap. 24. dicentem: „ Bonum igitur Nuptiarum per omnes Gentes, atque omnes homines in cauſa generandi eſt, & in fide caſtitatis. Quod autem ad populum Dei pertinet etiam in Sanctitate Sacramenti, per quam neſas eſt etiam repudio diſcedentem alteri nubere, dum vir ejus vivit, nec ſaltem ipſâ cauſâ pariendi. Quæ cùm ſola ſit, quâ nuptiæ fiunt, nec eâ re non ſubſequente, propter quam fiunt, ſolvitur vinculum nuptiale, niſi conjugis morte.

71. Deinde hæc tria bona in matrimonio, Pauli Apoſtoli authoritate demonſtrat, ſubjungens: „ Generationis itaque cauſâ fieri nuptias, Apoſtolus ita teſtis eſt: *Volo*, inquit, *Juniores nubere*; Et quaſi ei diceretur, ut quid? Continuò ſubjecit, *filios procreare*, *Matres familias eſſe*. Ad fidem autem caſtitatis illud pertinet: *Vir non habet poteſtatem corporis ſui, ſed mulier*. Ad Sacramenti ſanctitatem illud, *Uxorem à viro non diſcedere, quòd ſi diſceſſerit manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Et, vir Uxorem non dimittat*. Hæc omnia bona ſunt, propter quæ nuptiæ bonæ ſunt, Proles, Fides, Sacramentum.

72. Notat inſuper ſub cap. 3. ejuſdem libri & aliud reperiri bonum in conjugio, nimirum naturalem in diverſo ſexu Societatem. Utique filiorum procreationem, bonum eſſe matrimonii concedit, ſed non ſolam: „ Illud nunc dicimus, *ait*, ſecundùm iſtam conditionem naſcendi, & moriendi, quam novimus, & in qua creati ſumus, aliquid boni eſſe conjugium maſculi, & fœminæ: cujus confœderationem ita Divina Scriptura commendat, ut nec dimiſſæ à viro nubere liceat alteri, quamdiù vir ejus vivit, nec dimiſſo ab uxore liceat alteram ducere, niſi mortua fuerit, quæ receſſit. Bonum ergo conjugii, quod etiam Dominus in Evangelio confirmavit, non ſolùm quia prohibuit dimittere uxorem, niſi ex cauſa fornicationis, ſed etiam quia venit invitatus ad nuptias, cur ſit bonum meritò quæritur. Quod mihi non videtur propter ſolam filiorum procreationem, ſed propter ipſam etiam naturalem in diverſo ſexu Societatem: alioquin non jam diceretur conjugium in Senibus, præſertim ſi amiſiſſent filios, vel minimè genuiſſent.

73. Porrò ſubjungit & hoc etiam bonum in matrimonio reperiri, ut juvenilis incontinentia, cauſâ propagandæ prolis redigatur in honeſtatem. „ Habent etiam id bonum conjugia, *ait*, quòd carnalis vel juvenilis incontinentia, etiam ſi vitioſa eſt, ad propagandæ prolis redigitur honeſtatem, ut ex malo libidinis aliquid boni faciat copulatio conjugalis: Deindè quia reprimitur, & quodammodo verecundiùs æſtuat concupiſcentia carnis, quam temperat parentalis affectus: Intercedit enim quædam gravitas fervidæ voluptatis, cùm in eo ipſo quòd ſibi Vir, & Mulier adhæreſcunt, pater, & mater eſſe meditantur.

74. Ad hoc bonum & illud reducitur, quòd nuptiæ venialem reddunt ex incontinentia concubitum, quem ſine illis conſtat eſſe lethalem. Sic idem Auguſtinus loc. cit. cap. 7. ubi ait: „ Sed quia continentia illa meriti amplioris eſt, reddere verò debitum conjugale nullius eſt criminis, exigere autem ultra generandi neceſſitatem culpæ

„ venialis, fornicari verò, vel mœchari, puniendi criminis: cavere debet charitas conjugalis, nè dum ſibi quærit unde amplius honoretur, conjugi faciat unde damnetur. „ Clariùs poſtea in lib. 1. de Nuptiis & concupiſcentia, cap 14. ubi attendens Apoſtoli verba: *Non ſecundùm Imperium, ſed ſecundùm Indulgentiam*, ait: „ Ubi ergo venia danda eſt, aliquid eſſe culpæ nullâ ratione negabitur. Cùm igitur culpabilis, non ſit generandi intentione concubitus, qui propriè nuptiis imputandus eſt; quid ſecundùm veniam concedit Apoſtolus, niſi quòd conjuges, dum ſe non continent, debitum ab alterutro carnis expoſcunt, non voluntate propaginis, ſed libidinis voluptate? Quæ tamen voluptas non propter nuptias cadit in culpam, ſed propter nuptias accipit veniam. Quocircà etiam hinc ſunt laudabiles nuptiæ, quia & illud quod non pertinet ad ſe, ignoſci faciunt propter ſe.

75. Inter hæc autem nuptiarum bona, in lege Evangelica primum obtinet locum Sanctitas Sacramenti, quam idem S. Auguſtinus ſæpe ſæpius inculcat, ratione cujus nuptis gratia Dei confertur, velut novæ legis Sacramenti effectus, quæ valde oneri matrimoniali proficit, illudque, quamvis indiſſolubile, tolerabile reddit: Niſi enim gratia Dei adjuvaret, intolerabile redderetur: neque eſſet onus leve, quemadmodum eſt Evangelica lex, ſed gravius ac fuit in veteri lege, ubi permittebatur repudium: immò quàm fuerit apud Gentes, ubi ſecundùm eorum jura, interpoſito repudio ſine aliquo reatu humanæ ultionis, licebat cuilibet alteri nubere, ut notat S. Auguſtinus lib. de Bono Conjugali cap. 8. ubi ait: „ Cæterum aliter ſe habere jura Gentilium quis ignorat, ubi interpoſito repudio, ſine reatu aliquo ultionis humanæ, & illa cui voluerit nubit, & ille quam voluerit ducit. Cui conſuetudini ſimile aliquid propter Iſraelitarum duritiam, videtur permiſiſſe Moyſes de Libello repudii.

76. Itaque ex indiſſolubilitate vinculi matrimonialis palàm deducitur, matrimonium in Evangelica lege elevatum eſſe ad rationem Sacramenti: ſic ex eodem Auguſtino manifeſtum fit in eodem libro cap. 7. ubit ait: „ Uſque adeò fœdus illud initium nuptiale cujuſdam Sacramenti res eſt, ut nec ipsâ ſeparatione irritum fiat: quandoquidèm, vivente viro, à quo relicta eſt mœchatur ſi alteri nupſerit: & ille hujus mali cauſa eſt, qui reliquit. „ Et in libro primo de Nupt. & Concupiſcent. cap. 10. eandem repetit materiam, inquiens: „ Quoniam ſanè non tantùm fœcunditas, cujus fructus in prole eſt; nec tantùm pudicitia, cujus vinculum eſt fides; verùm etiam quoddam Sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus conjugatis; unde dicit Apoſtolus. *Viri diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam*.

77. Eſt itaque matrimonium in Evangelica lege ſignum, quemadmodum & cætera Sacramenta ſigna ſunt ſenſibilia: ſignificat enim propter ejus indiſſolubilitatem conjunctionem Chriſti cum Eccleſia, ut ſubjungit S. Doctor loco modò cit. inquiens: „ Hujus proculdubio Sacramenti res eſt, ut Mas, & Fœmina connubio copulati, quandiù vivunt inſeparabiliter perſeverent, nec liceat, exceptâ causâ fornicationis, à conjuge conjugem dirimi. Hoc enim cuſtoditur in Chriſto, & Eccleſia, ut vivens cum vivente in æternum nullo divortio ſeparetur. Cujus Sacramenti tanta obſervatio eſt in Civitate Dei noſtri, in Monte Sancto ejus, hoc eſt, in Eccleſia Chriſti, quibuſque fidelibus conjugatis, qui ſine dubio membra ſunt Chriſti, ut, cùm filiorum procreandorum causâ, vel nubant fœminæ, vel ducantur uxores, nec ſterilem conjugem fas ſit relinquere, ut alia fœcunda ducatur.

78. Et hæc omnia fundata ſunt in Pauli Apoſtoli doctrina: Nam ipſe Paulus in Epiſtola ad Epheſios cap. 5. v. 22. comparat conjunctionem matrimonialem viri cum uxore, unioni Chriſti cum Eccleſia, unde ait: *Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domino: quoniam vir caput eſt Mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ: Ipſe, Salvator Corporis ejus. Sed ſicut Eccleſia ſubjecta eſt Chriſto: ita & Mulieres viris ſuis in omnibus. Viri diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret*, & verſ. 29. *Nemo enim unquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fovet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam, quia membra ſumus corporis ejus, de carne ejus, & de oſſibus ejus. Proptèr hoc relinquet homo patrem, & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*. Hæc Paulus. Non eſt ergo ambigendum matrimoniale vinculum ſignificare conjuctionem Chriſti cum Eccleſia, cùm manifeſta ſint Pauli verba.

79. Indiſſolubilitatem porrò hujus vinculi non minus apertè docet in priori ad Corinth. cap. 7. Etenim verſ. 10. ait: *Iis autem, qui matrimonio juncti ſunt, præcipio non ego ſed Dominus, uxorem à viro non diſcedere: quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari*. Et verſ. 39. *Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir ejus vivit*; Et Epiſtola ad Romanos cap. 7. verſ. 1. *Lex in homine dominatur quanto tempore vivit. Nam quæ ſub viro eſt Mulier, vivente viro, alligata eſt legi: Si autem mortuus fuerit vir ejus, ſoluta eſt à lege viri. Igitur vivente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum*

alio

alio viro: Si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata eſt à lege viri, ut non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro.

80. Hæc, inquam, eſt Pauli doctrina de matrimonio, quæ non differt ab ea quam ipſe Salvator ore proprio promulgavit Matthæi cap. 19. ubi interrogatus, an liceat dimittere uxorem quacumque ex cauſa, reſpondit: *Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos? & dixit: Proptèr hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo Deus conjunxit homo non ſeparet.* Et verſ. 9. *Dico autem vobis, quia quicumque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: Et qui dimiſſam duxerit, mœchatur.* Pauli ergo, & ipſius Salvatoris doctrinam attendentes Patres, & Eccleſia univerſalis, non dubitarunt credere matrimonium Evangelicæ legis eſſe unum ex Sacramentis à Chriſto Domino inſtitutis.

81. Proindè Eugenius IV. in Concilio Florentino in Inſtruct. ſive Decreto pro Armenis ait: ,, Septimum eſt Sacramentum matrimonii, quod eſt ſignum conjunctionis Chriſti & Eccleſiæ, ſecundùm Apoſtolum dicentem: *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.* Cauſa efficiens matrimonii eſt mutuus conſenſus per verba de præſenti. ,, Porrò aſſignat tria bona reperta in Sacramento ſupra allegata, & inde ſubjungit. ,, Quamvis autem ex cauſa fornicationis liceat Thori ſeparationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas eſt, cùm matrimonii vinculum legitimè contracti perpetuum ſit.

82. Patres inde Concilii Tridentini ſeſſ. 24. cap. 1. totam ſupra allegatam Pauli, & Chriſti inſpicientes doctrinam, de matrimonio ut Sacramento ita decreverunt: ,, Matrimonii perpetuum, indiſſolubilemque nexum primus humani generis parens Divini Spiritus inſtinctu pronunciavit, cùm dixit: *Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea. Quam ob rem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.* Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari, & conjungi Chriſtus Dominus apertiùs docuit, cùm poſtrema illa verba, tanquam à Deo prolata, referens dixit: *Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro:* ſtatimque ejuſdem nexus firmitatem ab Adamo tanto ante pronunciatam, his verbis confirmavit: *Quod ergo Deus conjunxit homo non ſeparet.*

83. Porrò hoc Sacramentum gratiam ſignificare oſtendunt prædicti Patres dum in eodem Decreto ſtatim ſubjungunt. ,, Gratiam verò, quæ naturalem illum amorem perficeret, & indiſſolubilem unitatem confirmaret, conjugeſque ſanctificaret, ipſe Chriſtus venerabilium Sacramentorum inſtitutor, atque perfector, ſuâ nobis paſſione promeruit: quod Paulus Apoſtolus, innuit dicens: *Viri diligite uxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea:* mox ſubjungens; *Sacramentum hoc magnum eſt: Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.*

84. Certè Paulus Sacramentum magnum dicit conjunctionem viri cum uxore, ſicut Chriſti cum Eccleſia: Conjunctio enim Chriſti cum Eccleſia non eſt niſi mediante gratiâ, fidelibus, ſeù Eccleſiæ membris, per Chriſtum, ejuſque pro nobis effuſum Sanguinem communicata: Sic conjunctio matrimonii, eſt ſignificativa dilectionis inter Maritum & uxorem, non naturalis dumtaxat dilectionis, ſed dilectionis radicatæ in Charitate Chriſti. Hinc S.Hieronymus, exponens illa Pauli verba: *Viri diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam*, ait: ,, Quamvis ſui invicem, maritus & conjux amore teneantur; qualis illa uxor memoratur Aſdrubalis, quæ capto viro, in patriæ ſe jecit incendium; & cæteræ, quæ viris mortuis, ſupervivere noluerunt: nunquam tamen dilectionem illam vir ſapiens dilectioni Chriſti, & Eccleſiæ comparabit. Sanctus igitur hic intelligendus eſt amor. ,, Hæc Hieronymus. atqui ſine gratia non eſt amor ſanctus, neque talis eſt, niſi in charitate Chriſti fundetur: ergo amor conjugalis, quo conjuges in matrimonio nectuntur, non eſt ſine gratia: Si ergo matrimonium hanc per dilectionem conjunctionem ſignificat, citra controverſiam erit, gratiam ſignificare. Immò idem S.Doctor ad illa verba Pauli: *Ut Eccleſia ſubjecta eſt Chriſto: ita & uxores viris ſuis*, ait: ,, Si enim ita uxor ſubiicienda viro eſt, ut Chriſto Eccleſia; inter virum & uxorem, erit ſancta conjunctio, & nunquam corporis ſervient paſſionibus. ,, Atqui certe ſine gratia non datur ſancta conjunctio, ergo non ſtat matrimonialis conjunctio ſine gratia, quam ipſum matrimonii Sacramentum ſignificat. Et hoc eſt quod innuunt Patres Concilii Tridentini per illa verba: ,, Gratiam verò, quæ naturalem illum amorem perficeret, & indiſſolubilem unitatem confirmaret, conjugeſque ſanctificaret: ipſe Chriſtus venerabilium Sacramentorum inſtitutor, atq; perfector, ſuâ nobis paſſione promeruit.

85. Meritò ergo in eodem Concilii Decreto prædicti Patres concludunt: ,, Cùm igitur matrimonium in lege Evangelica veteribus Connubiis per Chriſtum gratiâ præſtet: meritò inter novæ legis Sacramenta annumerandum, Sancti Patres noſtri, Concilia, & Univerſalis Eccleſiæ traditio, ſemper docuerunt. ,, Porrò ſequentem ſubiiciunt Canonem, qui eſt in ordine primus. ,, Si quis dixerit, matrimonium non

,, eſſe

„ eſſe verè & propriè unum ex ſeptem le-
„ gia Evangelicæ Sacramentis, à Chriſto
„ Domino inſtitutum, ſed ab hominibus in
„ Eccleſia inventum, neque gratiam confer-
„ re; Anathema ſit.

86. Inſuper & bona ipſa quæ inveniun-
tur in matrimonio juxta allegatam Patrum
doctrinam, præcipuè Anguſtini indicant non
dari in Evangelica lege ſine divina gratia
matrimonium: Etenim bonum prolis conſi-
deratur in matrimonio, hoc eſt prolis propa-
gatio, non utcumque, cùm in Beſtiia ſine
matrimonio habeatur, in Paganis, & Infide-
libus, ſine Sacramento, ſed ut ad finem
ſupernaturalem Sanctè, & Religioſè educa-
tur: ut notat S. Auguſtinus lib. 1. de Nupt.
& Concupiſ. cap. 17. ubi ait: „ In Nuptiis
„ tamen bona alia diligantur, Proles, Fi-
„ des, Sacramentum. Sed proles, non ut
„ naſcatur tàntùm, verùm etiam, ut rena-
„ ſcatur: naſcitur namqne ad pœnam, niſi
„ renaſcatur ad vitam. „ Etenim ad hoc vin-
culo matrimonii nectuntur Eccleſiæ filii, ut
ſua prole Ecclcſiam augeant, & conſervent:
unde tcnentur Conjuges Chriſtiani ex vi co-
njugii ad præſtanda in prolis educatione Pie-
tatis officia, quæ cum naturam ſuperent, ſine
Dei gratia minimè præſtari poſſunt.

87. Fidea quoque conjugalis, alterum
matrimonii bonum, ad quod remedium re-
ducitur fornicationis, ſecundarius matrimo-
nii finis. Etenim primarius matrimonii finis,
eſt propagatio prolis, undè S. Auguſtinus in
lib. de Adulterinis conjugiis cap. 12. ex hoc
fine ait antiquos Patres plures habuiſſe uxo-
res: „ Cùm ſint ergo nuptiæ, *ait*, causâ ge-
„ nerandi inſtitutæ, eâ causâ fiebant à Pa-
„ tribus, qui tantùm officio generandi
„ fœminis, ſed non illicitè miſcebantur. Erat
„ enim tnnc quædam propagandi neceſſitas,
„ quæ nunc non eſt. „ Secundarius porrò
finis matrimonii, eſt remedium fornicatio-
nis, juxta illud Pauli in 1. ad Corinthios
cap. 7. verſ.2. *Proptèr Fornicationem autem
unuſquiſque uxorem ſuam habeat*. Et verſ. 9.
Quòd ſi non continent, nubant. Et hac de cau-
ſa idem S.Doctor cit. cap.12. oſtendit non
licere adulterium committere causâ incouti-
nentiæ, cùm Apoſtolus incontinentiæ provi-
derit per nuptias. Et inde oſtendit prima-
riam cauſam matrimonii eſſe filiorum pro-
pagationem, ſecundariam verò remedinm in-
continentiæ: „ Propagatio itaque, *ait*, filio-
„ rum, ipſa eſt prima & naturalis, & legi-
„ tima cauſa nuptiarum: ac per hoc qui
„ propter incontinentiam conjunguntur, non
„ ſic debent temperare malum ſuum, ut bo-
„ num exterminent nuptiarum, ideſt pro-
„ pagines filiorum.

88. Itaqne ad fidem conjugalem reduci-
tur remedium fornicationis: Atqui ſine Dei
gratia hæc fides minimè poſſet ſervari, nec
matrimonium efficax eſſet fornicationis re-
medium. Continentia enim Donum Dei eſt,
dicente Sapiente: *Scio quod non poſſum eſſe
continens niſi Deus det: & hoc donum Dei
eſt*. Atqui fidea matrimonii ſervanda eſt in-
ter conjuges donec vivunt, propter matri-
monii perpetuum vinculum, ſive Mulier apta
ſit debitum reddere, ſive inepta infirmitatis
alicujus causâ reddatur, ſive ad tempus,
ſive in perpetuum: in quo caſu ut fides ſer-
vetur opus eſt continentiâ, quæ quidem do-
num Dei eſt, & ad quam ſervandum ne-
ceſſaria eſt Dei gratia; proinde non erit ne-
ganda in matrimonio ſpecialis gratia, veluti
hujua Sacramenti effectus, quæ efficiat ut
conjuges ſibi fidem ſervent. Hinc idem S.Au-
guſtinus in lib. 1. de Nupt. & Concupiſc.
cap. 17. explicans qualis ſit fides, quæ eſt
matrimonii bonum, ait: „ Fides autem non
„ qualem habent inter ſe etiam infideles ze-
„ lantes carnem. Quis enim vir quam-
„ libet impius vult adulteram uxorem? aut
„ quæ Mulier quamlibet impia vult adul-
„ terum virum. Hoc in connubio bonum
„ naturale eſt quidem, carnale tamen: ſed
„ membrum Chriſti conjugis adulterium co-
„ njugi debet timere, non ſibi; & à Chri-
„ ſto ſperare fidei prçmium, quam exhibet
„ conjugi. „ *Hactenus S.Auguſtinus*. Et liquet
de ejus mente, fidem ſervandam in matri-
monio inter conjuges, eſſe altioris ordinis
ab illa naturali, quam exigunt etiam Paga-
ni, proinde non carere conjuges Dei gra-
tiâ, ut illam ſervent, evidens eſt. Cur er-
go dicere non poſſumus virtute matrimonii
Deum talem conferre gratiam, ſi ratione ma-
trimonii talis eſt ſervanda fides?

89. Præter hæc: conſtans perpetua fuit
Patrum fides, matrimonium in Evangelica
lege elevatnm ad rationem Sacramenti. In-
terfuit nnptiis, Salvator in Cana Galilææ
celebratis, & non interfuit tantùm ut ſolâ
præſentiâ nuptias honoraret, verùm & ut
ſuâ benedictione nuptias illas ſanctificaret.
Sic Epiphaniua contra Hieracitas hæreſ. 67.
num. 6. inquiens. „ Nam venerabiles eſſe nu-
„ ptias, ac Dei aſpirante gratia cæleſte Re-
„ gnum obtinere, quis vel ex eo non agno-
„ ſcat, quod ad nuptiaa invitatus Salvator
„ ipſe fuerit, ut iis benediceret? „ Cyrillus
quoque Alexandrinus idem notat in Epiſto-
la ad Neſtorium data, de excommunicatio-
ne, recepta in Epheſina Synodo, in qua
ait: „ Hac ipſa de cauſa, quò noſtræ quo-
que ſubſtantiæ ortum ſua benedictione cu-
mularet, ſimul cum Sanctis Apoſtolis ad
nuptias in Cana Galilæa vocatum, huc ſe
contuliſſe ſuâque benedictione eaſdem diſ-
penſatorie cohoneſtaſſe dicimus. Et lib. 1. in
Joannem, cap. 22. ubi exponit Miraculum
converſionis aquæ in vinum, in præfatis
patratum nuptiis, hæc alia ſcribit, ni-
mirum; „ Chriſtum ſanctificaſſe conjugium,
„ & gratiam nuptiis præparaſſe, ut adi-

„ tus

Digitized by Google

„ tus hominum in hanc vitam benedice- „ retur.

90. Hinc eſt, quòd nonnulli Scriptores dignoſcentes præfatam benedictionem non fuiſſe meram approbationem, ſive confirmationem illius ſæcunditatis, quam Deus nuptiis contulerat per illa verba: *Creſcite*, *&* *multiplicamini*: ex eo quòd Salvatoris beneficia non fuerint temporalia ſed Spiritualia, & ad ſalutem ordinata; concludunt eam benedictionem ſuiſſe gratiæ cum nuptiis unionem, ſeu Chriſtum ut hominem illâ benedictione gratiam illam præparaſſe, ut Deum antem cum matrimonio ſtatâ lege conjunxiſſe: proindeqne tunc elevaſſe matrimonialem contractnm ad Sacramenti naturam. Hoc quidem velle videtur ex Græcis Hjeremias Patriarcha Conſtantinopolitanus in ſua adversùs Auguſtanam Confeſſionem cenſura cap. 7. ubi de hac Nuptiarum benedictione verba faciens, ait: „ Propterea & ipſe Chriſtus be- „ nedixit nuptiis, ut non ſine cœleſti be- „ nedictione ortus noſtri principia jacian- „ tur.

91. Fnit ergo antiqua Eccleſiæ diſciplina, ut Sacerdotali benedictione ſanctificarentur Nuptiæ, & quidèm propter Sanctitatem Sacramenti, in cujus reverentiam Patres Concilii Carthaginenſis IV. Can. XIII. monent ut Sponſi, & Sponſæ, primâ nocte poſt receptam à Sacerdote benedictionem nuptialem, ſe contineant, & in Virginitate permaneat: „ Sponſus, & Sponſa, *inquit canon*, quum benedicendi ſunt à Sacerdote; à „ parentibus ſuis, vel paranymphis offerantur. „ Qui qnùm benedictionem acceperint, eâdem „ nocte pro reverentia ipſius benedictionis, in „ Virginitate permaneant. „ Et quòd propter ſanctitatem Sacramenti illa adhibeatur benedictio, Siricius Papa declarat in Epiſtola 1. data ad Himerium Tarraconenſem 84. & violationem fidei conjugalis Sacrileginm appellat propter Sanctitatem matrimonii: „ De „ Conjugali autem violatione, *inquit*, re- „ quiſiti, ſi deſponſatam alii puellam, alter „ in matrimonium poſſit accipere. Hoc ne „ fiat, omnibus modis inhibemus: quia illa „ benedictio, quam nupturæ Sacerdos im- „ ponit, apud fideles cujuſdam Sacrilegii in- „ ſtar eſt, ſi ullâ tranſgreſſione violetur.

92. Deinde Tertullianus lib. 2. ad Uxorem cap. 9. adeò extollit matrimonium, ut minimè dubitare videatur, eſſe inter Sacramenta recenſendum: „ Unde ſufficiam, *in-* „ *quit*, ad enarrandam ſelicitatem ejus ma- „ trimonii, quod Eccleſia conciliat, & con- „ firmat oblatio, & obſignatum Angeli re- „ nunciant, & Pater ratò habet. „ Et lib. 5. adversùs Marcionem cap. 18. aperte tradit matrimonium Sacramentum eſſe, & figuram, ſive imaginem, aut typum, vel ſpeculum amoris Chriſti, erga Eccleſiam, quo pacto verba Pauli exponit: „ Laborabo ego, *inquit*, „ nunc eundem Deum probare maſculi & „ Chriſti, mulieris & Eccleſiæ, carnis & „ Spiritus: ipſo Apoſtolo ſententiam Creato- „ ris adhibente, immò, & differente: *Pro-* „ *pter hoc relinquet homo patrem*, *& Matrem*, „ *& erunt duo in Carne una*. *Sacramentum* „ *hoc magnum eſt*. Sufficit inter iſta, ſi Crea- „ toris magna ſunt apud Apoſtolum Sacra- „ menta, minima apud hæreticos. *Sed ego* „ *autem dico*, inqnit, *in Chriſtum*, *& Ec-* „ *cleſiam*. Habet interpretationem, non ſe- „ parationem Sacramenti, oſtendit figuram „ Sacramenti ab eo præmonſtratam, cujus „ erat utique Sacramentutum.

93. Notanda quoque ſunt S. Ambroſii verba in lib. 1. de Abraham cap. 7. ubi „ ait: „ Cognoſcimus velut præſulem, cu- „ ſtodemque conjungii eſſe Deum, qui non „ patiatur alienum thorum pollui. Et ſi qui „ fecerit, peccare eum in Deum, cujus le- „ gem violet, gratiam ſolvat. Et quia in „ Deum peccat, Sacramenti cœleſtis amit- „ tit conſortium: „ Quibus verbis conſtat, D. Doctorem Sacramentum appellare Matrimonlum, eumqne qui alienam ducit uxorem Dei gratiam ſolvere, hoc eſt gratiâ illâ ſruſtrari, quam conſequeretur ſi innuptam, aut nemini nuptam duceret. Proinde Innocentius I. Epiſtolâ IX. ad Probum datâ in caſu cujuſdam viri, qui uxore exiſtente in captivitate, aliam duxerat, mandat ut ſecundâ repudiatâ, primam recipiat, jam à captivitate ſolutam, qnia Matrimonium illud ſuerat gratiâ Divinâ ſundatum: „ Qua de re, *inquit*, Domine fili meritò „ illuſtris, ſtatuimus, fide catholicâ ſuffra- „ gante, illud eſſe conjugium, quod pri- „ mitus erat gratiâ Divinâ ſundatum: Con- „ ventumque ſecundæ Mulieris, priore ſu- „ perſtite, nec divortio ejectâ, nullo pacto „ poſſe eſſe legitimum. „ Itaque juxta mentem tanti Pontificis, Matrimonium legitimum in Divina gratia ſundatur, erit ergo Sacramentum. Et S. Leo Magnus Epiſt. 2. ad Rnſticum Narbonenſem data, juxta novam edit. Inquiſit. 4. tradit eam Mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuiſſe myſterium, ſivè Sacramentum: quia ſocietas nuptiarum ab initio conſtituta eſt, nt præter ſexuum conjunctionem, haberet in ſe Chriſti, & Eccleſiæ Sacramentum.

94. Deniquè præter allegata Teſtimonia, hoc idem evineitur ex cap. *Ad abolendam* „ *extr. de Hæret.* ubi dicitur: „ Univerſos, „ qui de Sacramento Corporis, & Sangui- „ nis Chriſti, vel de Baptiſmate, ſeù de „ peccatorum Confeſſione, Matrimonio, vel „ reliquis Eccleſiaſticis Sacramentis, alitèr „ ſentire, aut docere non metuunt, quàm „ Romana Eccleſia prædicat, & obſervat; „ vinculo perpetui anathematis innodamus. Quod decretum fertur eſſe Lucii III. in

Con.

Concilio Veronæ celebrato Sæculo XII. Concilium itèm Lateranenſe, ut habetur in cap. *cum Eccleſia*, de Simonia. „ Horribile eſſe, *inquit*, quòd pro ſepulturis, & exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, ſeù aliis Sacramentis, aliquid requiratur. Nè igitur de cætero fiant, vel pro perſonis Eccleſiaſticis deducendis in Sedem, vel Sacerdotibus inſtituendis, aut ſepeliendis mortuis, ſeù benedicendis nubentibus, ſeù aliis Sacramentis conferendis, ſeù collatis aliquid exigatur, ſtrictiùs prohibemus.

95. Neque officit ſanctitati ſacramenti matrimonii, quòd in ejus contractu paciſcatur de dote; quia ut optimè adnotat Angelicus Doctor in 2. 2. quæſt. 100. art. 2. ad 6. matrimonium non ſolùm eſt Eccleſiæ Sacramentum, ſed etiam naturæ officium: & ideò dare pecuniam pro matrimonio, in quantùm eſt naturæ officium, licitum eſt; in quantùm verò eſt Eccleſiæ Sacramentum, eſt illicicitum. Immò in Concilio Arelatenſi IV. ſivè V. Can. VI. ſancitur nullum ſine dote firmandum eſſe conjugium. „ Nullum ſine dote fiat conjugium, *inquit*, luxta poſſibilitatem fiat dos: Nè ſine publicis nuptiis quiſque nubere, vel uxorem ducere præſumat: „ Immò contractus civilis matrimonii antecedenter ſe habet ad reſpectum Sacramenti, & pro civili contractu paciſcitur de dote, vel ad compenſandam aliquandò contrahentium inequalitatem, vel regulariter ut ſuppeditentur media, quibus matrimonii communia ferantur onera. Neque Joannes Hus Hæreſiarcha auſus eſt negare ſeptem Eeeleſiæ Saeramenta, ac proinde matrimonium eſſe Sacramentum, nàm ejus octava propoſitio proſcripta, & damnata in Concilio Conſtantienſi Seſſ. 15. talis erat: *Sacerdotes quomodolibet criminosè viventes, Sacerdotii polluunt poteſtatem, & ſicut filii infideles ſentiunt infideliter de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ*. Patet ergo matrimonium, & eſſe à Deo inſtitutum, atque etiam unum eſſe ex ſeptem Eccleſiæ Sacramentis.

COMMENTARIUS

In Hæreſim V.

96. I*Llicitum eſſe vinum guſtare*) *Qui amat vinum, & pinguia, non ditabitur*, ait Salomon proverb. cap. 21. verſ. 17. & in lib. Eccleſiaſt. cap. 19. verſ. 2. *Vinum, & Mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguent ſenſatos*. Attamen non per hoc malum eſt vinum, quòd eo ad ſobrietatem uti non liceat, ut ſatis demonſtravimus cap. ſuperiori adversùs Severum, qui & ipſe à Tatiano eundem hauſerat errorem. Contrà immoderatè vini potatores exaggerat Iſaias cap. 28. verſ. 7. inquiens: *Verùm hi quoque præ vino neſcierunt, & præ ebrietate erraverunt: Sacerdos, & Propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino, erraverunt in ebrietate, neſcierunt videntem, ignoraverunt judicium. Omnes enim menſæ repletæ ſunt vomitu, ſordiumque, itaut non eſſet ultra locus*: Et adversùs eoſdem ſcribit Clemens Alex. lib. 2. Pedag. cap. 2. ubi ait; „ Miſeri autem, qui è convivio temperantiam exigunt, quæ in compotationibus verſatur, intemperantiam, vitam beatam eſſe exiſtimant. Quorum vita quidèm nihil eſt aliud quam commeſſatio, crapula, balnea, temetum, matulæ, otium, potus. Videre ergo licet aliquos eorum ſemimortuos, ceſpitantes, in collis coronas habentes, non ſecus atque amphoras inter ſe merum fundentes ſub nomine benevolentiæ: alios autem plenos crapulà, ſordidatos, in vultu pallentes, & lividos, & heſternæ temulentiæ, adhuc aliam infundentes temulentiam. „ *Hactenus Clemens*, qui admonet ſtatim hujuſmodi potationem eſſe fugiendam. Non eſt ergo bibendum vinum in ebrietatem. Sic enim bibens, *jacebit tanquam in corde maris, & tanquam gubernator in multis fluctibus*. Hinc Poeta apud eundem Clementem loc. cit.

Vinum hominum veniens, velut ignis corda furore
Pellit, ceu Lybici fluctuat unda maris,
Quam Notus, aut Boreas agitant.

Et rurſus.

Arcanaque cuncta
Vinum errans verbis, temulentiſque ipſa ruina eſt.
Atque animas fallens eſt vinum.

97. Certè Chriſtus Dominus uſum vini in nuptiis permiſit, dum aquam in vinum verterat, inebriari tamen non permiſit, ut idem notat Clemens, inquiens: *Et ſi aquam vinum in Nuptiis fecerit, non tamen permiſit inebriari*. Nonnullas porrò regulas utendi vino, tradit ibidem: quare vult ægrotanti, & corpori languenti modicum concedendum, juxtà illud Pauli I. ad Timoth. cap. 5. *Vino autem modico utere proptèr ſtomachum*. Pueris, & puellis denegandum exiſtimat, proptèr ardorem ætatis: „ Non enim, inquit, ferventi ætati, vinum, quod eſt omnium humidorum calidiſſimum infundere convenit, perinde atque ſi quis ignem in igne derivet, ex quo agreſtes immaneſque appetitiones, ardenteſque cupiditates, & mores ignei incenduntur; excalefacti autem intus adoleſcentes evadunt, propenſi ad libidines, adeout præviſum eorum damnum per corpus properetur, celeriùs quàm oportuit maturatis membris cupiditatis.

98. Deindè vult, eos, qui ſunt in ipſo flore,

ſlore, ac vigore ætatis, & interdiù cibo
utuntur, à potu vini arcendos: Veſpere au-
tem, tempore cœnæ uti eo poſſe, ſed mo-
„ dico: „ Veſpere autem, *ait*, tempore
„ cœnæ vino eſt utendum: nam quoniam
„ paulò magis ſobriis, ac ſeriis lectioni-
„ bus non ampliùs operam damus, & tùm
„ ſit frigidius quod ambit, quàm iuterdiù,
„ ut introducto calore fovendus ſit tepor
„ innatus, qui defecit: ſed hic quoque
„ utendum eſt vino modico, neque enim
„ uſque ad contumeliæ crateras eſt acce-
„ dendum. „ Subjungit poſteà hilariùs con-
cedendum vini uſum iis, qui ſunt prove-
„ ctioris ætatis: „ Iis autem, qui jam
„ ſuut provectioris ætatis, *inquit*, hilariùs
„ potu uti permitteudum eſt, ætatis refri-
„ geratiouem, quæ tempore quodammodo
„ emarceſcit, vitis medicamento citrà no-
„ xam ſuſcitantes. Neque enim Seniorum
„ appetitiones circà ebrietatis naufragia am-
„ pliùs magnâ ex parte fluctuant. „ Con-
cludit porrò vinum aliis convenire propter
ſolam ſanitatem loco medicinæ, aliis verò
ut ſe relaxent, & exhilarent. In Hyeme
quoque propter frigus uti poſſe concedit, in-
„ quiens: „ Placet ergo rectæ rationi, ut
„ hyeme quidèm iis, quibus facilè eſt rige-
„ re propter frigus, eòuſque bibant dùm non
„ rigeant: alio autem tempore propter me-
„ delam iuteſtinorum.

99. Monet poſteà nou eſſe exquiſita, &
generoſa requirenda viua, extranea, & lon-
gingua, ſed ſatis eſſe, ut quiſque eo uta-
tur, quod propria reddit patria: „ Non eſt
„ ergo, *ait*, vinum Chium magnâ curâ re-
„ quirendum, ſi abſit; nec Arethuſium, ſi
„ nou adſit; ſitis enim eſt alicujus indigen-
„ tiæ affectio, & ad eam explendam quæ-
„ rit conveuiens auxilium, non autem vi-
„ num ardens, & fumoſum. Langueſcentis
„ autem, & imbecillæ, propter intemperan-
„ tiam appetitionis, ſunt tranſmarinæ vini
„ importationes, deſipieute iu deſideriis ani-
„ mo, vel antè ebrietatem. Nam & Tha-
„ ſium odoriferum, & benè ſpirans Lesbium,
„ & quoddam ſuave Creticum, & dulce
„ Syracuſium, & Meudeſium quoddam
„ Ægyptiacum, & inſulare Naxium, & ali-
„ quod aliud flagrans ex Italia. Multa qui-
„ dèm hæc uomina. Moderato convivæ vi-
„ num unum, quod ex unius Dei agricul-
„ tura provenit. Quid enim, an non vi-
„ num in ſua patria natum cuique ſufficit,
„ ad ſuam explendam cupiditatem?

100. Deniquè adversùs Tatianum, &
Encratitas oſtendit Chriſtum Dominum vi-
num bibiſſe, eo tamen moderatè, & tem-
peratè uſum, ut ſic convincantur hæretici
non eſſe iu ſe malum uti viuo, ſervatâ in
„ uſu virtute temperantiæ. „ Quomodo,
„ *inquit*, Dominum bibiſſe exiſtimatis,
„ quando propter nos Homo factus eſt?
„ Adeò uè impudeutèr ut nos? An uon ho-
„ neſtè, ac temperatè? An non conſideratè?
„ Rectè enim ſcitote, ipſe quoque vino
„ eſt uſus: Nam ipſe quoque homo, & vi-
„ num benedixit, cùm dixit: *Accipite*,
„ *bibite, hic eſt Sanguis meus*. Sanguis vi-
„ tis: Verbum, quod pro multis effuudi-
„ tur iu remiſſionem peccatorum, ſanctum
„ lætitiæ fluentem allegoricè ſignificat. Et
„ quòd Sobrium quidèm, ac moderatum eſ-
„ ſe oportet eum, qui bibit, per ea, quæ
„ in Conviviis docuit apertè oſtendit: ne-
„ que enim ebrius docuit. Quod autem vi-
„ num eſſet, quod benedictum eſt, oſteudit
„ rurſus, dicens Diſcipulis: *Non bibam ex*
„ *fructu vitis hujus, donèc bibero ipſum vo-*
„ *biſcum in regno Patris mei*. Cæterùm,
„ quòd viuum quidem eſſet, quod bibeba-
„ tur à Domino, rursùs ipſe de ſe ipſo di-
„ cit, Judæorum cordis duritiem expro-
„ brans: *Venit enim*, inquit, *filius homi-*
„ *nis, & dicunt: Ecce homo vorax, & potor*
„ *vini, publicanorum amicus*. Hæc quidèm
„ uobis fixa ſint, & firma, adversùs Eu-
„ cratitas. *Hactenus Clemens Alexandri-*
„ *nus*.

101. Ad hæc S. Hieronymus iu Com-
mentar. ad cap. 2. Amos, ſuper illa verba:
Nunquid non eſt ita filii Iſrael, dicit Domi-
nus, & propinabitis Nazaræis vinum, &
Prophetis mandabitis, dicentes, ne prophe-
tis, tradit ex hujuſmodi Prophetæ verbis
Tatianum ſundamentum deſumpſiſſe aſſeren-
di, eſſe abſtinendum à vino. „ De hoc lo-
„ co, inquit, hæreſim ſuam Tatianus En-
„ cratitarum princeps ſtruere uititur, vinum
„ aſſerens uon bibendum, quùm & lege præ-
„ ceptum ſit, ne Nazaræi bibant vinum,
„ & uunc accuſentur à Propheta, qui pro-
„ pineut Nazaræis viuum. „ At S. Doctor
Tatiaui dementiæ occurrit oſteudeus quàm
futilitèr ex hoc loco in ſuam arguat ſen-
„ tentiam. „ Qui ſi literam ſequuntur,
„ *ſubjungit Hieronymus*, in omuibus, &
„ Judaicas ſabulas Eccleſiis iugeruut Chri-
„ ſti, ergo, & comam nutrire debent, &
„ uvam paſſam ac viridem nou comedere:
„ & ſuper patre, & matre mortuis non in-
„ gredi: & ſi fortè hæc fecerint, & fueriut
„ humauâ, vel fragilitate, vel neceſſitate
„ ſuperati, radant capita, & irriti ſint
„ omnes dies couſecrationis, & laboris eo-
„ rum.

102. Lege enim Moſis, numer. cap. 6.
verſ. 1. Et vinum, & omne quod iuebria-
re poteſt interdictum erat: *Vir, ſivè Mu-*
lier, cùm fecerint votum, ut ſanctificentur,
& ſe voluerint Domino conſecrare; à vino &
omni, quod inebriare poteſt, abſtinebunt:
acetum ex vino, & ex qualibet alia potione,
& quidquid de uva exprimitur, non bibent:
uvas recentes ſiccaſque non comedent, cun-
ctis diebus, quibus ex voto Domino conſe-

crantur: quidquid ex vinea eſſe poteſt, ab uva paſſa uſque ad acinum non comedent. Hæc itaque Nazsræorum lex obligabat pro tempore, quo Deo erant conſecrati: & quia quidam præ·aricati erant hujuſmodi legem, ideò à Deo per Prophetam tales prævaricatores objurgati fuerant. At non ſequitur ex hoc Deum vinum in univerſum interdixiſſe, quemadmodum nec cæteris Judæis fuerat intedictum. Rectè ergo S. Hieronymus dicit, quòd ſi quia Nazaræis interdictus fuit uſus vini, concludi liceret cunctis Chriſtianis interdictum, ſequeretur eâdem ratione obſtrictos eſſe ad alia quoque, quibus obſtricti erant Nazaræi, quod nec Tatianus, nec Encratitæ admittunt.

COMMENTARIUS

In Hæreſim VI.

103. I*N Eucbariſtia non adbibendum vinum*) Ex Tatiani doctrina de non uſu vini, hæc quoque ſequitur hæreſis, celebrandam ſcilicèt Euchariſtiam abſque vino. Semel enim quòd non liceat guſtare vinum, ut malum, ſequitur non licere eo neque in Euchariſtia uti. Sic paritèr ante Tatianum, & Encraritas in praxi ſervaſſe Ebionæos, author eſt Epiphanius hæreſ. 30. „ num. 16. „ Ex Chriſtianorum, *inquit*, „ Eccleſiæque imitatione Myſteria quædam „ quotannis celebrant, in quibus panes azi„ mos, & ad alteram Myſterii partem me„ ram aquam adhibent. „ Marcioni quoque eundem errorem tribuit, hæreſ. 42. §. 3. ubi de Marcione ita ſcribit: „ My„ ſteria Cathecumenis cernentibus apud il„ lum celebrantur. Ad hæc verò Myſteria „ aquam adhibet. „ Cæterum Theodoretus lib. 1. hæretic. fabul. Tatianum facit Auctorem primarium hujus hæreſis: Nam agens de Tatiano ait: *Hunc babent ducem qui dicuntur Hydroparaſtatæ, & Encratiſtæ. Nominantur autem Hydroparaſtatæ, quòd aquam pro vino offerant.* De his agit S. Auguſtinus in lib. de hæreſ. cap. 64. quos Aquarios nuncupat ex eo, quòd ſolâ aquâ in Sacrificio utantur.

104. Ætate S. Cypriani eundem errorem irrepſiſſe apud quoſdam Chriſtianos, magis ex ſimplicitate, ſivè ignorantia, quàm malitia, colligitur ex ejus Epiſtola ad Cæcilium data, quæ eſt 63. in nova editione, ait enim ibi Cyprianus. „ Quoniam „ quidem vel ignorantèr, vel ſimplicitèr in „ Calice Dominico Sacrificando, & plebi „ miniſtrando, non hoc faciunt, quod Je„ ſus Chriſtus, Dominus, & Deus noſter, „ Sacrificii hujus author, & doctor fecit, „ & docuit; religioſum paritèr, ac neceſ„ ſarium duxi ad Uos literas facere, ut ſi „ quis in iſto errore adhuc teneatur, veri„ tatis luce perſpectâ; ad radicem atque „ originem traditionis Dominicæ revertatur. Quòd verò non ſervarent traditionem Dominicam non utendo in Sacrificio vino, ſed aquâ ſolâ, indicant verba ſubſequentia Cypriani, quæ ita ſe habent. „ Admonitos „ autem nos ſcias, ut in Calice offerendo „ Dominica traditio ſervetur, neque aliud „ fiat à nobis, quàm quod pro nobis Do„ minus prior fecerit. Ut Calix, qui in „ Commemoratione ejus offertur, miſtus vi„ no offeratur. Nam cùm dicat Chriſtus: „ *Ego ſum vitis vera*; Sanguis Chriſti, non „ aqua eſt utique, ſed vinum.

105. Cauſam verò errandi hiſce Chriſtianis dediſſe, quòd antelucanis horis Euchariſtiam ſumebant, indicat idem Cyprianus, quo tempore Chriſtiani abſtinebant à vino, ut Petrus Actor. cap. 2. verſ. 15. „ inſinuat per illa verba: *Non enim ſicut vos æſtimatis bi ebrii ſunt, cùm ſit bora diei tertia.* Et quia timebant, nè ex vini odore detegerentur ab Ethnicis Chriſtiani, ideò ex ignorantia, & ſimplicitate ſolâ aquâ utebantur. Sed ex hoc increpat illos S. E„ piſcopus, inquiens: „ Niſi ſi in Sacrifi„ ciis matutinis hoc quis veretur, nè per „ ſaporem vini redoleat Sanguinem Chri„ ſti. Sic ergo incipit, & à Paſſione Chri„ ſti in perſecutionibus fraternitas retarda„ ri, dùm in oblationibus diſcit de Sangui„ ne ejus, & cruore confundi.

106. Hujus Epiſtolæ occaſione anſam ſumpſerunt Centuriatores calumniandi non minùs Eccleſiam Romanam, quàm ejus Pontifices, quaſi à Romano Pontifice, præcipuè Cornelio, relictâ Dominicâ Traditione de offerendo Calice vino miſto, hujuſmodi abuſus introductus haberetur, offerendi nimirùm ſolam aquam. Etenim Centur. 3. cap. 5. §. de Ritibus circa cænam, ita ſcri„ bunt: „ Poteſt ex Cypriano apertè col„ ligi: cùm tempore Cornelii, tùm antè „ eum, Romanos, aut etiam Italicos, & „ alios Epiſcopos, ex novella inſtitutione, „ in adminiſtratione Cœnæ Dominicæ, non „ ſequutos eſſe inſtitutionem Chriſti, ſed „ plebi in Calice tantùm aquam porrexiſſe, „ & non vinum, ſeu Sanguinem Domini: „ eâ fortè ſuperſtitione, quâ poſteà Calicis „ uſus Laicis præreptus eſt. Nam Cypria„ nus ea de re monet Cornelium: Se di„ vinitus admonitum eſſe in adminiſtratio„ ne Cœnæ, nihil aliud fieri debere, quàm „ quod Chriſtus in prima inſtitutione feciſ„ ſet. *Hæc Centuriatores.*

107. Certè non duce veritatis hiſtoriâ talia ſcripſerunt Centuriatores, ſed animo magis calumniandi Italicos, immò Romanos Epiſcopos, talia confinxerunt: Non enim ex tota Cypriani Epiſtola colligi poteſt novellam illam, ut vocant inſtitutionem contra Dominicam traditionem, eſſe aut Romæ, aut

ab

Digitized by Google

ab Epiſcopo aliqun Romano introductam: neque minimum verbum eſt in ea reperiri, ex qun id deduci poſſit. Eorum tamen fundamentum in eo ſtat, quòd volunt præallegatam Epiſtolam ſcriptam eſſe Cornelin Epiſcopo Romano, id qund eſt contra totam antiquitatem, contra fidem omnium Codicum antiquorum, qui in variia Orbis Bibliothecis aſſervantur: cùm in omnibua legatur eam Epiſtolam, nnn Cornelio, ſed Cæcilio uno ex Africæ Epiſcopis eſſe ſcriptam: cùm in nmnibus codicibus, ſivè editis, ſivè ineditia præfixua habeatur titulus: *Cyprianus Cæcilio fratri, ſalutem*.

1n8. Ut porrò ad errorem Encratitarum redeamua, aliter ſentiebant Encratitæ, ac illi, de quibua ſcribit Cyprianua. Iſti ex ignorantia, vel ſimplicitate talia faciebant: illi ex ſumma malitia, ac pertinacia: & ideo Cyprianus eis, de quibus agit veniam dandam exiſtimat: „ Si quia de anteceſſnribus
„ noſtria, *inquit*, vel ignnrauter, vel ſim-
„ pliciter non hoc obſervavit, & tenuit,
„ quod nos Dominua facere exemplo & ma-
„ giſterio ſuo docuit; poteſt ſimplicitati
„ ejua de indulgentia Domini venia conce-
„ di: Nobia verò non poterit ignnſci, qui
„ nunc à Dominn admoniti, & inſtructi ſu-
„ mua, ut calicem Dnminicum vino miſtum,
„ ſecundùm qund Dominua nbtulit, offe-
„ ramua.

1n9. Neque quia abnminabile vinum crederent, in ſnla aqua Euchariſtiam conficiebant: Sic faciebant Encratitæ, & hoc fine vinum ab enrum Myſteriis arcebant: verùm illi tantùm in antelucania conventibua talia peragebant; cùm porrò ad Cœnam conveniebant, vino in Euchariſtia, non ſolâ aquâ utebantur. Ita apud S. Cyprianum ubi habetur: „ Etſi manè aqua ſola nfferri vide-
„ tur, tamen cùm ad Cœnandum venimua,
„ miſtum calicem nfferimua: Sed cum cœ-
„ namua, ad cnnvivium nnſtrum plebem
„ convocare non poſſumua, ut Sacramenti
„ veritatem fraternitate nmni præſente cele-
„ bremua. „ Non ergn in calice abominabantur vinum, ut hac de cauſa ſolam aquam offerrent, ſi in cœna eo utebantur: Sed propter alias ſupra allegatas cauſaa in ſolia antelucania conventibua, ignorantia, vel ſimplicitate ducti, ſolâ utebantur aquâ. Nnn ita Encratitæ qui perpetuò à vinn abſtinebant, & velut abominabile damnabant. Ex ſumma malitia, & couſtanti pertinacia ſnlâ aquâ Myſteria ſua celebrabant.

110. Cæterum S. Cyprianua ea in Epiſtola quâ ſuos aquarioa redarguit, optimè & Encratitaa refutat: Etenim ex quo Chriſtus dicat: *Ego ſum vitis vera*, concludit non aquam, ſed vinum eſſe ejua Sangninem.
„ Nam cùm dicat, *inquit*, Chriſtus: *Ego*
„ *ſum vitis vera*; Sanguis Chriſti, non aquâ
„ eſt utique; ſed vinum. Nec poteſt videri
„ Sanguia ejua, qun redempti, & vivifica-
„ ti ſumua, eſſe in calice; quando vinum
„ deſit calici, quo Chriſti Sanguia nſtendi-
„ tur, qui Scripturarum nmnium Sacramen-
„ to, ac teſtimonin effectua eſt. „ Et hoc eodem teſtimonin B. Cypriani utitur S. Auguſtinus lib.4. de Doctrina Chriſtiana cap.21. ad verbum referens ejuſdem B.Martyris ſupra allegata verba.

111. Ex figuria inde procedit Cyprianus ut idem oſtendat: & quia Nnë vinum bibit, & quia Melchiſedech Rex Salem Sacerdoa Dei ſummi, qui typum Chriſti gerebat obtulit panem, & vinum: Et quia Spiritus Sanctua per Salomnnem typum Dominici Sacrificii præfigurana, ſive prædeſignana, his verbia deſcripſit: *Sapientia ædificavit ſibi domum, & ſubdidit columnas ſeptem. Mactavit ſuas hoſtias, miſcuit in Cratera vinum ſuum, & paravit Menſam ſuam*. Et quia denique in benedictione Judæ, ubi exprimitur Chriſti figura, Jacob dixit: *Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ amictum ſuum*.

112. Inſuper notat, quòd quntieſcumque in Sacris Scripturis ſola aqua nnminatur, Baptiſma, non Euchariſtia prædicatur: & poſtea tradit, Chriſtum in vino conſecraſſe aquâ miſtn, non in ſolâ aquâ, inquiena:
„ Calicem verò docuerit exemplo magiſte-
„ rii ſui vini, & aquæ conjunctione miſce-
„ ri: Calicem etenim ſub die paſſionis ac-
„ cipiena; benedixit, & dedit Diſcipulis
„ ſuia, dicena: *Bibite ex boc omnes. Hic*
„ *eſt enim Sanguis novi teſtamenti, qui pro*
„ *multis effundetur in remiſſionem peccato-*
„ *rum. Dico vobis, non bibam amodo ex*
„ *iſta creatura vitis, uſque in diem illum,*
„ *quo vobiſcum bibam novum vinum in Re-*
„ *gno Patris mei*. Qua in parte invenimua
„ calicem miſtum fuiſſe, quem Dominus
„ obtulit, & vinum fuiſſe, quod Sanguinem
„ ſuum dixit.

113. Denique ut alia plura à B.Martyre allegata nmittam, hoc ſolum addn, quod ipſe ait: „ Aquaa populoa ſignificare, in
„ Apocalypſi Scriptura divina declarat, di-
„ cens: *Aquæ quas vidiſti, ſuper quas ſedet*
„ *Meretrix illa, populi, & turbæ, & gentes*
„ *Ethnicorum ſunt, & linguæ*. Qund ſcili-
„ cet perſpicimua, & in Sacramentn calicia
„ contineri. Nam quia nna omnea portabat
„ Chriſtna, qui & peccata noſtra portabat:
„ videmua in aquâ populum intelligi; in
„ vinn verò oſtendi Sanguinem Chriſti. Quan-
„ do autem in calice vino aqua miſcetur,
„ Chriſto populua adunatur, & credentium
„ pleba ei in quem credidit, copulatnr, &
„ conjungitur. Quæ copulatio & conjun-
„ ctio aquæ & vini ſic miſcetur in Calice
„ Domini, ut commiſtin illa non poſſit ab
„ invicem ſeparari. Unde Eccleſiam, ideſt,
„ plebem in Eccleſia conſtitutam fideliter,

„ & firmiter in eo quod credidit, perſeve-
„ rantem, nulla res ſeparare poterit à Chri-
„ ſto, quo minus hæreat ſemper & maneat
„ individua dilectio. Sic autem in Sancti-
„ ficando Calice Domini offerri aqua ſola
„ non poteſt, quomodo nec vinum ſolum
„ poteſt: nam ſi vinum tantùm quis offe-
„ rat, Sanguis Chriſti incipit eſſe ſine no-
„ bis: Si verò aqua ſit ſola, plebs incipit
„ eſſe ſine Chriſto: quando autem utrum-
„ que miſcetur, & adunatione confuſà ſibi
„ invicem copulatur, tunc Sacramentum
„ ſpiritale, & cœleſte perficitur. „ *Hactenus Cyprianus*.

114. Conſtat ergo tanti Martyris teſti-
monio non ſolam aquam adhibendam in Sa-
crificio, ſed vinum, licèt aquâ miſtum,
quæ fuit antiqua Eccleſię traditio, & om-
nium Patrum, & Conciliorum una concors
doctrina. Ita Juſtinus Martyr in Apologia 2.
ad Antoninum Pium, inquiens: „ A preci-
„ bus finitis mutuis nos invicem oſculis ſa-
„ lutamus. Deinde ei, qui fratribus præeſt,
„ offertur panis, & poculum aquæ, & vini.
„ Quibus acceptis, laudem & gloriam rerum
„ univerſarum Patri, per nomen Filii, &
„ Spiritus Sancti offert, & Euchariſtiam,
„ ſivè gratiarum actionem, pro eo, quòd
„ nos donis ſuis hiſce dignatus ſit, prolixè
„ exequitur. Atque ubi ille preces, & gra-
„ tiarum actionem abſolvit, populus qui
„ adeſt omnis, fauſtâ approbatione accla-
„ mat, dicens: Amen. Præſidens verò poſt-
„ quam gratiarum actionem perfecit, & po-
„ pulus univerſus apprecatione lætâ eam
„ comprobavit, qui apud nos vocantur Dia-
„ coni, atque Miniſtri, diſtribuunt unicui-
„ quæ præſentium, ut participet eum, in
„ quo gratiæ actæ ſunt, panem, vinum,
„ & aquam, & ad abſentes perferunt. Por-
„ rò alimentum hoc apud nos appellatur Eu-
„ chariſtia: quod nulli alii participare lici-
„ tum eſt, quàm veram eſſe doctrinam no-
„ ſtram credentibus, & lavacro propter re-
„ miſſionem peccatorum abluto, itaut Chri-
„ ſtus tradidit. Non enim ut communem
„ partem, neque communem potum iſta ſu-
„ mimus; ſed quemadmodum per Verbum
„ Dei caro factus Jeſus Chriſtus ſervator
„ noſter, & carnem, & ſanguinem ſalutis
„ noſtræ causâ habuit; ad eundem modum
„ eam, in qua per preces verbi ejus ab
„ ipſo profecti, gratiæ ſunt actæ, alimo-
„ niam, undè Sanguis, & caro noſtra per
„ mutationem aluntur Incarnati illius Jeſu
„ carnem, & ſanguinem edocti ſumus. „ *Hæc Juſtinus*.

115. Irenæus porrò lib. 5. adverſ. hæreſ.
cap. 2. appellat Calicem miſtum, ex quo
fit Sanguis Chriſti. „ Quando ergo & mi-
„ ſtus calix, *inquit*, & fractus panis per-
„ cipit Verbum Dei, fit Euchariſtia San-
„ guinis & Corporis Chriſti, ex quibus au-
„ getur, & conſiſtit carnis noſtræ ſubſtan-
„ tia. „ Non enim miſtum diceret Calicem
ſi ſolâ aquâ, aut ſolo vino conſtaret: Ex
aquâ & vino fit miſtio, ratione cujus &
calix miſtus meritò dici poteſt. Et lib. 4.
cap. 57. „ Quomodò autem juſtè Dominus,
„ *ait*, ſi alterius Patris exiſtit, hujus con-
„ ditionis, quæ eſt ſecundùm nos, accipiens
„ panem, ſuum Corpus eſſe confitebatur,
„ & temperamentum calicis, ſuum Sangui-
„ nem confirmavit? „ Ideo ergo tempera-
mentum calicis dicit propter miſtionem aquę
cum vino: aquâ enim temperatur vinum,
nec ſanè temperamentum calicis diceret, ſi
vino & aquâ miſtus calix non foret.

116. Author Commentar. in Marcum
D. Hieronymo adſcript. ad cap. 14. ſuper il-
la verba: *Veſpere autem facto*; ſcribit:
„ Accepit Jeſus panem, & benedicens fre-
„ git, transfigurans corpus ſuum in panem,
„ quod eſt Eccleſia præſens, quæ accipitur
„ in fide, benedicitur in numero, frangi-
„ tur in paſſionibus, datur in exemplis,
„ ſumitur in doctrinis, formans Sanguinem
„ ſuum in Calicem vino, & aquâ miſtum,
„ ut alio purgemur à culpis, alio redima-
„ mur à pœnis. „ Sed & Beda in eundem
Marci locum, hujuſmodi miſtionem aquæ
cum vino in calice efficiendam apertis indi-
cat verbis, inquiens: „ Quia panis corpus
„ confirmat, vinum verò ſanguinem ope-
„ ratur in carne: hic ad Corpus Chriſti
„ myſticè, illud refertur ad Sanguinem.
„ Verùm quia & nos in Chriſto, & in no-
„ bis Chriſtum manere oportet, vino Do-
„ minici calicis aqua miſcetur: atteſtante
„ enim Joanne, aquæ populi ſunt, & ne-
„ que aquam ſolam, neque ſolum vinum,
„ ſicut nec granum frumenti ſolum ſine aquæ
„ admiſtione, & confectione in panem,
„ cuipiam licet offerre: nè talis videlicet
„ oblatio, quaſi caput à membris ſecernen-
„ dum eſſe ſignificet: & vel Chriſtum ſine
„ noſtræ redemptionis amore pati potuiſſe
„ vel nos ſine illius paſſione ſalvari, ac Pa-
„ tri offerri poſſe confingat.

117. Deinde S. Auguſtinus Tract. 120.
in Joann. meminit ejuſdem miſtionis dum
ait: „ Vigilanti verbo Evangeliſta uſus eſt,
„ ut non diceret, latus ejus percuſſit, aut
„ vulneravit, aut quid aliud, ſed aperuit;
„ ut illic quodammodo vitæ oſtium pande-
„ retur, unde Sacramenta Eccleſiæ mana-
„ verunt, ſine quibus ad vitam, quæ vera
„ vita eſt, non intratur. Ille Sanguis in re-
„ miſſionem fuſus eſt peccatorum: Aqua illa
„ ſalutare temperat poculum. „ Idem indi-
cat lib. 3. de Trinit. cap. 10. & apertis ver-
bis lib. 4. de Doctrina Chriſt. cap. 21. re-
ferens ſupra allegata Cypriani verba. S. Am-
broſius lib. 4. de Sacrament. cap. 4. „ Cali-
„ cis permiſtio, *ait*, unionem Dei verbi,
„ quæ nobiſcum eſt, ſignificat, hoc enim
„ fecit;

„ fecit; & conjunctio facta eſt Divinitatis
„ nobiſcum, qui Chriſti ſumus membra;
„ ipſe verò nobis eſt caput.

118. Verùm Armeni contrarium ſentiunt, Aquam in Calice vino miſcendam prohibent, nè ex ea miſtione confiteri videantur duas in Chriſto naturas, cùm, ſequentes Monothelitarum errorem, unam naturam tantùm, unamque voluntatem in Chriſto cognoſcant. Ita Nicephorus Calliſt. lib. 18. cap. 53. agens de abominanda Armeniorum hæreſi, inter alia ſcribit: „ Iidem ipſi re Divinâ faciendâ,
„ azimo non pane utuntur: & ad eam vi-
„ num aquâ non temperatum adhibent:
„ unam eâ re in Chriſto naturam deſignan-
„ tes, neque ſicuti nos calicem miſcent,
„ per quam miſtionem duarum naturarum
„ unionem declaramus.

119. Hoc idem refert Clemens Galanus par. 1. Conciliationis Eccleſiæ Armenæ cum Romana cap. 17. ubi ex Hiſtoria Armeniæ Patriarcharum refert, ſub Joanne Oznienſi eorum Patriarcha in Synodo Manaſchierti in confinibus Hyrcanæ Provinciæ, congregata, juſſu Homaris Sarracænorum Ducis, auxiliante quoque Caliphâ Babylonis, convenientibus unà cum Armenis ſex Epiſcopis Aſſyriis, decretum, fuiſſe, unam in Chriſto confitendam naturam, unam voluntatem, unamque operationem interdictumque nè in Sacris Myſteriis fermento adhiberetur & aquâ. *Canoneque ſtatutum eſt*, inquit, *non eſſe amplius in Sacrificiis aquam vino miſcendam*. Idem oſtendunt Acta Concilii Adanenſis, & alterius Siſenſis apud eundem Galanum eâdem par. 1. Etenim in Epiſtola Concilii Siſenſis Armeni celebrati ann. Domini MCCCVII. ſub Gregorio Patriarcha Armeniorum & Leone eorum Rege, ſancitur adversùs antiquum errorem, ut in calice aqua vino miſceretur. Et in Concilio Adanenſi celebrato anno Domini MCCCXVI. ſub Conſtantino Patriarcha, & Oſeino Rege, tempore Pontificatus Joannis XXII. referuntur diverſi quorundam Armeniorum errores, ut ex ejuſdem Concilii Actis liquet, inter quos, & hic pariter de non miſcendâ aquâ cum vino in Sacrificio Altaris.

120. Acta ergo ita ſe habent: „ Verùm
„ enimverò perditiſſimi quidam, in malum
„ à Diabolo concitati, ut perturbationes,
„ contentioneſque, maximè verò ſchiſmata
„ in Sancta Chriſti Eccleſia molirentur,
„ alios in iniquis conciliabulis ſuis Canones
„ ſanciverunt, docentes, non eſſe nobis in
„ tribus hiſce cum reliquis Chriſtianis com-
„ municandum: hoc eſt, in miſtione cali-
„ cis gratiarum actionis; in celebratione
„ Dominicæ Nativitatis, & Epiphaniæ:
„ atque in duabus naturis, quas in una
„ Chriſti perſona, propter inconfuſam, ac
„ indiviſam unionem Eccleſia Sancta confi-
„ tetur. Dicebant enim nefas eſſe in calice
„ aquam iniicere; quòd aqua corruptibilis
„ ſit; in Chriſto autem nulla fuerit corru-
„ ptio. „ *Hæc allegata Acta*. Quem errorem Patres & Doctores prædicti Concilii optimè refutarunt, ſanxeruntque offerendum eſſe Calicem vino & aquâ mixtum, quemadmodum Eccleſia Romana ſervat.

121. Cæterum præfatum errorem viguiſſe apud Armenos ante ſextam Synodum Generalem, palàm fit ex canone 32. ejuſdem VI. Synodi, ubi directè adversùs Armenos eundem errorem ſectantes decernitur: „ Quo-
„ niam ad noſtram cognitionem pervenit,
„ quòd in Armeniorum regione vinum tan-
„ tùm in Sacra Menſa offerunt, aquam illi
„ non miſcentes, qui incruentum Sacrificium
„ peragunt &c. *Et in fine*. Si quis Epiſcopus,
„ vel Presbyter, non ſecundùm traditum ab
„ Apoſtolis ordinem facit, nec aquam vino
„ miſcens, ſic immaculatum offert Sacrifi-
„ cium, deponatur, ut imperfectè Myſte-
„ rium enuntians, & quæ tradita ſunt in-
„ novans.

122. Fundamentum eorum præcipuum nitebatur Teſtimonio S. Joannis Chryſoſtomi in cap. 26. Matthæi, ubi ait, ut referunt Acta Synodi Adanenſis relata: „ Cur autem
„ non aquam bibit, ſed vinum? quòd pro-
„ fectò vellet perniciosiſſimam quandam hæ-
„ reſim radicitus evellere: quia ſunt quidam,
„ qui aquâ in Myſteriis utuntur: propte-
„ rea, quando Myſteria tradidit, & quan-
„ do reſurrexit, nudam abſque Myſteriis
„ Menſam apponens, uſus eſt vino, idque
„ declaravit dicens, ex hoc fructu vitis.
„ Vitis enim vinum, non aquam profert. „ Quod quidem teſtimonium ut ab Armenis allatum in ſui erroris patrocinium, referunt etiam Patres ſextæ Synodi in prælaudato Canone.

123. At Sancti Patris teſtimonium exponitur à Patribus prædictis in eodem Canone 32. ubi ſic habent: „ Ut non ab hoc tem-
„ pore impoſterum ignorantiâ teneantur,
„ Patris ſententiam orthodoxè aperimus.
„ Cùm enim improba Hydropaſtatarum, hoc
„ eſt eorum, qui aquæ defenſionem ſuſci-
„ piebant, antiqua eſſet hæreſis, qui pro
„ vino ſolâ aquâ in proprio Sacrificio uſi
„ ſunt; refellens hic vir Divinus iniquam
„ ejuſdem hæreſis ſucceſſionem & oſtendens,
„ quòd directè Apoſtolicæ traditioni adver-
„ ſatur, id quod jam dictum eſt, confirma-
„ vit. „ Adversùs Encratitas, & Hydroparaſtatas, qui ſolâ aquâ in Sacrificio utebantur, illo in Matthæi loco, eſſe locutum exponunt Patres VI. Synodi, proindeque intentum ejus fuiſſe ſolùm oſtendere in vino conſecraſſe, præſcindendo tunc ab alia quæſtione, an vinum quo in conſecratione uſus fuit Dominus, fuerit aquâ miſtum, quia hæc non erat cum præfatis hæreticis controverſia.

Proin-

124. Proinde in eodem Canone ſubjun-
gunt Patres VI. Synodi, Chryſoſtomum ſuam
Eccleſiam docuiſſe in Sacrificio aquam vino
miſcendam: Nam, *inquiunt*, & ſuæ Eccle-
„ ſiæ, ubi eſt illi paſtoralis adminiſtratio
„ tradita, aquam vino miſcendam tradidit,
„ quando incruentum peragi Sacrificium
„ oportet, ex Chriſti noſtri Redemptoris
„ latere ex Sanguine, & aquâ contempe-
„ rationem oſtendens, quæ in totius Mundi
„ vivificationem effuſa eſt, & peccatorum
„ redemptionem: Et in omni etiam Eccleſia,
„ ubi Spiritualia lumina refulſerunt, hic
„ ordo Divinitus traditus ſervatur.

125. Probant porrò hæc, teſtimonio Ja-
cobi, Baſilii, & Concilii Carthaginenſis, di-
centes: „ Nam & Jacobus Chriſti Domini
„ noſtri ſecundùm carnem frater, cui Hie-
„ roſolymitanæ Eccleſiæ thronus primus eſt
„ creditus, & Baſilius Cæſarienſium Eccle-
„ ſiæ Archiepiſcopus, cujus gloria omnem
„ terrarum orbem pervaſit, Myſtico nobis
„ ſcriptis tradito Sacrificio, ita conſecran-
„ dum in Divina Miſſa ex aquâ, & vino
„ Sacrum Calicem ediderunt. Et qui Car-
„ thagine convenerunt Sancti Patres, his
„ verbis apertè & præcisè mentionem fecere:
„ *Ut in Sanctis nil plus, quàm corpus, &*
„ *Sanguis Domini offeratur, ut ipſe Domi-*
„ *nus tradidit, hoc eſt, panis, & vinum aquâ*
„ *miſtum*.

126. Et quidem, ut habetur apud Au-
ctorem lib. 8. Apoſtolicarum Conſt. cap. 12.
Jacobus in Sacra Miſſæ Liturgia, inter
multa, & hæc dicenda tradidit: „ Similiter
„ Calicem miſcuit, ex vino & aquâ ſancti-
„ ficavit, ac dedit iiſdem dicens: Bibite ex
„ eo omnes. Hic eſt Sanguis Meus, qui pro
„ multis effunditur in remiſſionem peccato-
„ rum. „ Et propria D. Jacobi Liturgia,
quæ extat tom. 1. Biblioth. Veter. PP. edit.
Colon. de anno 1618. pag. 17. dicitur: „ Si-
„ militer poſtquàm cœnavit, accipiens cali-
„ cem & permiſcens ex vino & aquâ, &
„ aſpiciens in Cælum, ac oſtendens Deo,
„ & Patri, gratias agens, ſanctificans, be-
„ nedicens, implens Spiritu Sancto, dedit
„ nobis diſcipulis ſuis. „ In Liturgia quo-
que Marci edita à Cardinali Sirleto, in ea-
dem Bibliot. tom. 1. pag. 21. inſerta, ſub
pag. 24. legitur: „ Similiter, & calicem,
„ poſtquam cœnavit accipiens, factâque vi-
„ ni & aquæ miſtione ſuſpiciens in Cœlum
„ ad Patrem ſuum, Deumque noſtrum, &
„ Deum univerſorum, gratias egit, bene-
„ dixit, ſanctificavit, implevit Spiritu San-
„ cto, & tradidit Sanctis, & Beatis diſci-
„ pulis ſuis, dicens: *Bibite ex eo omnes*.
Inſuper & Liturgia Petri apud Coccium
tom. 2. lib. 6. Articul. 13. habet: „ *Quando*
„ *commiſcet Sanguinem, & aquam dicit*:
„ unus Militum lanceâ latus ejus pupugit,
„ & exivit ſanguis, & aqua, Mundi ſa-
„ lutis ſcaturigo. „ Unde & in Liturgiâ Ba-
ſilii apud eundem Coccium loc. cit. legitur:
„ *Iterum ſecretè*: Similiter & calicem de ge-
„ nimine vitis accipiens, miſcens, gratias
„ agens, benedicens, ſanctificans, dedit Di-
„ ſcipulis ſuis dicens: *Bibite ex hoc omnes,*
„ *hic eſt Sanguis Meus*. „ Clarius porrò in
Anaphora ejuſdem Baſilii, ubi dicitur. „ Si-
„ militer autem & calicem vini poſtquam
„ cœnaverunt accepit, miſcuitque aquis,
„ gratias egit, benedixit, ſanctificavit, &
„ guſtavit, & diviſit Diſcipulis ſuis, &
„ Apoſtolis Sanctis. „ Refert idem Coccius
verba Liturgiæ S. Joannis Chryſoſtomi, juxta
Eraſmi verſionem, quæ ita ſe habent: „ *Ad*
„ *infuſionem vini dicit Sacerdos*. Et unus
„ militum lanceâ latus aperuit, & exivit
„ Sanguis: Et addens aquam dicit: & aqua.
Ex quibus apparet manifeſtè, vetuſtiſſimum
Eccleſiæ ritum ab Apoſtolis ipſis derivatum
miſcendi in calice aquam vino.

127. Philo Carpathiorum Epiſcopus in
Comment. ſuper Cantica Canticor. ad illa
verba: *Umbilicus tuus crater tornatilis nun-*
quam carens miſto, vel temperamento, ex-
ponit de vino aquâ temperato in Sacrificio
Altaris: „ Umbilico Sponſi, *inquit*, Sacer-
„ dotium ipſius Eccleſiæ nunquam carens
„ miſto comparat. Cùm enim dicit: *nun-*
„ *quam carens temperamento, vel miſto*:
„ manifeſtum eſt de Sacerdotali dignitate
„ intelligi: quæ quidem in tam Divino, &
„ tam ſalutari Sacrificio, & tam ineffabili
„ Sacramento nunquam caret vero corpore,
„ & Sanguine Jeſu Chriſti, cui populus per
„ fidem, Charitatemque miſcetur: id quod
„ per aquam illam, quam Sacerdos vino
„ miſcet in Calice, apertiſſimè docetur.
Et S. Joannes Damaſcenus lib. 4. Orthodoxæ
fidei, cap. 14. tradit ita D. N. Jeſum Chri-
ſtum in ultima cœna dum Euchariſtiam inſti-
tuit, aquam vino miſcuiſſe: „ Similiter,
„ *ait*, accipiens calicem ex vino, & aquâ,
„ tradidit illis, dicens: *Bibite ex hoc omnes,*
„ *hic meus eſt Sanguis novi teſtamenti, qui*
„ *pro vobis effundetur in remiſſionem pecca-*
„ *torum*.

128. Attamen non omnes Patres eandem
hujus miſtionis afferunt rationem, quia
nimirùm ſic ſe geſſerit Chriſtus in ultima
Cœna, nam in Evangelio ſolius vini fit men-
tio, non aquæ: Hinc Paſchaſius Ratbertus
Abbas in opuſculo de Corpore & Sanguine
Domini in Euchariſtia cap. 11. In Evangelio
non legi notat, dum quærit cur aqua cum
vino miſceatur: „ Planè aqua, *inquit*, in
„ Sanguine quare miſcetur, dum in natali
„ calicis factum fuiſſe à Chriſto non legitur.
„ *Et inde ſubjungit rationem, inquiens*: Illa
„ permaxima cauſa eſt, quia de latere Chri-
„ ſti, ubi paſſio completur, Sanguis pariter
„ & Aqua manavit: Quod rectè Myſterium
„ Apoſtoli plene intelligentes, faciendum in
„ Ca-

Digitized by Google

Calice cenſuerunt: ut nibil deeſſet nobis in hoc Sacramento ad commemorationem noſtræ Redemptionis.

129. Eandem ejuſdem miſtionis cauſam affert Alexander I. in ſua Epiſtola decretali, ubi ait: „ In Saeramentorum quoque oblationibus, quæ inter Miſſsrum ſolemnia Domino offeruntur, paſſio Domini miſcenda eſt, ut ejus cujus corpus, & Sanguis conficitur, paſſio celebretur, itaut repulſis opinionibus ſuperſtitionum, panis tantùm, & vinum aquâ permiſtum, in Sacrificio offerantur. Non debet enim (ut à Patribus accepimus, & ipſa ratio docet) in Calice Domini, aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed utrumque permiſtum, quia utrumque ex latere ejus in pſſione ſua profluxiſſe legitur. „ Et Theophilactus in cap. 19. Joannis ſuper illa verba: *Unus militum lanceá latus ejus aperuit, & continuò exivit Sanguis & Aqua*: Idem firmat adversùs Armenos, eandem miſtionis cauſam conſignans, inquiens: „ Confundantur Armeni, qui non admiſcent in Myſteriis aquam vino. Non enim credunt (ut videtur) quòd aqua ex latere egreſſa ſit (quod admirabilius) ſed Sanguis tantùm. Et hoc loco deſtruunt magis Miraculum. Itaque Sanguis Symbolum hominis crucifixi: aqus verò, quòd is ſit ſuper hominem, hoc eſt Deus.

130. Sic pariter Eucherius Lugdnnenſis in Homilia 5. de Paſcha, loquitur, inquiens: Huc itaque Dominici Sanguinis vinum aqnâ eſſe mlſcendum, non ſolùm traditione Dominus, ſed etiam genere paſſionis oſtendit, ex cujus Sacro latere Sanguis, & aqua lanceæ illiſione profluxit. „ Clariſſime quoque Gennadius Maſſilienſis in lib. de Dogmatibus Eccleſiaſticis cap. 75. ait: In Euchsriſtia non debet pura aqua offerri, ut quidam ſobrietatis falluntur imagine: Sed vinum aquâ miſtum: quia & vlnum fuit In redemptionis noſtræ Myſterio, cùm dixit: *Non bibam amodo de boc genimine vitis*: & aquâ miſtum, non qnòd poſt cœnam dabatur, ſed quòd de latere ejus lancea percuſſo, aquâ eum Sanguine egreſsâ, vinum de vera ejus carnis vite cum aquâ expreſſum oſtenditur. „ Et ita loquuntur Theodorus Balſamon ad can. 40. Synodi Carthag. Nicetas Chonistes lib. 4. Orthod. fidei cap. 18. Nicolaus Cabaſilas in ſua Liturgia cap. 8. Anſelmus ad cap. 9. Epiſtolæ Panli ad Hebræos, Martinus Bracarenſis in lib. de Græcorum Synodis cap. 55. & alii plures Scriptores.

131. Nonnulli porrò propter teſtimonium Cypriani ſupra allegatum, ideo traditum volunt vinum in Cslice aquâ miſcendum: quia dum vinum aquâ in Calice miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credidit copulatur, & conjungitur. Unde diſt. 2. de conſecrat. ex Julio Papa I. dicitur: „ Calix Dominicus, juxta canonum præcepta, vino & aqnâ permiſtus debet offerri: quia videmns populum in aquâ intelligi, in vino oſtendi Sanguinem Chriſti: ergo eùm in Calice vinum aquâ miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credit copulatur, & jungitur. Quæ copulatio & jnnctio aqnæ & vini ſic miſcetur in Calice Domini, ut miſtio illa non poſſit ſeparari. „ Ita pariter loquuntur Iſido. Hiſpal. lib. 1. de Eccleſ. offic. cap. 18. Haymo in Paſſionem Domini ſecundùm Mareum Walfrid. Strabo In lib. de Rebus Eccleſ. offic. cap. 19. Chriſtianus Druthmarus ad eap. 26. Matthæi, Hugo Victorinus in priorem Fpiſt. ad Corinth. quæſt. 91. & multi alii rerum Eccleſiaſticarum Scriptores.

132. Cæterum ſiva miſcenda ſit aqua vino in Calice, quia ſic fecerit Dominus, ſivè quia de latere ejus exivit Sanguis & aqua, ſive ad ſignificaadam adunationem populi cum Chriſto, utcumque ſe habeat cauſa, hoc unnm conſtantiſſimum eſt, ex perpetua Eccleſiæ Traditiona, ab ipſis Apoſtolis ad hæc uſque poſtrema tempora, tam apud Græcos, quàm Latinos, hanc ſervatam ſemper fuiſſe ab Orthodoxis diſciplinam, in Sacrificio Miſſæ offerri iu Calice vinum aquâ miſtum. Hinc eſt, quòd in hac re plnres quoque Canones diverſis in Synodis emanarunt.

133. Et quidèm in Coacilio Carthaginenſi III. cui interfuit S. Auguſtiuus can. 24. ſancitur: „ Ut in Sacramentis corporis, & Sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quàm ipſe Dominus tradidit, hoc eſt, panis, & vinum aquâ miſtum. Nec ampliùs in Sacrificiis offeretur, quàm de uvis, & frumentis. „ Concilium Antiſiodorenſe celebratum eirca annum Dominl DXC. cap. 8. Non licet in Sacrificio Divino aliud poculum, extra vinum cum aquâ miſtum offerre.

134. Concilium porrò Bracarenſe III. celebratum ſub Uvam bono Rege, & Deodato Papa circa Domini annum DCLXXV. cap. 1. relatis quorumdam Schiſmaticorum geſtis, qui lac pro vino in Divinis adhibebant Myſteriis, aliiſqne abuſibus In oblationionibua ſubintroductis cap. 1. ita decrevit: „ Calix enim Dominicus juxta quòd qnidam Doctor ediſſerit, vino, & aquâ permiſtus debet offerri; quia videmus in aquâ populum intelligi, in vino verò oſtendi Sanguinem Chriſti. Ergo quando in Calice vinum aquâ miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs, in qnem credit copulstur & jungitur. Quæ coputio, & conjunctio aquæ & vini, ſic miſcetur in Calice Dominl, ut commiſtio illa non poſſit ſeparari.

135. Deindè Concilium Triburienſe ce-

lebra-

lebratum ſub Arnulpho Imperatore, & Formoſo Papa circa annum Domini DCCCXCV. in can. XIX. refert Alexandri I. doctrinam à Patribus receptam de commiſtione aquæ cum vino in Calice offerendo, eamque retinendam decernit, deſignat inſuper certam aquæ quantitatem miſcendam, quam excedere non liceat, inquiens. „ Alexander Succeſſor Evariſti, dixit, non dabet enim, ut à Patribus accepimus, & ipſa ratio docet, in Calice Domini aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed utrumque permiſtum, quia utrumque ex latere ejus profluxit. Ut videlicet per hoc indicet populos, qui ſecundùm Joannem, aquæ ſunt, à Chriſto, cujus ſanguis in Calice eſt, dividi non debere. Cujus rei veritatem in hac Sancta Synodo confitemur, credimus, & confirmamus, nè ullus ſine commiſtione vini, & aquæ, Myſteria Sacra conficiat, ſed ut duæ partes ſint vini, quia major eſt Majeſtas Sanguinis Chriſti, quàm fragilitas populi: tertia aquæ, per quam intelligitur infirmitas humanæ naturæ.

136. Inſuper Concilium Florentinum ſub Eugenio IV. in Decreto pro Armenis, eandem firmat doctrinam, quamvis diſſentiat in quantitate aquæ miſcenda, quam non extendit ad tertiam partem, ſed vult pauciſſimam ſufficere. „ Tertium, *inquit*, eſt Euchariſtiæ Sacramentum, cujus materia eſt panis triticeus, & vinum de vite, cui ante conſecrationem aqua modiciſſima admiſceri debet. *Et infra*. Cùm ergo tam Sancta Romana Eccleſia à Beatiſſimis Apoſtolis Petro & Paulo edocta, quàm reliquæ omnes Latinorum, Græcorumque Eccleſiæ, in quibus omnis Sanctitatis, & doctrinæ lumina claruerunt, ab initio naſcentia Eccleſiæ ſic ſervaverint, & modò ſervent, inconveniens admodum videtur, ut alia quævis regio ab hac univerſali & rationabili diſcrepet obſervantia. Decernimus igitur, ut etiam ipſi Armeni ſe cum univerſo Orbe Chriſtiano conforment, eorumque Sacerdotes in calicis oblatione paululũ aquæ, prout dictum eſt, admiſceant vino.

137. Denique Concilium Tridentinum Seſſ. 22. cap. 7. idem docet, quamvis de quantitate aquæ miſcendæ nihil definiat, immo ab hoc prorſus abſtrahat, cùm ſolùm dicat, *præceptum eſſe ab Eccleſia Sacerdotibus, ut aquam vino in calice offerendo miſcerent*. Et deinde can. IX. Anathema dicit illis, qui negant aquam vino conſecrando miſcendam. „ Si quis dixerit Eccleſiæ Romanæ ritum, quo ſubmiſſâ voce pars canonis, & verba conſecrationis proferuntur, damnandum eſſe: aut linguâ tantùm vulgari Miſſam celebrari debere: aut aquam non miſcendam eſſe vino in Calice offerendo, eo quòd ſit contra Chriſti inſtitutionem; Anathema ſit.

138. Ex hactenus deductis ſatis liquet, quænam ſit recentiorum Evangelicorum impudentia in eo quòd cenſurent, damnentque Eccleſiam Romanam hujuſmodi diſciplinam ſervantem. Audacter nimis Wolffangus Muſculus in locis Commun. cap. de Cœna Domini, ait: „ improbamus uſum illum, quo aqua vino in Calice admiſcetur à Papiſtis, idque non liberâ obſervatione, quòd ferri poſſet, ſed uſque adeò neceſſaria, ut eos damnent, qui ſolo vino abſque aqua utuntur: „ Quid enim aliud eſt dicere, niſi velle improbare uſum Eccleſiæ univerſalis, immò ipſam Apoſtolicam Traditionem? Certè ſententiam tot Sanctorum Patrum, quos ſupra recenſuimus improbare audet, & tot Conciliorum Canones.

139. Turpiùs verò Petrus Richerus Calviniſta apud Villagagnionum lib. 1. contra Articulos quoſdam Calvin. cap. 73. „ affirmat eſſe hæreticos blaſphemos, ſacrilegos, falſarios, qui vino Cœnæ aquam admiſcent, quòd ad puritatem Evangelii adiiciant ſua commenta. „ Sic commenta adjecta appellat Apoſtolicam doctrinam à cunctis Eccleſiæ Orthodoxis ſemper receptam. Hæreticos pariter, blaſphemos, ſacrilegos, & falſarios, audet appellare Sanctiſſimos Eccleſiæ Præſules, qui eam tenuerunt, & docuerunt.

140. Lutherus porrò in lib. adversùs Regem Angliæ, fatuos appellat, ſtolidoſque, qui peccatum eſſe exiſtimant in Calice non eſſe aquam miſcendam vino, & poſtea ſententiam ſub his verbis firmat, nimirum: „ Meo ſenſu meliùs & tutiùs foret, aquam non miſcere vino, cùm ſit merum figmentum humanum, & ſiniſtram, immò peſſimam, habeat ſignificationem. „ Cæterum Lutheri dementia eſt, ſe extollere ſupra antiquos Eccleſiæ Patres, qui tenaciter ejuſmodi ſervarunt diſciplinam, miſcendi aquam vino in calice offerendo. Mentitur inde dùm ait habere peſſimam ſignificationem: quando conſtat ex Cypriano, aliiſque Patribus optimam habere ſignificationem, dum tradunt per illam miſtionem denotari unionem populi cum Chriſto. Immò Concilium Tridentinum ſeſſ. 22. cap. 7. cit. cauſas à Patribus allegatas hujus miſtionis in Epilogo refert, inquiens: „ Monet deinde Sancta Synodus, præceptum eſſe ab Eccleſia Sacerdotibus, ut aquam vino in Calice offerendo miſceant; tùm quòd Chriſtum Dominum ita feciſſe credatur; tùm etiam, quia à latere ejus aqua ſimul cum ſanguine exierit; quod Sacramentum hac miſtione recolitur: & cùm aquæ in Apocalypſi B. Joannis Populi dicantur, ipſius populi fidelis cum capite Chriſto unio repreſentatur. *Hactenus Concilium*. Non ergo talis miſtio peſſimam habet ſignificationem, ut tam audacter Lutherus profert.

141. At

141. At Armeni dicunt aqnam eſſe corruptibilem, cùm autem in Chriſto nulla fuerit corruptlo, non eſt eâ in Sacrificio utendum, quia certè non habet bonum ſignificatum: & licèt de latere Salvatoris Sanguis & Aqua profluxerint, ſolùm Sanguia iu potum, Aqua verò iu purgationem efflnxit: ac proindè non licere, concludunt, vino aquam miſceri in Sacris Miſteriis.

142. Armeniis occurrunt Armeni, Armenia videlicet Heterodoxis, Armeui Orthodoxi in Synodo Adanenſi: dicentes, nou ſolùm aquam eſſe corruptibilem, verùm & vinum quoque, immò ferè omnia ſenſibilia, quæ ſub viſua, tactuſque ſenſibus cadunt, caduca eſſe, atque corruptibilia. Sed licèt aqua, & vinum corruptibilitate uon careant, in Dominicæ tamen diſpenſationia Sacramento Myſticè ſumpta, puriſſima, & ab omni ſnut corruptelæ contagione remotiſſima, eandemque cum Spiritu Sancto purificantem vim, & operationem ſibi vendicant. Hinc Joannea Epiſt. 1. cap. 5. ait: *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in Cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres unum ſunt: & tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, Spiritus, Aqua, & Sanguis, & hi tres unum ſunt.* Iſta tria licèt diverſa ſecnudùm ſe, virtute tamen, & operatione, unum quid ſunt Divinnm, & purificana. Simul autem ſumpta perficiunt & ſanctificant; nam Aqua cum Sanguine, & Spiritn, qnod Sanctum eſt perficit, & ſanctificat: Similiter & Sanguis cnm Spiritn Sancto, & Aqna, purificat, & ſalvat: & demum Spiritua Sanctua per Aquam & Sanguinem Sanctoa facit, regenerat, & omnea in filiationem Patris cœleſtia adoptat. Itaque aqua ipſa in Calice, etſi de ſe corruptibilis, Spiritu Dei ſanctificatur, & puriſſima redditur.

143. Cùm porrò Lutherus, & alii novi Evangelici, contendant aquæ cum vino miſtionem malam habere ſignificationem, propter verba Iſaiæ dicentis, *vinum tuum miſtum eſt aquá*, hoc eſt, ut exponit Hieronymus, ſinceritas Dei verbi depravata eſt per phariſaicas traditiones: proindè eſt valde notandum, quòd & ſi aliqnando habeat malam ſignificationem, ut in loco allegato, ut plurimùm tamen bonam habet ſignificationem, quemadmodum Proverh. cap. 9. *Bibite vinum, quod miſcui vobis.* Et ita miſtio, quæ fit in Calice, bonam habet ſignificationem, ut oſtenſum eſt Sanctorum Patrum, & Conciliorum authoritate. Leo quoque in Scriptura aliqnando malam habet ſignificationem, uam Diabolum ſignificat: pſal. 90. *Et conculcabis Leonem, & Draconem.* Petrus Epiſt. 1. cap. 5. *Tanqnam Leo rugiens, circuit quærens quem devoret.* Aliquando etiam bonam habet, & ipſum Chriſtum ſignificat, ut in Apocalypſi cap. 5. *Vicit Leo de Tribu Juda*: & Geneſ. cap. 49. *Catulus Leonis Juda.* Non ergo quia miſtio vini cum aqna aliquando habeat malam ſignificationem, damnanda eſt in Calice Domini, cùm & omninò bouam in eo habeat.

144. Inquinnt tamen, hujuſmodi miſtionem ſignificare Aquam & Sanguinem, ex latere Salvatoria fluentes: Hæc tamen ratio, ajunt, non convincit aquam in Calice miſcendam vino, quia Saugnis, & Aqua quæ de latere fluxerunt Salvatoris, ſine ulla miſtione manarunt. Quòd ſi dicatur per illam miſtionem ſignificari uuionem Chriſti cum Eccleſia, falſum eſſe affirmat Lutherus: quia in Euchariſtia non commemoratur nnio Chriſti cum Eccleſia, ſed tantùm paſſio Chriſti: nam non unimur Chriſto uiſi poſt Sanguinis effuſionem, quæ cauſa fuit noſtræ unionis: proiudè non rectè ante effuſionem, ſive conſecrationem fit illa miſtio ad talem ſignificandam unionem. Porrò ait, ſolum Chriſti Sangninem, ſine ulla cum noſtro permiſtione nos redemiſſe: Nou ergo in Calice, in quo Chriſti paſſio, uoſtraque redemptio repræſentatur, oportet aquam miſcere, nè videamur noſtra velle conjuugere opera cum Chriſti laboribus, quaſi illa non ſuffeciſſent.

145. At ſunt hæc merè Luthericæ cavillationes: Non enim dicimua noa cauſam unicam & præcipuam hujus miſtionis eſſe, quia de latere Salvatoria fluxerunt Sanguis & Aqna, nam plurea Sancti Patrea ſupra allegati, dicuut miſcendam, quia ſic Chriſtua fecit, alii ad ſignificandam unionem Populi, per aquam ſignificati cum Chriſto: alii quia de latere Chriſti fluxerunt Sangnis & Aqua. Attamen vera ratio unica & priucipalis eſt, quia ſic docuerunt Apoſtoli, qnia talia eſt traditio Eccleſiæ nniverſalis, quam ſemper retinuit. Cur ita voluerint, aut juſſerint Apoſtoli, Eccleſiaque ipſa præceperit, diverſæ à Patribua allegantur cauſæ, quæ ſunt ſupra allegatæ: Sed illæ corroboraut, & firmant traditiouem Apoſtolicam, qnam ſupponunt.

146. Cæterum non negamus Aquam & Sanguinem, quæ de latere Salvatoria fluxerunt ſine commiſtione manaſſe; verum tamen eſt, quod ſi iu Vaſe aliquo Aqna illa fuiſſet cum Sanguine recepta, commiſta fuiſſet cum eo: quomodo aqua commiſcetur vino in Calice, in qno recipiuutur. Neque dicimus noa Sauguinem & aquam, quæ fluxerunt de latere Salvatoris ſignificare aquæ cum vino in Calice miſtionem: benè verò duo Sacramenta, juxta Auguſtini, & Theophylacti, aliorumque Patrum doctriuam. Sed è contrario ſenſu aſſerimua, ejuſmodi aqnæ cum vino miſtionem ſignificare, & repræſentare Aquam, & Sanguinem de latere Salvatoris manautes. Nou enim idem eſt repræſentari, & repræſentare, ſignificari, & ſignificare. Aqna & Sanguia de latere Salvatoris, non repræſentarunt aquam & vinum

in Calice, ſed repræſentantur per miſtionem aquæ cum vino in Calice.

147. Falſum inſuper eſt, in Sacramento Euchariſtiæ non commemorari unionem Chriſti cum Eccleſia: nam Paulus in Priori ad Corinth. cap. 10. apertè teſtatur, dum ait: *Unus panis, & unum Corpus multi ſumus, qui de uno pane participamus*. Principaliter ergo commemoratur in Sacramento Euchariſtiæ paſſio Chriſti: Sed de ſecundario etiam ejuſdem paſſionis effectus, qui eſt, ut omnes unum corpus cum Chriſto efficiamur. Neque obſtat quòd miſtio aquæ cum vino ante conſecrationem fiat: Nam non ideo tunc fit, ut pro illo tunc talem unionem ſignificet, ſed ut illam poſt conſecrationem repræſentet; Panis quoque ex multis granis confectus, ſignificat in Euchariſtia Fidelium unionem; non tamen ante conſecrationem, ſed poſtea.

148. Porrò non fit illa commiſtio ad ſignificandam conjunctionem operum noſtrorum cum Chriſti paſſione: nemo ex Patribus, immò ex Catholicis hactenus aſſerere hoc neque ſomniavit. Proindè aqua miſta in Calice ante conſecrationem, dùm offertur, populum Chriſto unitum minimè repræſentat, bene verò aquam, quæ fluxit de latere Salvatoris, quatenus poſtea vino incorporata poſt conſecrationem ſignificet unionem populi cum Chriſto conſecutam velut paſſionis effectum, ut ſupra adnotavimus. Neque oblatio aquæ & vini, quæ fit ante conſecrationem Sacrificium dici poteſt, cùm ſit oblatio ſolius materiæ conſecrandæ. Quæ verò fit oblatio poſt conſecrationem, quæ ad verum ſpectat Sacrificium, non eſt aquæ & vini, ſed veri Corporis, & Sanguinis Jeſu Chriſti: nam offertur quidquid re ipsâ eſt in Calice, non quod eſt in eo ſignificativè: In Calice re ipsâ poſt conſecrationem eſt Sanguis Chriſti Corpori, Animæ, & Divinitati unitus: populus verò eſt ibi tantùm ſignificativè, proindeque non populus offertur, ſed Sanguis Chriſti unitus Corpori, & Animæ, ac Divinitati: & ideo nullatenus aſſeri poteſt, nos dum aquam vino miſtam in Calice offerimus, velle opera noſtra cum Chriſti conjungere laboribus.

149. Denique S.Martyr Cyprianus, cujus ſunt rationes ſuprà allegatæ in eadem Epiſtola docet etiam per aquam & farinam in pane idem denotari quod per vinum & aquam in Calice, cùm dicat: „Sic verò „Calix Domini non eſt aqua ſola, aut vinum ſolum, niſi utrumque ſubmiſceatur, „quomodo nec corpus Domini poteſt eſſe „farina ſola, aut aqua ſola, niſi utrumque „adunatum fuerit, & copulatum, & panis „unius compage ſolidatum. Quo & ipſo Sacramento populus noſter oſtenditur adunatus, ut quemadmodum grana multa in „unum collecta, & commolita, & commiſta, panem unum faciunt: *Sic in Chriſto*, qui eſt Panis Cæleſtis, unum ſciamus „eſſe Corpus, cui conjunctus ſit noſter numerus & adunatus.„ Itaque ſi reiicienda foret aqua à Sacrificio nè populus cum Chriſto Deo Patri videretur offerri; reiicienda quoque eſſet aqua à pane in Sacrificio, cùm aqua in pane ſecundùm Martyrem Cyprianum idem habeat ſignificatum, quod habet cum vino in Calice permiſta.

150. An porrò æquè neceſſaria ſit aqua in Sacrificio, ac vinum controverti poteſt propter verba S.Martyris Cypriani in eadem Epiſtola ſcribentis: „Sic autem in Sanctificando Calice Domini offerri aqua ſola „non poteſt, quomodo nec vinum ſolum „poteſt: nam ſi vinum tantùm quis offerat, „Sanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis: Si „verò aqua ſit ſola, Plebs incipit eſſe ſine „Chriſto: quando autem utrumque miſcetur, & adunatione confusâ ſibi invicem „copulatur, tunc Sacramentum ſpiritale, „& cæleſte perficitur.

151. Communis tamen Theologorum Sententia eſt, vinum in Sacrificio neceſſarium eſſe neceſſitate Sacramenti, miſtionem verò cum aqua, neceſſitate præcepti, adeout ſolâ aquâ non habeatur Sacramentum, poſſe tamen haberi ſolo vino, abſque aquæ miſtione. Neque Cyprianus vult tantæ neceſſitatis eſſe aquam, quantæ eſt vinum. Nam in ejus ſententia, vinum cenſetur neceſſarium ad perfectionem Sacramenti, aqua verò ad perfectionem ſolius ſignificationis. & ideo dicit: quòd ſi offeratur ſolum vinum, incipit eſſe Sanguis Chriſti ſine plebe: ergo ex ſolo vino habetur Sanguis Chriſti, qui ſpectat ad ſubſtantiam Sacrificii, & Sacramenti, licèt ſine plebe, ex deficientia ſcilicet ſignificati, quia ſine tali miſtione non ſignificat plebem Chriſto unitam. Dùm porrò ſubjungit, quòd ſi offeratur ſola aqua incipiat eſſe plebs ſine Chriſto, indicat nullum eſſe Sacramentum, ſive quòd ſolâ aquâ nullo pacto habeatur Sacrificium, vel Sacramentum, quod ſine Chriſto eſſe non poteſt: utrumque ergo neceſſarium dicit, unum ad habendam veritatem Sacramenti, alterum verò propter adæquatam, perfectamque ſignificationem. Sed ſi deſit ſecundum, nimirum aquæ commiſtio adſitque vinum, habetur veritas Sacramenti, ſecus ſi adſit aqua, deficiatque vinum; non ergo ſunt ad Sacrificium æqualis neceſſitatis.

152. Inſtant inſuper: Beatum Martyrem Cyprianum probare aquam vino in Calice miſcendam ex Divina traditione: „Admonitos autem nos ſcias, *inquit*, ut in Calice offerendo Dominica traditio ſervetur, „neque aliud fiat à nobis, quàm quod pro „nobis Dominus prior fecerit: ut Calix, „qui in commemoratione ejus offertur, „miſtus vino offeratur.„ Ex quibus videtur

tur

tur æqualis neceſſitatis eſſe aquam in Sacrificio, ac eſt vinum: Si enim ex Dominica traditione tam aqua, quàm vinum adhiberi debent in Sacrificio, ſequitur quòd ſint æqualis neceſſitatis, & hac forte de cauſa Concilium Tridentinum anathematizat eos, qui docent non eſſe aquam vino in Calice miſcendum.

153. At verba Cypriani reſpectivè ſunt intelligenda: cùm enim ea in Epiſtola contra Aquarios agat, qui ſolâ utebantur aquâ in Sacrificio, ex Dominica traditione eos redarguit, quia Dominus non in aqua, ſed in vino conſecravit: quod ex ſubſequentibus liquet, cùm ſubjungat: *Nam cùm dicat Chriſtus, ego ſum vitis vera: Sanguis Chriſti, non aqua eſt utique, ſed vinum*. Porrò miſtionem aquæ cum vino, non refert ad Dominicam Traditionem, ſed ad Eccleſiaſticam Diſciplinam ex Apoſtolica deſcendentem traditione: niſi ſub nomine Dominicæ traditionis veniat Chriſti exemplum, quantùm ad aquæ miſtionem, non Chriſti præceptum, quod præceptum & exemplum ſimul ſolùm referri debet ad vini oblationem, non ad aquæ miſtionem, erga quam ſolius Eccleſiæ urget præceptum, Chriſti verò exemplum dumtaxat. Quod optimè adnotarunt Patres Concilii Tridentini ſeſſ.22. cap. 7. ſuprà cit. Neque præfatum Concilium anathematizat eos, qui aſſerunt non ex Divino præcepto aquam eſſe miſcendam in Sacrificio: Sed eos, qui aſſerunt præfatam miſtionem repugnare inſtitutioni Chriſti. *Si quis dixerit aquam non miſcendam eſſe vino in Calice offerendo, eo quòd ſit contra Chriſti inſtitutionem; anathema ſit*. Ita Concilium: aliud eſt dicere eſſe contra Chriſti inſtitutionem, aliud verò non eſſe præceptum à Chriſto: primum hæreticum eſt, non ſecundum; nam præcepiſſe Chriſtum hanc miſtionem tanquam quid neceſſarium ad Sacramentum, Eccleſia nunquam docuit: exemplum tantùm dediſſe credit Eccleſia, quo ſundata in exemplo, ipſa præceptum dedit.

154. Verum tamen eſt ætate S.Bernardi quoſdam fuiſſe hujus opinionis defenſores, aſſerentes nimirum eſſe de neceſſitate Sacramenti, ut aqua vino miſceretur in Calice. Hæc tamen fuit paucorum opinio, quam non recepit univerſalis Eccleſia. Neque idem Bernardus ei aſſenſum præbuit, quamvis neque confutaverit: quare in Epiſtola 69. ſic ſcribit: „ Ajunt tamen, neſcio „ quem alium aliud ſenſiſſe Scriptorem: non „ poſſe videlicet abſque tribus, ideſt, pane, „ vino, & aqua, hoc Sacrificium eſſe; itaut „ ſi quodlibet horum deeſſe contigerit, re„ liqua non Sanctificentur. Sed de hujuſmo„ di, unuſquiſque in ſuo ſenſu abundat. *Hæc Bernardus*.

155. Denique prætermittenda non eſt conceſſio illa, quæ ab Innocentio VIII. legitur facta Norvegiis, ut ſine vino Calicem Sacrificarent, prout refert Volaterranus lib.7. Geographiæ cap. *Saxones Cymbrj, Populique uſque ad Viſtulam*, inquiens: „ Nor„ vegiæ Innocentii VIII. Pontificis conceſſio„ ne permiſſum ſinè vino Calicem Sacrifica„ re, quòd ob immenſa frigora vinum in „ ea regione importatum aceſcat. Cujus rei „ gratiâ legatio miſſa. „ Qua ſtante conceſſione, videtur abſquè vino poſſe Sacrificium incruentum fieri.

156. Attamen ſatis dubia videtur hujuſmodi Conceſſio, cùm uno excepto Volaterrano, à nemine referatur: non enim tam altum ſilentium foret apud alios Scriptores ſi allata hiſtoria veritatem præſeferret: ac ita hujuſmodi Innocentii allegatum Decretum pro ſuppoſititio habendum cenſeo. Sciebat namque optimè Innocentius Sacrificium ſine vino pro altera parte minimè confici poſſe, deficiente materiâ neceſſariâ ſecundùm Salvatoris doctrinam, nec verum & integrum eſſe Sacrificium in una dumtaxat confectum ſpecie, cùm ex Evangelica hiſtoria conſtet inſtitutum in duplici ſpecie: Voluiſſe ergo diſpenſare præter Chriſti Domini Inſtitutionem, ut in una ſpecie tantùm conficeretur, longè abeſt à probabilitate.

COMMENTARIUS

In Hæreſim VII.

157. A*Damum eſſe ad inferos damnatum*) Hanc hæreſim à Marciona hauſerunt Encratitæ & Tatianus, prout adnotavimus 1. parte, cap. 22. num. 51. & num. 61. in Commentar. in Hæreſim V. Marcionis, & Marcioniſtarum. Plura fabuloſa de Adam & filiis ejus antiqui Hebræorum Rabbini commenti ſunt, referente Raymundo Martino par. 3. Pugionis fidei diſt. 2. cap.5. à num. 15. & ſeqq. Etenim inter alia, ex Gloſſa Rabbi Salomoh, ſuper illa verba Geneſ. cap. 4. verſ. 1. *Adam cognovit uxorem ſuam*, aſſerunt, antequam primi parentes de horto expellerentur voluptatis, Adam cognoviſſe Evam uxorem ſuam. Et ex Gloſſa Rabbi Eleaſer in Bereſchit Rabba, dicunt in illa prima die, quâ conditi fuerant, coiſſe ſimul, ac genuiſſe filios, & filias: & ſecundùm expoſitionem Rabbi Joſua, eâdem quoque die quinque genuiſſe filios, Cainum ſcilicet, & Sororem ejus gemellam: Abelem, & duas ipſius Sorores pariter gemellas.

158. Inſuper luxiſſe utique Adam per annos plurimos fatentur, eoque tamen luctus tempore, ut tradidit Rabbi Hjeremias in lib. Eurubbin, genuiſſe Dæmones, & Spiritus, & Spectra, ſive Noctes, ideſt ſpeciem quandam Dæmonum. Confirmat hoc ex doctrina tradita per Rabbi Simonem ſuper

illa verba Geneſ. cap. 3. *Et vocavit Adam uxorem ſuam Chauua Eva, quia ipſa fuit Mater omnis viventis*, ubi prædictua Rabbi ita „ gloſſat : „ Mater omnis viventis, ideſt „ Mater omnium viventium . In omnibus „ enim centum & triginta annis, in quibua „ ſeparavit ſe Adam ab uxore ſua, conce„ pit, & peperit Eva ſpiritus maſculos, & „ Adam ſpiritus fœmineos „. Hæc & alia inſulsè fabulantur Judæi.

159. Sed inter hujuſmodi fabulas, non ſunt tamèn auſi adverſari ſaluti Adæ, quinimmò apertis verbis tradunt Adamum inveniſſe miſericordiam apud Deum, conſecutumqne eſſe ſalutem, quarè ut idem Raymundus refert, dict. cap. 5. num. 12. Gloſſa, quæ habetur in lib. Bereſchit Rabba, ſuper illud Geneſ. cap. 3. verſ. 23. *Et emiſit illum Dominus Deus de Horto voluptatis ad excolendam terram, de qua ſumptus fuerat*, Rabbi Joſua ait : „ Cùm proprieta„ te judicii, & miſericordiæ creavit ipſum. „ *Et Rabbi Nebemias* : Emiſſus eſt de Pa„ radiſo in hoc Sæculo, ſed in futuro non „ erit emiſſus. *Altera gloſſa ſubjungit*. Ju„ vat autem dictum hujus Rabbi Nehe„ miæ, illud quod ſcriptnm eſt in fine „ pſalmi 17. verſ. 19. *Ego per juſtitiam con*„ *templor faciem tuam, & ſatiabor cùm evi*„ *gilaverit, vel ſurrexerit forma, ſivè Imago*, „ *ſivè Fignra tua*. In illa hora ergo, ſcili„ cèt Deus, juſtificabo eum, ſcilicèt Ada„ mum, ab illa ſententia . Dixit David: „ & in illa hora, quando ſcilicèt evigilabit, „ vel reſurget; ille, qui eſt in forma, ima„ gine, vel ſimilitudine tua; ſatiabor, & „ in juſtitia, vel per juſtitiam, videbo fa„ ciem tuam. „ *Hactenus gloſſa*. Non ergo Judæi contendunt Adæ ſalutem, quod faciunt hæretici Marcioniſtæ, & Encratitæ.

160. Adverſùs quam hæreſim Eccleſiæ univerſalis conſenſus clamat : neque obſcurè ipſamet Sancta Scriptura Adæ ſalutem demonſtrat, dum in libro Sapien. cap. 10. num. 1. dicit : *Hæc illum, qui primus formatus eſt à Deo Pater orbis terrarum, cùm ſolus eſſet creatus, cuſtodivit, & eduxit illum à delicto ſuo, & dedit illi virtutem continendi omnia*. Proindè S. Auguſtinus epiſt. 99. ad Evodium data, ſcribit : „ Et de illo „ quidem primo homine patre generis hu„ mani, quòd eum ibidem ſolverit, Eccle„ ſia ferè tota conſentit, quod eam non ina„ nitèr credidiſſe credendum eſt, undecum„ que hoc traditum ſit, etiam ſi canonica„ rum ſcripturarum hinc expreſſa non pro„ feratur authoritas : quanquam illud, quod „ in libro ſapientiæ ſcriptum eſt; *hæc il*„ *lum, qui primus factus eſt patrem orbis* „ *terrarum, cùm ſolus eſſet creatus, cuſto*„ *divit, & eduxit illum à delicto ſuo, & de*„ *dit ei virtutem continendi omnia*, magis „ pro hac ſententia, quàm pro ullo alio „ intellectu facere videatur : Hæc S. Au„ guſtinus.

161. Item Origenes homil. 35. in Matthæum edit. Accademiæ Pariſiorum de anno MDXII. notans locum ubi Crucifixus eſt Dominua, & ſepultus; ait : „ Venit enim „ ad me traditio quædam talis. Quod Cor„ pus Adæ primi hominis ibi ſepultum eſt, „ ubi Crucifixus eſt Chriſtus : ut ſicut in „ Adam omnes moriuntur : Sic in Chriſto „ omnes vivificabuntur ; ut in illo loco, „ qui dicitur Calvariæ locus : ideſt, locus „ capitis : caput humani generis reſurrectio„ nem inveniat cum populo univerſo per „ Reſurrectionem Domini Salvatoris, quà „ ibi paſſus eſt, & reſurrexit. Inconveniens „ enim erat, ut cùm multi ex eo nati „ remiſſionem acciperent peccatorum, & be„ neficium reſurrectionis conſequerentur ; „ non magis ipſe pater omnium hominum „ hujuſmodi gratiam conſequeretur. *Ha*„ *ctenus Origenes*.

162. Hoc idem adnotat S. Athanaſius in Sermone de Paſſione, & Cruce Domini, „ ubi ait : „ Neque in alio loco crucifigi„ tur, quàm in Calvariæ loco, quem Ma„ giſter Hebræorum dicit ſedem eſſe ſepul„ chri Adæ. Ibi enim poſt maledictionem „ eum humatum eſſe aſſeverat. Quòd ſi ità „ ſe res habet, miror ejus loci genium, & „ proprietatem. Congruum enim erat, Do„ minum quùm vellet revocare primum „ Adam, in eo loco pati, ut illius aboli„ to peccato, ab univerſo ejus genere illud „ profligaret. Iam verò quia audierat Adam, „ *Terra es, & in terram reverteris*, ideo il„ lic denuò poſitus eſt, ut Adamum inibi „ inventum, à maledictione liberaret, & „ pro Iſtis verbis : *Terra es, & in terram* „ *reverteris*, eidem diceret : *excitare qui dor*„ *mis, & illuminabit te Chriſtus*, & rursùs, „ ſurge, age, & ſequere me, ut non ulte„ riùs in terra conſiſtas, ſed ad Cœlos aſcen„ das. *Ità Athanaſius*.

163. Hiſce tamen teſtimoniis adverſari videtur S. Hieronymus in cap. 27. Matthæi, ad illa verba. *Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod eſt Calvariæ locus*. ubi tradit, non eſſe dictum Calvariæ locum, quia ibi ſepultus fuerat Adam, ſed quia locus erat decollatorum, à quo nomen Calvariæ deſumpſerat : qua de cauſa, & ibidem cum eo crucifixi fuerunt duo latrones, tanquam in loco ubi Rei morte plectebantur. Subjungit poſteà Adam ſepultum juxta Hebron, & Arbæ, ut habetur in libro Joſue cap. 14. Verùm in Epiſtola 44. novæ edit. quæ eſt Paulæ, & Euſtochii ad Marcellam, preallegata Patrum ſententia recipitur, cùm in ea ſcriptum legatur : „ Deni„ que ut multò ordinatius aliquid proferamus, antiquiora repetenda ſunt. In hac „ Urbe, immò in hoc tunc loco, & habi-

„ taſ-

„ taſſe dicitur, & mortuus eſſe Adam; Un-
„ dè & locus, in quo Crucifixus eſt Do-
„ minus noſter Calvaria appellatur: Sci-
„ licèt, quòd ibi ſit antiqui hominis cal-
„ varia condita, ut ſecundus Adam, & San-
„ guis Chriſti de Cruce ſtillans, primi A-
„ dam & jacentis protoplaſti peccata dilue-
„ ret: & tunc ſermo ille Apoſtoli complere-
„ tur: Excitare, qui dormis, & exurge
„ à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.

164. In qua quidem ſententia fuit, & Ma-
gnus Baſilius in Commentar. ad cap. 5. Iſa-
„ iæ, ubi ait: „ Obtinuit fama quædam, in
„ Eccleſia memoriam conſervans, non qui-
„ dem ſcripto proditam, quæ & talis eſt,
„ quòd prima utique Judæa hominem habe-
„ bat incolam, nimirùm Adam ſimul atque
„ excidit deliciis Paradiſi, in hac terra col-
„ locatum, ad mitigandam jacturam bono-
„ rum, quibus fuerat exutus. Prima igitur
„ etiam mortuum hominem excepit, qui &
„ illic eam cui addictus erat ſententiam con-
„ demnationis plenè eſt exequutus. *Et pau-
„ cis interjectis*: Probabili ratione potuit Noë
„ non ignoraſſe Sepulchrum principis hujus,
„ & mortalium omnium primigenii: Siqui-
„ dem hac de re fama à diluvio mox per
„ orbem propagata eſt, ab ipſo & dimana-
„ vit, eoque Dominus excuſſa origine hu-
„ manæ mortis in loco, qui *Cranion*, dici-
„ tur, ideſt, Calvaria paſſus eſt, ut quo in
„ loco corruptio, ſivè mors hominum ini-
„ tium accepit, illic vita regni ſuum ſume-
„ ret exordium. Et quemadmodum mors
„ invaluit in Adam: ita & in Chriſti mor-
„ te inefficax redderetur, & peſſum iret.
Hactenus Baſilius. Suffragatur S. Joannes Chry-
ſoſtomus homil. 84. in cap. 19. Joannis in-
„ quiens: „ *Et exivit in eum, qui dicitur
„ Calvariæ locus*. Ubi quidam dicunt, Adam
„ & mortuum, & ſepultum eſſe: & Jeſum,
„ ubi mors dominata eſt, ibidem trophæum
„ erexiſſe, hoc eſt, Crucem, quam tulit
„ contra mortis tyrannidem.

165. Deindè in terminis propriis Tertul-
lianus in libro 2. adverſ. Marcionem cap. 25.
tradit Adamum conſecutum eſſe æternam ſa-
„ lutem, inquiens: „ Nam & ſi Adam pro-
„ pter ſtatum legis deditus morti eſt: Di-
„ cente Domino: *Ecce Adam factus eſt tan-
„ quam unus ex nobis*. De futura ſcilicet
„ adlectione hominis in Divinitatem. De-
„ nique, quid ſequitur: *Et nunc nequando
„ extendat manum, & ſumat de ligno vitæ,
„ & vivat in ævum*. Interponens enim &
„ nunc præſentis temporis verbum, tempo-
„ ralem, & ad præſens dilationem vitæ fe-
„ ciſſe ſe oſtendit. Ideoque nec maledixit
„ ipſum Adam, nec Evam, ut reſtitutionis
„ candidatos, ut confeſſione relevatos. „
Hæc Tertullianus, qui ut totum confirmet
librum ſuum de Pœnitentia, hiſcè concludit
„ verbis: „ Peccator omnium notarum cùm
„ ſim, nec ulli rei, niſi pœnitentiæ natus,
„ non facilè poſſum ſuper illã tacere, quam
„ ipſe quoque, & ſtirpis humanæ, & offen-
„ ſæ in Dominum Princeps Adam exomologeſi
„ reſtitutus in Paradiſum ſuum, non tacet.

166. Epiphanius porrò in hæreſi 46. ex
profeſſo agit contra præfatam hæreſim, eam-
que ſub num. 3. impugnat, inquiens;
„ Qui porrò convenit Adam, quem pro de-
„ ſperato habes, à ſalute alienum eſſe; cùm
„ Dominus ipſe Jeſus Chriſtus, in hunc
„ mundum veniens vitâ jam defunctos ho-
„ mines corpore ipſo ſuſcitarit: uti Laza-
„ rum, ac Viduæ filium, & Synagogæ Prin-
„ cipis filiam? Nam ſi is nequaquam Ada-
„ mum initio de terra formaſſet, cur in
„ humum deſpuens lutum faceret, ejuſque
„ qui cæcus natus fuerat oculis illiniret,
„ eique viſum redderet? Quo facto condi-
„ torem ſe eſſe cum Patre, ac Spiritu San-
„ cto manifeſtè declaravit, cùm partem il-
„ lam, quæ cæco nato deerat, adſperſo lu-
„ to, mutilato corporis membro reſtituit,
„ ut enim mancum iſtud membrum corrige-
„ ret, hoc egiſſe videtur.

167. „ Jam verò ſi Adamum Dominus
„ ipſe fabricavit, ac primum illud ſuum
„ opus nihilominus exterminat, dùm reli-
„ quos interim ſervat; quanta hæc, Ta-
„ tiane, ſtultitia eſt? imbecillitatem enim
„ Domino quantùm in te eſt affingis, qui
„ cùm hominem, quem ante omnes effin-
„ xerat, ob unicum violati mandati crimen
„ è Paradiſo depulſum, nec mediocri animaver-
„ ſione caſtigatum, ut ætatem ſuam perpe-
„ tuo ſudore, ac labore tranſigeret, atque
„ è Paradiſi regione degeret, quò ex feli-
„ cis domicilii recordatione vehementèr eum
„ peniteret; hunc inquam ſervare minimè po-
„ tuerit, aut ut potuerit, miſericordiam ei
„ nullam adhibuerit.

168. „ Quid enim cauſæ fuit cur Chri-
„ ſtus ad inferos uſque deſcenderet: aut tri-
„ duo ſepultus poſt paſſionem reſurgeret?
„ Qui porrò iſtud impletur, *ut mortuis, vi-
„ viſque dominetur*? Qui ſunt vivi illi mor-
„ tuique, niſi, qui tàm infra, quàm ſupra
„ terram ope illius indigebant? Poſſunt verò
„ quæ ex maſsâ illâ decerpta ſunt eſſe ſancta,
„ niſi maſſa ipſa ſit ſancta, ut apud Apoſto-
„ lum legimus? Qui de Eva loquens: *Salva-
„ bitur*, inquit, *per liberorum generationem;
„ ſi in fide, ac juſtitia permanſerint*. „ Hæc
Epiphanius, qui ſub num. 5. ſubjungit ea,
quæ ex aliis Patribus retulimus de Calvariæ
loco; ubi Crucifixus eſt Dominus, ſic dicto
à Calvaria Adami ibidem ſepulti, defoſſa,
atque reperta, quo in loco: „ Dominus no-
„ ſter Jeſus Chriſtus, *inquit*, ſublatus in Cru-
„ cem, per aquam illam, & ſanguinem ex
„ ejus perforato latere profluentem, velut ima-
„ ginem quandam, totum ſalutis noſtræ ne-
„ gotium adumbravit, dum Primi Parentis
„ reli-

„ reliquias ab ipſo maſſæ principio rigare
„ cœpit, ut ad detergendam labem fœdita-
„ temque noſtram, ac pœnitentis animæ re-
„ purgationem ſui Sanguinis aſperſionem
„ oſtenderet: atque ad ſubactionem quandam,
„ commiſtionemque ſignificandam, ac noſtra-
„ rum ſordium, hoc eſt, ſcelerum, expiatio-
„ nem, aquam illam in ſubjectum hominem,
„ ibidemque ſepultum diſtillaſſe monſtraret:
„ ac tàm ipſum, quàm nos ejus poſteros ad
„ ſpem conſequendæ ſalutis erigeret.

169. Deniquè cunctis allegatis Patribus
antiquior Irenæus adversùs ejuſmodi hæreſim,
Adæ ſalutem defendit lib. 3. cap. 34. non ſolâ
authoritate, verùm & non contemnendis ra-
tionibus, quarum prima eſt, Deum potuiſſe
ſalvare Adamum, qui potuit ex ejus filiis de
Satanæ poteſtate plures eripere: neque noluiſ-
ſe, jam potentem ſalvare, dici de Deo poteſt,
nè adversùs Chriſtum elatus Satan, hanc ſibi
uſurparet gloriam, quòd cum primis ſpoliis
invictus conſiſteret. „ Cùm autem ſalvatur
„ homo, *inquit*, oportet ſalvari eum, qui
„ prior formatus eſt homo, quoniam nimis ir-
„ rationabile eſt, illum quidem, qui vehemen-
„ ter ab inimico læſus erat, & prior captivi-
„ tatem paſſus eſt, dicere non eripi ab eo, qui
„ vicerit inimicum, ereptos verò filios, quos
„ in eadem captivitate generavit: nec victus
„ quidem adhuc parebit inimicus, ipſis veteri-
„ bus ſpoliis manentibus apud eum.

170. Altera inde ratio ab Irenæo allegata
cap. 35. in eo ſita eſt, quòd Deus nequaquam
Adæ, & Evæ maledixerit, ſed ſerpenti dum-
taxat & terræ, proindè non videtur veriſimile
ſubjectos æternæ manſiſſe damnationi, quos à
maledictione immunes reddidit: „ Propter
„ hoc, inquit, in initio tranſgreſſionis Adæ,
„ ſicut enarrat Scriptura, non ipſum maledi-
„ xit Adam, ſed terram in operibus ejus, quem-
„ admodum ex Veteribus quidam ait: quo-
„ niam quidem tranſtulit Deus maledictum in
„ terram, ut non perſeveraret in homine. Con-
„ demnationem autem tranſgreſſionis accepit
„ homo tædia, & terrenum laborem, & man-
„ ducare panem in ſudore vultus ſui, & con-
„ verti in terram, ex qua aſſumptus eſt. Si-
„ militèr autem & mulier tædia, labores, &
„ gemitus, & triſtitias partus, & ſervitium;
„ ideſt, ut ſerviret viro ſuo, ut neque maledi-
„ cti à Deo in totum perirent, neque ſinè in-
„ crepatione perſeverantes, Deum contem-
„ nerent. Omnis enim maledictio devenit in
„ ſerpentem, qui ſeduxerat eos.

171. Tertia poſtmodum ratio deſumpta
eſt ex ipſius Chriſti victoria, quæ quidam nec
abſoluta, nec omninò plena extitiſſet, non li-
berato homine, cui primùm dominata eſt
mors. Proindè ſub cap 28. ait: „ Liberato ho-
„ mine, fiet quod ſcriptum eſt: *Abſorbta eſt*
„ *mors in victoria. Ubi eſt mors victoria tua?*
„ *ubi eſt mors aculeus tuus?* Quod non pote-
„ rat juſtè dici, ſi non ille liberatus fuit, cui
„ primùm dominata eſt mors. Illius enim ſa-
„ lus evacuatio eſt mortis. Domino igitur
„ vivificante hominem, ideſt, Adam; eva-
„ cuata eſt mors.

172. Quarta tandem Irenæi ratio, in eo
ſita eſt, quòd optimo Paſtori, qualis eſt Do-
minus Jeſus Chriſtus, quærere incumbit pri-
mam aberrantem, pereuntemque ovem, eam-
que ad ovile reducere, ſalvamque reddere: Et
ita Adamum, velùt primam errantem ovem,
quærere oportebat, ipſumque ad Cœleſte ovi-
le reducere, ne eo perdito, univerſum perde-
retur genus humanum: Hinc ſub cap. 39. ait:
„ Mentiuntur ergò omnes, qui contradicunt
„ ejus ſaluti, ſemper ſe ipſos excludentes à
„ vita, in eo, quòd non credant inventam
„ ovem, quæ perierat. Si autem illa non eſt
„ inventa, adhuc poſſidetur in perditione
„ omnis hominis generatio. Mendax ergo is,
„ qui prior hanc ſententiam, immò hanc igno-
„ rantiam, & cecitatem induxit Tatianus.
„ Connexio quidem factus omnium hæreti-
„ corum, quemadmodum oſtendimus; hoc
„ autem à ſemetipſo adinvenit, uti novum
„ aliquid præter reliquos inferens, vacuum
„ loquens, vacuos à fide auditores ſibi præ-
„ pararet. *Et paulò poſt concludens ſubjun-*
„ *git*. Hi qui contradicunt ſaluti Adæ, ni-
„ hil proficiunt, niſi quòd ſemetipſos hære-
„ ticos, & Apoſtatas faciunt veritatis, &
„ advocatos ſe ſerpentis, & mortis oſtendunt.
„ *Hactenus Irenæus*.

173. Cavendum eſt à Ruperto Abbate,
relato à Natali Alex. in diſſert. 17. ſeculi 2.
qui incertam Adæ ſalutem dicit, citatque Sal-
vianum negantem, & addit, à nullo ſatis fir-
mitèr defendi. Id ſanè quod omninò falſum
eſt, cùm ex allegatis Patribus ſatis conſtet,
quomodo firmitèr defenſa ſit. Et multò ma-
gis cavendum eſt, cùm nè convincatur ex Te-
ſtimonio libri Sapientiæ ſuprà relato, à Cano-
ne ſanctarum Scripturarum præfatum librum
expungit. Cùm conſtet ab Eccleſia univerſa-
li inter canonicas ſcripturas eſſe receptum,
habeaturque in Canone, & ad hoc idem pro-
bandum, eo uſus ſit S. Auguſtinus Epiſt. 99.
cujus teſtimonium retulimus ſupra num. 154.

COMMENTARIUS

In Hæreſim VIII.

174. A*Nimam naturâ ſuâ mortalem*
eſſe.) Hæc fuit Heracleonis
ſententia, de qua egimus in prima parte
cap. 16. num. 28. in Commentario in Hære-
ſim VIII. Heracleonitarum, ubi & plura de
animæ immortalitate diximus. Fortè Tatia-
nus ab Heracleone diſcriminatur in eo, quòd
ille non ſolùm animam naturâ mortalem po-
ſuit, verùm & mori unà cum corpore. Ta-
tianus verò, etſi mortalem dicat, à Deo ta-
men conſervari nè intereat exiſtimat. Verùm
hæc

hæc hæreſis eſt, non minus ac illa. Doctrina enim Catholica eſt, Animam rationalem non eſſe ex ſui natura obnoxiam interitui, ſed abſolutè interitus expertem. Hæc fuit Apoſtolorum prædicatio, relata ab Auctore Apoſtolic. Conſtit. lib. 6. cap. 11. in qua dicitur: „ Animam noſtram incorpoream, & immortalem confitemur, non autem interitui „ obnoxiam ut corpora, immò mortis expertem, utpotè rationalem, ac liberæ poteſtatis.

175. Irenæus quoque hanc hæreſim evertit lib. 5. cap. 7. inquiens: „ Quæ ſunt „ ergo mortalia corpora? Numquidnam animæ? ſed incorruptibiles animæ, quantùm ad comparationem mortalium corporum. inſufflavit enim in faciem hominis Deus flatum vitæ, & factus eſt in „ animam viventem: flatus autem vitæ incorporalis eſt. Sed ne mortalem quidem poſſunt dicere hominem ipſum flatum vitæ exiſtentem. Et propter hoc David ait: *Et anima mea illi vivet*, tanquam immortali ſubſtantiâ unâ ejus exiſtente. Sed neque ſpiritum poſſunt dicere mortale corpus. Quid igitur ſupereſt dicere mortale corpus, niſi plaſma, ideſt caro, de qua & ſermo eſt ei, *quoniam vivificabit eum Deus*? Hæc enim eſt quæ moritur, & ſolvitur, ſed non anima, neque ſpiritus. *Hæc & alia Irenæus*.

176. Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum ex ſuppliciis, pœniſque animabus malis reſervatis, animæ immortalitatem demonſtrat, & quidem in ſententia quoque Barbarorum: nam Philoſophi, & Poetæ ſcripſerunt, Sceleratus igne pœnas luere, ut Homerus in Odyſ. Virgilius lib. 6. Æneid. Plato in Gorgia, & lib. ult. de Republica. Hinc apud eoſdem Tartarum, & fluvios igneos, Acherontemque, Cocytum, & Pyriphlegetontem, quibus caſtigantur animæ „ peccatrices.„ Et rursùs, *inquit Clemens*, „ ſupplicia poſt mortem, & pœnas, quæ „ igne luuntur, à Barbara Philoſophia, & „ univerſa Muſa poetica, & Græca etiam, „ ſurripuit Philoſophia. Plato certè in ultimo de Republica, dicit his verbis. *Hic viri agreſtes aſpectu ignito cùm aſtitiſſent, ſermonem intelligentes, alios quidem ſeorſum aſſumptos, ducebant: Ariđæm autem, & alios cùm colligaſſent, manuſque, & pedes, & caput dejeciſſent, atque eis pellem detraxiſſent, extrà viam non longè trahentes, aſpalathis lacerabant*. Viri enim illi „ igniti ei volunt ſignificare Angelos, qui „ aſſumptos injuſtos puniunt. *Qui facit*, inquit, *Angelos ſuos Spiritus, & Miniſtros ſuos ignem ardentem*. His autem conſequens, animam eſſe immortalem. Qui „ enim punitur, & caſtigatur, cùm ſit ſenſu præditus, vivit etiamſi dicatur pati. „ *Hactenus Clemens*.

177. Hac eadem ratione utitur Origenes in lib. 7, contra Celſum, ut concludat animam eſſe immortalem, inquiens: „ Perſuaſum habent non ſolùm Chriſtiani, & Judæi, verùm etiam multi tàm Græci, quàm „ Barbari, quòd ſuperſit, & quòd vivat „ poſt diſceſſum à corpore humana anima: „ & rationi conſentaneum eſt, quòd quæcumque pura eſt, nulliuſque malitiæ gravata compedibus, ſublimis evolet ad puriora loca ætheris, relictis craſſi corporis „ ſordibus. *Hactenus* Origenes, qui pariter ſuper Cantica tradit defecturam Divinam Juſtitiam, ſi anima mortalis eſſet, quia nec bonorum merces, nec malorum ſupplicia locum haberent.

178. Optimò ergò Eccleſiaſtes cap. 12. verſ. 7. ait: *Et revertatur pulvis in terram ſuam, undè erat, & Spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum*. Ita mortale corpus ab immortali animâ ſecernens. Id quoque quod expreſſit Lucretius, quamvis aliquandò Epicureus compareat, hiſcè nimirum verſibus.

Cedit item retrò, de terra quod fuit ante,
In terras: Et quod miſſum eſt ex ætheris oris,
Id rurſum Cœli fulgentia templa receptant

In quodam inſuper loco, & Ovidius ad rem canit, inquiens:

Bis duo ſunt homines, Manes, Caro, Spiritus, Umbra:
Quatuor iſta loca bis duo ſuſcipiunt.
Terra tegit Carnem, Tumulum circumvolat Umbra,
Orcus habet Manes: Spiritus Aſtra petit.

Eſt ergo conſtans, & firma opinio, etiam apud Ethnicos, paucis exceptis Atheis, atque Epicureis, animam hominis eſſe immortalem, & poſt hominis mortem ad ſupplicia reſervari, vel præmia prout in corpore ſe geſſerat. Hinc Lactantius lib. 3. Divinar. Inſtit. cap. 19. ait: „ Docent Divinæ literæ, non extingui animas: Sed „ aut pro juſtitia præmio affici, aut pœnâ „ pro ſceleribus ſempiternâ. Nec enim fas „ eſt, aut eum, qui ſceleratus in vita feliciter fuerit, effugere quod meretur: aut „ eum, qui ob juſtitiam miſerrimus fuerit, „ ſuâ mercede fraudari.

179. S.Gregorius Neocæſarienſis in libro de Anima ejus immortalitatem nedùm aſſerit, verùm & probat, inquiens: „ Cùm anima corpore careat, ſimplex eſt: Siquidèm nec eſt compoſita, nec plurium partium. Conſequens verò mihi videtur, ut „ quod eſt ſimplex, ſit immortale: Quomodo autem id efficiam, accipe. Nihil

„ ſe

„ ſe ipſum corrumpit: alioquin enim nè ini-
„ tio quidem conſtitiſſet: Sed quæ corrum-
„ puntur, ex contrariis corrumpuntur.
„ Quidquid enim corrumpitur, diſſolvitur:
„ quod diſſolvitur, compoſitum eſt: Com-
„ poſitum multarum eſt partium; quod ex
„ partibus conſtat, ex his nimirum conſtat
„ differentibus: quod autem differena eſt,
„ idem non eſt. Proindè cùm anima ſit ſim-
„ plex, neque ex pluribus conſtet partibus:
„ quia nec compoſita eſt, nec diſſolvi po-
„ teſt, ſequitur ut corrumpi nequeat, & ſit
„ immortalis.

180. Aliâ inſuper ratione utitur ad idem
probandum S.Athanaſius in oratione contra
Idola, ubi ait, „ quòd immortalia ſit ani-
„ ma, id quod neceſſarium eſt cognoſcere
„ ex doctrina Eccleſiaſtica, quò convinci
„ poſſit, Idola eſſe tollenda. *Et poſt aliqua.*
„ Si animam aliam eſſe à corpore ratio de-
„ monſtravit, corpuſque ex natura mortale
„ eſt: neceſſum eſt, animam immortalem
„ eſſe, eo quòd Corpori ſimilitudine nou
„ reſpondeat. Rurſua ſi anima corpna mo-
„ vet, nec ab alio movetur, conſequens
„ eſt, ipſam à ſe moveri, & poſtquam ter-
„ ræ corpus humatum eſt, ipſam rurſus à
„ ſe ipſa moveri. Non enim anima eſt quæ mo-
„ ritur, ſed ob ejus diſceſſum corpus mori-
„ tur. Si igitur illa à corpore movetetur,
„ conſequena eſſet, diſcedente motore, ipſam
„ mori. Quòd ſi anima movet corpua, mul-
„ tò magis neceſſnm eſt, ſibi ſe ipſam mo-
„ tricem eſſe: & quia à ſe movetur, ne-
„ ceſſarium eſt, eam poſt mortem corporis
„ vivere, & ſuperſtitem eſſe.„ *Hactenus Athanaſius.*

181. Deinde Caſſiodorua in libro de Ani-
ma cap. 8. & ipſe immortalem animam pro-
bat, inquiens: „ Immortales animas aucto-
„ res Sæcularium literarum multifariè pro-
„ baverunt, dicentes. Si omne, quod vi-
„ vificat aliud in ſemetipſo vivit; anima
„ autem quoniam vivificat Corpua & in ſe-
„ metipſa vivit; utique immortalis eſt. Di-
„ cunt etiam: omnia immortalia ſimplicia
„ ſunt: anima autem non eſt armonica,
„ neque conſtat ex pluribua, ſed ſimplex
„ natura eſt; Anima igitur immortalia eſt.
„ Iterumque proponunt. Quidquid à con-
„ trarietate originali non corrumpitur, im-
„ mortale jugiter perſeverat: Anima enim,
„ quoniam ſimplex, atque pura eſt, ſine
„ dubio immortalis eſt. Adiiciunt quoque;
„ Si omne rationale, qnod ſe ipſum mo-
„ vet, immortale eſt: anima autem ratio-
„ nalis ſe ipſam movet: igitur immorta-
„ lia eſt.

182. Has ergo rationes Philoſophorum
affert Caſſiodorus, ſubjungit poſtea, quæ
ſunt Chriſtianorum efficaciores rationes,
ſubjungeos: „ Nos autem, immortales eſſe
„ animas, facilè veridicis lectionibus appro-
„ bamus. Nam cùm eas ad imaginem, &
„ ſimilitudinem Auctoria ſui legamus affectas,
„ quia audeat contra Sanctam authoritatem
„ mortales dicere? ut impudenter potiùs aſ-
„ ſeratur eaa, à Creatoris ſui ſimilitudine
„ diſcrepare. Nam quemadmodum poterat
„ eſſe imago, ut ſimilitudo Dei, ſi animæ
„ hominum mortis termino clauderentur?
„ Ille enim ineffabiliter ſemper manens, pe-
„ rennitatem ipſe cuſtodiens, qui omnia
„ continet, omnia diſponit, potena eſt ſine
„ dubitatione immortalis, immortalia face-
„ re, & pro ſuo modulo vitæ competen-
„ tiam dare. Dicet aliquis, quomodo ſum
„ ſimilia Deo, cùm immortalia minimè crea-
„ re valeam? Cui ſic per aliquam compara-
„ tionem reſpondendum eſſe judicamus. Num-
„ quid pictura, quæ oobis eſt ſimilia poteſt
„ imitari quæ facimus? Imago enim aliquam
„ poteſt habere ſimilitudinem, cæterùm hoc
„ non poteſt implere quod veritaa. Nam &
„ hinc immortalem debemua agnoſcere, quòd
„ appetit de æternitate cogitare. Deſiderat
„ enim poſt mortem corporis, ſui nominis
„ famam relinquere: cupit ſine fine laudari,
„ & bona conſcientia plus eſt de futuria at-
„ tonita, nè à poſteris maculetur relata.
„ Hinc eſt, quòd inter ſublimiores conſtat
„ auctores: quia quidquid dignitate rationis
„ erigitur, mortia injuria non prematur.

183. Addit poſtea & aliam rationem de-
ſumptam ex Juſtorum præmio, Sceleratorum
ſuppliciia, ſubjungena: „ Adde, quòd veri-
„ tas abſolutè profitetur, malis juge ſup-
„ plicium, bonia perpetua gaudia ſe da-
„ turam: ut non ſit fas cum hæſitatione re-
„ cipi, quod dignatur Omnipotens Divini-
„ taa polliceri. Verùm hanc immortalitatem
„ animæ, non talem debemua advertere,
„ quæ nullam recipiat paſſionem: eſt enim
„ mutabilitati obnoxia, & mæroribos per-
„ via: ſed tamen inter quævis tædia, vel
„ anxietatea continuationia beneficio per-
„ ſeverat. Singulariter autem immortalis
„ Deus eſt, ſingulariter juſtus, ſingulariter
„ potena, ſingulariter bonua, ſingulariter
„ ſanctus. Quoniam licèt iſta, vel hia ſimi-
„ lia, hominibna, vel Angelis ineſſe dican-
„ tnr, nolla tamen ad ejus altitudinem re-
„ verendæ poteſtatia attingunt. Omnea enim
„ arduæ virtntea in ſummitate illa pleniſſi-
„ mæ, atque perfectiſſimæ ſunt, quæ Crea-
„ turia univerſis ipſius largitate pro ſuo mo-
„ dulo conceduntur. Nunc ſciendum eſt,
„ hæc immortalis anima quemadmodum de-
„ gere ſentiatur. Vivit in ſe poſt hujua Sæ-
„ culi amiſſionem, non reflante Spiritu,
„ ſicut corpua, ſed æquali mobilitate, quæ
„ illi attributa eſt, pura, ſubtilis, cita, æter-
„ na, videt, audit, tangit; ac reliquis ſen-
„ ſibus efficaciùa valet: non jam ex parti-
„ bus ſuis hæc intelligena, ſed omia ſpecia-
„ liter ex toto cognoſcens: Alioquin abſur-
„ dum

„ dum eſt putare, minus poſſe liberam, quàm „ mole brutiſſimi corporis ingravatam. „ *Hæc omnia Caſſiodorus*.

184. Porrò immortalem animam probant Patres ex verbis Salvatoris Matthæi cap. 10. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere*: proinde S.Fulgentius lib. 1. ad Monimum duplicem diſtinguit mortem, unam dicit eſſe, quæ fit per ſeparationem animæ à corpore: alteram poſt reſurrectionem, quando anima ſimul cum corpore eum quo peccavit, ſempiternis traditur crucianda ſuppliciis. „ Duplam Deus mortem, *inquit*, juſtè judicando retribuit. Hoc eſt, primam in ſeparatione animæ, & corporis; ſecundam in æterna cruciatione animæ & corporis. „ Ac per hoc primam, quâ, diſcedente animâ, caro ſola moritur; ſecundam verò, quando rediens in carnem anima, in eadem cum eadem, in qua peccavit, carne torquetur. Ut cum qua communicavit mortem peccati, quod Dei bonitas interdixit homini, cum ipſa communicet mortem ſupplicii, quod paravit Divina juſtitia peccatori. De hac morte Salvator noſter dicit: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Magis autem eum timete, qui poteſt & animam, & corpus mittere in gehennam*.

185. Cui Teſtimonio innixus Felix Papa I. in Epiſtola 2. ſcribit: „ Martyres paſſi ſunt non tamen animæ eorum occiſæ ſunt in corporis paſſione, ore veritatis atteſtante: „ *Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere*. Ubi cognoſci oportet, quòd ſi animæ Martyrum corpore perempto ſuppliciis extingui non poſſunt, nec animæ Prædicatorum, & Doctorum perſequi debuiſſent, aut perturbari, & à Dei famulatu averti: quia cum corporibus non deficiunt. „ Et S.Ambroſius lib. 2. de fide, cap. 3. Divinitatem Chriſti non paſſam, ſed immortalem probat, ex animæ immortalitate: hujus verò immortalitatem ex laudatis Salvatoris verbis: „ Ut homo turbatur, *inquit*, ut homo flet, ut homo crucifigitur. Sic enim & Apoſtolus Paulus dixit: *Quia Chriſti carnem crucifixerunt*. Et alibi Apoſtolus Petrus ait: *Chriſto paſſo ſecundùm Carnem*. Caro igitur eſt paſſa, Divinitas autem mortis libera; Paſſioni corpna naturæ humanæ lege conceſſit. An verò mori Divinitas poteſt, cùm anima non poſſit? *Nolite*, inquit, *timere eos qui corpus poſſunt occidere, animam autem non poſſunt*. Si ergo anima occidi non poteſt, quomodo Divinitas poteſt?

186. Item Iſidorus Peluſiota lib. 3. Epiſt. 235. ad Zoſimum presbyterum data, oſtendit primùm Philoſophos, & Poetas, & Oratores, & Scriptores omnes animæ immortalitatem cognoviſſe, & approbaſſe, adeout impudentia ſit aliter ſentire: deinde ad teſtimonium præallegatæ Scripturæ provocat contradicentem Zoſimum, inquiens: „ Quòd ſi nec externorum Sapientum authoritate commovearis, nec firmiſſimæ huic & neceſſariæ rationi fidem accommodes, utpotè ingenti, atque omni veniâ graviori improbitate oppreſſus, ac demerſus, divinum tibi oraculum recitabimus, per quod animæ immortalitas dilucidis verbis prædicatur. Quid igitur ait? *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere*. Quamobrem ne ob ſingularem, atqua incredibilem quandam admiſſorum à te ſcelerum magnitudinem (nullum enim, ut ajunt, ſceleris genus intactum reliquiſti) impia dogmata tibi ipſi cude: verùm illud perſuaſum habens, immortalem animam eſſe, tanquam qui vindicem illum oculum minimè falſurus ſis, aliquando tandem ab improba vivendi ratione te ipſum exime. „ *Hactenus Peluſiota*.

187. Denique communiter Sancti Patres adversùs hunc pernicioſiſſimum errorem, qui omni ſcelere viam parat, calamum arripuerunt. Et ſanè negatâ animæ rationalis immortalitate, tota ruit Chriſtiana Religio; etenim neceſſe eſt hujuſmodi aſſertores negare adventum Chriſti, omniaque noſtræ redemptionis Myſteria, quæ pro animarum ſalute operata ſunt. Itaque falſum eſſe conſequens eſt, hâc ſtante blaſphemiâ, Dei Verbum de Cœlo deſcendiſſe, & hominem factum, ut hominem redimeret: Non eſſet quid redimendum in homine, ſi poſt mortem nihil maneret, ſi anima unà cum corpore interiret. Peſſima utique hæreſis.

Digitized by Google

COLLATIO
Hæreſum Tatiani, & Encratitarum, cum Hæreſibus Recentiorum Evangelicorum.

188. JAM ſatis vidimus in collatione Hæreſum Valentini par. 1. ſub num. 336. Joannem Sturmium ex recentioribus Evangelicis totam Valentini fabulam de Æonibus renovaſſe, teſte Stanislao Reſcio in Centuriis, verbo *Scholarchæ*. Hinc pro hujus hæreſis Collatione nihil ſuperaddendum reſtat.

189. Legem verò eſſe à malo Deo, certè aſſerunt, qui Sacram Scripturam ex Evangelicis contemnunt. Sane Mulier illa, quæ Londini è ſuggeſtu multis audientibus pronunciavit, in Sacra Scriptura Mendacia eſſe, hominesque ex Scripturis Idolum facere, ut ſcribit Hornius in ſua Eccleſ. hiſtor. Period. 1. art. 3. num. 54. ex conſequenti aſſeruiſſe videtur, Scripturam à Diabolo eſſe, qui eſt pater omnis mendacii. Concordant pariter quotquot in ſuperioribus hæreſum conſimilium collatione retulimus.

190. In eo porrò quòd Tatianus aſſerat Chriſtum eſſe putativè hominem, veramque carnem non induiſſe ſed putativam dumtaxat, illi Evangelici concordant, quos retulimus in Collatione Hæreſis VI. Simonis, & Baſilidis V.

COLLATIO
Hæreſis IV.

191. LIcèt ex recentioribus Evangelicis nemo ſit, quòd ſciam, qui credat Matrimonium à Satana eſſe, Albigenſibus exceptis, ut ex D. Antonino adnotavimus in Collatione hæreſis VI. Saturnini; plures tamen ejus excellentiæ & ſanctitati detrahunt: Nam imprimis univerſi ex Reformatis, ut vocant, negant Matrimonium eſſe Sacramentum: Deinde nolunt eſſe indiſſolubile. Sic Londinenſes Independentes teſte Hornio loc. cit. ſub num. 51. Magiſtratui adſcribunt Matrimonia, Miniſtris verò nonniſi ex Magiſtratus delegatione, adeout nomine Magiſtratus Matrimonia confirment. Tradunt inſuper, merum viri arbitrium etiam ſine uxoris culpâ, nullâ Judicis interpoſitâ cognitione, cauſam eſſe Divortii ſufficientem. Et Georgius quidam ex nova Anglia addidit poſſe uxores viros repudiare ſuos, quoties nolint illam ſequi Eccleſiam, quam ipſę amplectuntur. Concordat & Doctrina tradita in Anglia Anno 1640. quâ firmabatur, licitum eſſe viro uxorem dimittere propter aliquod vitium, & accidens, & virum ipſum eâ in re ſummum eſſe judicem.

C O L L A T I O

Hæreſis V. & VI.

192. TAntùm abeſt, quòd recentiores Evangelici concordent in hac hæreſi cum Encratitis, ut nullam ciborum diſcretionem, neque ab Eccleſia præcipi poſſe, contendant: Immò calumniantur Eccleſiam Romanam quaſi ipſa reaſſumpſerit, & Tatiani, & Encratitarum, & Manichæorum errorem de ciborum delectu. Hinc Lambertus Danæus in opuſcul. de hæreſ. cap. 25. ubi agens de hac Tatiani hæreſi, qua vinum ut illicitum & malum prohibuerit, ait: *Hoc caput Hæreſeos Tacianæ renovarunt Manichæi omninò, & Papiſtæ, ex parte*. Lutherus porrò in Sermone de Simulachris & Delectu ciborum in lib. de Doctrinis hominum vitandis lib. contra Ambroſium Catharinum, & in lib. de Libert. Chriſtiana: licitum eſſe docet quovis tempore cujuſvis cibi uſum. Sic & Calvinus lib. 4. Inſtit. cap. 12. Melancthon in Apol. confeſſ. Auguſt. Art. 15. & 16. Brentius in Confeſſion. Wittemberg. cap. de Jejunio. Ex magis Recentioribus Joannes Dallæus in lib. 1. & 2. de Jejunio, & Jacobus Peceninus in ſua Apologia pro Eccleſia Reform. Art. 4. num. 1. Proinde cuncti Reformati, & ab Eccleſia Romana avulſi, ut gulæ pro libitu ſatisfaciant, nullum volunt cibum quovis tempore interdictum, accuſantes Eccleſiam Romanam quaſi ſecutam Tatiani, Encratitar., & Manichæorum hæreſim: non attendentes tam maximam differentiam inter doctrinam Eccleſiæ Romano-Catholicæ, & Encratitarum, & Manichæorum hæreſim: Iſti enim abſtinentiam à quibuſdam cibis præcipiebant, quia naturâ malos eſſe dicebant, & in hoc erant hæretici. At Eccleſia Romana vult certis temporibus à quibuſdam cibis eſſe abſtinendum, non quia illos malos naturâ credat, quibus aliis poſtea temporibus utendum permittit, ſed ad exercendam virtutem abſtinentiæ, & causâ affligendi, humiliandi corpus, atque carnem caſtigaudi. Itaque Encratitæ hæretici erant, quia vinum interdicebant, ex quo naturâ malum pronunciabant. Recentiores verò Evangelici hæretici ſunt ex hoc, quòd velint liberum cuicumque eſſe quovis tempore uti omnibus cibis, nec in Eccleſia poteſtatem exiſtere pro aliquo tempore interdicendi uſum certorum ciborum. Eccleſia verò Romana & Catholica, contra Encratitas docet nullum eſſe cibum ex natura malum, neque ut talem eſſe prohibendum: contra verò recentiores Evangelicos, tradit eſſe in ea poteſtatem causâ affligendi carnem, exercendæque Virtutis abſtinentiæ, imperandi pro certis quibuſdam temporibus abſtinentiam à quibuſdam cibis, & ſic catholicè, ſivè orthodoxè ſentit.

193. In Hæreſi VI. concordat Beza in Epiſtola ad Thomam Tullium comminiſtrum ſuum data, in qua docet, deficiente pane, & vino, licere Euchariſtiam confici in ea Materia, quæ juxta uſum Regionis ſupplet panis, & vini uſum. „Ubi igitur, *inquit*, panis, aut vini vel nullus eſt uſus, vel nulla certo tempore copia, num Cœna Domini nulla celebrabitur? Imò rite celebrabitur, ſi quod panis, aut vini vicem vel ex uſu communi, vel pro temporis ratione ſupplet, panis, aut vini loco adhibeatur. Hæc enim mens fuit Chriſti, quum panem, & vinum ad hæc Myſteria deligeret, ut propoſitis earum rerum ſignis, quibus corpus noſtrum alitur, veram alimoniam ſpiritualem, velut ab oculos repræſentaret. Itaque à Chriſti Sententia nihil aberrat, qui nullo prorſus novandi ſtudio pro pane, & vino ſubſtituat quæ, etſi non parem, ſimilem tamen alimoniæ analogiam habent.„ *Hæc Beza*.

194. Porrò in Epiſt. 25. quà reſpondet ad Quæſtionem de Abſtemiis, affirmat hanc doctrinam confirmatam, atque approbatam fuiſſe à Calvino, cæteriſque Calvinianis Miniſtris: ait enim in ipſo Epiſtolæ initio. „Rogatus piæ memoriæ vir D. Calvinus à fratribus, qui tum in America, ubi nullus eſt vini

„ uſus, liceret ne pro vino uti in Cœna Domini, vel aquâ ſimplici; quâ ple-
„ runque illic utuntur, vel alio illic non inuſitato potionis genere, reſpondit
„ fuiſſe Chriſti in hoc inſtituendo Sacramento conſilium, ut ſpiritualis alimo-
„ niæ, ideſt ſui ipſius *Choinonian* nobis ſub communis cibi, ac potus Symbo-
„ lis repræſentaret, ac proindè ſi non fuiſſet tum in Judæa communis vini uſus,
„ proculdubio aliâ vulgari potione uſurus fuiſſet, quod ex ipſius ſcopo, ac
„ conſilio liqueat. Itaque nihil à Chriſti conſilio, ac voluntate alienum facere
„ videri, qui non contemptu, neque temeritate, ſed ipsâ neceſſitate adacti,
„ pro vino aliud in iis regionibus uſitatæ potionis genus uſurparent. Hoc D.
„ Calvini reſponſum, ut optimâ ratione nixum, & Chriſti conſilio conſenta-
„ neum, noſter Cœtus adeò comprobavit, ut eos ſuperſtitioſè facere cenſuerit,
„ qui à vini Symbolo uſque adeò penderent, ut alteram Cœnæ partem omit-
„ tere mallent, quàm *Analogon* aliud Symbolum ita cogente neceſſitate, uſur-
„ pare.

195. Denique in eadem Epiſtola ad objectionem de Analogia panis ex multis acinis confecti ad mutuam conjunctionem teſtandam reſpondet: *Ad illam mutuam conjunctionem teſtificandam ſufficere, quòd iiſdem in genere Symbolis, nempe cibo, & potu utamur*. Poſtmodum quæſtionem de Abſtemiis reſolvit, inquiens: „ In hac autem quæſtione eandem valere rationem arbitramur, ſi modò is, de „ quo agitur, vel minimam vini deguſtationem ferre nequit, ut videlicet potiùs, quàm integram Cœnam non peragat, vel aquâ, vel aliâ ſibi familiari „ potione utatur. Neque dubitet tam ſibi ſub hoc potu, quàm ſub vino Sanguinem Chriſti communicari, cùm promiſſio ſit generalis, & ad omnes Fideles ſpectet. „ *Hæc omnia Beza*.

COLLATIO

Hæreſis VII. & VIII.

196. Calvinus lib. 3. Inſtit. cap. 23. §.7. à Sententia Tatiani minimè diſtat, cùm & ipſe doceat damnatum Adam, inquiens: *Decretum fuiſſe à Deo, ut ſuâ defectione periret Adam*. Et paulò poſt ſubjungit: *Undè factum eſt, ut tot gentes unà cum liberis eorum infantibus æternæ morti involverit lapſus Adæ abſque remedio, niſi quia Deo ita viſum eſt*. Et item: „ Decretum „ quidem horribile, fateor: inficiari tamen nemo poterit, quin præſciverit Deus, „ quem exitum eſſet habiturus homo, antequam ipſum conderet, & ideo præ„ ſciverit, quia Decreto ſuo ſic ordinavit. „ *Hactenus Calvinus*.

197. In eo verò quod Tatianus aſſerit, animam ſcilicet hominis eſſe mortalem, præter relatos in Collatione hæreſis VII. Heracleonis, concordant Sectarii in Anglia apud Georgium Hornium cit. Period. 3. art.3. docentes in propoſit.17. *Nullum alium Spiritum eſſe, quam Deum, & Principem aeris, qui regnet in filiis inobedientiæ, Deum eſſe*. Si enim ſolus Deus Spiritus eſt, certè non anima, quæ ſi Spiritus non eſt, & corporea, mortalis erit. In terminis porrò ſuis eandem hæreſim docuerunt in propoſ. 83. in qua ſic habetur: *Animam hominis eſſe mortalem ut Brutorum, & mori cum corpore*. Et propoſit. 21. *Animam cum corpore interire: & omnia, excepto Deo finem habitura*. Clementem Wrighterum librum ſcripſiſſe de animæ mortalitate, quo nimirum probabat Animam Mortalem eſſe, ex Thoma Eduardo, idem Hornius refert, de quo ita ſcribit loc. cit. ſub num. 54 „ Clemens Wriger Antiſcripturiſta, Quæſtioniſta, Scepticus, „ & Atheiſta: princeps eorum erat, qui negant Scripturam eſſe Dei verbum, „ ſive in originali, ſive in verſionibus ſpectetur: nec fidem ei ſuperſtruendam. „ Negabat animam hominis eſſe immortalem: & cùm homo excedit, tùm to-

„ tum

„ tum ejus dormire uſque ad reſurrectionem fatebatur. „ Quæ doctrina in Anglia docebatur circa annum Damini 1540. Nam inter propoſitiones ab eodem Hornio relatas octuageſima quarta talis eſt : *Animas fidelium dormire uſque ad diem Judicii : nec capaces eſſe ullius actionis pro Deo , ſed eſſe iis velut ſuaviter dormientibus .*

CAPUT IV.
SIVE XXVI.
De Cataphrygibus , & Montaniſtis, eorumque Hæreſibus .

S. AUGUSTINUS.

1. *CATAPHRYGES ſunt , quorum Auctores fuerunt , Montanus , & duæ Prophetiſſæ ipſius , Priſca , & Maximilla . His nomen Provincia Phrygiæ dedit , quia ibi extiterunt , ibique vixerunt : & etiam nunc in ejuſdem partibus populos habent . Adventum Spiritus Sancti à Domino promiſſum , in ſe potiùs , quàm in Apoſtolis eis fuiſſe aſſerunt redditum . Secundas Nuptias pro fornicationibus habent : & ideo dicunt eas permiſiſſe Apoſtolum Paulum , quia ex parte ſciebat , & ex parte prophetabat . Nondum enim venerat , quod perfectum eſt . Hoc autem perfectum in Montanum , & ejus Prophetiſſas veniſſe delirant . Sacramenta perhibentur funeſta habere : nam de Infantis anniculi ſanguine , quem de toto ejus corpore minutis punctionum vulneribus extorquent , quaſi Euchariſtiam ſuam conficere perhibentur , miſcentes eum farinæ , panemque inde facientes : qui puer ſi mortuus fuerit , habetur apud eos pro Martyre : ſi autem vixerit , pro Magno Sacerdote .*

COMMENTARIUS HISTORICUS .

2. CATAPHRYGES *ſunt*) Ex Gente ſic dictos notat Clemens Alex. lib. 7. Stromat. versùs ſinem , ideſt ex populo Phrygiam inhabitante : & ideo S. Auguſtinus , nomen à Provincia deſumpſiſſe tradit , inquiens : *His nomen Provincia Phrygiæ dedit* . Cujus Sectæ primarium Inſtitutorem Montanum fuiſſe ſcribit , unà cum duabus Prophetiſſis . *Quorum auctores fuerunt Montanus , & duæ prophetiſſæ ipſius* . Et Theodoretus lib. 3. hæret. fabul. hanc hæreſim à Montano incœpiſſe docet . *Hæreſim autem , quæ Cataphryges vocatur , incæpit Montanus* : qua de Cauſa hujus hæreſis Sectatores, Montaniſtæ quoque ſunt appellati .

3. In Myſia Phrygiæ primùm incepiſſe tradit Auctor quidam perantiquus apud Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 16. Etenim duplex olim Myſia fuit , duplex quoque Phrygia , ex Strab. lib. 12. Major una , quam idem Strabo

bo Olympenem appellat: Alia minor Elleſpontia vocata à Ptolomæo, ſed utraque Phrygiæ contermina. Fuit inſuper & altera Myſia in Europa Thraciæ contributa, quam Latini Moeſiam dicunt, Græci verò ſempèr Myſiam. Itaque ad differentiam Myſiæ Europeæ, illa ubi incœpit hæc hæreſis Myſia Phrygiæ contermina, ſive Aſiatica, appellatur, ut notat Valeſius in locum Euſeb. cit.

4. Ea in Provincia Natslem quoque ſuum habuit Montanus, ex parentibus Gentilibus, & infidelibus, in infidelitate ab initio certè educatus, licèt poſtea Chriſtianæ Militiæ nomen dederit. Attamen non diù in veritate ſtetit: etenim ſub Grato Aſiæ Proconſule, adhuc recèns baptizatus, ſtimulis ambitionis excitatus, Dæmoni aditum in ſe aperuit, & in Vico quodam Ardaba nuncupato, & vaticinare cœpit, & ſchiſma conflavit in Eccleſia, & cum nova prophetia recentem quoque introduxit hæreſim. Ita perantiquus Auctor ille cit. apud Euſebium, inquiens: „ Igitur obſtinata illorum coitio „ adversùs Eccleſiam, & nova pernicioſi „ ſchiſmatis hæreſis, hanc habuit Originem. „ Vicus quidam eſſe dicitur in Myſia con„ termina Phrygiæ, nomine *Ardaba*. In quo, „ ajunt, Montanum quendam ex iis, qui „ Fidelium numero recèns adſcripti fuerant, „ immodicâ primi loci cupiditate, primùm „ ſub Grato Proconſule aditum in ſe adver„ ſario Spiritui præbuiſſe, & Dæmone re„ pletum, ſubito quodam furore, ac men„ tis exceſſu concuti cœpiſſe, & nova quæ„ dam, atque inaudita proloqui: hariolan„ tem, ac prædicentem futura præter mo„ rem, atque inſtitutum Eccleſiæ à majo„ ribus traditum, & continuâ deinceps ſuc„ ceſſione propagatum.

5. Chriſtophorſonus, ut clariùs ambitionis causâ oſtenderet Montanum lapſum in hæreſim, locum Euſebii & verba prællegati Auctoris ita vertit. „ Immodicâ primi loci „ cupiditate captum; primùm inſatiabili „ quadam animi cupiditate in primatu am„ biendo incenſum, ſimul atque aditum „ Diabolo adverſario ad ſe patefecerat, Spi„ ritu quodam maligno abripi, & de re„ pente furore, & mentis inſaniâ exagita„ tum baccari &c. „ Nicephorus Calliſtus lib. 4. hiſtor. cap. 22. idem ſcribit, inquiens: „ Montanus autem, Vico quodam, cui no„ men eſt Ardaba ortus, hæreſim, quæ di„ citur Cataphrygas invenit: & ambitione „ honoris, atque dignitatis percitus, & ar„ rogantiâ, cupiditateque primatus, transver„ ſim actus(oh abſurdam & importunam blaſ„ phemiam) Paracletum ſe, & Divinum Spi„ ritum nominavit. „ Et Theodoretus. *Is ambitione & primum locum obtinendi cupiditate motus, ſe ipſum Paracletum vocavit.*

6. Ut verò Montanus facilè decipere poſſet duas ſibi adſcivit fœminas, Priſcam, & Maximillam, coadjutrices ad ſua dogmata propaganda, quas ut propheteſſas ab univerſis venerandas voluit, ex quarum fictis revelationibus, libros edidit, quos propheticos appellavit: unde Theodoretus ſubjungit: *& duas fecit propheteſſas, Priſcillam, & Maximillam & earum ſcripta libros propheticos appellavit.* Harum fœminarum miniſterio, plures Eccleſias in errorem inductas, refert S. Hieronymus in Epiſt. 43. ad Cteſiphontem, inquiens: *Montanus immundi Spiritus prædicator multas Eccleſias per Priſcam, & Maximillam nobiles, & opulentas fœminas, primùm auro corrupit, deinde hæreſi polluit.*

7. Montaniſtæ hujuſmodi fœminas Virgines proclamabant, ut ita earum prophetiæ in majori haberentur exiſtimatione. Sed Appollonius & antiquus, & eccleſiaſticus Scriptor, qui anno quadrageſimo ab incœpta Montani hæreſi adversùs Cataphrygas opus ſuum inſcripſit, refert eas non Virgines ſed conjugatas fuiſſe, deſeruiſſe tamen viros ſuos, ut Montano adhærerent: Etenim apud Euſebium lib. 5. hiſtor. cap. 18. ſic habet: „ Oſtendimus igitur, has Princi„ pes Propheteſſas, ſimul ac Spiritu imple„ tæ ſunt, viros ſuos dimiſiſſe. Quantopè„ re ergo mentiebantur, qui Priſcam Vir„ ginem vocabant? „ Hinc & ille alter Auctor antiquus relatus ab eodem Euſeb. cit. cap. 16. ut viles fœminas illas oſtenderet, Mulierculas appellavit: *duas alias Mulierculas ſuſcitavit, & adulterino Spiritu replevit.* Nicephorus Mulierculas quoque appellat loco ſupra cit. immò & Montani Conjuges eas dicit: *Mulierculas duas conjuges ſuas, Priſcillam, & Maximillam, Propheteſſas ſuas vocavit.* Chriſtophorſonus verò locum Euſebii lib. 5. cap. 16. vertens, Meretrices legit, inquiens: „ Ineditque ut duas Mere„ trices ad illud idem ſcelus implerent, „ Spirituque complerent adulterino, quo „ non aliter, quàm Montanus, quem dixi„ mus, furioſè, ineptè, ac novo, & peregri„ no modo garrirent.

8. Et quidem in gradu, in inceſſu, in ornatu meretriciam præſeferebant ſpeciem: Etenim comam mollitèr nutriebant, capillos coloribus pingentes: Stibio quoque, imitatæ Jezabelam, oculos liniebant: vanitatem in veſtium ornatu undequaque affectabant, neque à tabulis, teſſeris, aliiſque ſæcularibus ludis ſe abſtinebant: Ex his enim Apollonius ſupra laudatus conatur oſtendere eas nullo pacto fuiſſe veras Propheteſſas, cùm veri Prophetæ ab his omnibus prorsùs ſe abſti„ nent. „ Dic mihi, *inquit*, tingit ne capil„ los propheta? An ſtibio oculos linit? An „ ſtudet ornari? Propheta nè tabula ludit, & „ teſſeris? An pecuniam locat fænori? inge„ nuè fateantur, ac reſpondeant, utrum hæc „ agere liceat, an ſecùs. Ego verò hæc apud „ ipſos acta eſſe convincam.

9. Porrò

Digitized by Google

9. Porrò refert idem Apollonius, Montanum Papuze, & Tymii, qui tunc parvula araut oppida, Thronum erexiſſe ſuum, novamque Hjeruſalem appellaſſe, ubi unâ cum ſuis prophetiſſia aſcendens, convocâtiſque populis prophetabat, oblationeſque quoque recipiebat, conſtitutia exactoribus, aliiſque diſtributis officiis: Sic ergo de Moutano verba faciens ait Apollonius: „ Hic eſt, qui nu„ ptiarum diſſidia docuit: qui Jejuniorum „ leges impoſuit: qui Pepuzam, & Tymium „ Phrygiæ oppidula Hjeruſalem nominavit, „ ut cunctos undique homines eò convoca„ ret: qui pecuniarum exactores conſtituit: „ qui ſordida munera oblationum uomine cal„ lidè obvelavit.

10. Peculiarem inſuper ibidem Hjerarchiam ordinaſſe Montauum, uon tamen ad formam Eccleſiaſticæ Apoſtolorum Hjerarchiæ, beue verò diverſam, Auctor eſt D.Hienymus in Epiſtola 27. ad Marcellam data: nam ubi in Apoſtolica Hjerarchia poſt Apoſtolos Epiſcopi ſuccedunt, Montanus in ſua Hjerarchia tertium, & ultimum locum Epiſcopis reſervavit: „ Apud nus, *ait Hieranymus*, Apoſtolorum locum Epiſcopi tenent: „ apud eos Epiſcopus tertius eſt. Habent „ enim primos de Pepuza Phrygiæ Patriar„ chas; ſecundos, quos appellant Cenouas; „ atque ita in tertium, ideſt penè ultimum „ locum Epiſcopi devolvuntur: quaſi exin„ dè ambitioſior religio fiat, ſi quod apud „ nos primum eſt, apud illos noviſſimum fit. *Hactenus Hieronymus*.

11. Mirâ inde in ſua prophetia utebatur arte Montanus, ſimiliter & ejus Prophetiſſæ, ut in ſententiam incautos traherent; etenim magnitudine promiſſionum alliciebant primùm, vitia poſtea acriter reprehendebant, aliena, quamvis occulta peccata, & delicta prodebant, prodita objurgabant. Ita antiquus ille Auctor apud Euſebium cap.16. cit. inquiens: „ Ipſe quoque, ac ſupramemora„ tus ille inſana quædam & importuna, „ atque aliena loquebantur. Et eos qui„ dem, qui eâ re delectabantur, atque in„ tumeſcebant, Spiritus ille Beatos prædi„ cabat, & promiſſionum magnitudine ſupra „ modum inflabat. Interdum tamen conje„ cturis, & fide dignis argumentis utens, „ palam eos condemnabat, quò ſcilicet etiam „ objurgatorius videretur. „ Quem Textum clariùs vertit Chriſtophorſonus, qui ſic legit: „ Interdum beare, & promiſſorum ma„ gnitudine admodum inflatos reddere vide„ retur. Interdum conjecturis, & rationi„ bus probabilibus nixus apertè eorum pec„ cata coram redargueret, ut putaretur etiam „ corrector vitiorum.

12. Sed antequam ulteriùs progrediamur utile erit ad perfectam hujus hiſtoriæ notitiam, tempus inquirere, & conſignare, quo hæc hæreſis primùm emerſit. Epiphauius in Panario hæreſ. 48. tradit primùm emerſiſſe ſub Antonino Pio, & anno illius Imperii XIX. *Iſti*, inquit, *ſub Antonii Pii, qui poſt Adrianum imperavit, annum XIX. emergere cæperunt. Marcio verò, Tatianus, & Encratitæ horum diſcipuli, ſub Adriano, & poſt Adrianum prodierunt*. Euſebius verò in Chrouico hanc hæreſim conſignat ſub Marco Aurelio Antonino Olympiade CCXXXVII. anno illius III. Domini verò anno CLXXII. uno anuo aute Tatianum. At Chronicon Alexandrinus initia Montani ſtatuit utique ſub Marco Aurelio Commodo, ſed Olympiade CCXL. anno ejus III. ſub Conſulatu ejuſdem Commodi Auguſti IV. & Mamertini, & Rufi III. Indictione autem V.

13. Petavius in notis in Epiphanium advertit; Epiphauium iu hac hæreſi, quantùm ad tempus loqui conſentaneè ad ea, quæ ſupra poſuerat, nimirum, Juſtinum Adriani tempore mortuum eſſe, paulòque poſt Tatianum prodiiſſe, à quo Encratitæ, & quidem ſub Antonino Pio, quo pariter imperante, atque anno XIX. illius, emerſiſſe Montanum veluti ex conſequenti, inducere. Cùm porrò conſtet, Juſtinum Martyrem ſub M. Aurelio paſſum, & Tatianum etiam aliquantò poſt hæreſim ſuam condidiſſe, ſequitur Montanum non emerſiſſe primùm ut hæreticum ſub Antonino Pio. Quare magis adhæret Euſehio in Chronico ſtatuenti Cataphrygarum & Montani initia anno XI. M. Aurelii. Licet poſtea ſubjungat, hac ſtante ſententia neceſſe aſſe fateri, Encratitas, duce Tatiano, anteriores extitiſſa Cataphrygibus & Montaniſtis.

14. Cæterum Ricciolius part. 3. Chronolog. Reformat. catal. 2. Tempora Montani & Cataphrygarum dividit; aitque Montanum prophetare incœpiſſe anno IV. Antonini Imperatoris, qui fuit Chriſti annus CXLII. Inde primis Marci Aurelii temporibus, anno ſcilicet Domini CLXII. incœpiſſe ſuſpectum eſſe de hæreſi. Palam poſtmodum detectum fuiſſe hæreticum, & ab Eccleſia ejectum, atque in Aſia, & in Græcia ab Epiſcopis damnatum anno Domini CLXXIII. & tandem laqueo ſe ipſum præfocaſſe anno ferè CLXXVIII. Hæc ex Ricciolio. Quâ ſtante opinione conſequeus eſt, Montanum prophetare incœpiſſe circà annum IV. Imperii Antonini Pii ſub Theleſphori Pontificatu. L. Cuſpio Rufino, & L. Statio Quadrato Coſſ. Suſpectum inde de hæreſi comparuiſſe circà annum II. Marci Antouini cognomento Philoſophi, & V. Pontificatus Pii I. Q. Junio Ruſtico, & Vectio Aquilino Coſſ. Decretum verò hæreticum ultimo Aniceti Papæ anno, & circa XII. Imperii ejuſdem M. Aurelii Antonini Philoſophi, Claudio Severo, & Claudio Pompejano Coſſ. Denique ſub Eleuthero Papa erga ſui Pontificatus initia, circa annum XVII. M. Aurelii Anto-

Digitized by Google

Antonini, Coſſ. Vettio Ruffino, & Cornelio Scipione Orfito, loqueo ſuſpenſum interiiſſe.

15. Inter has diſcordantes opiniones, hoc unum certum ſtatuo, Montanum agnitum hæreticum ſub Imperio M. Aurelii Antonini, id quod ex Euſebio manifeſtum fit, nedum in Chronico, verùm & lib. 4. hiſtor. cap. 27. ubi de Apollinari Hierapolitano Epiſcopo loquens, primùm dicit ſcripſiſſe orationem Apologeticam ad prædictum M. Aurelium Imperatorem; deindè ſubjungit, ſcripſiſſe contra Cataphrygum hæreſim, *quæ quidem*, ait, *non longè poſtea maximos tumultus excitavit: tunc temporis primùm enaſci cœperat*. Cohæret S. Hieronymus in lib. de Scriptoribus in Apollinari, ubi ait: „ Apollinaris Aſiæ Hierapolitanus Epiſcopus, „ ſub Imperatore M. Antonino Vero floruit, „ cui & inſigne volumen pro fide Chriſtianorum dedit. Extant ejus, & alii quin„ que adversùs Gentes libri, & de Veritate „ duo; & adversùm Cataphryges tum pri„ mùm exortos cum Priſca, & Maximilla „ inſanis Vatibus, incipiente Montano.

16. Scripſit ergo Apollinaris Apologeticum pro Chriſtiana Religione occaſione excitatæ perſecutionis juſſu M. Aurelii Antonini: cùm verò hæc perſecutio excitata fuerit, aut anno II. Imperii hujus Principis, ut conſignat Myræus, Q. Junio Ruſtico, & Vettio Aquilino Coſſ. anno Domini CLXII. aut anno VII. præfati Imperatoris, Domini verò anno CLXVIII. ut notat Euſebius in Chronico, ſequitur præfatum Apologeticum Scriptum poſt annum II. vel VII. Imperii M. Aurelii Antonini; quòd ſi poſtea ſcripſit adversùs hæreſim Cataphrygarum tum primùm enaſcentem, evidens fit hanc hæreſim agnitam fuiſſe poſt annum II. vel poſt VII. Marci Aurelii. Proindè idem Euſebius in Chronico notat Montanum agnitum Hæreticum anno XI. M. Aurelii Antonini, biennio ferè ante Aniceti Martyrium.

17. Et ſanè ſub Aniceto detectam hujuſmodi hæreſim probat illuſtris Tertulliani locus in lib. adversùs Praxeam cap. I. ubi agens de Praxea, hæc habet: „ Idem tunc, „ Epiſcopum Romanum agnoſcentem in pro„ phetias Montani, Priſcæ, & Maximillæ, „ & ex ea agnitione pacem Eccleſiis Aſiæ, „ & Phrygiæ inferentem, falſa de ipſis Pro„ phetia, & Eccleſiis eorum aſſeverando, „ & Prædeceſſorum ejus auctoritates defen„ dendo, coegit & literas pacis revocare „ jam miſſas, & à propoſito recipiendorum „ Chariſmatum conceſſare. „ *Hæc Tertullianus*. Qui vult Eleutherum Pontificem, quem deſignat per illa verba: *Epiſcopum Romanum*, approbaſſe Montani prophetiam, literaſque pacificas dediſſe, ut Montaniſtæ communicarent cum cæteris Eccleſiis, ſed poſtmodum informatum à Praxea, & revocaſſe literas, & ſuorum Prædeceſſorum ſequendo Sententiam, hujuſmodi prophetiam reprobaſſe. Cùm porrò Eleuthero prædeceſſores Soter, & Anicetus exſtiterint, fit conſequens, hos Pontifices Montani prophetiam reprobaſſe; Quòd ſi reprobarunt, certum fit ſub Aniceto Montanum cognitum fuiſſe Hæreticum.

18. Scio tamen viros doctos Zepherino tribuere, quæ de Eleuthero diximus, nimirùm Zepherinum Papam, literas pacis dediſſe pro Montaniſtis, inde opera Praxeæ revocaſſe. Hac de cauſa accuſant quoque ipſum Zepherinum de Montaniſmo, adeout Rhenanus ad locum Tertulliani adversùs Praxeam cap. I. cit. in margine notet hæc verba: *Epiſcopus Romanus Montanizat*. Verùm hæc opinio non conſiſtit, cùm Zepherinus nonniſi multò poſt exortam novam Montani Prophetiam Apoſtolicam Cathedram obtinuerit: Succeſſit enim in Sede Pontificia Victori anno Domini CCII., quo Martyrio coronatus die XXVIII. Julii ad Superos migravit Victor, circa annum IX. Imperii Septimii Severi, L. Annio Fabiano, & M. Honio Muciano Coſſ. prout notat Myræus.

19. Ad Eleutherum ergo referenda eſſe verba illa Tertulliani adversùs Praxeam, liquet ex Euſebii teſtimonio lib. 5. hiſtor. cap. 3. ubi ſcribit: „ Cæterum, cum Montanus, „ & Alcibiades, ac Theodoretus, tunc pri„ mùm in Phrygia opinione hominum, tan„ quam Prophetæ celebrari cœpiſſent (multa „ quippe Divinæ gratiæ Miracula in pluri„ bus Eccleſiis etiamnùm fieri ſolita, fidem „ plurimis faciebant, eos quoque prophe„ tare) cùmque illorum hominum causâ, „ diſſenſio orta eſſet, qui in Gallia erant „ fratres, privatum de his judicium ſuum, „ religioſum imprimis, & cum recta fide „ conſentiens, rurſus eidem Epiſtolæ ſubjun„ xerunt, prolatis interfectorum apud ſe „ Martyrum variis Epiſtolis, quas illi dum „ in vinculis adhuc eſſent, partim ad fra„ tres in Aſia & Phrygia degentes, partim „ ad Eleutherum Romanæ Urbis Epiſcopum „ ſcripſerant, pro pace Eccleſiarum, quaſi „ legatione fungentes. „ *Hactenus Euſebius*.

20. Conſulti enim Lugdunenſes, & Viennenſes à fratribus in Aſia & Phrygia conſiſtentibus, quid ſentiendum eſſet de Pſeudoprophetia illa, quæ apud ipſos orta erat: quidve agendum foret Montano, Theodoto, aliiſque, qui per Spiritus Sancti gratiam futura ſe prædicere jactabant; ad Aſianos Sententiam ſuam perſcripſerunt peculiari Epiſtolâ, prout notat Valeſius ad hunc Euſebii locum, quorum ſententim talem fuiſſe coniicit: *Prophetas illos benignè tractandos eſſe, & ad pœnitentiam provocandos: ac ſiquidem reſipiſcerent, & ad Eccleſiam admittendos eſſe, ut pax inter fratres ſolideratur. Si verò pertinaces in errore ſuo permanerent, nec poſt*

fre-

frequentes admonitiones obtemperare Sacerdotibus vellent, ab Eccleſiæ corpore abſcindendos. Hoc itaque Judicium unà cùm Martyrum literis ad Eccleſias prædictas ex conjectura Valeſii, miſiſſe Eccleſiarum Viennenſis, & Lugdunenſis Præſules, ſcribit Euſebius, conſulti, ut dicebamus à præfatis Aſianis & Prygiis fratribus.

21. Porrò hoc idem privatum Judicium adjeciſſe literis Martyrum ad Eleutherum Romanum Epiſcopum, idem Auctor eſt Euſebius, deſignatâ legatione ab Irenæo tunc Lugdunenſis Eccleſiæ Presbytero fungendâ. Cùm enim in omnibus Eccleſiaſticis negotiis primæ eſſent partes Epiſcopi Romani, meritò Lugdunenſes hanc controverſiam ad eum detulerunt: id agentes, & omnibus modis ſtudentes, ut Epiſcopi Romani authoritate, quæ ſemper fuit ſumma in Eccleſia, hæc apud Aſiam orta diſſenſio ſedaretur, & pax in Eccleſia reſtitueretur, ut idem Valeſius ſubjungit. Itaque Eleutherus Papa acceptis Martyrum literis, ac Gallorum Præſulum perſpecto judicio, ut Martyrum petitioni pro Eccleſiarum pace annueret, aliàs fictâ Montaniſtarum Sanctitate, non dum perfectè cognitâ, pacificas dedit pro Montaniſtis literas, eodem certo prolato Judicio, & in eis literis inſerto, quòd à Martyribus ipſis, & Gallorum præſulum acceperat. At poſtmodum rectè informatus à Praxea de eorundem Montaniſtarum hæreſi, ac pſeudoprophetia, revocatorias edidit literas, ut ſcribit Tertullianus loco citato.

22. De Irenæi legatione ad Eleutherum Papam, meminit etiam S. Hieronymus in libro de Script. in Irenæo, ubi ait: „ Irenæus Pothini Epiſcopi, qui Lugdunenſem in Gallia regebat Eccleſiam, presbyter, à Martyribus ejuſdem loci ob quaſdam Eccleſiæ quæſtiones legatus Romam miſſus, honorificas ſuper nomine ſuo ad Eleutherum Epiſcopum perfert literas. „ Idem tradit Euſebius lib. 5. hiſt. cap. 4. ubi recenſet honorificarum Epiſtolarum exemplar. „ Sed & iidem Martyres, *inquit*, Irenæum, qui tunc temporis adhuc Presbyter Lugdunenſis erat Eccleſiæ, ſupradicto Eleuthero per literas commendarunt, eum teſtimonio ſuo non mediocriter ornantes, ſicut ipſorum verba declarant, quæ ſic ſe habent. *Te per omnia ac perpetuò optamus in Deo valere, Pater Eleuthere. Has literas ut ad te perferret, fratrem & collegam noſtrum Irenæum hortati ſumus. Quem quidem ut commendatum habeas rogamus, utpotè æmulatorem teſtamenti Chriſti. Quòd ſi nobis compertum eſſet, locum cuiquam conferre juſtitiam, eum tanquam Presbyterum Eccleſiæ (hunc enim gradum obtinet) tibi imprimis commendaſſemus. Hactenus Epiſtola.*

23. Contendit Valeſius in notis ad hunc locum, Irenæum deſignatum fuiſſe legatum à Martyribus ad Eleutherum, atque Aſiæ, & Phrygiæ Eccleſias, non tamen legatione ſuâ perfunctum, cùm Martyrio ſublato Pothino Eccleſiæ Lugdunenſis Epiſcopo, ejus loco ipſemet ſuffectus fuerit Irenæus: prout tradit Euſebius lib. 5. hiſt. cap. 5. inquiens: „ Igitur cùm Pothinus anno ætatis nonageſimo unà cùm Gallicanis Martyribus cæſus eſſet, Epiſcopatum Lugdunenſis Eccleſiæ poſt illum ſuſcepit Irenæus. „ Baronius verò exiſtimat Irenæum ſuâ ad Eleutherum Papam perfunctum legatione, & ſi non ad Eccleſias Phrygiæ, & Aſiæ, ut videre eſt ad annum CLXXIV. num. 53. & ſub anno CLXXX. tradit, poſt Pothini Martyrium ceſſaviſſe Epiſcopatum Lugduni, donec perſecutionis furor deferbuiſſet, & Irenæus, qui Romam à Pothino, & Lugdunenſi Eccleſia miſſus fuerat, domum reverſus eſt.

24. Attamen quidquid ſit, an Irenæus de facto functus fuerit præfatâ legatione, ad quam deſignatus fuerat à Martyribus, & omni Eccleſia Lugdunenſi, & pro qua Martyrum literas acceperat: hoc unum certum eſt ſaltem literas Martyrum recepiſſe Eleutherum quibus adjunctum erat privatum eorum judicium de Montaniſtarum prophetia, hortabanturque, ut quantùm ſalvâ integritate fidei fas erat, pacem daret Eccleſiis Aſiæ. Certè tunc temporis controvertebatur Montaniſtarum cauſa, cùm enim pietatem, ſanctitatem, vitæque auſteritatem præſeferrent Montaniſtæ, non deerant qui illorum parti faverent, exiſtimantes Spiritu Sancto illuſtratum Montanum cum ſuis prophetaſſe. In contrarium alii, phanatico Spiritu excitatum credebant: inter has autem rei dubietates, attentis Lugdunenſium Martyrum literis totius Eccleſiæ quoque Lugdunenſis inſpecto privato judicio, literas pacificas pro Montaniſtis dedit, eâdem certè ſervatâ formâ, quam in eorum judicio ſervarunt Præſules Lugdunenſes.

25. Neque ex hoc inferri licet, Eleutherum lapſum in hæreſim Montaniſtarum, ut non ſine calumnia quidam contendunt, inter quos Ellies Dupin de Antiqua Eccleſ. Diſcipl. Diſſert. 5. §. 3: ubi allegatum Tertulliani locum afferens ſubjungit: *Fuit ergò tum temporis Romanus Pontifex, qui novas Montani prophetias approbavit, & per literas Montaniſtis communionem impertiit, quas errore cognito, revocare coactus eſt*. Non enim approbavit prophetiam Montaniſtarum, ſed literas dedit, ut diximus, rogantibus Eccleſiæ Lugdunenſis Martyribus, ut benignè tractarentur Montaniſtæ, & ad pœnitentiam provocarentur, ac reſipiſcentes admitterentur ad Eccleſiam, ut hoc pacto pax ſolidaretur inter fratres. Si verò in errore

conſiſterent, in eoque cum pertinacia manerent, omnino abſciſſi ab Eccleſiæ Corpore intelligerentur, juxta Deceſſorum ſuorum decreta. Certè non eſt veriſimile, voluiſſe Eleutherum abſolutè recipere Montaniſtas, quos ſui Anteceſſores abjecerant, niſi actâ priùs pœnitentiâ, erroribuſque omnibus deteſtatis, ut enim ſuprà adnotavimus, à Martyrum Lugdunenſium precibus,per eorum literas motum Eleutherum,conſtat ex Euſebio, literas pro recipiendis Montaniſtis dediſſe, & viſo priùs Lugdunenſium Præſulum judicio, quem, ſine controverſia, in ſuis literis ſecutum credimus.

26. Porrò dum Tertullianus ſcribit operâ Praxeæ, & illius inſinuationibus excitatum literas pacis jam miſſas revocaſſe, ſic intelligendum putarim, ut admonitus Eleutherus de pertinacia Montaniſtarum, de auctis quotidie erroribus, & quòd nulla eſſet ſpes reſipiſcentiæ, contradicendo in Aſia & Phrygia univerſis Catholicis, confirmaverit ſuorum Prædeceſſorum ſententiam, quâ à Corpore Eccleſiæ ſegregati haberentur. Hoc enim eſt, revocaſſe literas pacis, quod ipſemet Tertullianus indicat per illa verba: *Et Prædeceſſorum ejus auctoritates defendendo.*

27. Aliqui totam hiſtoriam negant, aſſeruntque in hac re non eſſe Tertulliano credendum, utpotè teſti ſingulari, & Montaniſtarum Sectæ addicto. Sed Rigaltius ab omni mendacio ipſum liberare conatur, nam in notis ad præfatum locum, ait: „ Neque eſt quòd ſuſpicemur, Tertullia„ num virum gravem, & ſi tunc Montani „ partibus addictum, in hiſtoria tam recen„ ti, tamque manifeſta, inque opere, quod „ adversùs Praxeam hæreticum pro fidei Ca„ tholicæ articulo inter præcipuos nobili, „ componebat, mentiri voluiſſe: cùm præ„ ſertim mendacio ſplendido, ac ſtatim fa„ cilè confutando, pretium nullum.

28. Alii verò, & magis plauſibiliter, ut Eleutherum à Montaniſmo immunem reddant, dicunt Eleutherum pacem dando Montaniſtis, erraſſe in facto, non in jure, deceptum nimirùm à Montaniſtis, quaſi Catholicè ſentirent, proindè admonitum à Praxea, literas revocaſſe. At ſtante veritate hiſtoriæ à Tertulliano deſcriptæ, difficile eſt creditu, Eleutherum potuiſſe decipi, ſtantibus ſuorum Anteceſſorum decretis, quibus Montaniſtæ ut hæretici fuerant declarati, & ab Eccleſiæ unitate ſejuncti. Proinde mea ſententia eſt, nec in jure, nec in facto erraſſe Eleutherum, quia, ut ſupra dictum eſt, nihil egit adversùs ſuorum Deceſſorum decreta, neque abſolutè pacem dedit, ſed hac conditione, ut ſi reſipiſcerent reciperentur in Eccleſia, ſecùs verò ſi in ſuo errore pertinaciter conſiſterent: & in hoc locum non habet error, neque in jure, neque in facto.

29. Inter primarios Montani Sectatores adnumerantur Theodotus, & Alcibiades, quorum meminit Euſebius lib. 5. hiſt. cap. 3. Fuit autem iſte Theodotus diverſus ab illo Theodoto Coriario, erroris Artemonia Sectatore à Victore Papa excommunicato, & ab altero Theodoto Trapezita hujus diſcipulo, à quo exorti ſunt Theodotiani, de quibus ſcribit Euſebius lib. 5. hiſt. cap. 28. Hic ergo Theodotus maximè Montaniſtarum cauſam fovebat,eorum patrocinium quaſi procuratorio nomine ſuſcipiens, ut apud Euſebium lib. 5. cap. 18. ſcribit Auctor ille antiquus, de quo ait: *Sic etiam admirabilis ille Theodotus, qui primus prophetiæ illorum, quaſi procurator quidam fuit.*

30. De Alcibiade verò, duorum ejuſdem nominis meminit Euſebius loc. cit. ſed unus fuit Martyr Sanctiſſimus, qui pro Chriſto in Gallia eodem tempore, quo in Phrygia hæc graſſabatur hæreſis, Matyrium ſubiit, de quo in Epiſtola Eccleſiæ Lugdunenſis de Martyribus, hæc apud Euſebium lib. 5. cap. 3. referuntur. „ Alcibiades quidam unus ex „ illorum Martyrum numero, durum & „ ſquallidum vivendi genus ſectabatur: nul„ lumque omninò cibum admittens, ſolo „ pane, & aquâ hactenus veſci conſueve„ rat. Cùmque in carcere poſitus eandem „ vivendi rationem vellet retinere, Attalo „ poſt primum quod in Amphitheatro con„ ſecerat certamen, revelatum eſt, non re„ ctè neque ordine facere Alcibiadem, qui „ & Creaturis Dei minimè uteretur, & aliis „ exemplum ſcandali fieret. Paruit itaque „ Alcibiades: & cunctis deinceps cibis pro„ miſcuè uti cœpit, gratias agens Deo. At alter Alcibiades, genere Phrygius ſecutus eſt Montanum, & falſo Spiritu ſeductus ipſe quoque ad prophetandum aſcendebat.

31. Quidam etiam Themiſon nomine primarias partes Montani tenebat: is enim, ut antiquus ille Scriptor refert, apud Euſeb. lib. 5. cap. 27. Zotico Epiſcopo Commanenſi, & Juliano Epiſcopo Apemenenſi, garrulum Maximillæ Spiritum, coarguere volentibus, unà cum ſuis totis viribus ſe oppoſuit. Hic Themiſon apud Montaniſtas pro Confeſſore habebatur, licèt confeſſionis ſignum nullum dederit: de quo Apollonius apud Euſebium lib. 5. cit. cap. 18. hæc ſcribit: „ Præterea „ Themiſon ſpecioſâ avaritiâ obvelatus, „ qui confeſſionis ſignum pertulit. Sed ma„ gnâ pecuniæ vi erogatâ vincula abjecit. Subjungit inde, ſe velut Martyrem jactaſſe, auſum quoque & Catholicam Epiſtolam Apoſtoli exemplo ad ſuos conſcribere. „ Cùm „ ob eam cauſam modeſtiùs deinceps, ac „ ſubmiſſiùs agere deberet, tanquam Mar„ tyr ſe ſe offerens, auſus eſt exemplo Apo„ ſtoli, conſcriptâ Epiſtolâ Catholicâ, eos „ quidem, qui fideliores ipſo exſtiterant, „ inſtituere; novæ autem doctrinæ patro„ cinari: ac poſtremò in Dominum, in

„ Apo-

„ Apoſtolos, & in Sacroſanctam Eccleſiam impiè loqui.

32. Celebris inſuper fuit apud Montaniſtas Alexander quidam, à ſuis veneratus, & ut Martyr habitus, qui certè non ob Chriſti fidem; ſed ob latrocinia ab eo commiſſa Epheſi ab Æmilio Frontino Proconſule judicatus fuit: de quo ita Apollonius: „ Quòd verò ad Alexandrum pertinet, ut veritas omnibus noſſe cupientibus innoteſcat, judicatus eſt Epheſi ab Æmilio Frontino Aſiæ Proconſule, non ob nomen Chriſti, ſed ob ea, quæ perpetraverat latrocinia, cùm jam deſertor fidei eſſet. Deindè verò ementitus nomen Chriſti, dimiſſus eſt cùm Urbis illius Fideles ſefelliſſet. Eccleſia verò ejus loci undè erat oriundus, ipſum non recepit, eò quòd latrocinia exerceret. Si qui verò totum illius negotium ſcire deſiderant, præſtò eſt publicum Aſiæ Tabularium.

33. Praxeam pariter aliquando Sectatum eſſe Montaniſtas notat Pacianus in Epiſtola ad Symphronianum, inquiens: „ Theodotus quoque, & Praxeas, veſtros aliquando docuere: Ipſi illi Phryges nobiliores, qui ſe animatos mentiuntur à Leucio, inſtitutos à Proculo gloriantur, Montanum, & Maximillam, & Priſcillam ſecuti. „ Fuit iſte genere Aſianus, ut judicat Tertullianus, in libro adversùs eum, & pro fide aliquod carceris tædium ſuſtinuiſſe dicit, ratione cujus, quaſi de ſufferto Martyrio gloriabatur: „ Iſte primus ex Aſia, *ait Tertullianus cap.* 1. hoc genus perverſitatis intulit Romanæ humo, & aliàs inquietus: inſuper de jactatione Martyrii inflatus, ob ſolum, & ſimplex, & breve carceris tædium: quando etſi corpus ſuum tradidiſſet ad exurendum, nihil profeciſſet, dilectionem Dei non habens, cujus Chariſmata quoque expugnavit.

34. Defeciſſe à Montaniſtis Praxeam, & coram Romano Pontifice palinodiam recantaſſe, idem Tertullianus tradit loc. cit. „ Caverat, *inquit*, priſtinum Doctor de emendatione ſua, & manet Chirographum apud Pſichicos, apud quos tunc res geſta eſt: exinde ſilentium. „ Hoc tamen non obſtante, novam hæreſim introduxiſſe Praxeam ſcribit Auctor Appendicis ad librum de Præſcript. Tertulliani cap. ultimo, ubi habetur: „ Sed poſt hos omnes etiam Praxeas quidam hæreſim introduxit, quam Victorinus corroborare curavit. Hic Deum Patrem omnipotentem, Jeſum Chriſtum eſſe dicit, hunc Crucifixum, paſſumque contendit, mortuum præterea, ſe ipſum ſibi ſedere ad dexteram ſuam cum profana, & ſacrilega authoritate proponit. „ Propter hujuſmodi hæreſim damnatum fuiſſe Praxeam, idem Tertullianus loc.cit. non obſcurè demonſtrat: quem & Optatus Milevitanus lib. 1. adversùs Parmenianum inter eos recenſet hæreticos ſuperatos, & proſcriptos à S. Eccleſia Catholica: „ Marcion, *inquit*, Praxeas, Sabellius, Valentinus, & cæteri temporibus ſuis à Victorino Pictavienſi, & Zepherino Urbico, & Tertulliano Carthaginenſi, uſque ad Cataphrygas, & ab aliis adſertoribus Eccleſiæ Catholicæ ſuperati ſunt.

35. Fuit alter celeberrimus inter Montaniſtas nomine Proclus, genere Phrygius, vir quidem diſertiſſimus, Montaniſtarum prophetiæ acerrimus defenſor, & propugnator: Hic exemplo filiarum Philippi, qui in Aſia cum prophetiæ dono vixerant, Maximillæ, & Priſcillæ prophetias corroborare nitebatur, ut indicat Euſebius lib. 3. hiſtor. cap. 31. Cum hoc Romæ ſub Zepherino Papa, Cajus antiquiſſimus Scriptor diſputationem habuit, de qua ita ſcribit Euſebius lib. 6. hiſt. cap. 20. „ Pervenit etiam ad nos Caii diſertiſſimi viri diſputatio Romæ habita temporibus Zepherini adversùs Proclum quemdam Cataphrygarum hæreſis propugnatorem. „ Et S. Hieronymus in lib. de Script. in Cajo, idem ſcribit inquiens: „ Cajus ſub Zepherino Romanæ Urbis Epiſcopo, ideſt, ſub Antonino Severi filio, diſputationem adversùm Proculum, Montani ſectatorem valdè inſignem habuit, arguens eum temeritatis, ſuper novam prophetiam defendendam.

36. Hunc Proclum, Cardinalis Baronius ad annum Domini CLXXII. num. 37. exiſtimat fuiſſe illum Siccenſem ex Africa inſignem Grammaticum, cujus magiſterio inter alios latinos uſum M. Aurelium Imperatorem, eum uſque ad Proconſularem dignitatem provexiſſe, ut refert Julius Capitolinus. Immò & illum eundem fuiſſe, qui ſcripſit adversùs Valentinianos, permaximè laudatum à Tertulliano in Scorpiaco, ſivè in libro adversùs Valentinianos cap. 5. ubi ait: „ Hæc undique dicemur ipſi nobis finxiſſe materias quas tot jam Viri ſanctitate, & præſtantiâ inſignes, nec ſolùm noſtri anteceſſores, ſed ipſorum hæreſiarcharum contemporales inſtructiſſimis voluminibus & prodiderunt, & retunderunt, ut Juſtinus Philoſophus & Martyr, ut Miltiades Eccleſiarum Sophiſta, ut Irenæus omnium doctrinarum curioſiſſimus explorator, ut Proclus noſtræ Virginis Senectæ, & Chriſtianæ eloquentiæ dignitas. *Hactenus Tertullianus*: Et addit Baronius ad annum CCI. num. XI. ab hoc eodem Proclo deceptum Tertullianum ad Montaniſmum acceſſiſſe.

37. At Valeſius in notis ad cap. 20. lib. 6. Euſebii, non aſſentitur Baronio, neque aliis aſſerentibus, hunc Proclum illum fuiſſe, qui ſcripſit adversùs Valentinianos, quia Proclus adversùs quem Cajus ſcripſit, fuit ho-

homo Græcus, & ideo in Græco diſputationem ſuam edidit, unde à Tertulliano *Proclon* græco nomine appellatur. Alter verò qui adversùs Valentinianos ſcripſit Proculus, non Proclus nominatur, quia non Græcus genere. Levis tamen conjectura, nam diverſi hoc nomine appellati ſunt, quamvis non Græci Genere. Suidas ipſe Proclum appellat illum Mallotem Cilicum Philoſophum Stoicum, qui Commentarium ſcripſit Diogenis Sophiſmatum, & adversùs Epicurum, Proclum quoque alterum Laodiceæ Syriæ Sacerdotem nominat, qui ſcripſit Theologiam, in Heſiodam Pandoræ ſabulam. Et Proclum denique appellat alterum genere Lycium diſcipulum Syriani, qui alter à Porphyrio impuram & contumelioſam contra Chriſtianos linguam exacuit. Quòd verò Cajus Græcè ſcripſerit, hoc ſolùm oſtendit, hunc Proclum in Græcis quoque literis, quamvis non genere Græcum fuiſſe eruditum, ſicut tunc temporis in more erat, viros doctos in Græcis literis erudiri.

38. Denique hic Proclus Montaniſta, ſe novæ ſectæ principem conſtituiſſe, indicat Auctor Appendicis ad Tertullianum de Preſcript. inquiens; „ Acceſſerunt alii hæretici, „ qui dicuntur ſecundùm Phrygas; ſed ho„ rum non una doctrina eſt; ſunt enim qui „ Cata Proclum dicuntur; ſunt qui ſecun„ dùm Æſchinem pronunciantur. „ Ita qui à Proclo inſtructi dicebantur Cata Procli, qui ab Æſchine, ſecundum Æſchinem vocabantur; quamvis poſtea communi vocabulo omnes dicti fuerint Cataphryges, & Montaniſtæ.

39. Ut verò ad eorum geſta redeamus, ſcribit Miltiades apud Euſeb. lib. 5. hiſtor. cap. 17. Montani prophetiſſas, ut ipſarum roborarent prophetias ubique decantaſſe, ſe in prophetico Spiritu ſucceſſiſse Quadrato, & Ammiæ Philadelphenſi, quarum jactantiam idem Meltiades refellit, inquiens; „ Nam ſiquidem, ut prædicant, poſt Qua„ dratum, & Ammiam Philadelphenſem mu„ lieres illæ Montani, in prophetiæ gratia „ ſucceſſerunt, oſtendant nobis quinam in„ ter ipſos Montano, ac Mulierculis ſuc„ ceſserint. Etenim prophetiæ donum in „ omni Eccleſia ad ultimum uſque Domini „ adventum permanere debere, Auctor eſt „ Apoſtolus. Sed nullum prorſus poterunt „ oſtendere, tametſi jam quartus decimus hic „ agatur annus ab obitu Maximillæ.

40. Inter Maximillæ Vaticinia, adnotat Auctor ille antiquus apud Euſeb. lib. 5. cap. 16. imminentia bella, tumultuſque brevi eventura denunciaſse, eventu poſteà falſitatem prophetiæ demonſtrante: „ In eodem „ quoque libro, *ait Euſebius*, poſtquam „ nonnulla ad falſam illam Maximillæ pro„ phetiam convincendam interſeruit, tum „ tempus ipſum, quo hæc ſcripta ſunt de„ ſignat, tum Mulieris illius vaticinia com„ memorat, quibus bella, & tumultus im„ minere prædixerat: quorum quidem va„ ticinium falſitatem convincit his verbis. „ *Nonne*, inquit, *etiam hoc mendacium* „ *omnibus manifeſtum apparuit? Etenim ab* „ *obitu Maximillæ uſque ad hunc diem pluſ-* „ *quam tredecim anni jam elapſi ſunt: nec* „ *tamen ullum, aut particulare bellum, aut* „ *univerſale in terris fuit*. Immò Chriſtia„ nis, præcipuâ quadam Dei miſericordiâ, „ pax ſtabilis, & firma permanſit.

41. Præſtat hic obiter adnotare, Auctorem illum antiquum, cujus Euſebius meminit in initio cap. 16. cit. ſcripſiſse contra Montaniſtas, dum ait: „ Unus igitur ex „ illis in ipſo principio operis quod adver„ sùs Cataphrygas compoſuit, priùs ſe cum „ illis nuda voce dimicaſse admonet, eo„ rumque errores coarguiſse; „ non fuiſse Apollinarem Hierapolytanum, ut vertit Ruffinus, & ſcribit Nicephorus lib. 4. hiſtor. cap. 23. Etenim Apollinaris utique ſcripſit adversùs Cataphrygarum hæreſim, ſed in initio illius, dum primùm enaſci cœperat, ut ſcribit Euſeb. lib. 4. hiſt. cap. 27. ubi de Apollinari inter alia hæc habet: „ Scripſit „ contra Cataphrygarum hæreſim, quæ qui„ dem non longè poſtea maximos tumul„ tus excitavit: Tunc temporis primùm „ enaſci cœperat, Montano cum falſis Va„ tibus ſuis adhuc erroris ſui fundamenta „ jaciente. „ Et S. Hieronymus in lib. de Script. in Apollinari, agens de ejus libris ait: *Et adversùm Cataphrygas tunc primùm exortos cum Priſca, & Maximilla inſanis Vatibus, incipiente Montano*. At antiquus ille Auctor (de quo Euſebius) Scripſit treſdecim ferè annis poſt obitum Maximillæ, nequaquam dum primùm erumpere cœperat Montani hæreſis, ut liquet ex textu ſupra relato.

42. Valeſius porrò in notis ad cap. 16. lib. 5. Euſebii adnotat, D. Hieronymum memoriâ lapſum tribuere Apollonio, quæ de Auctore innominato ſcribit Euſebius. Et quidem in libro de Script. in Apollonio, ait: „ Apollonius vir diſertiſſimus, ſcripſit „ adversùs Montanum, Priſcam, & Maxi„ millam inſigne, & longum volumen, in „ quo aſserit, Montanum, & inſanas Vates „ periiſse ſuſpendio, & multa alia, in qui„ bus de Priſca & Maximilla refert: Si ne„ gant eas accepiſſe munera, confitentur „ non eſſe Prophetas qui accipiunt; & mil„ le hoc teſtibus approbabo. „ Confundit ergo Apollonii opus adversùs Cataphrygas, cum opere Auctoris innominati: Etenim ex fragmento Apollonii recitato ab Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 18. nulla fit mentio de obitu Montani, & Prophetiſſarum, quæ utique refertur ab Auctore innominato in fragmento ab eodem Euſeb. relato lib. 5. cit. cap. 16. Subſequen-

quentia porrò quæ ſubjungit Hieronymus in Apollonio, utique ſunt Apollonii & habentur in prælaudato Apollonii fragmento.

43. Denique eundem lapſum in Hieronymo notat idem Valeſius, dum Rhodono tribuit quæ ſcripta ſunt ab Auctore Innominato, inquiens in eodem lib. de Script. in Miltiade. „ Miltiades, cujus Rhodon in „ opere ſuo, quod adversùs Montanum, „ Priſcam, & Maximillam compoſuit, re„ cordatur. „ Etenim ex Euſebio lib. 5. hiſt. cap. 13. ubi recenſet univerſa Rhodoni ſcripta, nullam nec quidem minimam mentionem facit de ſcriptis ipſius adversùs Cataphrygas, refert ſcripſiſſe contra Marcioniſtas in diverſas jam ſectas ſua ætate diſciſſos: contra Apellem, cum quo & congreſſum habuiſſe tradit, aliaque opera edidiſſe, nullâ factâ mentione de opere adversùs Cataphrygas. Hæc itaque ſint obiter adnotata.

44. Acceſſit porrò ad hanc hæreſim Tertullianus, & fuit magna Eccleſiæ tentatio, ut ait Lirinenſis in Commonitor. 1. adverſ. Prophan. Vocum Novit. cap. 23. De quo poſt diverſas Tertulliani ingenii, vitæ, ac doctrinæ laudes, ſubjungit prælaudatus Lirinenſis. „ Et tamen hic quoque poſt hæc „ omnia, hic, inquam, Tertullianus Catho„ lici dogmatis, ideſt univerſalis ac vetu„ ſtæ fidei parùm tenax, ac diſertior mul„ tò, quàm fœlicior: mutatâ deinceps ſen„ tentiâ fecit ad extremum, quod de eo „ Beatus Confeſſor Hilarius quodam loco „ ſcribit, Sequenti, *inquit*, errore detraxit „ ſcriptis probabilibus authoritatem. Et fuit „ ipſe quoque in Eccleſia magna tentatio. Addit porrò, ut oſtendat ad Montani hæreſim acceſſiſſe: „ Hoc tantùm commemora„ bo, quòd contra Moyſi præceptum exur„ gentes in Eccleſia novellas Montani fu„ rias, & inſana illa inſanarum Mulierum „ novitii dogmatis ſomnia, veras prophe„ tiaa aſſeverando, meruit ut de ſe quo„ que, & ſcripturis ſuis diceretur: *Si ſurrexit in medio tui propheta*; Et mox: „ *Non audies verba prophetiæ illius*. Quare? „ *Quia*, inquit, *tentat vos Dominus Deus veſter, utrum diligatis eum, an non*.

45. Certè Hilarius in Matthæum can. 5. Sententiam à Lyrinenſi relatam pronunciat, ubi agens de Oratione, & Jejunio, tradit Cyprianum volumen de Oratione edidiſſe: Tertullianum quoque & alterum, ſed conſequentem illius errorem detraxiſſe auctoritatem. „ De orationis autem Sacramento, „ *ait*, neceſſitate nos commendandi Cypria„ nus vir ſanctæ memoriæ liberavit. Quan„ quam & Tertullianus hinc volumen aptiſ„ ſimum ſcripſerit: ſed conſequens error ho„ minis, detraxit ſcriptis probabilibus au„ ctoritatem. „ Proinde Optatus Milevitanus lib. 1. contra Parmenianum ſupra cit. notat Tertullianum ſcripſiſse adversùs Valentinum, Marcionem, Sabellium & alios, uſque ad Cataphrygas quorum ſe addixit erroribus. Et S. Hieronymus in Apologia adversùs Ruffinum, ſe dicit laudare Tertulliani ingenium, hæreſes verò illius damnare. Et in libro adversùs Helvidium, de eodem agens, Eccleſiæ hominem non fuiſse ait. Sic Pacianus Epiſt. 3. ad Sympronianum, ſcribit Tertullianum poſt hæreſim, ipſorum Schiſmaticorum fuiſse, non Eccleſiæ Catholicæ. Denique S. Auguſtinus in lib. de hæreſ. cap. 86. apertè tradit Tertullianum hæreticum factum, ad Cataphrygas confugiſse.

46. In conſignanda ſuæ defectionis cauſa non eſt una omnium Sententia. Pamelius in Tertulliani vita, ſub anno CCXI. in ea eſt ſententia, ut cùm poſt obitum Agrippini Epiſcopi Carthaginenſis, ambierit illi ſuccedere, fortè Clericorum quorundam Eccleſiæ Romanæ invidiâ, repulſam paſsus fuerit, indignatione commotus, deſertâ Romanâ & Catholicâ Eccleſiâ, Montaniſtis adhæſerit. Id quod diverſis conjecturis probare conatur. Verùm pluribus eruditis, hæc non placet opinio: nam non videtur veriſimile, inquiunt, Tertullianum, qui in lib. adversùs Valentinianos cap. 4. ambitionem condemnat Valentini, qui propter Epiſcopatus repulſam ſchiſma fecit, & hæreſim introduxit, eadem poſtea de cauſa, voluiſse & ipſe deficere. Verba Tertulliani loc. cit. ſunt: „ Speraverat Epiſcopatum Valentinus, quia „ & ingenio poterat, & eloquio: Sed alium „ ex martyrii prærogativa loci poſitum in„ dignatus, de Eccleſia authenticæ regulæ „ abrupit (ut ſolent animi pro prioratu „ exciti, præſumptione ultionis accendi) „ ad expugnandam converſus veritatem, & „ cujuſdam Veteris opinionis ſemen nactus „ Colarbaſo viam delineavit. „ Et notat Baronius ad annum CCI. num. 7. non eſse probabile aliqua paſsum Tertullianum à Clero Romano, ratione cujus indignatus ſe ſe in Montani claſsem conjecerit, ſed potius è converſo, quia Montano priùs ſe addixerat, ideo ab Eccleſia Romana fuiſset ejectus.

47. Cæterum ſub num. 9. ejuſdem anni in eam inclinat ſententiam, ut nimirùm invidiâ, & zelo aliquo permotus Eccleſiam Catholicam reliquiſset: fundamentum ſumit à verbis Auctoris operis imperfecti in cap. 13. Epiſt. 1. ad Corinth. Ambroſio adſcripti, ubi dicitur: „ Per invidiam, & Charitatem „ corrumpentes, Scientiam ad nihilum de„ duxerunt: nam & Tertullianus, & No„ vatianus non parvæ Scientiæ fuerunt, ſed „ quia per zelum, Charitatis fœdera perdi„ derunt, in Schiſma verſi, ad perditionem „ ſui hæreſes creaverunt. „ Quo etiam teſtimonio uſus eſt Pamelius, ut ſuam opinionem roboraret. At Baronius hunc zelum

Ter-

Tertulliani non exiſtimat accidiſſe propter repulſam Epiſcopatus Carthaginenſis, ut vult Pamelius, ſed magis propter adeptum Epiſcopatum Eccleſiæ Romanæ à Victore, qui Eleuthero ſucceſſerat: Cùm enim Victor afer & ipſe fuerit, invidiam potuit in Tertullianum excitaſſe, videntem ſe poſtpoſitum Victori gentili ſuo. „ Indignè, *ait Baronius*, „ fortaſſe tulit illum ſibi honore prælatum, „ vel quòd ab ipſo non adeò, ut ſibi præ„ ſumpſerat haberetur honore, vel colcretur „ officiis. „ Quare hac de cauſa non pridem, ac ſub Victore lapſum vult Tertullianum.

48. Verior tamen opinio, meo judicio, eruenda eſt his quæ de Tertulliano ſcribit S. Hieronymus in libro de Script., de quo hæc habet: „ Tertullianus Presbyter, nunc „ demùm primus poſt Victorem, & Apol„ lonium Latinorum ponitur, Provinciæ „ Africæ, Civitatis Carthaginenſis, patre „ Centurione proconſulari: Hic acris, & „ vehementis ingenii, ſub Severo Principe, „ & Antonino Caracalla maximè floruit, „ multaque ſcripſit volumina, quæ quia no„ ta ſunt pluribus, prætermittimus. *Et po*„ *ſteà*. Hic uſque ad mediam ætatem Preſ„ byter Eccleſiæ permanſit; invidiâ poſtea, „ & contumeliis Clericorum Romanæ Ec„ cleſiæ, ad Montani dogma delapſus in mul„ tis libris novæ prophetiæ meminit, ſpe„ cialiter autem adversùm Eccleſiam texuit „ volumina, De pudicitia, de Perſecutione, „ de Jejuniis, de Monogamia, de Ecſtaſi „ libros ſex, & ſeptimum quem adversùm „ Apollonium compoſuit. „ *Hæc S. Hieronymus*.

49. Si verò inquirere velimus, quas à Clero Romano contumelias pertulerit Tertullianus adhuc Catholicus, certè inveniemus non alias præter eas, quas poſt librum de Corona Militis ab eo conſcriptum, irrogatas conjicere licet: Etenim cùm miles quidam Coronam Caſtrenſem, in donativi diſtributione geſtare recuſaverit, putans ſibi non licuiſſe eò quòd Chriſtianus eſſet; Gentilium more hujuſmodi geſtare coronam, reclamantibus Chriſtianis, & fortè univerſo Romano Clero, formidantibus nè Chriſtianorum turbaretur pax, & factum militis in cauſa foret ut perſecutio in Eccleſiam à Principibus excitaretur, Tertullianus accepto calamo Militis defenſam ſuſcepit, librumque de Corona conſcripſit adversùs omnes, qui militis geſta reprehendebant. Proinde & Romanus Clerus hac de cauſa potuit, & Tertulliano reddere; undè indignatus Tertullianus hac de cauſa potuit, desertâ Eccleſiâ Romanâ ad Montaniſmum accedere.

50. Factum militis narrat idem Tertullianus in libro eodem de Corona cap. 1. ubi & indicat diſplicuiſſe Chriſtianis, quorum diſplicentiam acriter exprobrat, & reprehendit: verba ejus ſunt: „ Proximè facta eſt „ liberalitas præſtantiſſimorum Imperato„ rum. Expungebantur in caſtris milites „ laureati. Adibat quidam illic magis Dei „ miles cæteris conſtantior fratribus, qui „ ſe duobus Dominis ſervire non poſſe præ„ ſumpſerat, ſolus libero capite, corona„ mento in manu otioſo. Vulgata jam & „ iſta diſciplina Chriſtianorum relucebat. „ Denique ſinguli deſignare, eludere emi„ nus, infrendere cominus, murmur Tri„ buno defertur, & perſona jam ex ordine „ acceſſerat. Statim Tribunus, *Cur*, inquit, „ *tam diverſus habitu?* Negavit ille cum „ cæteris ſibi licere. Cauſas expoſtulatus, „ *Chriſtianus ſum*, reſpondit. Oh militem „ Deo glorioſum! Suffragia exindè, & res „ apud acta, & reus apud Præfectos. Ibi„ dem graviſſimas penulas poſuit revelari „ auſpicatus: Speculatoriam moroſiſſimam „ pedibus abſolvit, terræ Sanctæ inſiſtere „ incipiens: gladium nec dominicæ defen„ ſioni neceſſarium reddidit: laurea & de „ manu corruit, & nunc ruſſatus ſanguinis „ ſui ſpe: *calceatus de Evangelii paratura* „ *ſuccinctus*, *acutiore verbo Dei*, totus de „ Apoſtolo armatus, & de Martyrij can„ dida laurea meliùs coronandus, donativum „ Chriſti in Carcere expectat. „ *Hæc Tertullianus* de geſtis ab hoc Milite.

51. Exinde adversùs Chriſtianos factum militis exprobrantes calamum acuit, ſubjungens; „ Exinde Sententiæ ſuper illo, neſcio „ an Chriſtianorum, non enim aliæ Ethni„ corum, ut de abrupto, & præcipiti, & „ mori cupido, qui de habitu interrogatus, „ nomini negotium fecerit, ſolus ſcilicet „ fortis, inter tot fratres commilitones ſo„ lus Chriſtianus. Planè ſupereſt, ut etiam „ Martyria recuſare meditentur, qui pro„ phetias ejuſdem Spiritus Sancti reſpuerunt. „ Muſſitant denique, tam bonam & longam „ ſibi pacem periclitari. Nec dubito quaſdam „ Scripturas emigrare, Sarcinas expedire, *fu*„ *gæ accingi de Civitatem in Civitatem*: Nul„ lam aliam Evangelii memoriam curant: „ Novi & Paſtores eorum, in pace Leones, „ in prælio cervos. „ *Hæc Tertullianus* adversùm populum, & Romanum Clerum in cauſa militis. Non ergo dubitari poteſt, quin hæc fuerit diſſenſionis occaſio Tertullianum inter & Romanum Clerum; certè enim Clerus Romanus à Tertulliano reprehenſus, cauſam ſuam defendere exorſus, potuit & Tertullianum exprobaſſe; auctis inde diſſenſionibus, denique indignatùm Tertullianum ad Montaniſmum acceſſiſſe, legitimâ non caret conjecturâ: qua de causâ veriſſima erunt quæ S. Hieronymus ſcribit: *Invidiâ poſtea, & contumeliis Clericorum Romanæ Eccleſiæ ad Montani dogma delapſus, in multis libris novæ prophetiæ meminit*.

52. Fa-

52. Factum militis accidiſſe anno Domini CCIX. quo anno ſcriptum librum de Corona militis cenſet Pamelius, qui fuit annus X. Zepherini Papæ, & XVI. Imperii Severi. Sed Pagius notat ſcriptum eſſe anno Domini CCII., in quem annum vult incidiſſe decennalia Severi, L. Septimio Severo Auguſto III. & Aurelio Antonino, Auguſto Caracalla Coſſ. qui fuit annus Zepherini VI. & ejuſdem Severi X. quæ opinio videtur probabilior, quia anno X. decennalia celebrabantur: immò notat, in eundem annum incidiſſe quinquennalia Caracallæ Auguſti. Et hoc eadem anno excitatam in Eccleſiam diram à Severo perſecutionem, referunt Scriptores, de qua Euſebius lib. 6. hiſt. cap. 1. ait: „ Porrò cùm Severus perſecutionem adversùs Eccleſias excitaſſet, per omnes quidem ubique locorum Eccleſias ab Athletis pro pietate certantibus, illuſtria ſunt confecta Martyria. Quam perſecutionem in Chronico conſignat ſub anno CCIII. Sed noſter Myræus optimè eam conſignat ſub anno Domini CCII. & Conſulatu III. L. Septimii. Hunc tamen incidiſſe in annum II. Zepherini. Notat enim Victorem cui ſucceſſit Zepherinus, paſſum eſſe anno CCI. L. Annio Fabiano, & M. Nonio Muciano Coſſ. die 28. Julii. Congiarium verò datum militibus à Severo, cujus occaſione Tertullianus ſcripſit lib. de Corona militis, conſignat ſub anno Domini CXCIX. Cornelio Annlino, & M. Aufidio Frontone Coſſ. quo anno tradit Severum creaſſe Antoninum filium ſuum Imperatorem; fere triennio ante excitatam perſecutionem. Cùm tamen Pagius conſtanter aſſerat, perſecutiones annis decennalibus, & id genus feſtis addictis: in ejus Sententia nonniſi anno X. Severi motam perſecntionem credendum eſt.

53. Verùm quidquid ſit de accurata temporum ratione, certum hoc unum eſt, ante ſcriptum à Tertulliano librum de Corona, Eccleſiam io pace quieviſſe, ut liquet ex Chriſtianorum verbis relatis à Tertulliano in eodem lib. cap. 1. *Muſſitant denique tam bonam, & longam ſibi pacem periclitari*. Occaſione verò congiarii doni, accidiſſe quæ de milite relata ſunt, & tunc proximè librum de Corooa ſcripſiſſe, priora verha Tertulliani palàm oſtendunt, nempè: *Proximè facta eſt liberalitas præſtantiſſimorum Imperatorum*. Poſt hæc omnia excitatam fuiſſe Severianam perſecutionem, conſequens fit. Quòd ſi in decennalibus, ut placet Pagio, certè eodem anno, quo ſupradicta contigerant. Cùm itaque Chriſtianis id quod timebant evenerit, nimirum perſecutio à Principe excitata, quam ex facto militis ſupervenire formidabant, probabile eſt invehiſſe in Tertullianum militia illius defenſorem, totumqne clerum eum exprobraſſe. Etenim Romæ tunc præſens erat Tertullianus, ubi & librum ſcripſiſſe, non dubitant cum Pamelio eruditi: ex quo in fine libri Romanos alloquatur, inquiens: „ Erubeſcite Romani Commilitones ejus, jam non ab ipſo judicandi, ſed ab aliquo Mithræ milite, qui, quum initiatis in Spelæo, in caſtris verè tenebrarum coronam interpoſito gladio ſibi oblatam quaſi mimum Martyrii, dehinc capiti ſuo accomodatam, monetur obviâ manu capite depellere. „ Itaque ex hactenus deductis verum eſſe evincitur id quod S. Hieronymus refert de Tertulliano, oimirùm quòd invidiâ, & contumeliis Clericorum Romanæ Eccleſiæ ad Montani dogma tranſierit.

54. Ad banc ſuæ defectionis cauſam, accedit & prætextus ſeverioris diſciplinæ, cui addictus ex naturali ejus inſtituto videbatur. Erat enim animo auſterus, & Chriſtianam vitam in auſteritate diſciplinæ præcipuè collocandam exiſtimabat: proindè potiſſima quæ amplexus fuerat Montaniſtarum dogmata, nonniſi ad ſeveriorem tendebant diſciplinam: qua de cauſa Moechis dandam veniam oolebat, ſecundas damnabat nuptias, urgente perſecutione non eſſe ſugiendum docebat, & rigoroſa obſervanda eſſe Jejunia proclamabat. Proindè Catholicos cenſurabat veluti laxioris diſciplinæ ſectatores, cujus cauſâ noluiſſe Paracletum, hoc eſt, Montani prophetiam recipere, ſcripſit in libro de Monogamia cap. 2. inquiens: „ Nec ulla magis ex cauſa Paracletum negare coguntur, quàm dum exiſtimant novæ diſciplinæ inſtitutorem, & quidem duriſſime illis: ut jam de hoc primùm conſiſtendum ſit in generali tractatu: an capiat Paracletum aliquid tale docuiſſe, quod aut novum deputari poſſit adversùs Catholicam Traditiooem; aut oneroſum adversùs levem Sarcinam Domini. „ *Hæc Tertullianus*, qui etiam Pſichicos Catholicos appellare ſolebat, nomen à Valentino uſurpatum, qui ſic vocitabat eos, quos dicebat eſſe animales, & carnales. Et notat etiam Clemens Alex. lib. 4. Stromat. ubi ait: *Quin etiam Phryges quoque illos, qui novam non attendunt prophetiam, animales appellant.* Firmum ergo ſtat Tertullianum invidiâ præcipuè & contumeliis Cleri Romani: exinde ſtudio etiam Severioris diſciplinæ ad partes Montani declinaſſe. Hactenus de Tertulliani lapſu.

55. Cæterum hæc hæreſis in ſuo exordio habuit contradictores Catholicos viros, quamvis aliqui, non rectè examinatâ illius prophetiâ, aſſentirentur: Sic antiquus ille Auctor refert, inquiens: „ Porrò ex his, qui tunc temporis adulterinos hominis Sermones andierant, alii quidem ut abrepticium, & Demoniacum, ac Spiritu erroris actum, turbaſque in populo excitantem indignabundi objurgabant, & loqui

„ ulte-

„ ulterius prohibebant. Quippe qui in men„ te haberent diſcrimen à Domino præno„ tatum, minaſque quibus jubemur adven„ tum falſorum prophetarum vigilanter, ac „ ſollicitè obſervare. Alii verò velut Sancto „ Spiritu & prophetiæ gratiâ elati, inflati„ que, mirum in modum, & diſtinctionis „ à Domino præmonſtratæ penitùs obliti, „ illum infatuantem, & adulatorem, vulgi„ que ſeductorem Spiritum ultrò ad loquen„ dum provocabant, capti ejus illecebris, & „ in fraudem inducti.

56. Exinde poſtea re meliùs compertâ, paucis exceptis Phrygibus, univerſa per orbem Eccleſia ei contradixit, & qui in Aſia erant plurimis in locis congregati Fideles, nedùm Montani prophetiam reprobarunt, verum ejus Sectatores prorſus ab Eccleſiæ communione ſejunxerunt, ut idem Auctor ſubjungit, inquiens: „ Cùm Fideles, qui in „ Aſia erant, ſæpius & in plurimis Aſiæ lo„ cis ejus rei causâ conveniſſent, novamque „ illam doctrinam examinaſſent, & propha„ nam, atque impiam judicaſſent; damnatâ „ hæreſi, iſti ab Eccleſia, & Fidelium commu„ nione expulſi ſunt.

57. Porrò ille Idem Auctor ſcribit ad Auricum Marcellum apud Euſeb.lib.5.cap.16. ſe, cùm eſſet Ancyræ Galatiæ, congreſſum habuiſſe cum pluribus, & de nova Montani Prophetia accuratam habuiſſe diſquiſitionem, adeout non ſine magno illius Eccleſiæ Fidelium gaudio, reprobatâ pſeudoprophetiâ, Catholicæ fidei veritas roborata remanſerit. „ Nuper verò, *inquit*, cùm eſſem Ancyræ „ in Galatia, & Eccleſiam illius loci novâ „ illâ, non ut ipſi dicunt, Prophetiâ, ſed „ ut poſtea demonſtrabitur Pſeudo-Prophe„ tiâ, turbatam deprehendiſſem: quantùm „ facere potui, Deo juvante tum de ipſis, „ tum de reliquis omnibus, quæ ab illis pro„ ponebantur, ſigillatim in Eccleſia diſſe„ rui pluribus diebus: adeò ut Eccleſia qui„ dem incredibili gaudio affecta, & in ve„ ritate fidei magnopere confirmata ſit; ad„ verſarii verò tunc quidem fugati, & Dei „ hoſtes non mediocri dolore perculſi fue„ rint.

58. Denique quò ad exitum Montani, ſanè miſerabilem atque infeliciſſimum idem qui ſupra Auctor refert, etenim agens primùm de Montani & Maximillæ interitu, ait: „ Ambo enim, ut fama eſt, ab inſano Spi„ ritu incitati, laqueo ſibi gulam fregerunt, „ non quidem ſimul, ſed ſuæ quiſque mor„ tis tempore. „ Porrò nec omittit enarrare Theodoti, qui Montani cauſam velut procuratorio nomine fovebat, exitum, ſubjungens: „ Admirabilis ille Theodotus, qui „ primus prophetiæ illorum, quaſi Procu„ rator quidam fuit, plurimorum Sermone „ perhibetur, falſo mentis exceſſu abruptus „ fuiſſe, perindè ac ſi levaretur aliquando, „ & aſſumeretur in Cœlum: eumque ſe au„ tem fraudolentiſſimo Spiritui permiſiſſet, „ ab eo in altum jactatus, miſerabili exitu „ periiſſe. Et id quidem factum eſſe nar„ rant.

59. Contra hanc hæreſim ſcripſerunt, Apollinarius Epiſcopus Hierapolitanus, Auctor quidam antiquus, cujus meminit, poſt recenſitum Apollinarem, Euſebius lib. 5. hiſt. cit. cap. 16. Miltiades, & Apollonius, apud eundem Euſebium lib. 5. cit. cap. 17. & cap. 18. Serapion Epiſcopus Antiochenus in Epiſtola ad Caricum & Ponticum, cui nomina aliorum Epiſcoporum leguntur ſubſcripta, apud eundem Euſebium eodem lib.5. cap. 19. Cajus vir diſſertiſſimus, ſcripſit integram diſputationem Romæ habitam ſub Zepherino Papa adversùs Proclum Cataphrygam, ut idem Euſebius refert lib. 6. cap. 20. Quos omnes pariter recenſet Theodoretus lib. 3. hæret. fabul. inquiens: „ Adversùs eos ſcripſit Apollinaris, qui fuit „ Sacræ Urbis in Phrygia Epiſcopus, vir „ laude dignus, & qui præter rerum Divi„ narum cognitionem, erat quoque externâ „ diſciplinâ præditus. Similiter autem & „ Miltiades, & Apollonius, & alii Scripto„ res. Adversùs Patroclum (*lege Proclum*) „ autem, qui huic hæreſi præfuit, ſcripſit „ Cainus (*ſupple Cajus*) cujus etiam paulò „ ante meminimus. „ *Hactenus Theodoretus.* Poſtea ſcripſit Epiphanius in Panario, hæreſ. 48. Nonnulla etiam Beatus Hieronymus in Epiſtola ad Marcell. ſupracit. Et alii plures, quos recenſere longum eſſet.

60. Non citò peſſima hujus hæreſis Secta remanſit extincta, vigebat adhuc ætate S. Auguſtini, prout indicat in noſtro textu per illa verba: *etiam nunc in ejuſdem partibus populos habent*, ideſt in Provincia Phrygiæ, ubi Montaniſtæ exordia habuerunt ſua, juxtà ſupra allegata, & ut ait idem S.Doctor, *ibi extiterunt, ibique vixerunt*. Vigebat adhuc tempore Concilii Conſtantinopolitani II. celebrati ſub Juſtiniano Principe circa annum Domini DLIII. cùm in Canone VII. mentio habeatur de Montaniſtis ad Eccleſiam venientibus Catholicam, & recipiendi modus tradatur, & regula. Et Timotheus Presbyter, *de Differentia eorum, qui accedunt ad Sanctiſſimam noſtram fidem* apud Cotelerium in Monument. Eccleſ.Grecæ tom. 3. pag. mihi 421. Montaniſtas inter eos recenſet hæreticos, qui ad Eccleſiam venientes rebaptizabantur. Qui Auctor vixit poſt quintam Synodum, cùm in libro ejuſdem de Hæreticorum receptione, mentio habeatur hujus Synodi, ut videre eſt ad calcem præfati libri.

61. Denique Magnus Conſtantinus hos quoque in ſua adversùs hæreticos edita Sanctione comprehendit Montaniſtas, ut tradit Euſebius lib. 3. de Vita Conſtantini cap.64.

qua

qua ſanctione quoſcumqne cùm publicos, tùm privatos eis interdixit Conventus, ut idem refert Euſeb. ſub cap. 65. Cujus legis meminit & Sozomenus lib. 2. hiſt. cap. 32. ubi notat hujuſmodi hæreticos eadem paſſos, quæ cæteri hæretici in reliquis Provinciis Imperii Romani, exceptâ Phrygiâ, & vicinis aliquot Provinciis, in quibus jam inde ab initio, & ab ipſis Montani temporibus, multitudine abundarunt, & ſuâ quoque ætate abundabant. Ex quibus evidens fit non ſuffeciſſe Imperiales leges, ut hæc deſtrueretur Secta in ſua primaria Phrygiæ conſtituta Regia, etſi ramuſculi illius per alias partes germinati, iiſdem legibus avelli potuerint.

COMMENTARIUS

Dogmaticus.

62. A*Dventum Spiritus Sancti*) S. Baſilius lib. 2. adversùs Eunomium in fine tradit Montanum, ferè omnium primum impia in Spiritum Sanctum protuliſſe: „ Montanus ſolus, *inquit*, tantum in Spiritum inſanivit, & nominibus „ vituperavit humilibus, ac naturam ipſius „ tantum extenuavit, ut dicat infamiam „ afferre Factori. „ Summa verò hujus erroris in eo ſtat, ut Montanus, non ſe Spiritum Sanctum crederet, aut eſſe venditaret, ut perperam quidam ſcribunt, ſed quòd vellet in ſe Spiritum Sanctum à Domino promiſſum pleniori afflatu, ac in Diſcipulos Domini deſcendiſſe, & quod ex parte & quidem exigua in die Pentecoſtes acceperant Apoſtoli, ſe & ſuas prophetiſſas totâ cum plenitudine recepiſſe decantabat. Joelis verò prophetiam cap. 2. *In noviſſimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo in omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ, & juvenes viſiones videbunt, & ſeniores ſomnia ſomniabunt*, quam B. Petrus impletam dicit in die Pentecoſtes Actor. cap. 1. Montanus impletam in ſe promulgabat, atque in ſuis prophetiſſis.

63. S. Hieronymus in Epiſtola 27. ad Marcellam data, tradit hanc fuiſſe Montaniſtarum blaſphemiam, ut dicerent: „ Deum „ voluiſſe primùm in veteri Teſtamento per „ Moyſen & Prophetas ſalvare Mundum: „ ſed quia non potuerit explere, corpus „ ſumpſiſſe de Virgine, & in Chriſto ſub „ ſpecie Filii prædicantem, mortem obiiſſe „ pro nobis. Et quia per duos gradus Mundum ſalvare nequiverit, ad extremum per „ Spiritum Sanctum in Montanum, Priſcam, „ & Maximillam inſanas fœminas deſcendiſſe, plenitudinem quam Paulus non habuerit, dicens: *ex parte cognoſcimus, & „ ex parte prophetamus*. Et, *nunc videmus „ per ſpeculum in ænigmate*, abſciſſum & „ ſemivirum habuiſſe Montanum. „ *Hactenus S. Hieronymus*. qui abſciſſum & ſemivirum Montanum dicit, utpotè ex Phrygia oriundum, ubi Cybelis Sacerdotes abſcindi & caſtrari conſueverant.

64. Nicetas porrò lib. 4. Theſauri, refert Montanum de ſe hæc protuliſſe: *Ego ſum omnipotens Pater*. Item. *Non ſum Angelus, neque legatus, ſed Deus ego, idemque Pater, veni Mundum ſervaturus*. Maximillam porrò hæc pronunciaſſe. *Poſt me propheta non erit, ſed conſummatio*. Zonaras autem in Not. ad can. VII. Concilii Conſtantinopolitani I. palàm refert, Montanum ſe Paracletum appellaſſe. *Montanus ille igitur*, inquit, *Paracletum ſe eſſe jactabat*. Adſtipulatur & Timotheus Presbyter in lib. de Recept. Hæret. apud Cotelerium loc. ſupra cit. pag. mihi 381. qui de Montaniſtis verba faciens, ait: *Montanus ſe Paracletum nuncupavit*. Cæterum ita intelligenda hæc putarim, ut Montanus nunquam ſe jactaſſe ſubſtantialiter Paracletum, ſed in ſe habuiſſe Paracletum, hoc eſt Spiritum Sanctum, juxta ſuperiùs dicta. Potuit quoque ſe appellaſſe Paracletum, ideſt Conſolatorem propter Spiritum Sanctum in ſe receptum. Et ideo Auctor Prædeſtinati à Sirmundo editi, de Montaniſtis ſcribit. *Hi itaque adventum Spiritus Sancti, à Domino promiſſum in ſe potius, quàm in Apoſtolis, fuiſſe aſſerunt redituns*. Honorius Auguſtudonenſis in lib. de hæreſ. De iiſdem ſcribit: *Hi Spiritum Sanctum, non in Apoſtolos, ſed in ſe traditum aſſerunt*.

65. Ex hoc itaque principio veluti fundamento totius Montaniſtarum prædicationis, diverſas alias evulgarunt blaſphemias, veluti doctrinam ſibi à Spiritu Sancto revelatam: Hinc S. Auguſtinus in Textu, ſubjungit: „ Secundas nuptias pro fornicationibus habent, & ideo dicunt eas permiſiſſe Apoſtolum Paulum, quia ex parte „ ſciebat, & ex parte prophetabat. Nondum enim venerat, quod perfectum eſt. „ Hoc autem perfectum, in Montanum, & in „ ejus prophetiſſas veniſſe delirant. „ Hæc omnia repetit & explicat lib. 32. contra Fauſtum Manichæum cap. 17. ubi ait: „ Nam „ & Cataphrygæ ſe promiſſum Paracletum „ ſuſcepiſſe dixerunt, & hinc à fide Catho- „ lica deviarunt, conantes prohibere quod „ Paulus conceſſit, & damnare ſecundas nuptias, quas ille permiſit: Sub his verbis „ inſidiantes, quâ ſcriptum eſt de Paracleto: „ *Ipſe vos inducet in omnem veritatem*, quaſi „ videlicet non omnem veritatem Paulus & „ cæteri Apoſtoli docuiſſent, ac locum Cataphrygarum Paracleto reſervaſſent. Ad „ hoc & illud traxerunt, quod Paulus ait: „ *Ex parte enim ſcimus, & ex parte prophetamus: cùm autem venerit, quod perfectum „ eſt, quod ex parte eſt evacuabitur*: ut

„ ſcilicet ex parte ſciens, & prophetans Apo-
„ ſtolus dixerit: *Quod vult faciat: non pec-
„ cat ſi nubat*: & ideo perfectum Paracleti
„ Phrygiæ hoc evacuaverit.„ *Hactenus S.Au-
guſtinus*. Meminit & ejuſdem hæreſis D.Hie-
ronymus in prælaudata Epiſtola ad Mar-
cellam, ſcribens: „ Nos ſecundas nuptias
„ non tam appetimus, quàm concedimus,
„ Paulo jubente, ut Viduæ adoleſcentulæ
„ nubant: illi in tantùm putant ſcelerata
„ conjugia interata, ut quicumque hoc fe-
„ cerit, adulter habeatur.

66. An Matrimonia rata diſſolveret du-
bitari meritò quia poterit, cùm Apollonius
apud Euſebium lib. 5. hiſt. cap.28. de Mon-
tano dicat: *Hic eſt, qui nuptiarum diſcidia
docuit*. Et Theodoretus lib.3. hæret. fabul.
Is ut & Matrimonium ſolveretur conſtituit.
Timotheus quoque Presbyter loc. cit. *Ma-
trimoniorum*, inquit, *mandavit ſolutionem*.
Item Zonaras in Can. ſupra cit. *Ab illis
divortia conjugum permiſſa*. Cæterum aliqui
exiſtimant, hujuſmodi diſſolutionem in ma-
trimonio primo rato, non permiſiſſe Mon-
tanum, præcepiſſe dumtaxat ſolutionem in
ſecundis nuptiis, quas prorſus illicitas pro-
nunciabat Montanus. Hinc Epiphanius in
hæreſi 48. ait: „ Si quis poſt uxoris obitum
„ ſecundas nuptias pro ſua imbecillitate de-
„ ſiderat, minimè id quidem veritatis re-
„ gula prohibet, in eo dumtaxat, qui Sa-
„ cerdos non fuerit. At iſti prohibent,
„ adeoque Pauli illâ Sententiâ comprehen-
„ duntur: *prohibentium nubere*. Nam eum,
„ qui ſecundis nuptiis alligatus fuerit, ex-
„ pellunt, ac ne facere iſtud audeat, vim
„ ac neceſſitatem adhibent. Nos autem ne-
„ que neceſſitate ullâ conſtringimus; ſed
„ ſuademus. „ *Hæc Epiphanius*, qui nec
verbum quidem facit de diſſolutione primi
matrimonii, quaſi id docuerint Monaniſtæ.
Neque S.Auguſtinus hoc refert.

67. Cæterùm mea conjectura eſt, utique
Montanum matrimonium primum non dam-
naſſe, ad differentiam Encratitarum, ſecun-
da tantùm matrimonia velut illicita prohi-
buiſſe: omne tamen matrimonium viventi-
bus conjugibus poſſe diſſolvi, & ita intel-
ligendum eſſe Apollonium per ille verba:
Hic eſt, qui nuptiarum diſcidia docuit. Illu-
ſtrant hunc locum ſequentia, quæ ſubjun-
git verba, ubi de Montani Prophetiſſis ait:
*Oſtendimus igitur, has principes prophetiſſas
ſimul ac Spiritu impletæ ſunt, viros ſuos di-
miſiſſe*. Nè fortè Montanus reprehenderetur,
quòd viratas mulieres ſecum haberet, reli-
ctis illarum maritis, potuit & dogma hoc
introduxiſſe, poſſe mulieres ex arbitrio vi-
ros dimittere: neque eſſe matrimoniale vin-
culum adeò indiſſolubile, ut non liceat,
viventibus conjugibus disjungi. Proinde
meritò Scriptores plurimi, has duas in hac
materia ſecernunt Montani hæreſes, & ut
ſecundas nuptias damnet, & primarum nu-
ptiarum vinculum, & fœdus pro conjugum
arbitrio poſſe diſſolvi.

68. Jejunia plurima, quàm Catholica
præſcripſerat Ecclesia de neceſſitate ſalutis
ſervanda Montanus docuit. Idem Apollo-
nius ait: *Hic eſt, qui Jejuniorum leges im-
poſuit*. Timotheus Presbyter: *mandavit, &
à quibuſdam cibis abſtinentiam*. Theodoretus:
*Nova Jejunia præter Eccleſiæ conſuetudinem
introduxit*. Et S. Hieronymus in Epiſtola ad
Marcellam: „ Nos, *inquit*, unam quadrage-
„ ſimam ſecundùm traditionem Apoſtolo-
„ rum, toto nobis Orbe congruo, jejuna-
„ mus: illi tres in anno faciunt quadra-
„ geſimas, quaſi tres paſſi ſint Salvatores.
„ Non quòd & per totum annum, exceptâ
„ Pentecoſte, jejunare non liceat, ſed quòd
„ aliud ſit neceſſitate, aliud voluntate mu-
„ nus offerre.

69. Porrò & in alium peſſimum errorem
prolapſi ſunt Montaniſtæ, ut negarent adeſ-
ſe in Eccleſia poteſtatem remittendi pecca-
ta, quem errorem proprium ſibi fecerunt
Novatiani. Adnotat hanc hæreſim in præ-
laudata Epiſtola ad Marcellam S. Hierony-
mus, inquiens. „ Illi ad omne penè deli-
„ ctum Eccleſiæ obſerant fores, nos quo-
„ tidie legimus: *Malo pœnitentiam peccato-
„ ris, quàm mortem*. Et: *Numquid qui ca-
„ det, non reſurget, dicit Dominus?* Et:
„ *Convertimi ad me filii convertentes, &
„ ego curabo contritiones veſtras*. Rigidi au-
„ tem ſunt, non quò & ipſi pejora non
„ peccent: ſed hoc inter nos & illos in-
„ tereſt, quòd illi erubeſcunt confiteri pec-
„ cata quaſi juſti; nos dùm pœnitentiam
„ agimus, faciliùs veniam promeremur.

70. Studio indè Sanctioris vitæ, ac ri-
gidioris Diſciplinæ, negabant Montaniſtæ,
quavis de cauſa licere Chriſtiano viro fu-
gam capere urgente perſecutione, ſed con-
ſiſtendum, omniaque toleranda uſque ad
Martyrium; à Tertulliano edocemur in li-
bro, quem inſcripſit de Fuga in perſecutio-
ne cap. ult. ubi ait: „ Et ideo Paracletus
„ neceſſarius deductor omnium veritatum,
„ exhortator omnium tolerantiarum: quem
„ qui receperunt, neque fugere perſecutio-
„ nem, neque redimere noverunt. Haben-
„ tes ipſum, qui pro nobis erit, ſicut lo-
„ cuturus in interrogatione, ita juvaturus in
„ paſſione.

71. Ex quadam inſuper cujuſdam phana-
ticæ illius Sectæ fœminæ viſione, & aliud
inter Montaniſtas ortum dogma legitur, Ani-
mam nimirum rationalem corpoream eſſe,
quamvis lucidam, & teneram. Ipſemet te-
ſtatur Tertullianus in lib. de Anima cap.9.
ubi & factum narrat, & dogma tradit:
„ Eſt hodie Soror apud nos, *inquit*, reve-
„ lationum Chariſmata ſortita, quas in Ec-
„ cleſia inter Dominica ſolemnia, per exſta-

„ ſim

„ ſim in Spiritu patitur. Converſatur cum „ Angelis, aliquando etiam cum Domino, „ & videt, & audit Sacramenta, & quorundam corda dignoſcit, & medicinas deſiderantibus ſubmittit. Jam verò prout Scripturæ leguntur, aut pſalmi canuntur, „ aut allocutiones proferuntur, aut petitiones delegantur, ita indè materiæ viſionibus ſubminiſtrantur. Fortè neſcio quid „ de Anima diſſerueramus, cùm ea Soror „ in Spiritu eſſet. Poſt tranſacta ſolemnia, „ quo uſu ſolet nobis renuntiare, quæ viderit: *Inter cætera*, inquit, *oſtenſa eſt mihi* „ *Anima corporaliter, & Spiritus videbatur,* „ *ſed non inanis, & vacuæ qualitatis; immò* „ *quæ etiam teneri repromitteret: tenera, &* „ *lucida, & aerii coloris, formâ per omnia* „ *humanâ*. Hæc eſt viſio, Deus teſtis, & „ Apoſtolus chariſmatum in Eccleſia futurorum idoneus Sponſor. „ *Hactenus Tertullianus*.

72. Sacram quoque prophanaſſe Euchariſtiam utendo in ea pane ex farina innocentis pueri Sanguine immiſta, Auctor eſt S. Auguſtinus in noſtro Textu: cujus ſceleris meminit & Epiphanius hæreſi 48. num. 14. inquiens: „ Cæterum iidem illi deſertum quendam in Phrygia locum præcipuè venerantur; ubi Pepuza quondam oppidum fuit, „ quod hodie ſolo æquatum eſt. Eò ſiquidem deſcendere Cœleſtem Hjeruſalem affirmant. Ergo illò proficiſcuntur, ac Myſteria quædam obeunt, ſacriſque Cæremoniis pro ſua opinione celebrant. *Et infra ſubjungit*. Horrendum quiddam, ac „ deteſtandum fieri dicitur. Nam infantulum per ſolemne quoddam Feſtum acubus „ æreis toto corpore pungentes, exceptum „ ſanguinem Sacrificiis ſuis adhibent.

73. Hoc ſane ſceleſte Myſterium ſe perpetrare negaſſe notat Theodoretus lib. 3. hæret. fabular. inquiens: *De Myſteriis autem nonnulla quidam jactitant. Sed illi non fatentur, & ſui accuſationem calumniam appellant.* Idem refert Timotheus Presbyter. *Iſti ſanguinem miſcent cum farina ad communionem: verùm hujuſmodi perceptionem præ verecundiâ negant*. At S. Hieronymus in ſæpe cit. Epiſtola, nec aſſentiri huic opinioni vult, licèt non abſolutè diſſentiat: „ Prætermitto, *inquit*, ſcelerata Myſteria, quæ dicuntur „ de lactente puero; & de victuro Martyre „ conſarrata. Malo, inquam, non credere. „ Sit falſum omne, quod ſanguinis eſt.

74. An rectè de Trinitate ſenſerint Montaniſtæ diverſæ ſunt Sententiæ: Epiphanius quidem affirmat in hæreſi 48. num. 1. ubi ait: „ Nam de Patre, & Filio, & Spiritu „ Sancto eadem cum Eccleſia Catholica ſentiunt. Sed ab ejus ſe communione ſepararunt, „ quòd erroris Spiritus, & doctrinas Dæmoniorum ſequuntur. „ Tertullianus quoque Montaniſta, in libro adversùs Praxeam, ſe & ſuam ſectam profiteri in Deo tres Divinas perſonas conſtanter affirmat, nam cap. 13. ait: „ Nos enim, qui & tempora, & cauſas Scripturarum per Dei gratiam inſpicimus, maximè Paracleti, non hominum „ diſcipuli, duos quidem definimus, Patrem, & Filium, & jam tres cum Spiritu „ Sancto ſecundùm rationem œconomiæ, quæ „ facit numerum.

75. Deinde ſubjungit, non per hoc duos Deos, aut duos Dominos proferre. „ Duos „ tamen Deos, & duos Dominos, nunquam „ ex ore noſtro proferimus: non quaſi non „ & Pater Deus, & Filius Deus, & Spiritus Sanctus Deus, & Deus unuſquiſque: „ Sed quoniam retrò & duo Dii, & duo „ Domini prædicabantur; ut ubi veniſſet „ Chriſtus, & Deus agnoſceretur, & Dominus vocaretur, quià filius Dei, & Domini. *Et infra*. At ubi venit Chriſtus, „ & cognitus eſt à nobis, quòd ipſe ſit, „ qui numerum retrò fecerat, factus ſecunda à Patre, & cum Spiritu tertius, & „ jam Pater per ipſum pleniùs manifeſtatus: „ redactum eſt jam nomen Dei, & Domini in unionem: ut quia Nationes à multitudine Idolorum tranſierunt ad unicum „ Deum, & differentia conſtitueretur inter „ cultores unius, & plurimæ Divinitatis.

76. In libro porrò adversùs Pſichicos de Jejuniis cap. 1. eandem defenſionem ſuſcipit inquiens: „ Hi Paracleto controverſiam faciunt, propter hoc novæ prophetiæ recuſantur: non quòd alium Deum prædicent „ Montanus, Priſcilla, & Maximilla, nec „ quòd Jeſum Chriſtum ſolvant, nec quòd „ aliquam fidei regulam evertant: Sed quòd „ planè doceant, ſæpius jejunare quàm nubere. „ Et in libro de Pudicitia cap. 21. palàm eandem Trinitatem à Montaniſtis profiteri declarat inquiens: „ Secundùm enim „ Petri perſonam Spiritualibus poteſtas iſta „ conveniet, aut Apoſtolo, aut Prophetæ: „ nam & ipſe Eccleſia propriè, & principaliter ipſe eſt Spiritus, in quo eſt Trinitas unius Divinitatis, Pater, & Filius, „ & Spiritus Sanctus. Illam Eccleſiam congregat, quam Dominus in tribus poſuit. *Hactenus Tertullianus* palàm oſtendens, apud Montaniſtas fidem Trinit. inviolatè remanſiſſe.

77. Attamen plurimi, & graviſſimi Patres contrarium ſentiunt, docentque apud præfatos Montaniſtas non viguiſſe illibatam Trinitatis fidem. Nam S. Hieronymus primam differentiam inter Montaniſtas & Catholicos collocat, quòd illi non confiteantur Trinitatem Divinarum perſonarum: Sic enim ad Marcellam ſcribit: „ Nos Patrem, „ & Filium, & Spiritum Sanctum in ſua „ unumquemque Perſona ponimus, licèt „ ſubſtantiâ copulemus: Illi Sabellii dogma „ Sectantes Trinitem in unius perſonæ anguſtias cogunt.

Digitized by Google

78. Baſilius magnus in Epiſtola Canonica ad Amphilochium ſub initium probat Baptiſmum Montaniſtarum invalidum eſſe propter defectum in fide Sanctiſſimæ Trinitatis. „ Pepuzanorum, *inquit*, autem Baptiſmus nullam mihi habere rationem videtur, & miratus ſum, quomodo hoc Dionyſium, qui ſuit Canonicus præteriit. Et infra ſubjungit cauſam nullitatis illorum Baptiſmi, eò quòd non habeant perfectam de Trinitate fidem, inquiens: „ Pepuzani ergo ſunt apertè hæretici: in S.Spiritum blaſphemarunt, Montano, & Priſcillæ Paracleti appellationem nefariè, & impudenter attribuentes. *Et paulò poſt*, quamnam ergo habet rationem, verum eorum Baptiſma judicari, qui in Patrem & Filium, & Montanum Priſcillamque baptizant? Non enim baptizati ſunt, qui non in nobis tradita baptizati ſunt. „ *Hæc Baſilius*: Cui certè adhæret Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſ. 6. Illuminat propter eandem rationem, cùm dicat, Montanum ſe Spiritum Sanctum feciſſe, ac proinde ex conſequenti fit ut tertiam in divinis negaret perſonam: *Montanus iſte*, inquit, *mente captus, & verè inſanus, ſe ipſum eſſe Spiritum Sanctum, homo abjectiſſimus, & omni immunditiá, fœditateque refertus*, *auſus eſt aſſerere*.

79. Accedit & Firmilianus in Epiſtola 75. inter Cyprianicas novæ edit. ad Cyprianum data, ubi prorsùs reprobat Cataphrygarum, & Montaniſtarum Baptiſmum, inquiens: „ Secundùm quod etiam illi, qui Cataphryges appellantur, & novas prophetias uſurpare conantur; nec Patrem poſsunt habere, nec Filium, nec Spiritum Sanctum, à quibus ſi quæramus, quem Chriſtum prædicent; reſpondebunt eum ſe prædicare, qui miſerit Spiritum per Montanum, & Priſcam locutum. In quibus cùm animadvertamus non veritatis Spiritum, ſed erroris fuiſse, cognoſcimus eos, qui falſam illorum prophetiam contra Chriſti fidem vindicant, Chriſtum habere non poſse.

80. Confirmat totum magnus Gregorius lib. 9. Regeſt. Epiſt. 61. ad Quirinum cæteroſque Hiberniæ Epiſcopos data, quâ rebaptizari mandat Montaniſtas ad Eccleſiam Catholicam venientes, eo quòd apud eos ſana non vigeat de Trinitate fides. „ Hi verò hæretici, *ait*, qui in Trinitatis nomine minimè baptizantur, ſicut ſunt Bonoſiani, & Cataphryges. Quia illi Chriſtum Dominum non credunt; & iſti Sanctum Spiritum perverſo ſenſu eſse quendam pravum hominem, Montanum credunt; quorum ſimiles multi ſunt, & alii tales, cùm ad Sanctam Eccleſiam veniunt, baptizantur, quia Baptiſmus non ſuit, quod in errore poſiti, in Sanctæ Trinitatis nomine minimè perceperunt. Nec poteſt hoc ipſum iteratum dici Baptiſma, quod ſicut dictum eſt, in Trinitatis nomine non erat datum. „ *Hactenus Gregorius*.

81. Porrò in Concilio Laodiceno can. 8. Sancitum ſuit rebaptizandos Cataphrygas ad Eccleſiam Catholicam venientes. „ De his, qui convertuntur ab hæreſi, quæ dicitur Cataphrygarum, etſi in Clero, qui apud eos eſse creditur, ſuerint, etſi maximi nominentur, hos ſub omni diligentia ab Epiſcopis Eccleſiæ, vel Presbyteris inſtrui, & baptizari conveniet. „ In Concilio quoque Generali Conſtantinopolitano I. can. 7. Montaniſtæ, & Cataphryges nectuntur cum Eumonianis, & Sabellianis, quos iterum rebaptizandos Patres decernunt. Eodem pacto Sancitum legimus in can. 95. ſextæ Synodi Generalis in Trullo.

82, Denique Timotheus Presbyter lib. de Recept. Hæretic. apertè ſcribit, Montanum, *Tres conſubſtantialis Divinitatis hypoſtaſes in unam conſerre perſonam conſuſum*. Et in libro de Differentia eorum qui accedunt ad Sanctiſſimam noſtram fidem, ex Nicone Montaniſtas in eorum hæreticorum collocat ſerie, qui venientes ad Eccleſiam Catholicam baptizantur. Quare Theodoretus quoque lib. 3. hæret. fabular. ſcribit, nonnullos Montaniſtas cum Sabellio, Trinitatem perſonarum in divinis pernegaſse. Nonnulli, *inquit*, autem eorum, *tres perſonas Divinitatis ſicut Sabellius negaverunt*, *eundem eſſe dicentes Patrem*, *& Filium*, *& Spiritum Sanctum*, *quemadmodum Aſianus Noetus*.

83. Inter has duas diverſas, atque adverſas opiniones, mea Sententia eſt, Montanum utique rectè ſenſiſse de Trinitatis Myſterio, eamque retinuiſse, quam retinet fidem S. Catholica Eccleſia, prout tradunt Epiphanius & Tertullianus, non tamen omnes, qui in hæreſi Montano ſucceſserant, in eadem ſtetiſse fide, adeout plurimi ex illius Sectatoribus, ad alias quoque hæreſes dilapſi, unà cum Montani erroribus, & alios adjunxerint: & ideo optimè Theodoretus mox cit. ait, *nonnulli autem eorum tres perſonas Divinitatis*, *ſicut Sabellius negaverunt*. Non enim dicit omnes, ſed nonnullos ex illis, eos ſcilicet qui proceſsu temporis in eadem Secta fuerunt.

84. Et ſanè Auctor Appendicis ad librum Tertulliani de præſcript. optimè adnotat diſcrimen inter ipſos Montaniſtas, qui de Montani Schola prodierant, & diverſa ſtatim docere incœperant; Etenim cap. 52. ait: „ Acceſserunt alii qui dicuntur ſecundùm Phrygas, ſed horum non una doctrina eſt. Sunt enim qui Cata Proclum dicuntur: Sunt qui ſecundùm Æſchinem pronunciantur: Hi habent aliam communem blaſphemiam, aliam blaſphemiam non communem,

„ nem, ſed peculiarem ſuam. Et commu„ nem quidem illam, quâ in Apoſtolis qui„ dem dicunt Spiritum Sanctum fuiſſe, Pa„ racletum non fuiſſe, & quâ dicunt Pa„ racletum plura in Montano dixiſſe, quàm „ Chriſtum in Evangelio protuliſſe: Nec „ tantùm plura, ſed etiam meliora, atque „ majora. Privatam autem blaſphemiam illi „ qui ſunt cataæſchinem, hanc habent, quòd „ adiiciunt etiam hoc, ut dicant Chriſtum „ ipſum eſſe Filium, & Patrem. „ *Hæc Auctor ille*.

85. Itaque ex hujus Scriptoris Sententia, liquet non omnes Montaniſtas eoſdem omnes, & ſingulos retinuiſſe communes errores. In eo enim dicebantur Montaniſtæ, quòd crederent in Montanum deſcendiſſe Paracletum, ibidemque plura, & majora, atque meliora protuliſſe, ac in Apoſtolis: in reliquis verò, diverſa adhuc credebant, alii unum, alii alterum privatum dogma ex proprio arbitrio ſibi, quamvis eorum præceptor nihil tale dixerit. Et hæc eſt certè miſera Hæreticorum omnium conditio, nihil de Magiſtro curantes, plura ad proprium libitum de capite, nova confingentes. Advertit hoc idem Tertullianus in lib. de Præſcript. cap. 42. inquiens: „ Cæterum nec ſuis Præ„ ſidibus reverentiam noverunt. Et hoc eſt, „ quod Schiſmata apud hæreticos ferè non „ ſunt, quià cum ſint non parent: Schiſma „ eſt enim unitas ipſis. Mentior ſi non etiam „ à regulis ſuis variant inter ſe, dum unuſ„ quiſque proinde ſuo arbitrio modulatur „ quæ accepit, quemadmodum de ſuo ar„ bitrio ea compoſuit ille, qui tradidit. „ Agnoſcit naturam ſuam, & originis ſuæ „ morem, profectus rei. „ *Hactenus Tertullianus*, qui exemplificat de Valentinianis, & Marcioniſtis, qui à Sententia Valentini, & Marcionis ſuorum præceptorum in plurimis deviarunt: unde concludit: *Denique penitùs inſpectæ hæreſes omnes, in multis cum Auctoribus ſuis diſſentientes deprehenduntur*.

86. Hieronymus ergo non Montanum inſpexerat in Epiſtola ad Marcellam, ſed Montaniſtas, & tales fortè quales erant ſuâ ætate, proinde ſcribit non habuiſſe rectam de Trinitate fidem, quia tales tunc temporis effecti erant. Ad eoſdem reſpexit magnus Gregorius, & de iiſdem locuti ſunt prællegati Conciliorum Canones. Firmilianus verò nihil de Montano dicit, & ipſe quoque de Cataphrygibus loquitur, nec dicit non habuiſſe fidem de Trinitate, ſed Spiritui non veritatis adheſiſſe ſed erroris. Vult utique invalidum eorum baptiſmum, unicâ tamen & generali illâ ratione, quâ quorumvis damnabat hæreticorum baptiſmum.

87. Porrò Baſilius, & Cyrillus, ac quivis alius ex Patribus, qui dicunt Montanum ſe feciſſe Paracletum, ac aſſeruiſſe ſe Spiritum Sanctum ſubſtantialiter fuiſſe; aut lapſi ſunt, ſivè decepti ex falſo rumore, vel quia fortè hoc jactabant Montaniſtæ, extollendo proprium Magiſtrum, cùm neque Tertullianus, neque aliquis ex proximioribus Montano Scriptoribus, quid tale dixerint. Appellatum utique legimus ab ipſo Tertulliano Paracletum, ab aliis quoque, hac unâ de causâ, quia aſſeruerat Montanus, ſe Spiritum Sanctum accepiſſe, quem Chriſtus à Patre mittendum fuerat Apoſtolis pollicitus, & cum majori quidem plenitudine, majoreque abundantia, ac ipſimet receperint Apoſtoli: non quòd ipſe unquam diceret ſe fuiſſe ſubſtantialiter Spiritum Sanctum. Timotheus verò Presbyter tribuit Montano, quod aliquibus Montaniſtis dumtaxat tribuendum erat, exiſtimans doctrinam fuiſſe Montani, quæ propria quorundam tantùm fuerat. Itaque firmum ſtat: Montanum de Trinitate rectè credidiſſe, quoſdam verò Montaniſtas falſa & impia pronunciaſſe de divinis Perſonis.

83. Denique ſunt & alii, qui diverſos alios errores attribuunt Montano, nimirum, quòd inceſtuoſos concubitus & contra jus Divinum, ſivè Gentium initos comprobaverit, & conceſſerit, & alia plura, quæ cùm in ſilentio prætereant antiqui Scriptores, nos quoque examinanda omittimus. Dicunt inſuper, Montaniſtas quædam fabuloſa affirmare, atque nugari de corporum ſtatu, quæ pii atque fideles homines ſunt recepturi, definientes quantâ lucis menſurâ illa noſtra corpora Solem ipſum ſuperabunt; alia nimirum, ut ajunt, centum, alia pluribus; alia paucioribus luminis gradibus. Sed nugæ ſunt, ideo omittuntur à nobis. Summa verò Montani, & Cataphrygum hæreſum à nobis examinanda, ad infraſcripta reducitur capita.

I. Spiritum Sanctum Apoſtolis promiſſum, in Montanum ejuſque Prophetiſſas, majori cum plenitudine deſcendiſſe, ac in ipſos Apoſtolos.

II. Secundas nuptias pro fornicationibus habendas, eſſeque proinde illicitas.

III. Matrimonium ratum & conſummatum, ad libitum Conjugum poſſe diſſolvi.

IV. Jejunia ab Eccleſia non præcepta, ab ipſoque ſolo Montano inſtituta, eſſe de neceſſitate Salutis ſervanda.

V. In Eccleſia non eſſe poteſtatem remittendi peccata poſt Baptiſmum commiſſa.

VI. Chriſtianis non licere urgente perſecutione fugam capere.

VII. Animam rationalem corpoream eſſe, & materialibus ſubjectam coloribus.

89. Scripſiſſe Montaniſtas propheticos libros ex Epiphanio liquet in hæreſi 48. ubi & fragmenta nonnulla recenſet ex præfatis ſcri-

ſcriptis deprompta. Apollonius apud Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 18. refert Themiſonem Montaniſtam Catholicam ſcripſiſſe Epiſtolam. Sunt qui Montano & Montaniſtis tribuunt Sibyllina oracula, inter quos Blondellus, quamvis dubitativè, Mareſius, & Joannes Maskius aſſertivè, ſed non vulgari errore, cùm conſtet ante exortos Montaniſtas, oracula Sibyllina à Juſtino Martyre citari. Et Auctor quæſt. & Reſponſ. ad Orthodoxos ſub Juſtini nomine, quæſt. 74. refert Clementem primum in ſua ad Corinthios Epiſtola citaſſe præfata oracula: Et ita palam conſtat, nullo pacto poſſe tribui Montano, aut Montaniſtis, ſi ante ipſum jam ſatis nota erant.

COMMENTARIUS

In Hæreſim I.

90. S*Piritum Sanctum*) Magna hæc ſanè fuit Eccleſiæ tentatio, dùm eo tempore, quo adhuc in ea verum prophetiæ Spiritum apud Sanctiſſimos viros viguiſſe cernèbatur, Pſeudo-Prophetia Montani emerſit, cui & Tertullianus adhæſit, deceptus & credens Spiritum Sanctum de Cœlis in Montanum deſcendiſſe, atque & illius repleviſſe Prophetiſſas: proinde non eſt dedignatus appellare Hominem viliſſimum paracletum, & calamum contra Sanctiſſimos illius adverſarios acuere, ut liquet ex ejus libris de Jejuniis, de Monogamia, de Fuga, de Pudicitia, aliiſque ab eo poſt lapſum editis. Non enim verba Salvatoris attendit, qui monet cavendum eſſe à falſis Prophetis Matthæi cap. 7. *Attendite à Falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces*. Si enim hoc monitum mente retinuiſſet, diligenter Montani examinatâ prophetiâ, comperiſſet non Sancti Spiritus afflatu, ſed infernali invaſum Spiritu prophetaſſe, quemadmodum de Saule ait Scriptura 1. Reg. cap. 18. *Invaſit Spiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio Domus ſuæ.*

91. Notat ergo Auctor ille antiquus apud Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 16. in mentis exceſſu furore percitum prophetaſſe Montanum, *Dæmone repletum, ſubitò quodam furore ac mentis exceſſu concuti cœpiſſe, & nova quædam, atque inaudita proloqui, bariolantem autem, ac prædicentem futura*. Et de ejus quoque Prophetiſſis, idem obſervat, inquiens: *Duas alias mulierculas ſuſcitavit, & adulterino ſpiritu replevit: adeout ipſæ quoque perinde, ac ſupramemoratus ille, inſana quædam & importuna atque aliena loquerentur*. Verùm nemo ex veris Prophetis hoc pacto in Scripturis prophetaſſe legitur; optimè ergo Auctor quidam à Miltiade relatus apud Euſeb. lib. 5. cap. 18. in Opere adversùs Montani hæreſim, ait: ,, Pſeudo-Propheta autem in ,, falſo mentis exceſſu, cujus comes eſt li- ,, centia, & audacia, à ſpontanea quidem ,, imperitia initium ſumens, in amentiam ,, autem, ut jam dixi, involuntariam de- ,, ſinens. Hujuſmodi verò Spiritu nullum ,, unquam nec in vetere, nec in novo Te- ,, ſtamento Prophetam afflatum poterunt de- ,, monſtrare.

92. Apud Ethnicos Divini agitati, & furore mentis perculſi divinare ſolebant, ſic Poeta:

Ut primùm ceſſit furor, & rabida ora quierunt.

Et Apulejus lib. 8. cap. 14. de Syrę Deę Sacerdotibus ait: ,, Inter hæc unus ex illis ,, bacchatur effuſiùs, ac de ejus præcordiis ,, anhelitos crebros referens, velut Numinis ,, Divino Spiritu repletus, ſimulabat ſau- ,, ciam vecordiam prorſus. ,, Utebantur quoque naturalibus quibuſdam rebus, & ſæpe ſuperſtitioſis antiqui, ut vaticinia proderent: unde Plinius lib. 21. hiſt. natural. cap. 31. *Halicacabi radicem bibunt, qui ſunt vaticinandi callentes, quòd furere ad confirmandas ſuperſtitiones aſpici ſe volunt*. Et lib. 28. cap. 9. *Sacerdos Terræ vaticinatura, Tauri ſanguinem bibit, priuſquàm in Specum deſcendat*. Lucianus verò in Dialogo *Jupiter Tragœdus*, præcedentia ad Oraculorum reſponſa deſcribens, Jovem introducit dicentem: ,, Quid ò Nate dicturus es? Quàm verò ,, quæ oraculi prædictionem antecedunt, ,, quàm plena terroris ſunt? nempe color ,, pallore immutatus, oculi hinc inde mo- ,, biles, comarum ſemet erigentium horror, ,, motus corporo incertus, ac omnino omnia ,, Numinis præſentiam teſtantia, plena ſunt ,, myſteriorum, atque terriculi.

93. Neque diverſo modo ſua edidiſſe Vaticinia Pythiam, celeberrimam illam Oraculorum editricem apud Delphum, auctor eſt Chryſoſtomus relatus à Gyraldo in ſua Deorum Hiſtoria Syntag. 7. inquiens: ,, Traditur hæc Pythia fœmina fuiſſe, quæ in ,, tripode ſedens, expanſa malignum Spiri- ,, tum per inferna emiſſum, & per genita- ,, les partes ſubeuntem excipiens, furore ,, repleretur, ipſaque reſolutis crinibus de- ,, bacharetur, ex ore ſpumas emittens, & ,, ſic furoris verba loquebatur: ,, confirmat Origenes lib. 7. contra Celſum Epicureum, ubi de eadem Pythia ait: ,, De Pythia ve- ,, rò hiſtoriæ proditum eſt: ut quæ cæteris ,, Vatibus in edendis oraculis videatur cele- ,, brior: quemadmodum Caſtalium os illud ,, inſideat Apollinea Vates, ex inferiorique, ,, & mulicbri ſinu ſuſcipiat Spiritum, quo ,, plena oracula reddat: quæ elegantiora ,, admodum, & divina exiſtimentur. *Et ,, paucis interjectis ſubjungit*: Quin etiam

,, & de-

Digitized by Google

„ & dementem hanc reddit : & veluti ma-
„ gicis Vatem carminibus actam, ita exa-
„ gitando divexat, ut conſtare ſibi nil poſ-
„ ſit : quod profectò non Divini operis fuerit.
Hæc Origenes.

94. Ex hoc ergo principio, quòd Pythia
ſui compos non fuerit, ſed furore agitata,
& extra mentem conſtituta oracula ediderit,
concludit Origenes Divini operis non fuiſſe,
& rationem ſubjungit, dùm ait: „ Fuiſſet
„ enim neceſſe, ut Divino Spiritu occupa-
„ ta, prior ipſa quàm cæteri omnes ora-
„ culo moneretur: & quod in medium fa-
„ ceret, & mortalium vitæ conduceret, in
„ ſui ut commodum vendicaret, & perſpi-
„ caciùs ut ſuimet compos, vel eo maximè
„ tempore ineſſe ſibi Divinitatem ſentiret.
Hac quoque eâdem ratione utitur Magnus
Baſilius in proœmium lib. expoſit. in Iſaiam,
ut veros à falſis ſecernat Prophetas: „ Por-
„ rò, *ait*, ſunt qui dicant, eos extra ſe
„ raptos prophetare, humanâ mente à Spi-
„ ritu abſorptâ. Verùm id abhorret à pro-
„ feſſione Divinæ præſentiæ ut amentem red-
„ dat, qui à Numine corripitur; cùmque
„ plenus Divinorum Decretorum eſſe cœpe-
„ rit, tùm à propria quoque mente exci-
„ dat, & qui alii ex ſe ſe præbeat utilitatem,
„ ipſe propriis ſermonibus nihil capiat utili-
„ tatis. In ſumma, qui conſentaneum eſt, ut
„ quis ex Sapientiæ Spiritu, ſimillimus in-
„ ſano reddatur? Utque intelligentiæ Spi-
„ ritus cohærentiam excludat. Quin potius
„ neque lumen cæcitatem parit, verùm vi-
„ dendi vim à natura inſitam expergefacit:
„ neque Spiritus tenebras inducit animis,
„ ſed ad contemplationem rerum intelligi-
„ bilium, mentem à peccati maculis puram
„ exigit. Non diſſimile veri eſt, improbam
„ Dæmonum vim naturæ humanæ inſidian-
„ tem confundere mentem. Verùm ſi quis
„ dicat, Spiritus Divini præſentiam idem
„ hoc efficere, is impiè dixerit. Ad hæc:
„ Si Sapientes ſunt Sancti, qui fit, ut non
„ reſponderint, congruerintque iis quæ pro-
„ phetantes edebant? Sapiens enim, *inquit*,
„ intelliget quæ ab ore proprio proficiſcun-
„ tur. In labiis autem portat intelligen-
„ tiam. „ *Hactenus Baſilius*.

95. Deindè Chryſoſtomus homil. 29. in
Epiſt. 1. Pauli ad Corinthios, hoc idem diſ-
crimen inter falſos, & veros agnoſcit Pro-
phetas, inquiens: „ Hoc enim proprium eſt
„ Vatis, ſeu Divinatoris emotæ eſſe men-
„ tis, pelli, trahi, raptari tanquam furen-
„ tem: Propheta verò non ita: ſed mente
„ ſobriâ, & cum modeſta, ac temparata
„ animi conſtitutione, & quæ loquitur in-
„ telligens, dicit omnia. „ Ex hoc ergo li-
quet Montanum, & ſuas Propheticas falſos
extitiſſe prophetas, quia in ecſtaſi loque-
bantur, nec ſui compotes erant dùm vatici-
nia effutiebant, neque quæ dicebant ſciebant.

96. Ita in terminis adversùs Montani-
ſtas S. Hieronymus ſcribit in Prologo Com-
mentar. in lib. 1. Iſaiæ Prophetæ, inquiens;
„ Neque verò ut Montanus cum inſanis fœ-
„ minis ſomniat, Prophetæ in ecſtaſi ſunt
„ loquuti, ut neſcirent quid loquerentur;
„ & quum alios erudirent, ipſi ignorarent
„ quid dicerent. De quibus Apoſtolus ait:
„ *neſcientes quæ loquantur, neque de quibus*
„ *affirment*. Sed juxta Salomonem, qui lo-
„ quitur in Proverbiis: *Sapiens intelligit,*
„ *quæ profert de ore ſuo, & in labiis ſuis*
„ *portabit ſcientiam*; etiam ipſi ſciebant quid
„ dicerent. Si enim Sapientes erant pro-
„ phetæ, quod negare non poſſumus; Et
„ Moſes omni eruditus Sapientiâ loqueba-
„ tur ad Dominum, & Dominus reſponde-
„ bat ei. Et de Daniele ad Principem Tyri
„ dicitur: *Numquid Sapientior eſt Daniele?*
„ Et David Sapiens erat; qui gloriabatur
„ in pſalmo: *Incerta & occulta Sapientiæ*
„ *tuæ manifeſtaſti mihi*; quomodo Sapientes
„ Prophetæ inſtar Brutorum animantium
„ quid dicerent ignorabant? Legimus & in
„ alio Apoſtoli loco. *Spiritus Prophetarum*
„ *Prophetis ſubjecti ſunt*, ut in ſua habeant
„ poteſtate, quando taceant, quando lo-
„ quantur. „ *Hæc D. Hieronymus*, qui po-
ſtea in cap. 1. Iſaiæ paulò poſt initium, ubi
ex quo Iſaias quæ viderat vaticinatus fue-
rat, arguit falſum fuiſſe Prophetam Monta-
num cum ſuis, qui nihil videbant, & in
Ecſtaſi, & cordis amentia prophetabant.
„ Ex quo, *ait*, Montani deliramenta con-
„ ticeant, qui in ecſtaſi & cordis amen-
„ tia prophetans, putat ventura dixiſſe: ne-
„ que enim videre poterant, quod ignora-
„ bant.

97. Epiphanius verò, qui ex profeſſo
hanc Montani Pſeudo-Prophetiam impugnat,
idem diſcrimen obſervat veros inter & falſos
Prophetas, ſub num. enim 3. hæreſ. 48. ait:
„ Verus quippe Propheta cùm ſui compos,
„ tùm ea, quæ dicebat intelligens, futura
„ nunciabat: proque eo ac Spiritus Sanctus
„ impulerat, præcipuè quodam animi robo-
„ re vaticinari ſolebat. Sic Servus Dei
„ Moyſes, ac fidelis in domo. Unde Videns
„ vetere Teſtamento Propheta dicitur. *Vi-*
„ *ſio*, inquit, *quam vidit Iſaias filius Amos*
„ *Propheta. Vidi Dominum ſedentem ſuper*
„ *Thronum excelſum, & elevatum. Et vidi*
„ *Seraphim, & Cherubim; & audivi vocem*
„ *Domini dicentem ad me: Vade dic populo*
„ *huic: auditu audietis, & non intelligetis,*
„ *& videntes videbitis, & non aſpicietis*.
„ Quæ cum audiſſet à Domino, tum ad
„ populum accedens ita narrabat. *Hæc di-*
„ *cit Dominus*. Videſne intelligentis hæc eſſe,
„ quæ dicat, non ejus, qui extra poteſta-
„ tem exierit? Nam ejuſmodi vox nullam
„ fuiſſe mentis perturbationem ſignificat.
Hæc Epiphanius, qui poſtea exemplificat
alio-

aliorum quoque Sanctorum Prophetarum
exemplo, Ezechielis præcipuè, & Danielis:
indè concludit adversùa Montaniſtas, in-
quiens: „ At contrà quæ iſti vaticinare ſe
„ jactitant, neque certâ cum animi firmi-
„ tate prædicant, nec quæ dicunt intelli-
„ gentiâ conſequuntur. Sed obliqua ſunt
„ illorum, ac perplexa verba, nec recti
„ omninò quicquam effutiunt. „ Plura ha-
bet Epiphanius adverrùs hanc hæreſim,
apud quem legi poſſunt.

COMMENTARIUS

In Hæreſim II.

98. S*Ecundas Nuptias*) Hunc errorem
ſeetatum eſſe Tertullianum,
ipſemet eſt Auctor, qui in libro de Mono-
gamia per totum, ſecundas cum ſuo Paracle-
to damnat nuptias: Etenim cap. 3. ait:
„ Olim Sanctitati huic deſtinabamur, nihil
„ novi Paracletus inducit. Quod præmo-
„ nuit, definit. Quod ſuſtinuit expoſcit.
„ Et nunc recogitana iſta facilè tibi perſua-
„ debis multò magis unicas nuptias com-
„ petiſſe Paracleto prædicare, qui potuit
„ & nullas. Magiſque credendum tempe-
„ raſſe illum, quod & abſtuliſſe decuiſſet,
„ ſi quæ velit Chriſtus intelligas.

99 Deinde cap.8. probat adulterium com-
mittere, qui ſecundis copulatur nuptiis,
poſt obitum alterius conjugis, non minus,
ac ſi vivente uxore, alteri nuberet. „ Vi-
„ deamus enim, *ait*, quid ſi matrimonium
„ apud Deum: & ita cognoſcemus quòd
„ ſit æque adulterium. Matrimonium eſt
„ cùm Deus jungit duos in unam carnem,
„ aut junctos deprehendens in eadem car-
„ ne, conjunctionem ſignavit. Adulterium
„ eſt cùm quoque modo disjunctis duobus,
„ alia caro, immò aliena miſcetur, de qua
„ dici non poſſit: *Hæc eſt caro ex carne*
„ *mea, & hoc os ex oſſibus meis*. Semel enim
„ hoc factum & pronuntiatum ſicut ab ini-
„ tio, & ita & nunc in aliam carnem non
„ poteſt convenire. Itaque ſine cauſa dices,
„ Deum vivo marito nolle repudiatam alii
„ viro jungi, quaſi mortuo velit, quando
„ ſi mortuo non tenetur, proindè nec vivo,
„ tàm repudio matrimonium dirimente, quàm
„ morte, non tenebitur ei, cui per quod
„ tenebatur, abruptum eſt? cui ergo tene-
„ bitur? Nihil Deo intereſt, vivo an mortuo
„ viro, nubat.

100. Porrò cap. 10. idem proſequitur ar-
gumentum, & adulterium eſſe ſecundò nu-
bere confirmat: etenim poſt plura, veluti
concludens ait: „ Cùm hæc ita ſint, quo-
„ modò alii viro vacabit, quæ ſuo etiam
„ in futurum occupata eſt? Utique autem
„ Servi loquimur, & ſi ad alterum ſermo
„ eſt, quia una Diſciplina præeſt. Alium
„ habebit in ſpiritu, alium in carne, hoc
„ erit adulterium, unius fœminæ in duos
„ viros conſcientia. Si alter à carne disjun-
„ ctus eſt, ſed in corde permanet, illuc ubi
„ etiam cogitatus ſine carnis congreſſu, &
„ adulterium ante perfecit ex concupiſcen-
„ tia, & matrimonium ex voluntate. Uſque
„ ad hoc maritus eſt, ipſum illud poſſidens
„ per quod & factus eſt, ideſt, animum,
„ in quo ſi & alius habitabit, hoc erit cri-
„ men. Cæterum non eſt excluſus, ſi à vi-
„ liore commercio carnis deceſſit. Honora-
„ tior maritus eſt, quantò mundior factus
„ eſt.

101. Inſuper & cap. 14. tradit Paulum
utique indulſiſſe ſecundas nuptias, ſed quem-
admodum Chriſtus abſtulit repudium, quod
Moyſes ob cordis Judæorum duritiem, per-
miſerat, ita & Paracletus abſtulit quod Pau-
lus propter carnis infirmitatem indulſerat;
unde ait: „ Regnavit duritia cordis uſque ad
„ Chriſtum: regnavit & infirmitas carnis
„ uſque ad Paracletum. Nova lex abſtulit
„ repudium, habuit quod auferret: nova pro-
„ phetia ſecundum matrimonium, non mi-
„ nus repudium prioris. Sed faciliùs duri-
„ tia cordis Chriſto ceſſit, quàm infirmi-
„ tas carnis. Plus hæc ſibi Paulum defen-
„ dit, quàm illa Moyſen, ſi tamen defen-
„ dit quùm indulgentem eum captat, præ-
„ ſcribentem recuſat, quæ potiores ſenten-
„ tias, & perpetuas voluntates ejus eludit,
„ quæ non ſinit nos hoc Apoſtolo præſta-
„ re, quod mavult. Et quouſque infirmitas
„ iſta impudentiſſima in expugnando melio-
„ ra perſeverabit? Tempus ejus, donec Pa-
„ racletus operaretur, fuit, in quem dilata
„ ſunt à Domino, quæ tune ſuſtinere non
„ poterant, quæ jam nemini competit por-
„ tare non poſſe, quia per quem datur por-
„ tare, poſſe non deeſt.

102. Item ſub cap. 15. declamat, in-
quiens: „ Quæ igitur hic duritia noſtra, ſi
„ non facientibus voluntatem Dei renun-
„ tiamus? Quæ hæreſis, ſi ſecundas nuptias
„ ut illicitas juxta adulterium judicamus?
„ Quid eſt enim adulterium, quàm matri-
„ monium illicitum. Notat Apoſtolus eos,
„ qui in totum nubere prohibebant, qui &
„ de cibis interdicebant, quos Deus condi-
„ dit. Nos verò non magis nuptias auferi-
„ mus, ſi ſecundas recuſamus, quam cibos
„ reprobamus, ſi ſæpius jejunamus. Aliud
„ eſt auferre, aliud temperare, aliud eſt
„ legem non nubendi ponere, aliud eſt mo-
„ dum nubendi ſtatuere. „ *Hæc & alia in*
præfato libro habet Tertullianus.

103. Denique in lib. de Pudicitia, ean-
dem tangit materiam, eandemque firmat
concluſionem, non licere nimirùm iteratò
nubere: nam ſub cap. 1. ſcribit: „ Nobis
„ autem

„ autem maxima, aut ſumma ſic quoque „ præcaventur, dùm nec ſecundas quidèm „ poſt fidem nuptias permittitur noſſe, nuptialibus, & dotalibus ſi forte tabulis à „ mæchiæ, & fornicationis opere diverſas. „ Sed ideò duriſſimè nos infamantes Paracletum diſciplinæ enormitate digamos foris „ ſiſtimus, eundem limitem liminis Mæchis „ quoque & fornicatoribus figimus, jejunas pacis lacrymas profuſuris, nec ampliùs „ ab Eccleſia quàm publicationem dedecoris „ relaturis. „ *Hæc ergo omnia Tertullianus jam Montaniſta*. Secutus eſt in hoc ſuum Paracletum, Montanum ſcilicet, & Montani quoque ſectatus eſt blaſphemiam: quam paulò poſt amplexati ſunt Novatiani, teſtante Theodoreto lib. 3. hæret. fabul.

104. Et ſanè nova hæc Paracleti prophetia adverſatur Paulo Doctori Gentium, qui ad Romanos cap. 7. verſ. 2. ſcribit: *Quæ ſub viro eſt Mulier, vivente viro alligata eſt legi. Si autem mortuus fuerit vir ejus, ſoluta eſt à lege viri. Igitur vivente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro: ſi autèm mortuus fuerit vir ejus, liberata eſt à lege viri, ut non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro*. Hæc certè Apoſtoli doctrina totam deſtruit novam Montani Prophetiam. Nihil novum pronunciaſſe Paracletum, ſeù veriùs Montanum adversùs catholicam traditionem jactat Tertullianus in lib. cit. de Monogamia cap. 2. Cùm ex allato Pauli teſtimonio mendacium dixiſſe conſtet; nam Apoſtolica Traditio, & Pauli doctrina eſt, non eſſe adulteram mulierem illam, quæ mortuo viro, cum alio conjungitur viro: quam adulteram contra Pauli traditionem declamat cum ſuo Paracleto Tertullianus.

105. Dicit porrò Tertullianus ſuum Paracletum ea docuiſſe, quæ minimè Apoſtolis revelata fuerant, quæ enim ipſi portare non poterant, juxta Salvatoris verba, *Adhuc multa habeo, quæ loquar ad vos, ſed nondum poteſtis portare modò; quùm venerit Spiritus Sanctus, ille vos ducet in omnem veritatem*, Montano fuiſſe revelata, atque in eo adimpletam Chriſti promiſſionem. At ex ipſius Tertulliani doctrina convincitur de mendacio: objicienti enim, quòd omne novum, & oneroſum Paracleto adſcribi poterit, etſi ab adverſario ſpiritu fuerit. Reſpondet: *non ita: Nam adverſarius ſpiritus ex diverſitate prædicationis apparet, primò regulam adulterans fidei, & ita ordinem adulterans diſciplinæ*. Cùm ergo conſtet novam Paracleti diſciplinam adverſari fidei regulæ, quia doctrinæ ab Apoſtolo prædicatæ, ſit conſequens, ab adverſario ſpiritu prodiiſſe novam Montani Prophetiam. Aut neceſſe eſt aſſerat Spiritum Sanctum non eſſe in Paulo locutum, aut ſi in Paulo, nequaquam in Montano contraria dictis Pauli pronunciante. Nam Paulus apertè dicit: *Si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata eſt à lege viri, ut non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro*. Novus Montani Paracletus dicit: etiam mortuo viro non eſſe fœminam ſolutam à lege viri, adeòut ſit adultera ſi fuerit cum alio viro. Hæc itaque prorſus ſibi adverſantia ſunt, nec dubitari poteſt quin ab adverſario Spiritu prodita, quæ à Montano adverſantia doctrinæ Pauli, & Spiritui Pauli pronunciata ſunt.

106. Deindè idem Paulus eandem ſuam doctrinam repetit in 1. ad Chorinth. cap. 7. verſ. 39. dùm ait: *Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir ejus vivit: quòd ſi dormierit vir ejus, liberata eſt: cui vult nubat, tantùm in Domino*. Neque locum habet Tertulliani expoſitio in libro de Monogamia cap. 11. Paulum loqui de muliere, quæ in infidelitate nupſerat, & in eadem infidelitate virum amiſerat, cui ad fidem converſæ Paulus concedit poſſe nubere, quia hujuſmodi nuptiæ in fide, non ſunt ſecundæ, ſed primæ: Non inquam locum habet hæc reſponſio, quia Paulus non dicit, *ſi dormivit vir ejus*, ut referri poſſit ad virum jam in infidelitate amiſſum, *Sed ſi dormierit*, inquit, *vir ejus*, quod futuri temporis eſt, ſpectatque ad mulieres fideles, quibus jam converſis, & Chriſtianis viduitas obtigerit. Quod porrò ſubjungit ibidem Tertullianus, quòd ſi de futuro Pauli ſententia foret, *in infinitum emiſſà licentià, totiens virum dediſſet, quotiens amiſſus eſſet, ſine ullo pudore nubendi, etiam Ethnicis congruente*; Nugæ ſunt: nam optimè concedimus ex Pauli doctrina poſſe mulierem & ſecundò, & tertiò, & quartò nubere, quoties denique virum amittit. Hoc ſanè abſurdum non eſt: etenim eædem militant rationes, ſi ſecundò, ac ſi tertiò, & quartò, & pluriès nubat: Qua ergo de cauſa concedit Paulus ſecundò nubere, eâdem conceſſum eſt, & pluries nubere, cùm & verba Pauli reſtricta non ſint ad ſecundas dumtaxat nuptias.

107. Sed ſubjungit Tertullianus cap. 14. Paulum indulſiſſe ſecundas nuptias propter carnis fragilitatem, quemadmodum Moyſes permiſit repudium propter duritiam Judæorum, licèt ſic non fuerit ab initio: & ſicut Chriſtus abſtulit quod permiſerat Moyſes, ſic Paracletus abſtulit, quod indulſerat Paulus: indulſiſſe Paulum, non præcepiſſe, ſeù præſcripſiſſe, probat ex illis verbis adjectis: *tantùm in Domino*.

108. Concedimus utique Paulum indulſiſſe, non præcepiſſe ſecundas nuptias, undè ſubjungit: *Beatior autem erit ſi ſic permanſerit, ſecundùm meum conſilium*, ideſt ſi in viduitate permanſerit, conſulit continentiam, ſed quibus continere nolunt, permittit poſſe ſecundò nubere. Quemadmodum enim ſuperiùs conſulit Continentiam, & Virginitatem, concedit tamen matrimonium: *Di*-

co autem non nuptis,, *& viduis: bonum eſt illis ſi ſic permaneant ſicut & ego: quòd ſi non ſe continent, nubant*. Ità & in ſequentibus conſulit Viduis continentiam, & permittit nuptias: quemadmodùm ergo dum conſulit caſtitatem, & permittit matrimonium, non ſequitur nolentibus ſervare caſtitatem, & volentibus nubere, eſſe eis illicitas primas nuptias: ità dùm conſulit Viduis caſtitatem, & continentiam, permittit que nubere, non ſequitur, illicitas eſſe ſecundaa nuptias.

109. Quòd verò Paulus dicat, *tantùm in Domino*, ſignificat, ut non ritu Gentili ſecundò nubant, ſed Chriſtiano: Et ita exponit S. Hieronymua verba Pauli allegata, ,, inquiens: ,, Secundùm legem libera facta ,, eſt à vinculo conjugali. Quòd ſi nec tunc ,, continere voluerit, conceduntur illi etiam ,, ſecundæ nuptiæ, tantùm ut infidelium ritu ,, non nubat. *Et Ambroſius*. Cui vult ,, nubat, *inquit*, tantùm in Domino. Ideſt, ,, quem ſibi aptum putaverit, illi nubat: ,, quia invitæ nuptiæ ſolent malos proven- ,, tus habere. Tantùm autem in Domino, ,, hoc eſt, ut ſine ſuſpicione turpitudinis nu- ,, bat, & Religionis ſuæ viro nubat. Hoc eſt ,, in Domino nubere. *Hactenus Ambro-* ,, *ſius*.

110. Denique poterat utique Chriſtua auferre id quod permiſerat Moyſes, nimirum repudium, & quia legislator erat, & quia ipſo teſtante, ab initio non fuerat ſic, Deus autem conjungit duos in matrimonio, quos homini ſeparare non licet: *Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet*. At ſecundæ nuptiæ neque ab initio, neque poſt aliquando leguntur interdictæ: Non enim juri naturali adverſantur, cùm ſtet matrimonii finia ab ipſa inditua natura æquè in ſecundis, ac in primia nuptiis: Neque eas prohibuit Moſaica lex, cùm nullo in loco hujuſmodi appareat prohibitio: immò permiſſas lege Deuteronomii conſtat cap. 25. *Quando habitaverint fratres ſimul, & unus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater ejus, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui*. Quâ lege conceditur mulieri ſecundò nubere expreſsè, viro autem implicitè, cùm nulla fiat diſtinctio, an frater ille fuerit virgo, ſivè conjugatus, ſivè viduua. Neque in Evangelio prohibitas legimus, immò à Paulo permiſſas. An Paracletus Montani potuerit auferre id quod Paulus conceſſit, probet Tertullianus, quâ ſcilicèt poteſtate potuerit hæc agere Montanua. Jam probavimus non Spiritus Sancti afflatu, ſed Dęmonis, prophetaſſe Montanum ſuaſque Prophetiſſas.

111. Cæterum hæc fuit ab initio Eccleſiæ diſciplina, ut liceret ſecundò nubere; Chryſoſtomus enim homil. 7. in cap. 3. Epiſtolæ ſecundæ Pauli ad Timotheum, cum eodem Apoſtolo beatiorem exiſtimat qui à ſecundis ſe abſtinet nuptiis, ſed ſecundas non audet damnare nuptias. ,, Audiant iſta ,, mulieres, *inquit*, maximè quæ ſecundas ,, nuptias appetunt, ac defuncti viri macu- ,, lant thorum, quæque priorem dilexerunt ,, virum. Non iſta nunc loquor, quòd ſe- ,, cundas prohibeam nuptias, aut immundas ,, eſſe putem: neque enim permittit Paulua, ,, qui ori meo frenum impoſuit, dicens: *Si* ,, *autem & nupſerit, non peccavit, cæterum* ,, *beatior erit, ſi ſic permanſerit*. Hoc eſt, ,, multò excellentiùs iſtud, quàm illud, mul- ,, tia ex cauſis. Nam ſi non nubere, mul- ,, tò meliùs quàm nubere eſt: pari ratione ,, meliùa eſt id ſemel tantùm facere, quàm ,, ſæpiùs.

112. Et Theodoretua in Commentar. ſuper cap. 7. Epiſt. 1. ad Corinth. ,, Notan- ,, dum eſt autem, *inquit*, non eſſe abſo- ,, lutè, & ſimplicitèr beatam vocandam eam, ,, quæ continet, ſed eam beatiorem appella- ,, vit, dicens nec eam quidem eſse miſeram, ,, quæ ſecundo matrimonio jungitur, ſed ,, beata eſt, quæ ex Apoſtolica lege matri- ,, monium contrahit: Comparatio enim illa ,, etiam beatam oſtendit. Hoc autem ſuffi- ,, cit ad refellendos Novatianos, qui Diga- ,, miam tanquam fornicationem accuſant, ,, Apoſtolicis legibus apertè contradicentes. Loquitur adversùa Novatianos, qui & ipſi eandem reaſsumpſerunt hæreſim, de quibus in lib. 3. hæret. fabularum ſcribit: *Eos enim qui ſecundum Matrimonium coiſſent, à Sacris myſteriis arcebant*.

113. S. Hieronymus quoque in Epiſt. 50. quæ novæ edit. 30. eſt, ad Pamachium data pro libris contra Jovinianum, palàm iteratas concedit nuptias, dum ait: ,, Porrò de Di- ,, gamis, & Trigamis diſſerentes diximus, ,, meliùs eſt licet alterum & tertium, unum ,, virum noſse, quàm plurimos, ideſt, to- ,, lerabilior eſt uni homini proſtitutam eſse, ,, quàm multia, nonne ſtatim cur hoc dixe- ,, rim ſubjecimus? Siquidem & illa in Evan- ,, gelio Samaritana, ſextum maritum habe- ,, re ſe dicens, arguitur à Domino, quòd ,, non ſit vir ejus. Ego etiam nunc liberâ ,, voce proclamo, non damnari in Eccleſia ,, Digamiam, imò nec trigamiam, & lice- ,, re quintò, & ſextò, & ultra, quomodo ,, & ſecundo marito nubere: Sed quomodo ,, non damnantur iſtæ nuptiæ, nec prædi- ,, cantur. Solatia miſeriæ ſunt, non laudes ,, continentiæ. Undè & in alio loco dixi: ,, Ubi unus maritus exceditur, nihil refert, ,, ſecundus, an tertius ſit; quia deſinit eſ- ,, ſe Monogamua: *Omnia licent; ſed non* ,, *omnia expediunt*. Non damno Digamos, ,, immò nec trigamos, & ſi dici poteſt octo- ,, gamos: Habeat cui libet octavum mari- ,, tum, & eſſe deſinat proſtituta.

114. Porrò in Epiſt. 11. novæ autem edit. 91. ad

ad Ageruchiam data de Monogamia idem confirmat, inquiens: „ Quid igitur? Damnamus ſecunda matrimonia? Minimè. Sed „ prima laudamus. Abiicimus de Eccleſia digamos? Abſit: Sed monogamos ad continentiam provocamus. „ Et in Epiſtola ad Marcellam de Montaniſtis, ſuam Catholicam refert ſententiam, & hæreticum ſimul recenſet Montaniſtarum dogma, inquiens: „ Nos ſecundas nuptias non tàm appetimus, „ quàm concedimus Paulo jubente, ut viduæ adoleſcentulæ nubant: illi in tantùm „ putant ſcelerata conjugia iterata, ut quicumque hoc fecerit, adulter habeatur.

115. Directè Epiphanius quoque hæreſ. 48. in hac hæreſi perſtringit Montaniſtas, inquiens: Si quis poſt uxoris obitum ſecundas nuptias, pro ſua imbecillitate deſiderat, minimè id quidem veritatis regula prohibet, in eo dumtaxat, qui „ Sacerdos non fuerit. At iſti prohibent, „ adeoque Pauli illâ ſententiâ comprehenduntur: *prohibentium nubere*. Nam eum, „ qui ſecundis nuptiis alligatus fuerit, expellunt, ac ne facere iſtud audeat, vim, ac „ neceſſitatem adhibent. Nos autem neque „ neceſſitate ullâ conſtringimus, ſed ſuademus: nec alitèr, quàm honeſtis præceptis, „ ac conſiliis eum, qui quidem poſſit, ad „ præſtandum impellimus: eum verò qui minus poteſt, nullâ vi cogimus, nec à ſalute „ prorsùs excludimus.

116. Audiendus eſt etiam S. Auguſtinus in libro de bono Viduitatis cap. 11. & 12. ubi de ſecundis nuptiis hæc ſcribit: „ Ne arbitreris vel ſecundas nuptias crimen eſſe, vel „ quaſcumque nuptias, cùm ſint nuptiæ, malum eſſe. Non itaque illas à te damnatas „ velim eſſe, ſed ſpretas. Bonum ergo continentiæ vidualis luculentiùs decet, cùm pro „ illo vovendo poſſunt contendere fœminæ, „ quod & libet, & licet. De tertiis, & quartis nuptiis ſolent homines movere quæſtionem: undè ut breviter reſpondeam, nec ullas nuptias audeo damnare, nec eis verecundiam numeroſitatis auferre. „ In libro verò 16. de Civit. cap. 34. quærit, cur Abraham poſt Saræ obitum, quamvis jam ſuſceptâ prole, cui & promiſerat Deus filiorum multiplicationem ad numerum Stellarum Cœli, & arenæ Maris, iterùm alteri nupſerit, cùm in eo non liceat incontinentiam ſuſpicari? Et poſt plura allegata hanc ſubnectit rationem, inquiens: „ Quid ſi enim hoc proviſum eſt „ contra hæreticos futuros ſecundarum adverſarios nuptiarum: ut in ipſo Patre multarum gentium, poſt mortem conjugis, iterum conjugari demonſtraretur non eſſe peccatum.

117. Deindè accedit Concilium Generale Nicænum I. can. 8. ubi agitur de recipiendis Catharis & Novatianis, qui cum Montaniſtis, ut ex Theodoreto adnotavimus, & ipſi ſecundas damnabant nuptias. In eo enim Canone decernitur, ut recipiantur dummodo in ſcriptis profiteantur ſe dogmata catholicæ Eccleſiæ ſuſcipere, & ſequi velle, atque cum bigamis, & lapſis communicare. Cùm enim ſecundas nuptias damnarent, ab Eccleſia ejiciebant, qui iterato nubebant, & cum eis minimè communicare volebant, quemadmodum nec cum lapſis poſt Baptiſmum: proindè Concilium voluit, ut non reciperentur, niſi vellent cum Bigamis, & Lapſis communicare, confirmans ex hoc catholicam regulam, non eſſe abjiciendos qui ſecundò nubunt, neque illicitas ſecundas nuptias. Verba Canonis ſunt: „ De „ his, qui ſe nominant Catharos, ideſt Mundos, ſi aliquandò venerint ad Eccleſiam „ Catholicam, placuit Sancto, & Magno Concilio, ut impoſitionem manus accipientes, „ ſic in Clero permaneant. Hæc autem præ „ omnibus eos ſcriptis convenit profiteri, „ quòd Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ „ dogmata ſuſcipiant, & ſequantur: ideſt, & „ Bigamis ſe communicare, & his, qui in perſecutione prolapſi ſunt.

118. Cæterum in praxi apud Orientales, & in Eccleſia Græca ſecundò nubentibus, ſtatuta fuit per Canones pœnitentia: Etenim in Concilio Neocæſarienſi celebrato circa Domini annum CCCXIV. Can. 3. ſancitum eſt: „ De his, qui frequenter uxores ducunt, & „ de his quæ ſæpiùs nubunt, tempus quidem „ pœnitentiæ his conſtitutum, manifeſtum „ eſt. Sed converſatio, & fides eorum tempus abbreviat. „ Porrò Can. 8. prohibetur Presbyteris intereſſe ſecundarum nuptiarum „ convivio: „ Presbyterum convivio ſecundarum nuptiarum intereſſe non debere, maximè cum præcipiatur ſecundis nuptiis pœnitentiam tribuere. Quis ergo erit Presbyter, qui propter convivium illis conſentiat „ nuptiis? „ Qui Canones recenſentur à Gratiano cauſ. 31. quæſt. 1. *De his qui frequenter*.

119. At ex hoc non licet inferre ſecundas nuptias eſſe illicitas, quamvis ſecundò, & pluries nubentibus ſtatuta ſit pœnitentia: Hoc apertè habemus ex Concilio Laodiceno, non diù poſt Neocæſarienſe celebratum, ubi Canone 50. legitimæ declarantur ſecundæ nuptiæ, licèt nubentibus pœnitentiam decernat. „ De „ his, *inquit*, qui ſecundùm Eccleſiaſticam „ regulam liberè, ac legitimè ſecundis nuptiis „ juncti ſunt, nec occultè nuptiarum copulam fecerunt, oportet ut parvo tempore „ tranſacto, vacent orationibus, & jejuniis, „ quibus etiam juxta indulgentiam communionem reddi decrevimus. „ Quibus verbis declarant Patres ſecundas nuptias eſſe legitimas, ac & rigorem remittunt pœnitentiæ, & quia forte aliqui ex rigidiori diſciplina Digamis communionem denegabant, placuit eis corrigere errorem, decernereque, ut in Communionem reciperentur.

120. Pœnitentia ergo ſtatuta ſecundò oubentis, non propter ipſas nuptiaa, quaſi malę ſint, decreta ſuit, ſed propter peccatom, quod regularitèr locum habet in ſecundis, & ulterioribus nuptiis, fundatom ſuper nubentium incontinentiam, quæ regulariter ad ſecundas impellit nuptias;Hinc Paũlus I. ad Corinth. cap. 7. *Dico autem non nuptis, & viduis: bonum eſt illis, ſi ſic permaneant, ſicut & ego: quòd ſi non ſe continent, nubant. Meliùs eſt enim nubere, quàm uri.* Incontinentia ergo mala eſt, noo nuptiæ malæ ſunt: & propter hanc incontinentiam ſecundò, & pluriès nubentibus antiqui Patres Orientalis Eccleſiæ pęnitentiam decreverunt. Si enim malæ forent nuptiæ, nedum nubentes aliquali pęnitentiæ ſubjicerentur, verùm & ſegregari cogerentur. Notat hoc Iſidorus lib. 2. de Ecclеſ. offic. cap. 19. dum ait; „ Secnndas autem nuptias „ propter incontinentiam jubet Apoſtolua; „ Meliùa eſt enim denuò uoi viro nubere, „ quàm explendæ libidinia causâ cum pluri„bus fornicari: Sæpius antem nubendi li„centia jàm oon eſt Religionis, ſed cri„minis.

121. Dùm porrò prohibetur Presbyteris intereſſe ſecundis nuptiis, non ideò eſt, ut per hne Concilium intendat damnare ſecundaa nuptias ut malas, ſed quia non vult ut in ſecundis nuptiis illa eadem interveniat ſolemnitas, quæ in primis; Semel tantùm celebritaa nuptiarum in Eccleſia haberi conſuevit, dum ſcilicet Virgines conjunguntur. Cùm enim ſecundò oubentibua impoſita fuerit pœnitentia, incongruum videbatur, ut Presbyter, qui eia pœnitentiam imponere debebat, intereſſendo convivio noptiali, ſuâ præſentiâ ſecundas ouptias non aliter atque primas comprobaret, quaſi pari laude dignaa. Immò mos Eccleſiæ erat in ſecundia nuptiis non adhiberi eas, quæ in primis ſolemnitates adhibebatur.

122. Dum enim Virgines maritabantur ſolebant caput velare, ut ſcirent ſe viris ſuis fore ſubjectas, & humiles, quod velamen vnlgò Mavortem vocabant, ideſt, Martem, quia ſignum maritalis dignitatis, ac poteſtatia, ut ait Iſidorus loc. cit. qui poſtea ſubjungit: „ Caput enim mulieris vir „ eſt: licet proindè velentur, dum nubunt, „ ut verecundiam mulieris agnoſcant, quia „ jam ſequitur indè, quod pudeat. Unde „ Rebecca cùm ad Sponſum dueeretur, ſi„mul ut eum ipſa conſpexit, ſalutationem „ vel oſcula oon ſuſtinuit, ſed ſtatim ſen„tiens quid eſſet futura, palllo caput ve„lavit. Hine etiam & nuptæ dictæ, eò quòd „ vultus ſuos velent, obnubere enim operire „ dicitur; Undè & nubes dictæ, eò quòd „ æthera obtegant. „ Et S. Ambroſius in lib. 1. de Abraham cap. 19. eundem morem velandi deſumptum à Rebecca in primis nuptiis recenſet, inquiens: „ Cùm veniret Re„becca, vidit Iſaac deambulantem: & cùm „ interrogaſſet, quis eſſet, cognito quòd „ ipſe eſſet cui dnceretur uxor, deſcendit, „ & caput ſuom obnubere cœpit, docens „ verecundiam noptiis præire debere: inde „ enim & nuptiæ dictæ quod puduris gratiâ „ puellæ ſe obnuberent.

123. Aliæ etiam adhibebantur in primis nuptiia cæremoniæ, à quibos vacabant ſecundæ: nam & vitta benedicebatur, quæ candido purpureoque colore miſta erat, ut in candore munditia vitæ deſignaretur, in purpureo verò colore, ſanguinis poſteritaa figuraretur. Etiam annulus in primis Sponſæ tradebatur à Sponſo nuptiis, minimè in ſecundis, prout idem Iſidorua loc. cit. obſervat. Cùm itaqoe omnia prædicta quæ in primis fiebant nuptiia, qoæ erant de earum ſolemnitate, non permitterentur in ſecundis; hac de cauſa Patres Synodi Neocęſarienſis injunxernnt Presbyteris nè ſecundarum nuptiarum intereſſent convivio: nam cùm hujuſmodi ſolemnitates oonniſi in primis nuptiis permitterentur, minimè licere potuerat Presbyteris intereſſe ſolemnitatibus ſecundarum nuptiarum, quæ contra morem Eccleſiaſticum celebrabantur. Denique neque benedicebantur ſecundæ nupriæ: eò qnia primis nuptiis data benedictio, ad fecunditatem prolis conjugibus apprecandam non videbatur repetenda: Et eò magia, quòd cùm præfata benedictio ad hujuſmodi apprecandam prolem fuerit ordinata, non videbatur apta ſecundis nuptiis, quæ magis iniri ſolent ad explendam libidinem, quàm ad prolem ſuſcipiendam. Tum etiam quia, cùm ſecnndæ nuptiæ à perfecta ſignificatione conjunctionis Chriſti cum Eccleſia, unius cum una, degenerent, non videntur benedictione dignæ.

124. Durior tamen ac ſeverior diſciplina apud Græcos ſuit de Trigamis, & ulteriùa nubentibus: nam S. Baſilius in Epiſtola ad Amphilochium can. 4. ait: „ Tri„gamorum, & Polygamorum eundem Ca„nonem definimus, quem in Digamis pro „ proportione. Annum enim in Digamis, „ alii verò duos annos. Trigamos autem „ ſæpe tribus, & quatuor annis ſegregant. „ Id autem non ampliua conjugium, ſed „ Polygamiam appellant, vel potiùs caſti„gatam fornicationem. Et ideo Dominus „ Samaritanæ, quæ quinque maritos jam „ habuerat; *Quem nunc*, inquit, *habes non* „ *eſt maritus*: nempe quòd digni non ſint, „ qui à Digamiæ menſura exciderunt, ut „ vel mariti, vel uxoris nomine appellen„tur. Conſuetudine autem accepimos in „ Trigamis quinquennii ſegregationem, non „ à Canone, ſed ab eorum, qui præoccu„paverunt conſequentia. Oportet autem „ non eos omninò arcere ab Eccleſia, ſed „ dignari auditiooe dnobus, vel tribus an-

„ ois;

„ nia: & poſtea permittit quidem conſiſte- „ re, ſeu in fidelium eſſe congregatione, à „ Boni tamen communione abſtinere, & ſic „ poſtquam pœnitentiæ fructum ullum oſten- „ derint, communionis loco reſtituere.

125. Conſtituta erat Digamis unius anni pœnitentia, apud quoſdam etiam duorum annorum. Trium verò, & quatuor annorum Trigamis: non tamen ſeparabantur ſic conjuncti, puniebantur ſolùm: Nam pro legitimis habebantur hujuſmodi nuptiæ, & ſolà incontinentià nubentium puniebantur: Etenim in conſpectu Eccleſiæ pro incontinentibus habebantur, qui hujuſmodi ſecundis, & tertiis copulabantur nuptiis, ideo aliquâ ſalutari pœnitentiâ videbantur digni, & eò majori, quò ad ulteriores progrediebantur nuptias, quia major in eis arguebatur incontinentia. Quare can. 50. ait: „ Trigamiæ lex non eſt. Quare lege tertium „ matrimonium non prohibetur. Verùm ta- „ men ea ut Eccleſiæ inquinamenta vide- „ mus: ſed publicis condemnationibus non „ ſubiicimus: ut quæ ſolutâ ac profuſâ for- „ nicatione ſunt magis expetenda. „ Non ergo vult Trigamos ſeparari, nec publicis pœnis addici, quemadmodum lex Eccleſiaſtica præcipiebat in Mœchis, quod utique demonſtrat ab Eccleſia pro legitimis habita Trigamorum matrimonia. Dicit inſuper videri, ut inquinamenta Eccleſiæ, & hoc propter incontinentiam contrahentium. Dum porrò Trigamiam in can. 4. appellat honeſtam fornicationem, extenſivè loquitur, ſumens copulam Trigamorum velut habitam non ſine generandi prolem, qui eſt verus matrimonii finis, ſed ſolius ſatiandæ libidinis gratiâ.

126. Juxta hujus diſciplinæ ſeveritatem etiam S. Gregorius Nazianzenus orat. 31. ſuper illud Matthæi 6. *Cum conſummaſſet Jeſus hos Sermones*, duriſſimè loquitur inquiens: „ Hac enim oratione, ſecundas nuptias mi- „ hi deprecari videtur. Si enim duo Chriſti „ ſunt: duo quoque viri ſint, & duæ uxo- „ res: Si autem unus Chriſtus, unum Ec- „ cleſiæ caput: una etiam caro ſit, ſecun- „ da autem reſpuatur. Quòd ſi ſecundum „ prohibeat, de tertio quid dicendum eſt? „ Primum lex eſt; ſecundum venia, & in- „ dulgentia; tertium iniquitas. Qui autem „ hunc numerum excedit, porcinus planè „ eſt, utpotè nè multa quidem vitii exem- „ pla habens. „ *Hæc Gregorius*. Non tamen ex hoc improbat ut illegitimas ſecundas, & ulteriores nuptias, ſed eas diſſuadet, ut intemperantiæ cujuſdam argumentum. Intemperantiæ enim argumentum eſt ad plures tranſire nuptias. Etenim oratione 39. *In Sancta lumina*, Novatum, & Novatianos perſtringit, qui ſecundas damnabant nuptias: ait enim: „ An ne Juvenibus quidem Vi- „ duis, propter ætatis lubricum ineundi „ matrimonii poteſtatem facis? At Paulus „ hoc facere minimè dubitavit, cujus te „ ſcilicet Magiſtrum profiteris, perinde atque „ ad quartum Cœlum, aliumque Paradiſum „ perveneris, ac verba magis arcana audi- „ veris, majoremque circulum Evangelio „ comprehenderis. „ Si ergo reprehendit Novatum, qui ſecundas damnabat nuptias, quas inquit, Paulum conceſſiſſe, ſequitur non eſſe ſuæ mentis illas damnare, ſed tantùm ſuadere nè ineantur, propter incontinentiam quam præſeferunt nubentes, juxta rigorem diſciplinæ Eccleſiæ Orientalis illius ætatis. Hac de cauſa tertias nuptias iniquitatem dicit, porcinas appellat ulteriores, propter cauſas quæ contrahentes movent ad nubendum, nimirum propter effrenatam libidinem, & incontinentiam, ratione cujus regulariter moventur ad ſecundas, & ulteriores contrahendas nuptias. Diſſuadet inſuper quia Digamia non adeò perfectè conſervat ſignificationem unius Chriſti cum una Eccleſia, quemadmodum conſervat Monogamia: Ideo dicit: *Si enim duo Chriſti ſunt, duo quoque viri ſint, & duæ uxores*. Cùm ergo unus ſit Chriſtus, & una Eccleſia, ſit unius quoque uxoris vir: hæc tamen ſuadendo, nequaquam ſecundas, & ulteriores nuptias damnando.

127. Cæterum attentâ Orientalium Patrum tam rigidâ diſciplinâ in tertiis præcipuè & quartis nuptiis ſub Conſtantino Porphyrogenito, & Romano, Imperatoribus Orientis, edita fuit adversùs hujuſmodi nubentes lex Imperialis, quæ ſingulis annis menſe Julii in ſuggeſtu legebatur, eamque refert Balſamon in notis ad Can. 4. Epiſtolæ Baſilii ad Amphilochium: Nos quoque & hic ſubiiciemus ad pleniorem rei, de qua tractamus notitiam. Editam refert anno Mundi 6429. Indictione 9. ſic ſe habentem.

128. „ Deinceps autem communi Sen- „ tentiâ, ac judicio pronunciamus, ex præ- „ ſenti anno 6429. Indict. 9. Neminem o- „ portere ſe quarto matrimonio jungere, ſed „ eſſe omninò reiiciendum: & ſi quis ad „ hujuſmodi conjuglum venire voluerit, eſſe „ omni Eccleſiaſticâ Congregatione priva- „ tum, & ab ipſo in Sanctum Templum „ ingreſſu alienum, donec in conjugio per- „ manſerit. Hoc enim etiam Sanctis Patri- „ bus, qui nos præceſſerunt, viſum eſt. „ Nos verò etiam Sententiam apertiorem „ reddentes, ipſum ut à Chriſtiana Repu- „ blica alienum abdicamus. At ſic de quarto „ matrimonio.

129. „ Ut autem, quæ ad alia quoque „ matrimonia pertinent decentiùs conſti- „ tuantur, & non Chriſtianâ vitâ indignam „ inſtitutionem habeant, de tertio quoque „ matrimonio definimus, ut non abſolutè „ & ſimpliciter, & temerè perficiatur. Ete- „ nim à Patribus quidem ut ſordea permiſ-

„ ſum

Digitized by Google

„ ſum eſt, non ſic tunc quidem, ut nunc,
„ re citra ullum ruborem impudenter pera-
„ ctâ,& indiſcriminatim contractâ:Sed quem-
„ admodum ſi quis in Domo in angulum
„ incidit, multas ſæpe ſordes ſitas viderit,
„ nunc autem quando libertatem accepit,
„ & perindè ac ſi nihil habeat dedecoris,
„ & ſordis reputatur, rectè dictum eſt hoc
„ repurgare, quemadmodum & turpitudi-
„ nem non in angulum conjectam, ſed in
„ ædibus diffuſam, nullo modo permitti-
„ mus, ſed repurgamus, ut humanæ ceden-
„ tes infirmitati, honeſtatis autem Chriſtia-
„ næ vitæ convenientis curam gerentes,
„ hoc in tertiis nuptiis ſervandum ſtatuimus.

130. „ Ut ſi quis quadrageſimum annum
„ exceſſerit, & nec naturam reveritus, nec
„ honeſtæ vitæ, quæ à Chriſtianis debetur,
„ ullam curam gerens, ſed ſolâ libidinis per-
„ turbatione victus, ſe in tertium matri-
„ monium projecerit; is cum omni diligen-
„ tia, & obſervatione ſit uſque ad quin-
„ quennium Sacramenti Communionis mini-
„ mè particeps, & nec hoc tempus illi con-
„ trahatur.

131. „ Qui enim poſt annum quadrage-
„ ſimum ſordem in Chriſti Eccleſia eſſe, vel
„ dici amavit, quod melioris vitæ argu-
„ mentum præbebit, propter quod tempus
„ Sacramentorum participationis ei contra-
„ hatur? Sed & poſtquam impollutâ par-
„ ticipatione dignus habitus fuerit, non erit
„ ei permiſſum in alio tempore ad partici-
„ pationem accedere, quàm in ſola ſalutari
„ Chriſti, & Domini noſtri Reſurrectione
„ propter ex præcedente Jejuniorum abſti-
„ nentia repurgationem. Hæc autem dici-
„ mus, quando ex prioribus matrimoniis
„ non fuerint liberi iis, qui poſt quadra-
„ geſimum annum tertiam uxorem ducere
„ voluerint. Nam ſi liberos habuerint, eis
„ nullo modo tertium permittitur matrimo-
„ nium. Eſt enim valdè iniquum tempeſti-
„ væ libidini indulgere, priorum autem ma-
„ trimoniorum liberis non proſpicere, ut
„ ſint ſecuri, & à moleſtis, & à perturba-
„ tione remoti, quæ ſolent evenire homini-
„ bus ex filiorum multorum ſuſceptione.

132. „ Quòd ſi quis triginta annos na-
„ tus, & ex prioribus matrimoniis habens
„ liberos, tertiæ mulieri conjunctus fuerit,
„ is quoque nullâ ei veniâ datâ ad quartum
„ uſque annum Communionis Sacramenti ſit
„ expers, quia manifeſtum eſt, eum ſolâ
„ intemperantiâ motum, & quòd ſit carna-
„ lis libidinis ſervus, ad hoc ſe matrimo-
„ nium conferre, & poſtquam etiam Sacra-
„ mentorum participatione dignus fuerit
„ habitus, ſemel quidem in ſalutari Chriſti,
„ & Domini Noſtri Reſurrectione: Secun-
„ dò autem in dormitione Immaculatæ Do-
„ minæ noſtræ Deiparæ: & tertiò in Natali
„ Chriſti & Dei noſtri, quòd in his præ-
„ cedat Jejunium, & ejus utilitas: Sin au-
„ tem non ſunt liberi, quia liberorum ſu-
„ ſceptionem deſiderare facile eſt, condonan-
„ dum, & ſolâ eâ pœnâ, quæ ab initio,& huc-
„ uſque ſervata eſt, in eum animadverte-
„ tur. Hæc etiam de tertio matrimonio.

133. „ Atqui nec ſecundum, nec pri-
„ mum extra cautionem adhibitam relin-
„ quimus, ſed & illa ſic contrahi ſtatuimus,
„ ut nullam cauſam malam habeant, vel ex
„ raptu, vel ex præcedente clandeſtino con-
„ cubitu, ſed legitimè, & ab iis, qui ab
„ ejuſmodi inquinamentis, & fornicatoria
„ impuritate mundi ſunt. Si quis ergo præ-
„ dictis Conſtitutionibus neglectis ad ma-
„ trimonii conſuetudinem primam, vel ſe-
„ cundam proceſſerit, eum Chriſti Eccle-
„ ſia, quæ eſt pura, immaculata, ac ſine
„ ruga, ſalutaribus examinationibus ſubii-
„ cit, nec priùs ad Divinorum Myſteriorum
„ participationem admittit, quàm definitum
„ ipſum in fornicatione tempus expleverit,
„ niſi fortè neceſſarius è vita exceſſus ur-
„ geat, donec ſcilicet ſeptimus annus com-
„ pletus fuerit. Sacerdos autem, qui auſus
„ fuerit, præter id, quod ſtatutum eſt, Di-
„ vinâ Participatione aliquem dignari, de
„ proprio gradu in periculum veniet, eo vi-
„ delicet, qui præter formam conſtitutam
„ à Divina Communione dignus eſt habitus,
„ ad excommunicationem redacto, uſque ad
„ ſeptimi anni complementum. „ *Hactenus Imperialis Conſtitutio.*

134. Extat quoque & Novella Baſilii Macedonis, Leonis Sapientis Patris, cujus Titulus eſt: *Non licere ad quartas nuptias tranſire*, ut habetur lib. 2. Juris Orientalis: in qua primùm Imperator refert, priſcis ſcriptam legem fuiſſe, immò & à Juſtiniano confirmatam, per quam uſque ad quartas nuptias iis, qui volunt, matrimonia protenduntur. Porrò ſubjungit, ſe ne priſcis legibus acquieſcat, lege Divinâ impediri. Denique conſtitutionem ſuam, ſive Novellam his verbis concludit: „ Manifeſtum om-
„ nibus eſto, quòd ſi quis auſus fuerit ad
„ quartas nuptias, non nuptias, accedere,
„ non ſolùm pro nullis habebuntur hæ nu-
„ ptiæ, nec liberi ex iis procreati pro le-
„ gitimis agnoſcentur, verùm etiam ipſe
„ pœnis pollutorum ſcortationis ſordibus
„ ſubiicietur, ejuſmodi videlicet perſonis à
„ ſe invicem ſeparatis. „ *Hactenus Baſilii Novella*. Et notat Arcudius lib. 7. de Matrimonio cap. 29. ante Baſilium Macedonem Imperatorem Conſtantinopolitanum, nullam prophanam extitiſſe legem hujuſmodi quartas reprobantem nuptias, cùm Magnus Baſilius loco à nobis ſupra cit. dicat, trigamiam publicè non condemnari.

135. Deindè refert Leonem Sapientem Baſilii Filium, Patris veſtigia ſectatum, paternam legem aliâ ſimili conſtitutione, quæ

quæ eſt in ordine nonageſima, de tertiis
nuptiis confirmaſſe, atque innovaſſe, qua in
Conſtitutione inter alia ſic decreviſſe tradit:
„ Multorum Brutorum animantium genera,
„ conjuge mortuo perpetuam viduitatem am-
„ plectuntur, alteriſque nuptiis priores, ve-
„ lut congeſtâ terrâ obtegere nolunt. Ve-
„ rùm quoniam hanc imbecillitatem turpem
„ non eſſe, quanquam turpiſſima ſit, exi-
„ ſtimans natura primo ſuo matrimonio con-
„ tenta non eſt, ſed nullo pudore tacta ad
„ ſecundum etiam procedit; quin cùm illa
„ hic ſaltem ſiſtere deberet, non tamen id
„ facit. Et quanquam per Sacram legem
„ non liceat, à ſecundo matrimonio ad ter-
„ tium prorumpit, haud dubiè conſtitutam
„ in tertium matrimonium pœnam, quòd
„ non exerceatur contemptui habens. Idque
„ eò magis, quòd Civilis lex, qua neſcio
„ de cauſa, Spiritus pœnam conſtituentis
„ Decreto non conſentiat, ſed hoc à repre-
„ henſione porrò liberat, qui poſt alterum
„ matrimoniale conſortium à matrimoniis
„ abſtinere nolint. Idcircò quæ Spiritui
„ placent ſequentes ſtatuimus; ut qui ad
„ tertium matrimonium pervenerint, pœnę,
„ quam in ipſos Sacer Canon promulgavit,
„ obnoxii ſint. „ *Hactenus Leo Sapiens.*

136. Hac tamen non obſtante Conſtitutione idem Leo Sapiens tertiam uxorem duxit, quâ ſine liberis defunctâ, filium ſuſcepit ex Zoe pellice ſua, quem cùm optaverit Succeſſorem imperii ſibi relinquere, ipſam Zoe inito quarto matrimonio, in uxorem duxit: quam ob cauſam à Nicolao Patriarcha Eccleſiaſticâ cenſurâ innodatus fuit. Ita Joannes Zonaras Tom. 3. Annal. in hujus Principis vita inquiens: „ Imperator poſt
„ Filii partum; cui Conſtantini nomen in-
„ didit, conjugem etiam ſuam Auguſtam
„ appellavit. Sed ob quartas nuptias à Pa-
„ triarcha Leo cenſurâ Eccleſiaſticâ eſt no-
„ tatus. „ Scribit Cedrenus in compendio hiſtoriarum, Imperatorem accitum Nicolaum menſe Februarii, multis interpoſitis precibus rogaſſe ut ad Sacra ipſum admitteret, at eo renitente Nicolaum in exilium aſportari juſſiſſe. „ Principio Februarii menſis,
„ *ait*, Imperator Patriarcham ad ſe vocat:
„ & ab eo ſummis precibus contendit, ut
„ ſe ad Sacra admittat, recuſantem à Bu-
„ coleone longâ navi impoſitum in Hiereiam
„ trajicit, indè pedeſter ad Galacrenorum
„ Monaſterium à ſe conditum deductus eſt.
Hac ergo de cauſa plurimæ excitatæ fuerant turbæ in Eccleſia Conſtantinopolitana, diviſis Prælatorum Orientalium animis, aliis Imperatori faventibus, nonnullis verò è contrario ſtantibus.

137. Cùm porrò Nicolaï loco ſuffectus fuerit in Patriarchali Sede Euthymius Syngelus, vir ſane pius & doctus, omni ſtudio curavit, nè Imperator legem conderet, quâ liceret tertiò, & quartò quoque, ſuo exemplo nuptias inire. „ Non multò poſt Euthy-
„ mius Syngelus, *ait*, Cedrenus, Patriar-
„ cha creatur, homo pius, & ſummæ vir-
„ tutis: quem ferunt, cùm id munus de-
„ trectaret, Divinâ patefactione ad id ſu-
„ ſcipiendum fuiſſe impulſum. Omni ſtudio
„ hic impedivit, nè Imperator legem, ad
„ quod multi illuſtres viri operam ipſi na-
„ vabant, ferret, quâ liceret viro tres, aut
„ quatuor uxores ducere. *Et Zonaras:*
„ Ejus verò loco, *ait*, Patriarcha deſigna-
„ tus eſt Syngelus Euthymius, vir Sacer,
„ qui omni ſtudio obſtitit, nè lex ab Im-
„ peratore promulgaretur, ut ipſius exem-
„ plo cuivis liceret ſecundam, tertiam, &
„ quartam etiam ducere uxorem.

138. Verùm Euthymius Imperatorem à pœna fecit immunem, atque à vinculo diuturno liberavit, & ad Communionem admiſit, ut habetur in Præambulis Conſtantini Porphyrogeniti ad edictum unionis lib. 2. Novell. ubi legitur: „ Ejus loco Patriar-
„ cham conſtituit Patrem ſuum Spiritualem
„ Euthymium, virum multis annis exerci-
„ tatione ſolitariâ nobilitatum, denique pro-
„ phetici Spiritus participem. Is Impera-
„ torem à pœna facit immunem, atque à
„ à vinculo diuturno liberat, & ad com-
„ munionem admittit. Sed erant adhuc
„ multi Pontifices, qui diſpenſationi Pa-
„ triarchæ non aſſentiebantur, præſertim ij,
„ qui ab expulſi Nicolai partibus ſtabant.
Hactenus ibi.

139. Adeo tenaciter ſuæ adhærebat opinioni Nicolaus, ut in Epiſtola ad Joannem Papam, hujus nominis X. quam refert Baronius in Appendice ad Tomum XI. non recuſaverit ſcribere, eſſe de jure Divino quartas interdictas nuptias, nec Romanum Pontificem habere in eis diſpenſandi poteſtatem. „ At facto diſpenſationis nomen, *ait*
„ *Nicolaus*, ut audio, prætenditur; quaſi verò
„ per ullam diſpenſationem liceat Fidei di-
„ gnitatem, Eccleſiæ diſciplinam imminue-
„ re, effractiſque Canonum repagulis, for-
„ nicationem inducere in Sancta; aut non
„ inter naſcentis Evangelii initia hujuſmodi
„ crimen Apoſtolorum Sanctionibus unà cum
„ immolaticiis, & ſuffocato vetitum non
„ fuerit. Diſpenſatio, ni fallor, cùm ſibi
„ imitandam proponat Dei miſerationem,
„ quæ delictum aufert, non fovet, ſaluta-
„ ris quædam condeſcenſio cenſenda eſt,
„ peccatori quidem manum, ut ſe homo
„ attollat, porrigens, non autem jacere per-
„ mittens lapſo.

140. Hanc autem Epiſtolam ſcriptam, notat Arcudius loco cit. poſt Leonis obitum: Nam mortuo Leone, Alexander Leonis Frater habenas Imperii ſuſcepit, adhuc Puero Conſtantino Leonis filio, qui ejecto Euthymio Nicolaum improbantem quartas nu-

nuptias revocavit, ut ſic Regni heredem, non Leonis filium agnoſceret, ſed ipſummet Alexandrum, verùm Alexander morti proximus Conſtantino Leonis filio regnum legavit, conſtituto Nicolao Juvenis Principis tutore: ſicque hoc tempore dum Clavum principatus tanquam Tutor tenebat, allegatam Joanni Papæ ſcripſit Epiſtolam. Non tamen in ſententia ſtetit, nam operâ Romani Lecapeni Imperatoris Socri, ex aula pulſus, de pace reddenda, quam Conſtatinus exoptabat, cogitare cœpit: & cùm priùs pertinaciter defenderet, quartas nuptias jure Divino prohibitas, ac proindè fornicarias, nullâ Eccleſiæ diſpenſatione iniri poſſe, mutatâ ſententiâ, à Divino ad Eccleſiaſticum jus carum nuptiarum improbationem tranſtulit. Proinde ad Joannem Papam reſcripſit, rogatque inter alia, ut declaret quartum connubium permiſſum fuiſſe Leoni, non rei ipſius causâ, ſed ſuadente tunc occaſione lenitatem, atque affectum erga Principem indulgentiorem, ne repulsâ offenſus ejus animus deteriora moliretur. „ Verum, *inquit*, quia & veſtram fraternam „ dilectionem, cujus erga nos officia temporum difficultatibus intermiſſa ſunt, expetimus, & conſuetam Eccleſiis unionem „ exoptamus; ideo has ad vos dare literas „ decrevimus, ut omnis offenſionis memoriâ „ depoſitâ, Sanctitatem Veſtram ad ſinceram amicitiam, atque conjunctionem animorum, Paſtoribus populorum debitam „ provocaremus; quæ tùm demum miſſis „ hinc inde legatis coaleſcet, cùm judicatum fuerit concorditer, quartum connubium, quod diſſenſiones, & ſcandala in „ Eccleſiam invexit, non rei ipſius, ſed „ Perſonę causâ permiſſum eſſe, ſuadente „ tunc occaſione lenitatem, atque affectum „ erga Principem indulgentiorem, nè repulsâ ipſius animus offenſus, deteriora „ moliretur. „ *Hactenus Nicolaus* in altera Epiſtola ad Joannem datam apud Baronium in Appendice ad Tom. XI. cit.

141. Cæterum Eccleſia Latina longè abfuit à Græcorum diſciplina, æque enim ſemper indulſit ſecundis, tertiis, quartis, & ulterioribus nuptiis, adeout D. Hieronymus in Epiſtola ad Ageruchiam referat ſe Romæ ſub Damaſi Pontificatu vidiſſe duo de plebe inter ſe paria, hominem unum, qui viginti ſepelliſſet uxores, fœminam alteram, quæ vigeſimum ſecundum habuerat maritum, extremo denique, ut ipſi putabant, ad invicem matrimonio copulatos. Id quod in ſumma fuit Romanis cùm fœminis, tum viris expectatione, quinam ex illis prior obierit: Maritum viciſſe ſubjungit, & totius Urbis populo confluente coronatum, & palmam tenentem, cunctis conclamantibus, uxoris multinubæ feretrum præceſſiſſe.

142. Et ratio eſt, quia Paulus expreſsè indulget ſecundis nuptiis, tertias, & quartas, & ulteriores non prohibet, immò tacitè approbat, iiſdem fere de cauſis, quibus ſecundas concedit. Etenim in Epiſtola 1. ad Timotheum cap. 5. agens de Adoleſcentioribus viduis, ait: *Volo ergo juniores nubere, filios procreare, Matres familias eſſe, nullam occaſionem dare adverſario, maledicti gratiâ. Jam enim quædam converſæ ſunt retrò Satanam.* Ideo ergo vult Juniores viduas nubere, ne innuptæ in diſcrimen amittendæ caſtitatis conſtituantur: meliùs eſt enim eis nubere, quàm in periculo verſari amittendi caſtitatem. Sed quid ſi infra annum ſecundum amittant virum, vel forte tertium? Nonne eâdem militat ratio, ut iterum nubant? eadem ergo de causa, quâ Paulus expreſsè ſecundis indulget nuptiis, implicitè concedit & tertias, & ulteriores. Et in Ep. 1. ad Corinthios cap. 7. Quibus non ſe continent iteratas indulget nuptias. *Quòd ſi non ſe continent*, inquit, *nubant: meliùs eſt enim nubere, quàm uri*. Hoc generaliter de omnibus viduis pronunciat. Si autem poſt ſecundum amiſſum virum non ſe continent, nonne eâdem ratione conceſſum erit eis poſſe tertiò nubere? Semper enim meliùs eſt nubere, quàm uri, ſive primam, ſive ſecundam, ſive tertiam amiſerit uxorem vel uxor tertium amiſerit virum.

143. Deindè dum Apoſtolus in eadem Epiſtola pronunciat: Mulier alligata eſt viro quanto tempore vir ejus vivit: quòd ſi dormierit vir ejus liberata eſt, cui vult nubat, non ſe reſtringit ad amiſſionem primi dumtaxat viri; eſt enim ejus propoſitio univerſalis, atque indefinita, ut ſenſus ſit, quoties vir obierit, toties liberata eſt à lege viri, ſed quoties liberata eſt à lege viri, cui vult poteſt nubere, ergo non ſemel tantùm licebit poſt virum amiſſum iterum nubere, ſed quoties virum amittit. Eâdem enim ratione quâ eſt liberata per mortem primi, liberata quoque eſt poſt mortem ſecundi, & tertii, & plurium; nam non majori vinculo nectitur cum ſecundo viro, ut ipſo omiſſo non poſſit copulari cum tertio, ac fuerit conjuncta cum primo viro.

144. Et hac ratione utitur Innocentius IV. in Epiſtola ad Epiſcopum Tuſculanum Apoſtolicæ Sedis Legatum in Regno Cypri, dum monet ut agat ne Græci reprehendant, & vituperent tertias, & ulteriores nuptias: „ Quia verò, *inquit*, ſecundùm Apoſtolum „ mulier mortuo viro, ab ipſius eſt lege „ ſoluta, ut nubendi, cui vult in Domino „ habeat facultatem, ſecundas, & tertias, „ & ulteriores etiam nuptias Græci non reprehendant aliquatenus, nec condemnent, „ ſed potiùs illas approbent inter perſonas, „ quæ aliàs licitè ad invicem matrimonio „ jungi poſſunt. „ Ita pariformiter Eugenius IV. in Bulla unionis Jacobitarum, quæ inci-

incipit: *Cantate Domino quoniam magnificè fecit*, edita in Concilio Florentino §.26. ubi ait: „ Quoniam nonnullos aſſeritur, quartas nuptias tanquam condemnatas reſpuere, nè peccatum ubi non eſt, eſſe putetur, cùm ſecundùm Apoſtolum mortuo viro, mulier ſit ab ejus lege ſoluta, & nubendi cui vult in Domino habeat facultatem, nec diſtinguat mortuo primo, ſecundo, vel tertio; declaramus, non ſolùm ſecundas, ſed tertias, & quartas, atque ulteriores, ſi aliquod impedimentum canonicum non obſtat, licitè contrahi poſſe.

145. Attamen aliter videtur docuiſſe Auctorem Apoſtolicarum Conſtit. lib.3. cap. 2. ubi dicitur: „ Adoleſcentiores verò Viduæ in ordinem vidualem non cooptentur; nè fortè prætextu quòd non poſſint fervorem ætatis continere, ad ſecundas nuptias veniant; eòque negotium ſibi faceſſant, ac in reatu ſint: *Et paulò poſt*: Tertias nuptias intemperantiam demonſtrare: at quodlibet poſt tertias nuptias matrimonium, manifeſtam eſſe fornicationem, & indubitabilem petulantiam. „ Quo Teſtimonio utitur Nicolaus Patriarcha in Epiſtola cit. ad Joannem X. Papam, ut probet jure Divino prohibitas quartas nuptias, quia ſic ab Apoſtolis hoc loco ordinatum legitur.

146. Sed non nego teſtimonium, nego benè Apoſtolorum eſſe, ut eruditi communiter negant. Non enim quæ circumferuntur Apoſtolicæ conſtitutiones ab Apoſtolis ſunt editæ, ſed confictæ ſub Apoſtolorum nomine. Certè ſi Apoſtolorum forent non latuiſſent Baſilium, neque Nazianzenum, eiſque uſi fuiſſent ad ſuam comprobandam opinionem adversùs quartas nuptias: immò nec damnaſſent tertias, quas tolerant præfatæ Conſtitutiones. Itaque ab aliquo viro Græco hoc teſtimonium confictum putaverim, & in ipſis inſertum Conſtitutionibus, quia etiam Patres Concilii Trullani, etſi Græci, can.2. agnoverunt hujuſmodi Conſtitutiones maximè depravatas, & quidem etiam ab hæreticis: vel deſumptum eſt ex aliquo Eccleſiæ Græcæ canone, cùm in ea Eccleſia talis ſervatus fuerit diſciplinæ rigor, ut quartas nuptias veluti fornicationem damnarent, prout ſupra oſtenſum eſt.

147. An verò potuerit Eccleſia quartas nuptias nedum damnare, verùm etiam & nullas declarare, prolemque ſuſceptam pro illigitimà habere; affirmat Arcudius lib. 7. de matrimonio, cap. 29. Nam potuerunt Epiſcopi in ſua Diœceſi impedimanta matrimonii dirimentia ſtatuere, antequam Papa ſibi hoc jus reſervaſſet, juſtâ ſemper interveniente causâ; cùm autem non legatur antiquitùs hoc jus ſibi reſervaſſe Romanos Pontifices, poterant Epiſcopi in ſua Diœceſi impedimenta dirimentia ſtatuere, & ita potuerant Baſilius, Gregorius & alii Græci Prelati in eorum Diœceſi ſtatuere ut irritum eſſet quartum matrimonium. Hoc pacto diſcurrit Arcudius. Qui agens de Novella Coſtantini Porphyrogeniti ex Balſamone à nobis ſupra relata: dicit, quòd Principes fideles ante Concilium Tridentinum poterant introducere impedimenta dirimentia matrimonium, quemadmodum poteſt Papa, & ſic poterat Conſtantinus ſtatuere nullas quartas nuptias, prout præcipuè important Civilem contractum. Cæterum quantùm ad Novellam Conſtantini, edita fuit cunctis conſentientibus Orientalibus Præſulibus, immò & Pontifice Romano pro ineunda Eccleſiarum pace, unde magis à poteſtate Eccleſiaſtica emanavit, quàm à Civili & Laica.

148. Denique ineptè Kemnitius in 2.par. Examinis Concilii Tridentini, tradit Eccleſiam Romanam damnare ſecundas nuptias, eò quòd prohibeat eas benedici, quaſi Sacramento careant, & ſint fornicationes, ſeù proſtitutiones. Nunquam Romana Eccleſia ſecundas damnavit nuptias, quin nec tertias, nec quartas, nec ulteriores. Quare in Profeſſione fidei, quæ habetur in ſinn Concilii Lugdunenſis, ut refert Arcudius, dicitur: *Eccleſia Romana, diſſoluto Matrimonio per mortem alterius conjugum, ſecundas, & tertias, & deinde, nuptias ſucceſſivè licitas eſſe dicit*. Immò Lucius III. in Epiſtola ad Epiſcopum Exonien. data, ut habetur tom. 2. Concil. edit. Colon. de anno 1551. pag. 864. etiam intra tempus luctus ob viri primi obitum permittit ſecundas nuptias. „ Super illa verò quæſtione, *inquit*, quâ quæſitum eſt, an ſcilicet mulier poſſit ſine infamia nubere infra tempus luctus ſecundùm leges definitum, ſolicitudini tuæ reſpondemus, quòd cùm Apoſtolus dicat, mulier mortuo viro ſoluta eſt à lege viri, & in Domino nubat cui voluerit, per ſententiam & authoritatem Apoſtoli, infamia aboletur.

149. Neque ex eo, quòd benedici ſecundas nuptias prohibeatur, infertur eſſe damnatas, nam ut ſupra diximus, cùm ad prolis fœcunditatem apprecandam benedictio in prima nuptiis collata fuerit, non videtur reiteranda, & ideo Lucius III. cit. Epiſcopo Vigilennen. ſcribit. „ Vir aut mulier ad bigamiam tranſiens, non debet à Presbytero benedici: quia cum aliâ vice benedicti ſint, eorum benedictio non debet iterari. Neque negat Eccleſia Romana rationem Sacramenti in ſecundis nuptiis, omnia enim in ſecundis verificantur nuptiis, quæ in primis, ut habeant rationem Sacramenti, quia vinculum ſecundarum eſt indiſſolubile, quemadmodum eſt indiſſolubile vinculum primi matrimonii, & ſignificat unionem Chriſti cum Eccleſia, hac ſolâ ſtante differentiâ,

quòd primum matrimonium ſignificat Chriſtum ita eſſe unum unius Eccleſiæ, & conjugis, ut nunquam fuerit alterius: ſecundum matrimonium ſignificat Chriſtum eſſe unum unius, quod ſatis eſt ad rationem Sacramenti: non tamen ſignificat ita eſſe unius, ut non fuerit alterius: Ex quo ſequitur carere aliquali perfectione Sacramenti, quæ in primo tantùm habetur matrimonio, non tamen ratione formali Sacramenti; & propter carentiam hujuſmodi perfectionis, Sententia Sacrorum Canonum eſt, ne bigami promoveantur ad Sacros ordines. Sed ſatis &c.

COMMENTARIUS

In Hæreſim III.

150. M*Atrimonium ratum*) Centuriatores in Centur. 2. cap. 5. §. de Hæreſibus ſub Commodo, recenſentes hæreſes Cataphrygum, ubi agunt de conjugio, hæc habent: „ Legem Montanus de „ ſolvendis, dirimendiſque matrimoniis tulit, „ inquit apud Euſebium Apollonius: Ex „ proprio fortaſſis, ſeu furto, ſeu facto, „ quo abortivas ſuas propheti ſſas, Priſcillam, & Maximillam, à maritis ſuis ab- „ ſtraxit, dogma generale conſtituens; quòd „ mulieribus, Religionis ſcilicet gratiâ, à „ viris liceret diſcedere, ſicut etiam Pon- „ tificii docent. „ Quare dogma hoc Montani in Eccſeſia Romana receptum arbitrantur.

151. Concedimus nos Montani prophetiam matrimonia rata, atque etiam conſummata diſſolviſſe, teſtante Apollonio à nobis ſupra allegato, ſed quo fine, aut qua de cauſa, ſive quo fundamento, nec Apollonius refert, nec ab aliquo ex antiquis Patribus memoriæ proditum eſt. Non tamen improbabile eſſe putarim, hoc feciſſe ſtudio Sanctioris vitæ, ac honeſtioris diſciplinæ, ut nimirùm, qui voluerint contineri, potuiſſe liberè uxores dimittere, ſic mulieres viros relinquere. Non tamen per hoc permittebat Montanus ad alia vota tranſire, ex quo juxta ejus pſeudo-prophetiam, ſecundæ nuptiæ habebantur omninò illicitæ: Et ita ſequitur, voluiſſe Montanum licere viris ac mulieribus, ſuos relinquere conjuges, ac ab eis ſeparari, etiam poſt conſummatum matrimonium, ut ita continentiam ſervarent, non tamen ut alia matrimonia inirent. An verò Eccleſia Romana hunc acceperit errorem, ut Centuriatores confingunt, videre præſtat.

152. Catholica Eccleſiæ Romanæ doctrina diſtinguit in primis matrimonium ratum, & matrimonium conſummatum: Matrimonium ratum ſignificat unionem Chriſti cum anima exiſtente in gratia. Conſummatum verò repræſentat conjunctionem Chriſti cum tota Eccleſia per Incarnationis myſterium, non per ſolam charitatem: nam conſummatum non fit niſi per carnalem copulam, quâ conjuges una efficiuntur caro: & Chriſtus per carnem aſſumptam factus eſt una caro cum Eccleſia. Sic Paulus in Epiſtola ad Epheſios cap. 5. hanc ſignificationem exponit, dum ait: *Sed ſicut Eccleſia ſubjecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus. Viri diligete uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam. Ita & viri debent diligere uxores ſuas, ut corpora ſua. Qui ſuam uxorem diligit ſeipſum diligit. Nemo enim unquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fovet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam, quia membra ſumus corporis ejus, de carne ejus, & de oſſibus ejus. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum eſt, ego dico in Chriſto, & in Eccleſia.* Ex quo Apoſtoli diſcurſu palàm fit, comparari matrimonii conſummati vinculum, cum unione Chriſti, & Eccleſiæ, quia certè non niſi per copulam carnalem fiunt una caro.

153. Cùm itaque Eccleſia ſit Chriſto conjuncta per ſuam humanitatem à Verbo aſſumptam, & per Fidem Spem, & Charitatem, non poteſt tota ſimul unquam à Chriſto disjungi: neque Chriſtus unquam eſt eam deſerturus, cùm neque humanitatem, quam ſemel aſſumpſit, ſit aliquando dimiſſurus, hinc fit quòd conjunctio Chriſti cum Eccleſia ſit indiſſolubilis, ac indè & matrimonium conſummatum talem ſignificans unionem erit inſolubile. Cæterum cùm unio Chriſti cum anima per gratiam Sanctificantem ſit ſolubilis, dum homo per peccatum gratiam amittit, ideo matrimonium ratum, & non conſummatum, quod illam ſignificat unionem, non eſt adeo indiſſolubile, quin in aliquo caſu ſolvi non poſſit. Si ergo matrimonium conſummatum eſt prorſus inſolubile, non tamen eſt ita inſolubile matrimonium ratum non conſummatum.

154. De matrimonio itaque conſummato vera doctrina eſt, quòd ex natura ſua ſit inſolubile, quod quidem innuere videtur Salvator Matthæi cap. 19. ubi à Judæis interrogatus, cur Moyſes permiſerit libellum repudii reſpondit: *quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic.* Ab initio ergo lex matrimonii talis fuit, ut unus alteri tali conjungeretur nexu, ut neque per repudium ſolvi lieuiſſet. Quare Chryſoſtomus expendens antecedentia verba Chriſti reſpondentis Judæis interrogantibus: *Si licet homini dimittere uxorem ſuam, quacun-*

cunque ex cauſa, ait: „ Conſiderandum au-„ tem eſt, quia non authoritate ſolùm Scri-„ pturæ verùm etiam rerum dignitate Sen-„ tentiam ſuam corroborat. Non enim di-„ xit, quia virum, & mulierem unam ſo-„ lummodo fecit, verùm etiam quia juſſit, „ ut unus uni conjungatur: nam ſi voluiſ-„ ſet alteram etiam conduci uxorem, uni „ viro creato, multas conformaſſet uxo-„ res: nunc verò, ut creationis, & ſanctio-„ nis modo, unam uni perpetuò conjungi, „ & nunquam reſcindi oportere perdo-„ cuit.

155. Neque alienus eſt ab hac Sententia Innoc. III. *in cap. Gaudemus, de Divortiis*, ubi tradit, quòd ſi Paganus juxta ritum ſuum uxorem repudiaverit, & inde ad fidem convertatur, conſentiente repudiatâ cohabitare cum illo ſine contumelia Creatoris, tenetur illam recipere: „ Qui autem ſecundùm „ ritum ſuum, *inquit*, legitimam repudia-„ vit uxorem, cùm tale repudium veritas „ in Evangelio reprobaverit, nunquam eâ „ vivente, licitè poterit aliam etiam ad „ fidem Chriſti converſus habere, niſi poſt „ converſionem ipſius illa renuat cohabitare „ cum ipſo, aut etiam ſi conſentiat, non „ tamen abſque contumelia Creatoris, vel „ ut eum protrahat ad mortale peccatum. „ *Et paulò poſt ſubjungit*. Quòd ſi conver-„ ſum ad fidem, & illa converſa ſequatur, „ antequam propter cauſas prædictas legi-„ timam ille ducat uxorem, eam recipere „ compelletur.

156. Si ergo matrimonium non eſſet ex natura ſua inſolubile, certè Infidelium matrimonia eſſent ſolubilia ad libitum contrahentium: non eſſet ergo cur teneretur infidelis converſus ad fidem recipere conjugem in infidelitate repudiatam, volentem ſine creatoris contumelia habitare cum illo: neque poſſet compelli ad cohabitandum cum illa, quæ pariter ad fidem converſa maritum ſequitur. Immò ex eodem textu colligitur, quòd qui in infidelitate plures duxit uxores, ſi ad fidem convertatur, primam retinere debet, aliis dimiſſis, quia nonniſi ex Divina diſpenſatione conceſſum eſt antiquis Patriarchis plures ſimul habere uxores, cùm ab initio conſtitutum fuerit, ut unus uni tantùm conjungeretur: unde ablatâ diſpenſatione prædictâ nemini licuit plures habere ſimul uxores: & ita ſecunda, & tertia conjungia, vivente primâ fuerunt ſemper invalida, & nulla, & hac de cauſa converſus ad fidem, qui in infidelitate plures habebat uxores, primam retinere debet, cum qua ſolùm legitimum & validum inierat matrimonium, aliis dimiſſis propter matrimonii nullitatem cum illis. Et ita notat Gloſſa in textu citato.

157. Non negamus tamen matrimonium ratum & conſummatum in infidelitate contractum, ſi alter contrahentium convertatur ad fidem poſſe diſſolvi: ſed in eo ſolùm caſu, quo alter conjugum, aut nolit cohabitare cum converſo, aut ſi vult nonniſi cum injuria Creatoris: Hoc ergo in caſu poteſt converſus ad ſecunda vota tranſire, novumque cum conjuge fideli inire matrimonium. Hæc eſt Pauli doctrina in 1. ad Corinth. cap. 7. ubi ait: *Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam: Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem, & Sanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem: alioquin filii veſtri immundi eſſent, nunc autem Sancti ſunt. Quòd ſi infidelis diſcedit, diſcedat: non enim ſervituti ſubjectus eſt frater, aut ſoror in hujuſmodi; in pace autem vocavit nos Deus*. Hac doctrinâ utitur idem Innocentius III. in cap. *Quanto, de Divortiis*, ubi ait: „ Si enim alter infidelium conju-„ gum ad fidem Catholicam convertatur, „ altero, vel nullo modo, vel non ſine „ blaſphemia Divini nominis, vel ut eum „ pertrahat ad mortale peccatum, ei coha-„ bitare volente: qui relinquitur, ad ſecun-„ da ſi voluerit vota tranſibit: Et in hoc „ caſu intelligimus, quod ait Apoſtolus, *ſi* „ *infidelis diſcedit, diſcedat: frater enim vel* „ *ſoror, non eſt ſervituti ſubjectus in hujuſ-* „ *modi*.

158. Hanc autem libertatem concedit Apoſtolus, diſpenſante Domino, qui per Spiritum Sanctum loquitur in Paulo: non enim per Baptiſmum ſolvitur ſtatim matrimonium in infidelitate contractum, licèt liberum ſit alteri ex conjugibus ad fidem converſo, dimittere uxorem in infidelitate manentem, nolentem cum eo habitare, vel non niſi cum contumelia Creatoris: Si tamen velit cum ipſo habitare ſine Creatoris contumelia, licitè etſi infidelem poteſt uxorem in infidelitate ſibi nuptam retinere: nam Sacramentum Baptiſmi non ſolvit conjugia, ſed peccata dimittit: Ita adnotat idem Innocentius III. in cap. *Gaudemus* cit. ubi ait: „ In favorem præſertim Chriſtianæ Religio-„ nis & Fidei, à cujus perceptione per uxo-„ res ſe deſeri timentes viri poſſunt facilè „ revocari, fideles hujuſmodi copulati libe-„ rè poſſunt, & licitè remanere conjuncti, „ cùm per Sacramentum Baptiſmi non ſol-„ vantur conjugia, ſed crimina dimittantur.

159. Hæc tamen libertas non eſt in matrimonio contracto inter Fideles, & poſt Baptiſmum: nam ſi alter conjugum aut in hæreſim labatur, aut Paganus, & prorſus infidelis efficiatur; non poteſt relictus, ſive relicta ad alia vota tranſire, ſed debet manere innupta, vivente viro, quamvis in hæreſi, vel in infidelitate permaneat: immò ſi abjuratâ hæreſi, aut deteſtatâ infidelitate ad Eccleſiam redierit, tenetur & ad uxorem quam reliquit redire, & uxor ad eum.

In terminis hanc doctrinam tradit idem Innocentius III. in eodem cap. *Quanto*, inquiens:
„ Si verò alter fidelium conjugum vel la-
„ batur in hæreſim, vel tranſeat ad Genti-
„ litatis errorem, non credimus, quòd in
„ hoc caſu, is qui relinquitur, vivente al-
„ tero, poſſit ad ſecundas nuptias convo-
„ lare, licèt in hoc caſu major appareat
„ contumelia Creatoris: nam etſi matrimo-
„ nium verum inter infideles exiſtat, non
„ tamen eſt ratum: inter fideles autem ve-
„ rum, & ratum exiſtit: quia Sacramen-
„ tum fidei, quod ſemel eſt admiſſum, nun-
„ quam adimitur, ſed ratum efficit conjugii
„ Sacramentum, ut ipſum in conjugibus,
„ illo durante, perduret.

160. Matrimonium ergo inter fideles contractum, & poſt Baptiſmum, Sacramentum eſt, & ex quo Sacramentum aliam habet inſolubilitatis cauſam, quæ quidem potiſſima eſt in fidelium matrimonio, ratione cujus, quò ad vinculum nunquam ſolvi licet: hàc porrò causâ caret infidelium matrimonium: nam ſolùm habet illam inſolubilitatem, quam præſefert natura ipſa matrimonii, minimè verò quam ſecum affert conditio Sacramenti; ideo Paulus liberam optionem dat conjugi fideli tranſire ad alia vota, ſi mulier infidelis nolit cum eo habitare, vel ſi vult, nonniſi cum Creatoris contumelia; nam loquitur de matrimonio in infidelitate contracto, quod non induit rationem Sacramenti. Non ſic autem loquitur de Fidelium matrimonio, quod habet rationem Sacramenti.

161. In hoc ergo hæretici erant Montaniſtæ, quia fidelium matrimonia ſolvebant, & poſt Baptiſmum celebrata: de quo matrimonio Paulus in eadem 1. Epiſtola ad Corinth. cap. 7. verſ. 39. ſcribit: *Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir ejus vivit: quòd ſi dormierit vir ejus, liberata eſt; cui vult nubat, tantum in Domino.* Et in Epiſt. ad Romanos cap. 8. *Quæ ſub viro eſt mulier, vivente viro alligata eſt legi: Si autem mortuus fuerit vir ejus, ſoluta eſt à lege viri. Igitur vivente viro, vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro: ſi autem mortuus fuerit vir ejus, liberata eſt à lege viri, ut non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro.* Non habet ergo locum Pauli diſpenſatio in matrimonio inter fideles contracto, benè verò in contracto inter infideles: Sed nova Montani prophetia contra Apoſtoli doctrinam hanc novam introduxit hæreſim. Sed utinam multis non placuiſſet.

162. Pollentius apud S. Auguſtinum in lib. 2. de Adulterinis conjugiis, in ea fuit Sententia, quòd matrimonium ratum, & conſummatum inter fideles, quamvis induat rationem Sacramenti, poſſit diſſolvi ſaltem causâ fornicationis, juxta Salvatoris verba, *quicunque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur: & qui dimiſſam duxerit mæchatur*, ut habetur Matthæi cap. 19. Et vult in cauſa fornicationis licere ſolvi matrimonium, quò ad vinculum. Quod ut poſtea concordet Chriſti Teſtimonium, cum verbis Apoſtoli dicentis, mulierem eſſe viro alligatam quanto tempore vir ejus vivit: ait duplicem eſſe mortem, naturalem unam, alteram civilem: Paulum autem de utraque eſſe locutum; atqui mulier per adulterium cenſetur civiliter mortua, ac proinde remanet matrimonium ſolutum quò ad vinculum, juxta Pauli Apoſtoli doctrinam.

163. At S. Auguſtinus in præcit. lib. cap. 4. refellit hujuſmodi Pollentii diſcurſum: quia ſi adultera propter adulterium ſuum cenſeretur civiliter mortua, & propter hujuſmodi mortem civilem ſolutum eſſet matrimonii vinculum, alter conjux liberè poſſet illam dimittere, aliudque inire matrimonium, quia cenſeretur ſolutus à lege: & quemadmodum vir propter uxoris adulterium eſſet ſolutus, ita & uxor ſoluta maneret, licèt adultera: unde non minus vir poſſet alteram uxorem ducere, ac mulier alterum virum, cùm ſolutio eſſet æqualis. Quod ſanè abſurdiſſimum eſt, quia adulterium cederet in levamen mulieris adulteræ, & fidelis conjux atque pudica, quò ad hoc deterioris conditionis foret, ac mulier infidelis & impudica: quia illa ſemper eſſet ligata, hæc per ſuum adulterium libera: Et ita ſi uxor aliquando faſtidiret maritum, aut è converſo, cùm nulla alia eis ſuppeteret ſolvendi vinculum via; præter adulterium; datâ operâ, & ad hunc finem, adulterium committeret: & ita lata & ſpatioſa adulteriis aperiretur via, ſed audiamus S. Auguſtinum: „ Si morte cujuslibet eorum
„ inter maritum, & uxorem, hoc vinculum
„ ſolvitur: & pro morte habenda eſt, ſicut
„ dicis, fornicatio, proculdubio erit ab hoc
„ & mulier ſoluta, quando fuerit fornica-
„ ta. Neque enim dici poterit hæc alliga-
„ ta viro eſſe, quando ab illa fuerit vir ſo-
„ lutus. Ac per hoc poſteaquam fornican-
„ do alligata viro eſſe deſtiterit, quiſquis
„ eam duxerit, adulter non erit. Et vide
„ quàm ſit abſurdum, ut ideo ſit adulter
„ quia ducit alteram. Immò verò, quod
„ eſt monſtruoſiùs nec ipſa mulier erit adul-
„ tera, quoniam non erit poſteriori viro
„ uxor aliena, ſed ſua. Soluto enim per
„ adulterium priore conjugali vinculo, cuique
„ jam nupſerit conjugem non habenti, non
„ adultera cum adultero, ſed uxor erit potius
„ cum marito.

164. Deinde ſubjungit: quòd licèt mulier adultera civiliter mortua propter adulterium dici poſſit: tamen vir ejus non adulter non poteſt dici civiliter mortuus, cùm ergo nec naturaliter mortuus ſit, & naturaliter,

liter, & civiliter vivit, ergo mulier quamvis adultera erit alligata viro, cùm Paulua dicat: *Mulier alligata eſt viro, quanto tempore vir ejus vivit.* „ Quomodo ergo, *ait*, erit verum, *mulier alligata eſt quamdiù vir ejus vivit?* Ecce vir ejus vivit, quia nec de corpore exceſſit, nec fornicatus eſt, quod pro morte vis deputari, & tamen ei mulier alligata jam non eſt. Nonnè attendis quàm ſit hoc contra Apoſtolum dicentem: *Mulier alligata eſt viro quamdiù vir ejus vivit?*

165. Si forte dicatur virum ejua non vivere, desiiſſe enim dum illa per adulterium conjugale vinculum ſolvit. „ Quomodo igitur, *ait Auguſtinus*, vivente viro niſi ſuo, vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro? At ſi vir ejus eſſe ille jam deſtitit, non utique vivente viro, vocabitur adultera ſi fuerit cum alio viro. Sed nullum habeus virum, nnbendo erit cum ſuo viro. Hoc qui ſentit, nonne cernis quàm contra Apoſtolum ſentiat? Quod quidem non ipſe ſentia: ſed ex hoc ſequitur illa, quæ ſentis. Muta ergo antecedentia, ſi vis cavere ſequentia. Et noli dicere mortuum virum, vel mortuam uxorem, hoc loco debere intelligi etiam ſornicationem.„ *Hæc Auguſtinus*. Et certè ſi poſt adulterium mulieris, vir illius deſinit eſſe ejua vir, licèt corpore vivat: ergo poſt primum adulterium ſi mulier alteri nubat, & ſit cum alio viro, non vocabitur amplius adultera, cùm cenſeatur ſoluta à lege primi viri, ſitque cum viro ſuo, cui denuò nupſit. Hoc autem eſt contra Apoſtolum dicentem, mulierem eſſe viro alligatam donec ille vixerit: & eſſe adulteram ſi eo vivente ſit cum alio viro: nam ille alius cui ſecundò nupſit, licèt vivente primo, hac in ſententia, eſſet vir ejus: ac proindè poſt primum adulterium non erit amplius adultera: nam vel nubet alteri, & ſi eſt cum illo cenſetur eſſe cum viro ſuo, ſi non nubet & ſit cum altero neque erit adultera, ſed fornicaria, quia eſt ſoluta à primo viro: quæ omnia abſurdiſſima ſunt: „ Quamohrem, *concludit Auguſtinus*, ſecundùm doctrinam ſanam mulier alligata eſt legi, quamdiù vir ejus vivit, ideſt nondum è corpore abſceſſit. Mulier enim ſub vivo viro marito juncta eſt legi, hoc eſt, in corpore conſtituto. Si autem mortuus fuerit, hoc eſt, de corpore exierit, evacuata eſt à lege viri. *Et poſt aliqua ſubjungit*: Licitè itaque dimittitur conjux ob cauſam fornicationia, ſed manet vinculum prioris, propter quod ſit reus adulterii qui dimiſſam duxerit, etiam ob cauſam fornicationis:„ Et poſtea exemplificat de excommunicato, qui etſi nunquam reconcilietur Eccleſiæ, tamen Sacramento regenerationis non caret: ita pariformiter, manente in ſe vinculo fœderis conjugalis, uxor dimittitur ob cauſam fornicationis, nec carebit illo vinculo etiamſi nunquam reconcilietur viro.

166. Porrò cùm Polleutius ex Matthæi textu cap. 5. *Qui dimiſerit uxorem ſuam exceptâ fornicationis causâ facit eam mœchari*, deduceret, interveniente fornicationia cauſà, ſolvi vinculum matrimonii, & licere dimiſsâ adulterâ aliam ducere: idem Sanctus Doctor oſtendit ex textu Marci cap. 10. *Quicumque dimiſerit uxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eum. Et ſi uxor dimiſerit virum ſuum, & alii nupſerit mæchatur*. Et altero Lucæ cap. 16. *omnis qui dimittit uxorem ſuum, & alteram ducit mæchatur, & qui dimiſſam à viro ducit, mæchatur*, non rectè ex Matthæi textu colligi causâ adulterii ſolvi vinculum matrimonii: nam Marcua, & Lucas abſolutè, & nullà factâ mentione de cauſa fornicationis, pronunciant mæchari eum qui dimittit uxorem & aliam ducit, aut dimiſſam ducit: unde ſecundùm Lucam, omnia qui dimiſsâ uxore aliam ducit mæchatur: & ſecundùm Marcum, quicunque dimiſerit uxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit. Sivè ergo dimittatur causâ fornicationis, ſive quavis de cauſa; qui aliam ducit mæchatur, & qui dimiſſam ducit, adulterium committit. Et „ Quoniam fas non eſt, *ait S. Auguſtinus*, ut Evangeliſtas, quamvis diverſis verbis de una re loquentes ab uno ſenſu eademque ſententia diſſentire dicamus, reſtat ut Matthæum intelligamua à parte totum ſignificare voluiſſe; eandemque tamen tenuiſſe Sententiam, non quidem, ut dimittens uxorem, & alteram ducens, quidam mæchetur, ideſt, qui præter fornicationem dimiſerit, quidam verò non mæchetur, ideſt, qui propter fornicationem dimiſerit, ſed omnis qui dimittit uxorem ſuam, & ducit alteram, mæchari minimè dubitetur. Nam & illud, quod etiam ſecundùm Lucam ſequitur, qui dimiſſam à viro ducit, mæchatur, quomodo eſt verum? Quomodo mæchatur, niſi quia illa quam duxit, eo vivente, à quo dimiſſa eſt, adhuc uxor aliena eſt? Si enim jam ſuæ, non alienæ miſcetur uxori, utique non mæchatur: Mæchatur autem; aliena eſt ergo cui miſcetur. Porrò ſi aliena eſt, hoc eſt, ejus à quo dimiſſa eſt, etiamſi propter fornicationis cauſam dimiſſa eſt, nondum dimittentis uxor eſſe ceſſavit, ſi autem illius eſſe ceſſavit: jam hujus eſt, cui alteri nupſit. Et ſi hujus eſt, non mæchus judicandus eſt, ſed maritus. Sed, quia non eum maritum dicit Scriptura, ſed mæchum, adhuc illa illius eſt, à quo etiam causâ fornicationia abjecta eſt.„ *Hactenus Auguſt. lib. 1. de Adult. conjug. cap. 11. & 12.*

Fir-

167. Firmiſſima ergo S. Auguſtini Sententia eſt, nec in cauſa fornicationia matrimoniale ſolvi vinculum, quam ſæpe docet, ſæpeque repetit, nedum univerſim in duobua libris de Adulterinia conjugiis, verùm & alibi: nam lib. 1. de Serm. Domini in Monte, cap. 25. ait: „Fieri poteſt, ut vir
„ dimittat uxorem cauaâ ſornicationis, quam
„ Dominus exceptam eſſe voluit. Jam verò
„ ſi nec illi nubere conceditur, vivo viro
„ à quo receſſit, neque huic alteram ducere,
„ vivâ uxore, quam dimiſit; multò minus
„ faa eſt, illicita cum quihuſcumque ſtu-
„ pra committere. *Et lib.* 1. *cap.* 16. con-
„ ſulamua Apoſtolum, *inquit*, ne qnid te-
„ mere dicamua. Hia qui ſunt in Conjugio,
„ *præcipio non ego ſed Dominus, uxorem à*
„ *viro non diſcedere, quòd ſi diſceſſerit ma-*
„ *nere innuptam, ant viro ſuo reconciliari*.
„ Poteſt enim fieri, ut diſcedat eâ causâ, quâ
„ Dominua permiſit. Aut ſi fœminæ licet vi-
„ rum dimittere etiam præter cauſam fornica-
„ tionis, & non licet viro, quid reſpondebimua,
„ de hoc, quod dixit poſterius? *Et vir uxorem*
„ *non dimittat*. Quare non addidit, exceptâ
„ causa fornicationis, quod Dominus per-
„ mittit? Niſi quia ſimiiem formam vult
„ intelligi, ut ſi dimiſerit (quod causâ for-
„ nicationia permittitur) maneat ſine uxore,
„ ant reconcilietur uxori? „ Alia habet lib. 1.
de Nupt. & Concupiſc. cap. 10. & cap. 17. & lib. de Bono Conjugali cap. 7. 18. & 24.

168. At pôſt Auguſtinum audiamus Hieronymum, qui in Commentar. ad cap. 19. Matthæi, ſuper illa verba Chriſti Domini, *Dico autem vobis, quia quicumque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur*, ait: „ Sola fornicatio eſt,
„ quæ uxoris vincat affectum: immò cùm
„ illa unam carnem in aliam diviſerit, & ſe
„ fornicatione ſeparaverit à marito, non
„ debet teneri, nè virum quoque ſub ma-
„ ledicto faciat, dicente Scriptura: *Qui*
„ *adulteram tenet, ſtultus & impius eſt*.
„ Ubicumque eſt igitur fornicatio, & for-
„ nicationis ſuſpicio, liberè uxor dimitti-
„ tur. Et qnia poterat accidere, ut aliquia
„ calumniam faceret innocenti, & ob ſe-
„ cundam copulam nuptiarum, veteri eri-
„ men impingeret, ſic priorem dimittere
„ jubetur uxorem, ut ſecundam, primâ vi-
„ vente, non habeat. Quod enim dicit,
„ tale eſt. ſi non propter lihidinem, ſed
„ propter injuriam dimittis uxorem: quare
„ expertua infelices priorea nuptias nova-
„ rum te immittis periculo? Nec non quia
„ poterat evenire, ut juxta eandem legem
„ uxor quoque marito daret repudium,
„ eâdem cautelâ precipitur, nè ſecundum
„ accipiat virum. Et quia meretrix, & quæ
„ ſemel fuerat adultera, opprobrium non
„ timebat, ſecundo præcipitur viro, quòd
„ ſi talem duxerit, ſub adulterii ſit crimine.

169. Deinde conſultus ab Amando Preabytero, utrum mulier relicto viro adultero, & ſodomita, & alio per vim accepto, poſſit abſque pœnitentia communicare Eccleſiæ, vivente adhuc eo, quem priùa reliquerat, in Epiſtola ad eum data, reſpondit primò Auctoritate Pauli Apoſtoli ad Rom. cap. 7. & ad Corinth. cap. 7. cujus refert teſtimonia, & inde ſubjungit: „ Nolo mihi
„ proferaa raptoria violentiam, matris per-
„ ſuaſionem, patria auctoritatem, propin-
„ quorum catervam, ſuorum inſidiaa, atque
„ contemptum, damna rei familiaris. Quam-
„ diù vivit vir, licèt adulter ſit, licèt ſo-
„ domita, licèt flagitiis omnibus cooper-
„ tus, & ab uxore propter hæc ſcelera dere-
„ lictus, maritus ejus reputatur, cui adulte-
„ rum virum accipere non licet.

170. In Epiſtola verò 84. novæ edit. ad Oceanum data, de morte Fabiolæ hæc alia ſcribit: „ Præcepit Dominua uxorem non
„ debere dimitti, exceptâ cauaâ fornica-
„ tionis: & ſi dimiſſa fuerit, manere in-
„ nuptam. Quidquid viris jubetur, hoc
„ conſequenter redundat in fœminas. Ne-
„ que enim adultera uxor dimittenda eſt,
„ & vir mæchus tenendus. *Si quis meretrici*
„ *jungitur, unum corpus facit*, ergo & quæ
„ ſcortatori, impuroque ſociatur, unum
„ cum eo corpua efficitur. Aliæ ſunt legea
„ Cæſarum, aliæ Chriſti: Aliud Papinia-
„ nus, aliud Paulus noſter præcipit. Apud
„ illos viris impudicitiæ fræna laxantur: &
„ ſolo ſtupro atque adulterio condemnato,
„ paſſim per lupanaria & ancillulas lihido
„ permittitur: quaſi culpam dignitaa faciat,
„ non voluntaa. Apud nua, quod non licet
„ fœminis, æquè non licet viris: & eadem
„ ſervitus pari conditione cenſetur. Dimiſit
„ ergo, ut ajunt, vitioſum: dimiſit illius,
„ & illius criminis noxium: dimiſit (penè
„ dixi) quod clamante viciniâ, uxor ſola
„ non prodidit. Sin autem arguitur, qua-
„ re repudiato marito, non innupta perman-
„ ſerit, facilè culpam fatebor, dum tamen
„ referam neceſſitatem: *Meliùs eſt*, inquit
„ Apoſtolus, *nubere, quàm uri*. Adoleſcen-
„ tula erat. viduitatem ſuam ſervare non
„ poterat. Videbat aliam legem in membris
„ ſuia repugnantem legi mentia ſuæ, & ſe
„ vinctam, & captivam ad coitum trahi.
„ Melius arbitrata eſt apertè confiteri im-
„ becillitatem ſuam, & umbram quandam
„ miſerabilis ſubire conjugii, quàm ſub glo-
„ riâ univiræ opera exercere meretricum.
„ Idem Apoſtolua vult viduaa adoleſcentu-
„ las nubere, filios procreare, nullam dare
„ occaſionem adverſario maledicti gratiâ. Et
„ protinua cur hoc velit, exponit: *jam ve-*
„ *rò quædam abierunt retrò poſt Satanam*.
„ Igitur & Fabiola, quia perſuaſerat ſibi,
„ & putabat à ſe virum jure dimiſſum: Nec
„ Evangelii rigorem noverat, in quo nu-
„ bendi

„ bendi univerſa cauſſatio viventibus viria,
„ fœminia amputatur: dum multa Diaboli
„ vitat vulnera, unum incauta vulnus accepit.
Hæc S. Hieronymus.

171. Sanè Fabiola nobilis Romana ob
viri ſui crimina, atque notoria ſcelera, ipſo
ſecundùm juræ dimiſſo, alterum contra jus
in matrimonium ſibi copulaverat: At S. Hie-
ronymus non approbat factum, immò re-
probat, & non ſibi licuiſſe fatetur, Divinâ
lege contradicente, excuſat tamen ex par-
te, utpotè vigoris Evangelicæ legis ignaram,
adjunctâ illiua juventute, quâ ſtante melius
ſibi eſſe nubere cogitaverst, quàm uri: Inde
ſubjungit, esndem ipſam Fsbiolam factum
ſuum deteſtatam, pœnitentiâ publicâ ab ipſâ
poſt viri obitum peractâ, teſtante: „ Sed
„ quid ego, *Subjungit Hieronymus*, in abo-
„ litis, & antiquis moror, quærens excu-
„ ſare culpam, cujns pœnitentiam ipſa con-
„ feſſa eſt? Quia hoc crederet, ut poſt mor-
„ tem ſecundi viri in ſemet reverſa, quo
„ tempore ſolent viduæ negligentea, jugo
„ ſervitutis excuſſo, agere ſe liberiùs, adire
„ balnea, volitare per plateas, vultua circum-
„ ferre meretricios; ſaccum indueret, ut erro-
„ rem publicè fateretur, & totâ Urbe ſpe-
„ ctante Romanâ, ante diem Paſchæ in Baſili-
„ ca quondam Laterani, qui cæſariano trun-
„ catus eſt gladio, ſtarct in ordine pœni-
„ tentium, Epiſcopo, Presbyteris, & omni
„ Populo collacrymante, ſparſum crinem,
„ ora lurida, & ſquallidas manus, ſordida
„ colla ſubmitteret? „ Hæc & alia plura de
publica Fabiolæ pœnitentia ſcribit S. Doctor.

172. Cæterum omiſſis Patribus latinia,
quorum ſemper una & concors Sententia
fuit, nullo pacto vinculum matrimonii diſ-
ſolvi poſſe, quamvia interveniente cauaâ;
videamus modò quid hac in re ſenſerint
Græci Patres. Etcnim magna, & diù agi-
tata fuit Latinoa inter & Græcos contro-
verſia, aſſerentibua his, in cauſa adulterii
ſolvi vinculum, illia verò conſtanter dene-
gantibus, ſolùm quo ad Thori ſeparationem
in hac cauſa divortia licere conteſtantibus,
ut ex allatis hactenua teſtimoniia perſpicuum
fit. Itaque cùm Catholica veritas unà ſit,
unaque ſemper fuerit, Sanctos & Catholi-
cos Eccleſiæ Græcæ Patrea à Sententia Ec-
cleſiæ Latinæ minimè diſcordaſſe oſtendam.

173. In primis extat Canon Apoſtolo-
rum 48. ubi ſancitum legitur: *Si quis laicus
uxorem propriam pellens, alteram, vel ab alio
dimiſſam duxerit, communione privetur*: Vel
juxta Dionyſii Exigui verſionem: *Si quis
laicus uxore ſuâ ejectâ, aliam acceperit, vel
ab alio dimiſſam; ſegregetur*. Cùm verò
Canonea, qui ſub nomine Apoſtolorum cir-
cumferuntur, Apoſtolorum certi licèt non
ſint, in msxima tamen veneratione habean-
tur, præcipuè apud Græcos; ſequitur, ut
juxta allegatum canonem, fsteantur Græci
nunquam vivente altero ex conjugibua ſolvi
matrimonium qnò ad vinculum &c.

174. Liber quoque Paſtoris apud anti-
quoa celeberrimus, cujua teſtimonia legun-
tur allegata, tam à Patribua Græcia quàm
Latinia, Irenæo lib. 4. adverſ. hæreſ. cap. 3.
Clemente Alex. lib. 1. Stromat. & lib. 2. &
4. & 6. Tertulliano lib. de Orat. cap. 12.
& lib. de Pudicitia cap. 10. & 20. Origene
Homil. 8. in Numer. Homil. 10. in Joſue.
Homil. 1. in Pſal. 37. Homil. 13. in Ezechiel.
lib. 1. Periarchon cap. 3. & lib. 2. cap. 1.
lib. 3. cap. 2. & alibi. Euſebio lib. 3. hiſtor.
cap. 3. & cap. 25. & lib. 5. cap. 8. Athana-
ſio in Epiſt. ad Epiſcopos Africæ, & in Epi-
ſtola Pſchali, & lib. de Decretia Nicænæ
Synodi, & alibi; D. Hieronymo in lib. de
Scriptoribua lib. 2. Commentar. in Oſce ad
csp. 7. & alibi; Aliiſque Patribua; præfa-
tus, inquam, liber eandem tradit doctrinam,
in lib. 2. Mandato 4. ubi Paſtori interroganti:
„ Si quia habuerit uxorem fidelem in Do-
„ mino, & hanc invenerit in adulterio,
„ numquid peccat vir, ſi convivit cum illa?
„ *Cui reſpondit Angelus*. Quamdiu neſcit
„ peccatum ejus, ſine crimine eſt vir vivens
„ cum illa. Si autem ſcierit vir uxorem
„ ſuam deliquiſſe, & non egerit pœniten-
„ tiam, & permanet in fornicatione ſua, &
„ convivit cum illa vir; reus erit peccati ejus,
„ & particepa mæchationia ejus., *Iterum in-
„ terroganti*. Quid ergo ſi permanſerit in
„ vitio ſuo mulier? *reſpondit*. Dimittat il-
„ lam vir, & vir ſuper ſe maneat: quod
„ ſi dimiſerit mulierem ſuam, & aliam du-
„ xerit, & ipſe mæchstur. „ *Hactenus ibi*.
Clariſſimè oſtendit neque in cauſa fornicatio-
nis vinculum ſolvi matrimonii.

175. Sed audiendi ſunt inter Græcoa,
qui primum locum obtinent Patrea: Baſiliua
enim apertè hanc doctrinam Homil. 7. de
Opificio Dei, ſive Exameron, ubi repti-
lium exemplo allegato, ait: „ Voa, ò viri,
„ conjuges veſtras diligite. E ſi ex diverſis
„ regionibus in conjugii ſocietatem conve-
„ neritia, naturæ vinculum, ac jugum per
„ benedictionem impoſitum fit conjunctio
„ diajunctorum. Vipera genus Serpentum
„ omnium exitioſiſſimum Murenæ marinæ
„ nuptiaa expetit, & ſibilo ſuam ſignificans
„ præſentiam, eam è gurgite vaſto invitst
„ ad nuptiales complexus. Illa autem obtem-
„ perat, & coit cum venenato. Quid ſibi
„ vult hæc mes oratio? Sive aſper eſt cu-
„ juſpiam conjux, ſivè ferus moribus,
„ perferat illum uxor neceſſe eſt: nec ul-
„ lam prorſua ob cauſam ſocietatem, vin-
„ culumque diſſolvere patiatur. Percuſſor;
„ at maritua eſt. Temulentus; at tibi eſt
„ naturà conjunctus. Durus, & moroſus;
„ at membrum jam tuum eſt, & membrorum
„ præſtantiſſimum.

176. Deinde in lib. de Virginitate, do-

cet mulierem dimiſſam vivente viro, alteri nuptam ſemper adulterari, non autem ſic loqueretur ſi causâ fornicationis ſolveretur vinculum, ſoluto enim vinculo, ſi cum altero coit, non dicitur adulterium committere, aut mæchari, ſed magis fornicari. Verba ejus ſunt: „Non eſſe autem mortuum, ajo, maritum ejus, cùm per omne vitæ tempus adulteretur. Immò verò, quia fruitur voluptate, intemperanter ſcortatur; quia verò vivit vir ejus illicitè mæchatur. *Et infra*. Non audis verò quòd etiam, qui dimiſſam ducit, adulterium committit? Et ſi enim, *inquit*, dimiſſa eſt propter cauſam, attamen vivit vir ipſius. Quid igitur vexas dimiſſam? neque concedis tempus, & illi corrigendi ſe ipſam in iis, propter quæ dimiſſa eſt, & ei qui dimiſit, ut ob correctionem ejus miſertus, membrum ſuum rurſus ad ſe ipſum recipiat? Sed præcipis emendandi tempus, vivente viro, dimiſſam in matrimonium ducens. Sine, *inquit*, aut ad viventem reverti, ſimulque factam meliorem uxorem redire, aut neque viduam, neque uxorem exiſtentem, culpæ, ob quam eam maritus dimiſit, pœnam dare. Tu verò priuſquàm intelligat proprium, propter quod dimiſſa eſt peccatum, illam ad conjugium rapiens, audaciorem ad peccata abſurdè efficis, vivente quidem viro ſemper alienam adulterans, facilem verò illam, ut dixi, ad peccata, quæ in convictu accidere ſolent, abſurdè exercens. Quòd ſi is, qui eam ducit, quæ à mortali viro dimiſſa eſt, adulterium committens impiè facit: multò magis impiè per omne vitæ tempus adulterium committit is, qui immortalis viri Sponſam nunquam dimiſſam corrumpere audet.

177. Huic nectitur Chryſoſtomus Homil. 17. in cap. 5. Matthæi ubi ſuper illa verba: *Qui enim dimiſerit uxorem ſuam, facit eam mæchari, & qui dimiſſam duxerit mæchatur*, ait: „Ille quidem etiam ſi alteram non duxerit, eo ipſo ſe conſtituit criminis reum, quòd illam adulteram fecerit, hic verò accipiendo alienam adulter effectus eſt. Nequaquam enim mihi proferas, quia eam ille ejecit, nam expulſa quoque uxor eſſe ejus, qui eam expulit, perſeverat. Deinde nè totum in eiicientem referens magis ſuperbam faceret uxorem, poſt hæc etiam ſuſcipienti januam claudit dicendo, *qui autem dimiſſam duxerit, adulteratur*. Per quod certè uxorem facit etiam nolentem pudicam, ad alium virum omninò ei aditum claudens, neque permittens ei, ut præbeat occaſiones puſillanimitatis. Cùm enim dicerit uxor, quòd omni modo neceſsè ſit, aut eum habere, quem à principio ſortita eſt, aut illius ſemel ejectam domo, nullum ſe jam aliud inventuram eſſe perfugium, etiam nolens conjugem ſuum amare cogetur.„ *Hæc Chryſoſtomus*, qui & plura alia ad rem profert in lib. de Virginit. Eandem inſolubilitatem agnoverunt Athenagoras in Apologia pro Chriſtianis, Clem. Alex. lib. 2. Stromat. propè finem, Origenes tract. 7. in Matth. Epiphanius in hæreſ. 59. Et alii plures: quibus addo S. Gregorium Nanzianzenum, in ſecundo Carmine, de Virginitate, ubi conſiderans connubii incommoda, ejuſque inſolubilitatem ita cecinit.

Perſpice quanta premant Servos incommoda carnis.
Fœmina non parvâ mereatur dote Maritum:
Quodque etiam gravius, vitioſum ſæpe, & inertem.
Rurſus emenda viro conjux, nec moribus illa
Prædita ſæpè bonis, quæſita, attractaque peſtis;
Peſtis, quam nullâ liceat ratione fugare.

178. Porrò conſenſus Eccleſiæ univerſalis, circa inſolubilitatem vinculi matrimonialis inter Fideles, apparet ex diverſis Sacrorum Conciliorum Canonibus: Et primò in Concilio Illiberitano celebrato circà tempora Concilii Nicæni, can. 9. ſancitum fuit: „Fidelis ſœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum ducit, prohibeatur ne ducat: Si autem duxerit, non priùs accipiat communionem, quàm is quem reliquit de ſæculo exierit; niſi neceſſitas infirmitatis dare compulerit. Conſuetudine enim Romanarum legum quidam etiam Chriſtiani in causâ fornicationis uxores dimittebant, exiſtimantes ſibi quoque licere, præcipuè quia in Evangelio videbatur eis conceſſum repudium in cauſa fornicationis; unde reperiebantur aliqui, qui plures uxores habebant, ex ſœminis verò qui ſimul plures maritos; At Patres hujuſmodi volentes occurrere inconvenienti, præallegatum ediderunt Canonem. Idem quoque ſancivit Concilium Arelatenſe 1. can. 10. apud Bail. in Sum. Concil. tom. 2. pag. mihi 26. ubi legitur: „De his, qui conjuges ſuas in adulterio deprehendunt, & iidem ſunt adoleſcentes fideles, & non prohibentur nubere; placuit, ut in quantùm poteſt conſilium eis detur, ne viventibus uxoribus ſuis, licèt adulteris, alias accipiant.

179. Concilium inſuper Milevitanum II. celebratum circà annum Domini 416. can. 17. decernit: „Placuit, ut ſecundùm Evangelicam, & Apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab uxore, neque dimiſſa à marito,

Digitized by Google

„ rito, alteri conjungantur : Sed ita ma-
„ neant, aut ſibimet concilientur. Quòd
„ ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigan-
„ tur. In qua cauſa legem Imperialem pe-
„ tendam promulgari. „ Poſtulant autem le-
gem Imperialem, ut quos Eccleſiæ monita,
vel anathematis cenſura à ſecundis nuptiis
non cohiberent, cohiberent tamen ſeveriſſi-
mæ Imperatorum ſanctiones pœnis confir-
matæ civilibus. Et quamvis Viri eruditi exi-
ſtiment in Concilio Milevitano II. Octo
dumtaxat priores canones editos, attamen
vera Sententia eſt, ſaltem in eodem Conci-
lio factam fuiſſe collectionem priorum Con-
ciliorumCanonum inAfrica celebratorum,cùm
conſtet ſub Anaſtaſio Papa tria in Africa
celebrata eſſe Concilia, primum anno 399.
ſecundum & tertium anno 402. & ſub In-
nocentio I. alterum Concilium Milevitanum
anno 402. & inſuper. Et ab anno 403. uſque
ad Milevitanum relatum ſub eodem Innocen-
tio I. octo leguntur in Africa Concilia ce-
lebrata, immò & alia diverſa in cauſa Do-
natiſtarum, & in cauſa Pelagianorum, qua
de cauſa S. Auguſtinus, qui eiſdem inter-
fuerat Conciliis, acerrimè defendit non li-
cere vivente viro, quacumque de cauſa,
alteri nubere, ut ſupra retulimus.

180. Et Innocentius I, qui eâdem tem-
peſtate clavum Eccleſiæ tenebat, in Epi-
ſtola ad Exuperium Epiſcopum Tholoſanum
requiſitua de his, qui interveniente repudio,
matrimonio ſe jungebant, reſpondit ſub
num. 6. „De his etiam requiſivit dilectio
„ tua, quòd interveniente repudio, alii ſe
„ matrimonio copularunt, quos in utraque
„ parte adulteros eſſe manifeſtum eſt. Qui
„ verò, vel uxore vivente, quamvis diſſo-
„ ciatum videatur eſſe conjugium, ad aliam
„ copulam feſtinarunt, neque poſſunt adul-
„ teri non videri, in tantùm, ut etiam hæ
„ perſonæ, quibus talea conjuncti ſunt,
„ etiam ipſæ adulterium commiſiſſe videan-
„ tur, ſecundùm illud, quod legimus in
„ Evangelio : *Qui dimiſerit uxorem ſuam,*
„ *& duxerit aliam, mœchatur. Similiter &*
„ *qui dimiſſam duxerit, mœchatur*. Et ideo
„ tales omnes à communione fidelium ab-
„ ſtinendos. „ *Hactenus Innocentius*, cujus
doctrina concordat cum Canone ſupra rela-
to, & cum his quæ ex S. Auguſtino ei
coævo, ſupra retulimus; unde cognoſci
poteſt, hanc fuiſſe Eccleſiæ Catholicæ
fidem.

181. In Concilio porrò Triburienſi ce-
lebrato ſub Arnulpho Imperatore labente
Sæculo IX. cap. 46. dicitur : „ Si cujus uxor
„ conſtuprata fuerit, & propterea maritus
„ capitali ſententiâ, delere illam machina-
„ verit : ipſa verò urgente mortis periculo,
„ ad Epiſcopum confugerit, & auxilium
„ quæſierit, operoſiori ſi poteſt, Epiſcopus
„ labore deſudet, nè occidatur. Si verò
„ non poteſt, nullo modo liceat ei, requi-
„ renti eam reddere viro ad occidendum,
„ quæ ſe ei obtulit ad defendendum : Sed
„ ſolerti curâ tranſmittat eam ad locum,
„ quem ipſa delegerit, ut ſecura vivere poſ-
„ ſit. Si verò interdum maritus eam inve-
„ nerit, & repetierit, ſecundùm ſæculum
„ poteſtatem habeat, quid agere ei velit.
„ Sed audiat S. Auguſtinum dicentem : Cùm
„ enim vir à virtute nomen accipiat, &
„ mulier à mollitie, ideſt, fragilitate : qua-
„ re contra crudeliſſimam libidinis beſtiam,
„ vult unuſquiſque uxorem ſuam eſſe vi-
„ ctricem, cùm ipſe ad primum libidinis
„ ictum victus cadat? Nam quidquid contra
„ fidem Catholicam mulieribus non licet, nec
„ viris licet. Si autem eadem mulier timore
„ perterrita, à loco ubi eam Epiſcopus deſti-
„ navit, aufugerit, & vir ejus ab Epiſcopo
„ ſemel, aut bis, aut ſæpius repetierit, ſi
„ vitam ei obtinere poſſit, perquirat, &
„ reddat : ſin autem omninò non reddat.
„ Maritus verò, quandiù ipſa vivat, nullo
„ modo alteram ducat.

182. Etiam in Conciliabulo Nannatenſi
circa eadem tempora celebrato, can. 12.
idem ſancitum legitur : „Ut uxor adultera
„ dimittatur, ſi vir voluerit, & illa ſeptem
„ annis publicè pœniteat. Vir verò ejus,
„ illâ viveate, nullatenus aliam accipiat.
Ita pariformiter ſtatutum habetur in Con-
cilio Forolivienſi, labente Sæculo VIII. ce-
lebrato, ſub Adriano Papa, & Carolo Ma-
gno Francorum Rege, can. 10. „ Ut quam-
„ diù adultera vivit, non liceat viro ab ea
„ ſeparato aliam uxorem ducere : Sed nec
„ adulteræ alium virum, ipſo priore vi-
„ vente. „ Quem Canonem ſub aliis ac dif-
fuſioribus verbis refert Eminentiſſimus de
Aguirre Tom. 1. Concil. in novo Com-
mentar. ad can. 9. Concilii Illiberitani : Sic
enim eum recenſet : „ Item placuit, ut re-
„ ſoluto fornicationis causâ jugali vinculo,
„ non liceat viro quamdiù adultera vivit,
„ aliam uxorem ducere, licèt ſit illa adul-
„ tera : ſed nec adultera, quæ pœnas gra-
„ viſſimas, vel pœnitentiæ tormentum luere
„ debet, alium accipere virum, nec viven-
„ te, nec mortuo, quem non erubuit de-
„ fraudare marito. Nam etſi legatur in Sa-
„ cris Evangelicis paginis, ſolâ fornicatio-
„ nis causâ dixiſſe Dominum dimittere vi-
„ rum uxorem ſuam, non tamen legitur
„ conceſſiſſe aliam vivente illâ in conjugio
„ ſibi ſociare : prohibuiſſe quidem modis
„ omnibus, non ambigitur. Quia poterat
„ accidere, inquit B. Hieronymus, ut ali-
„ quis calumniam faceret innocenti, & ob
„ ſecundam copulam nuptiarum, veteri cri-
„ men impingeret; ſic priorem dimittere
„ jubetur uxorem, ut ſecundam primâ vi-
„ vente non habeat. „ *Ita apud de Aguirre*,
qui etiam citat Canonem 8. Concilii Troſle-

janenſis: „ Uxor niſi ex conſenſu, & cauſâ „ vacandi Deo, nunquam propter hominem „ ſeparanda: & ſi fornicata fuerit, & vir „ ejus voluerit, admittenda, ſed illâ viven- „ te, altera non ducenda: quia adulteri re- „ gnum Dei non poſſidebunt, & pœniten- „ tia illi accipienda. Nolite vos jure habere „ uxores, quarum priores mariti vivunt: adul- „ terina enim ſunt in iſta conjugia.

183. A conciliis Provincialibus tranſeundum eſt ad Generalia in quibus eadem firmata eſt doctrina de inſolubili matrimonii vinculo. Inter Arabicos Concilii Nicæni Canones ad rem facit Canon. 72. „ Si qua „ vidua fuerit mæchata, & eundem poſtea „ habuerit maritum, poſt quinquennii tem- „ pus, actâ legitimâ pœnitentiâ, placuit „ eam Communione reconciliari. Si alium „ duxerit relicto illo, nec in fine dandam „ ei eſſe communionem. „ At apud Binium habetur canon. 66. ubi dicitur. „ Quicum- „ que Sacerdos, aut Diaconus uxorem ſuam „ propter fornicationem dimiſerit, aut ob „ aliam cauſam ex eis, quæ ſupradictæ „ ſunt, aut domo ejecerit propter bona ex- „ terna, vel ut illam, aliâ meliore, aut „ pulchriore, aut ditiore mutet, vel propter „ cauſam concupiſcentiæ, quòd Deo diſpli- „ cet: & illâ ob has cauſas dimiſsâ, ipſe „ cum altera matrimonium contraxerit, aut „ non dimiſsâ alteram duxerit; ſivè liberam, „ ſive ſervam, & ambas pariter habeat, de- „ ponatur: Si verò fuerit laicus, prohibea- „ tur Eccleſiâ. „ *Hactenus verba Canonis*. Et quamvis pro ſuppoſititiis ab eruditis hujuſmodi Arabici Nicæni 1. Canones habeantur, attamen cum antiquiſſimi ſint, ſatis oſtendere poſſunt, qualis fuerit tunc temporis, quando conditi ſunt, Eccleſiæ diſciplina circa matrimonii diſſolutionem.

184. Concilium inde ſextum Generale quod ſexta Synodus in Trullo vulgò dicitur, in Canone 87. apud eundem Binium ſtatuit: „ Quæ maritum reliquit, eſt „ adultera, ſi venerit ad alium; ut vult „ Sacer & Divinus Baſilius, qui ex Hiere- „ mia Propheta hoc optimè collegit: quòd „ ſi alii uxor fuerit, ad maritum ſuum non „ convertetur, ſed polluta polluetur. *Et* „ *rurſus*: Qui autem detinet adulteram, „ eſt inſipiens, & impius. Si ergo præter „ rationem à marito receſſiſſe viſa ſit, illi „ quidem venia dabitur, ut Eccleſiæ com- „ municet. Sed ei qui legitimè datam uxo- „ rem relinquit, & aliam ducit, è Domini „ ſententia eſt adulterii judicio obnoxiua. „ A' Patribus enim noſtria ſtatutum eſt, ut „ qui ſunt ejuſmodi, annum defleant, bien- „ nio audiant, triennio ſubſternantur, & „ ſeptimo cum fidelibus conſiſtant, & ſic „ oblatione digni habeantur. „ *Hæc laudatus Canon*. Alii poſteriora hujus Canonis verba ſic legunt. *Sancitum eſt, ut hi tales per annum lugeant, per biennium ſint audientes, per triennium ſubjaceant: & tandem ſexto anno congregentur cum fidelibus, & ita demum Menſa digni habeantur, ſi cum lacrymis pœnituerint*. Et propter ejuſdem vinculi firmitatem decernitur can. 93. Ut uxor cujus vir ſeceſſit, & non apparet, antequam de ejus morte certior facta ſit, alteri non conjungatur. Et idem de militum uxoribus, qui non apparent ſancitum eſt.

185. Clariùs, & præcipuè in cauſa uxoris dimiſſæ propter fornicationem, decernit Eugenius IV. in Concilio Florentino, ubi in Decreto pro Inſtructione Armeniorum, quod incipit: *Exultate Deo adjutori noſtro*, circa Sacramentum matrimonii inter alia hæc habentur: „ Aſſignatur autem triplex bonum „ matrimonii. Primum eſt Proles ſuſcipien- „ da, & educanda ad cultum Dei. Secun- „ dum eſt fides, quam unus conjugum al- „ teri ſervare debet. Tertium indiviſibili- „ tas matrimonii, propter hoc quod ſigni- „ ficat indiviſibilem conjunctionem Chriſti „ & Eccleſiæ. Quamvis autem ex cauſa for- „ nicationis liceat Thori ſeparationem face- „ re, non tamen aliud matrimonium con- „ trahere fas eſt, cùm matrimonii vinculum „ legitimè contracti perpetuum ſit.

186. Denique Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. can. 7. Catholicam hanc doctrinam ita diffiniit: „ Si quis dixerit Eccleſiam „ errare, cùm docuit & docet, juxta Evan- „ gelicam & Apoſtolicam doctrinam, pro- „ pter adulterium alterius conjugum ma- „ trimonii vinculum non poſſe diſſolvi, & „ utrumque, vel etiam innocentem, qui „ cauſam adulterio non dedit, non poſſe al- „ tero conjuge vivente aliud matrimonium „ contrahere, mæcharique eum, qui dimiſsâ „ adulterâ aliam duxerit, & eam quæ dimiſ- „ ſo adultero, alii nupſerit; Anathema ſit.

187. Faciunt ad rem quæ in Textu Canonico exarata habentur. Etenim cauſ. 27. quæſt. 2. prope finem, cap. *De Conjugali*, ita ex Syricio Papa ad Hymerium Epiſcopum Terracenenſem, dicitur. „ De conjugali „ violatione requiſiti, ſi puellam alteri de- „ ſponſatam, alter in matrimonium poſſet „ accipere. Tale ergo connubium anathema- „ tizamus, & modis omnibus nè fiat pro- „ hibemus. *Cauſ.* 32. *quæſt.* 7. *cap. Placuit*, idem aſſeritur: „ Placuit ut ſecundùm Evan- „ gelicam, & Apoſtolicam diſciplinam, ne- „ que dimiſſus ab uxore, neque dimiſſa à „ marito, alteri conjungantur, ſed maneant, „ aut ſibimet reconcilientur. *Et cauſ.* 35. „ *quæſt. 6. cap. Videtur*: Videtur nobis, „ quòd ſecunda, quam contra prohibitionem „ Eccleſiæ duxit, non ſit uxor.

188. Porrò in Decretalibus Gregorii lib. 4. Titul. 19. de Divortiis diverſi canones reperiuntur, qui matrimonii indiſſolu- bili-

bilitatem oſtendunt: Etenim in cap. *Quæſivit* habetur: „ Mulier pro furto, vel alio
„ crimine viri ſui (niſi Fidei ſuæ religio-
„ nem corrumpere velit) ab eo ſeparari
„ non debet. Verùm ſi conjugem ſuam ad
„ infidelitatis maleficium traxerit, à viro
„ poterit ſeparari, ita quòd ei nubere non
„ licebit: quia licèt ſeparentur, ſemper ta-
„ men conjuges erunt.

189. Caſus inde narratur *in cap. Ex literis* ad præſentem controverſiam maximè conducens: Quidam duxit quandam fœminam in uxorem: ortâ poſtea inter eos diſcordiâ, vir fatebatur eam propter violentiam ſibi illatam, & metum quoque duxiſſe. Poſtmodum accuſavit eam, ſuper crimine fornicationis: quæ cœpit publicè profiteri, quòd cùm vir ei negaret in neceſſariis providere, crimen impulſa fuit incurrere ſupradictum. Sed cùm admonita fuiſſet, nè ad ſuggeſtionem alicujus illud turpe contra ſe profiteretur, ipſa illud maniſeſtiùs aſſerebat: Epiſcopus convocato capitulo ſuo, de conſilio capituli ſui utrique eorum privatam continentiam indixit obſervandam: at vir ſtatim cum alia matrimonium contraxit: Epiſcopus verò hoc audiens, ipſomet vocato viro, rem ſibi narrare poſtulavit, ſed ille ad Sedem Apoſtolicam appellavit: Papa vero totius facti per Epiſcopum informatus, mandavit, quatenus ſi res ita ſe haberet, virum prædictum ad uxorem legitimam Epiſcopus redire compelleret: *quatenus ſi res ita proceſſit prætaxatum virum ad legitimam uxorem redire compellas*, inquit Alexaader III.

190. Et quidem ſi ex cauſa fornicationis diſſolveretur vinculum matrimonii, adulterium alterius conjugis cederet in ejus commodum: Cùm enim nulla alia de cauſa diſſolvi poſſet, cui minus placeret initum jam matrimonium, datâ operâ poſſet adulterium committere, ut hoc medio à vinculo diſſolveretur. Neque dici poteſt, quòd jus nubendi alteri ſoli parti innocenti conceſſum ſit: nam ſi vinculum matrimonii diſruptum eſt ex una parte, ex altera quoque diſruptum manet: Si enim pars innocens poteſt alteri nubere, certè non alia de cauſa, quia non eſt amplius vir, aut uxor partis nocentis: ſi non vir, ergo illa non uxor: Si non uxor, ergo ille non vir: Si non uxor, aut non vir, ergo para nocens non eſt alligata, ſed libera, & proinde poterit cui placet nubere.

191. At inquiunt, qui contrariam ſectantur ſententiam, pars innocens non poteſt cogi, ut caſtè vivat, conceſſa à Paulo libertate in 1. ad Corinth. cap. 7. *Qui non ſe continet, nubat; meliùs eſt enim nubere, quàm uri*. Atqui ſi propter fornicationem mulieris non liceret viro alteri nubere, ſtante ſeparatione quò ad Thorum, cogeretur caſtè vivere, eſſetque ita in continua aduſtione & perpetua, cum periculo fornicandi.

192. Hoc erat argumentum Pollentii, renovatum à Græcis, reaſſumptum à recentioribus Evangelicis: Non enim Chriſtus in cauſa fornicationis præcepit repudium, ſed conceſſit tantùm, datâ libertate aut dimittendi, aut reconciliandi: unde Paulus loco cit. ſubjungit: *Iis autem qui Matrimonio juncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, uxorem à viro non diſcedere: quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari*. Qui ergo continere ſe non poteſt, non dimittat uxorem, quæ adulterium commiſit, ſed reconcilietur ei, detque operam ut impoſterum conjugalem fidem ſervet.

193. Subjungit Pollentius: continenter vivere paucorum eſt: & ideo qui fornicantes conjuges dimiſerunt, quoniam non poſſunt reconciliari, tantùm ſe vident periclitari, ut legem Chriſti non humanam, ſed feralem pronuncient.

194. Cui argumento occurrit S. Auguſtinus in lib. 2. de Adulter. conjug. cap. 20. ubi ait non eſſe attendendas incontinentium querelas, quia aliàs neceſſe eſſet adulteria facienda permitttere: „ Quid ſi enim, *inquit*,
„ aliquo diuturno, & inſanabili morbo cor-
„ poria teneatur conjux, quo concubitus
„ impediatur? Quid ſi captivitas, vel vis
„ aliqua ſeparet, itaut ſciat vivere maritus
„ uxorem, cujus ſibi copia denegatur? cen-
„ ſes ne admittenda incontinentium mur-
„ mura, & permittenda adulteria? *Et inde*
„ *ſub cap.* 13. *ſubjungit*: Si receſſerit mu-
„ lier ab adultero viro, & ei reconciliari
„ non vult, maneat innupta: & ſi dimiſerit
„ vir adulteram, & eam non vult recipere
„ poſt pœnitentiam, cuſtodiat continentiam:
„ & ſi non voluntate prioris boni, certè ex
„ neceſſitate vitandi vitioſi mali. At per hoc
„ ad hoc exhortarer etiam ſi uxor eſſet in
„ languore inſanabili, atque diuturno, aut
„ etiam ſi alicubi eſſet corpore ſeparata,
„ quò maritus non poſſet accedere. Poſtre-
„ mò ad hoc exhortarer etiamſi mulier vo-
„ lens vivere continenter, quamvis contra
„ diſciplinam, quia non ex conſenſu, tamen
„ pudicum pudica dimitteret. Puto enim
„ Chriſtianum neminem reluctari, illum
„ adulterum eſſe, qui vel diù languente,
„ vel diù abſente, vel continenter vivere
„ cupiente ſuâ uxore, alteri commiſtus eſt
„ fœminæ. Si ergo & dimiſsâ adulterâ,
„ adulter eſt cum altera, quoniam non ille,
„ aut ille, ſed omnis qui dimittit uxorem
„ ſuam, & ducit alteram, mœchatur. „ *Hactenus S. Doctor*.

195. Sed durum eſſe, & durum ſibi videri, ait Pollentius; virum reconciliari mulieri adulteræ: Si tamen fides adſit, durum non eſſe reſpondit Auguſtinus: „ Cur enim,
„ inquit, cap. 6. deputamus adulteros, quos

„ vel baptiſmate ablutos, vel pęnitentia cre-
„ dimus eſſe ſanatos? Hæc crimina in vetere
„ Dei lege nullis Sacriſiciis mundabantur,
„ quæ novi teſtamenti in Sanguine Chriſti
„ ſine dubitatione mundantur: & ideo tunc
„ omni modo prohibitum eſt ab alio con-
„ taminatam viro recipere uxorem: quam-
„ vis David Sauli filiam, quam pater ejuſ-
„ dem mulieris ab eo ſeparatam dederat alte-
„ ri, tanquam novi Teſtamenti præfigurator
„ ſine cunctatione receperit. Nunc autem
„ poſtquam Chriſtus ait adulteræ: *Nec ego*
„ *te condemnabo; vade, deinceps noli pecca-*
„ *re*; quis non intelligat debere ignoſcere ma-
„ ritum, quod videt ignoviſſe Dominum am-
„ borum: nec jam debere adulteram dice-
„ re, cujus pęnitentis crimen divinâ credit
„ miſeratione deletum.

196. Urget iterum Pollentius: Nolens vir adulteræ reconciliari, ſi ipsâ vivente non licebit ei alteri nubere, cogetur iſte maritus ad puniendam abſque ulla miſeratione adulteram, morti quoque illam addicendo, ut hoc pacto evadat ſolutus.

197. Huic quoque inſtantiæ ſatisfacit S. Auguſtinus loc. cit. cap. 13. inquiens:
„ Ita iſta dicis quaſi propterea mariti parce-
„ re debeant adulteris fęminis, quia licet
„ eis alteras ducere: aut ſi non licet, non
„ parcant, ut liceat. Quinimmò propterea
„ debent peccatricibus præbere miſericor-
„ diam, ut & ipſi pro ſuis peccatis miſeri-
„ cordiam conſequantur. Et multò magis
„ hoc eis faciendum eſt, qui dimiſſis uxo-
„ ribus adulteris cupiunt vivere continen-
„ ter. Tantò quippe debent eſſe miſericor-
„ diores, quantò volunt eſſe ſanctiores, ut
„ ad caſtitatem in ſe ipſis ſervandam Divi-
„ nitus adjuventur, dum caſtitatem ab uxo-
„ ribus violatam, nec ipſi humanitus ul-
„ ciſcuntur: & maximè vox illa Dominica
„ eſt eis in memoriam revocanda: *Qui ſi-*
„ *ne peccato eſt, prior in illam lapidem ja-*
„ *ciat.* Non qui ſine ipſo peccato eſt, quomodo
„ loquimur de pudicis viris; ſed, *Qui ſine pec-*
„ *cato eſt*: quòd ſi eſſe ſe dixerint, *ſe ipſos ſe-*
„ *ducunt, & veritas in eis non eſt.* Porrò, ſi non
„ ſe ſeducunt, & eſt in eis veritas, non erit in
„ eis cruenta ſeveritas. „ Hactenus S. Auguſt.

198. Ex textu Matthæi cap. 18. cit. præcipuum fundamentum pro ſua tuenda opinione deſumunt Græci: Etenim Salvator interrogatus, an liceat dimittere uxorem quâcumque causâ: reſpondit: *Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum, & fęminam fecit eos, & dixit: propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una: itaque jam non ſunt duo, ſed una caro.* Ex qua reſponſione apparet, inſeparabilitatem matrimonii ex eo provenire, quòd conjuges ſibi invicem adhæreant, ut non ſint duo, ſed caro una. Cùm itaque idem Dominus concedat in cauſa adulterii ſeparationem, videtur concedere ne ſibi amplius adhæreant, & per conſequens ne amplius ſint caro una: nam per adulterium caro ipſa diſcinditur: ergo in cauſa adulterii concedit veram matrimonii ſolutionem: Si enim ideo non poteſt ſolvi, quia ſunt una caro, ſemel quod una caro amplius conjugati non ſunt, diciſſum erit matrimonii vinculum.

199. Deinde ſubjungentibus Phariſæis: *Quid ergo Moyſes mandavit dare libellum repudii, & dimittere? reſpondit Jeſus: Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic: Dico autem vobis, quia quicumque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit mœchatur.* Ex quo textu, dicunt Phariſæos interrogaſſe de dimiſſione uxoris quò ad vinculum, nam Moyſes, ut liquet ex cap. 24. Deuteronomii, & 21. Levitici, conceſſerat repudium quò ad vinculum, qui enim libellum dabat repudii ſuæ pertæſus uxoris, alteri nubere poterat. Ut ergo cohærens dicatur Chriſti reſponſio interrogationi, & ipſe de diſſolulutione, quò ad vinculum reſpondiſſe credendum eſt. Si ità eſt, cùm Dominus dixerit, non licere uxorem dimittere, niſi ob fornicationem, ergo ſequitur ex ejus ſententia licere ex cauſa fornicationis, & quia agebatur de dimiſſione, quò ad vinculum, ſequitur ex Salvatoris ſententia, licere uxorem dimittere ex cauſa fornicationis, & quidem quò ad vinculum.

200. Pro hujus argumenti ſolutione dico in primis falſum eſſe, id quod Græci aſſumunt, ex prioribus nempe Chriſti Domini verbis colligi, vinculum matrimonii conſiſtere in adhærentia viri cum uxore ex copula conjugali: Etenim matrimonium Joſeph cum B. Virgine verum fuit matrimonium, quamvis inter eos nunquam copula carnalis interceſſerit. Quare *in Cap. Matrimonium cauſ.* 27. *quæſt.* 2. *Matrimonium quidem non facit coitus, ſed voluntas: & ideo non ſolvit illud ſeparatio corporis, ſed voluntatis.* Et cap. *ſufficiat*, ex Nicolao Papa. *Sufficiat ſolus ſecundùm leges conſenſus eorum, de quorum, quarumque conſenſu, & conjunctionibus agitur: qui ſolus ſi defuerit, cætera etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur.* Et cap. *Cùm initiatur*, ubi dicitur. *Cùm initiatur conjugium, conjuges nomen nanciſcuntur. Nam defloratio Virginitatis non facit matrimonium, ſed pactio conjugalis.* Et ſtatim. *Conjuges verius appellantur à prima deſponſationis fide: quamvis adhuc inter eos ignoretur conjugalis concubitus.* Et in cap. *B. Maria*, ut probetur inter S. Joſeph, & B. Virginem verum interceſſiſſe conjugium, ſine tamen culpa ulla carnali, dicitur ex S. Auguſtino: „ Con-
„ ſenſus ergo cohabitandi, & individuam

„ vi-

Digitized by Google

„ vitæ conſuetudinem retinendi interveniens, „ eos conjuges facit. Individua verò vitæ „ conſuetudo eſt, talem ſe in omnibus ex- „ hibere viro, qualis ipſa ſibi eſt, & è con- „ verſo. Ad individuam vitæ itaque con- „ ſuetudinem pertinet abſque legitimi con- „ ſenſu viri, & orationi etiam aliquando „ nos poſſe vacare, nec continentiam pro- „ fiteri. Quia ergo iſte conſenſus fuit inter „ eos: patet eos conjuges fuiſſe: „ Et idem indicatur *in Capite Conjux*. Patet ergo inſolubilitatem matrimonii non pendere à copula carnali, ſed magis à fide, & Conjugum pactione, & in fidelibus ab ipſo quoque Sacramento.

201. Ad aliud verò quod ſubjungunt, concedimus Phariſæos interrogaſſe de dimiſſione quò ad vinculum. Sed Dominus negavit id licere, ideò ſtatim dixit: *non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & feminam fecit eos: & dixit, propter hoc dimittet homo Patrem, & Matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una*. Per quæ verba indiſſolubilitatem vinculi matrimonii oſtendere voluit: proinde ſtatim ſubjunxit. *Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet*. Dùm porrò inſtarent Phariſæi, Moyſem conceſſiſſe libellum repudii, qui vinculum ſolvebat matrimonii; ſtatim ſubjunxit, id ad Judæorum duritiam feciſſe Moyſen, non ita tamen fuiſſe ab initio, per quod oſtendere voluit, nunquam licere ſolvi vinculum matrimonii, quavis de cauſa, permiſiſſe Moyſen ad vitanda majora mala, ne Judæi ob eorum duritiam, coacti retinere inviſas ſibi uxores, eas forte occiderent.

202. Hac porrò firmatâ doctrinâ, nimirum nunquam licere ſolvi vinculum matrimonii, pergit Dominus ad oſtendendum in quo caſu liceat virum à conjuge ſeparari, quò ad Thorum & cohabitationem, & omnibus aliis abolitis cauſis, ſolùm in cauſa fornicationis licere pronunciat: *Dico autem vobis, quicunque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob cauſam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur; & qui dimiſſam duxerit, mœchatur*. Et idem Matthæus cap. 5. idem referens: Chriſtum Dominum ſic dixiſſe ait: *Dictum eſt antiquis: Quicumque dimiſerit uxorem ſuam, det ei libellum repudii. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui dimiſerit uxorem ſuam excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur*. Non enim Dominus vult licere dimiſſionem mulieris quacumque de cauſa, nam qui illam dimittit facit eam mœchari, ideſt præbet occaſionem, ut illa dimiſſa mœchetur. In cauſa verò fornicationis permittit, quia ipſa eſt in culpa ex quo mœchata eſt, ut dimittatur, ſive ſeparetur, & non vir facit eam mœchari dimittendo, quæ non dimiſſa jam fuerat adultera. Hæc enim dimiſſio ſolùm importat ſeparationem quò ad Thorum, minimè diſſolutionem vinculi: Quod certè Paulus explicat, & hanc ſententiam Domini elucidat, dùm docet mulierem manere ſub lege, eſſeque alligatam, donec vir ejus vivit.

203. Confirmat hanc doctrinam Ambroſius lib. 8. Commentar. in Lucam, ad cap. 16. „ ubi ait: „ Noli ergo uxorem dimittere, nè „ Deum tuæ copulæ diffitearis authorem. „ Etenim ſi alienos, multò magis uxorios „ debes tolerare, & emendare mores. Audi „ quid dixerit Dominus. *Qui dimittit uxorem, „ facit eam mœchari*. Etenim cui non licet vi- „ vente viro mutare conjugium, poteſt obre- „ pere libido peccandi. Itaque qui author „ erroris, etiam reus culpæ eſt. *Et poſtea*. „ Dimittis ergo uxorem, quaſi jure ſine „ crimine, & putas id tibi licere, quia „ lex humana non prohibet, ſed Divina pro- „ hibet. Qui hominibus obſequeris, Deum „ verere. Audi legem Domini, cui obſe- „ quuntur etiam qui leges ferunt: *Quæ Deus „ conjunxit, homo non ſeparet*. Sed non ſo- „ lùm hic cœleſte præceptum, ſed quoddam „ etiam opus Dei ſolvitur. *Et paulò infrà*. „ Sed fortaſſe dicit aliquis: Quomodò Moy- „ ſes mandavit dare librum repudii, & di- „ mittere uxorem? Qui hoc dicit Judæus „ eſt: qui hoc dicit, Chriſtianus non eſt. „ Et ideò, qui hoc objicit quod objectum „ eſt Domino, reſpondeat ei Dominus: *Ad „ duritiam*, inquit, *cordis veſtri permiſit vo- „ bis Moyſes dare librum repudii, & dimit- „ tere uxores. Ab initio autem non fuit ſic*. „ Moyſes permiſit, *inquit*, non Deus juſſit, „ ab initio autem Dei lex. Quæ eſt lex „ Dei? Relinquet homo patrem & matrem, „ & adhærebit uxori ſuæ, & erunt ambo „ in carne una. Ergo qui dimittit uxorem „ carnem ſuam ſcindit, dividit Corpus. „ Oſtendit autem hic locus, quæ propter „ fragilitatem humanam ſcripta ſunt, non à „ Deo ſcripta. „ *Hactenus Ambroſius*.

204. Humanam legem repudium non prohibere, ait Ambroſius, Divinam verò prohibere: Sanè apud antiquos Romanos diverſis de cauſis repudium permiſſum legitur: non tamen à prima Urbis conſtitutione, ſed longe poſt; quare notat Valerius Max. lib. 2. cap. 1. Repudium inter virum & uxorem à condita Urbe uſque ad vigeſimum & quingenteſimum annum nullum interceſſiſſe; primum verò, qui repudium apud Romanos introduxit, fuiſſe Spurium Carbilium, causâ ſterilitatis uxoris, & quanquam tolerabili ratione motus videretur, reprehenſione tamen non caruit, inquit idem Valerius: quia nec cupiditatem quidem liberorum, conjugali fidei præponi debuiſſe arbitrabantur, ſcribit idem Valerius lib. 6. cap. 3. C. Sulpitium Gallum uxorem ſuam dimiſiſſe, quòd eam capite aperto foris verſatam cognoverit: rationem verò allegabat, inquiens:

quiens:

quiens: „ Lex tibi meos tantùm præfinivit „ oculos , quibus & formam tuam appro- „ bes, & placere deſideres , his decora in- „ ſtrumenta compara , his eſto ſpecioſa , ho- „ rum te certiori crede notitiæ , ulterior „ tui conſpectus ſupervacuâ irritatione ac- „ cerſitus , in ſuſpicione & crimine hæreat „ neceſſe eſt. „ De Quinto Antiſtio Veto psriter reſert , uxorem repudiaſſe , quòd illam in publico cum quadam libertina vulgari ſecretò loquentem viderst . De P. Sempronio Sopho ſcribit inſuper , non alia de cauſa nxorem dimiſiſſe , niſi quia ipſo ignorante auſa ſuit ludos ſpectare. Inde leges latæ apud Romanos de Repudiis , extstque lex 23. in duodecim Tabulis. Diverſæ tamen aſſignabantur legitimæ repudii cauſæ , ut ſi trinoctium uxor à viro abſuiſſet . Si Circenſibus , vel Thestralibus ludis , vel Arenarum ſpectsculis prohibente viro uxor interfuiſſet: Si adulterium commiſiſſet, vel de eo ſuſpicari poſſet. Si ſterilis, ſi rixoſa , & aliæ hujuſmodi cauſæ adſuiſſent.

205. Cæterum hæc apud Romsnos antiquos , verùm etiam Chriſtiani Prineipes repudia permiſerunt: Theodoſius enim , & Valentinianus , ut habetur in l. *Conſenſu*. Cod. de Repudiis anno Domini 449. Fœminis concesſerunt poſſe pluribus de cauſis viros ſuos dimittere . „ Si qua igitur, *in- „ quiunt ibi* , Maritum ſuum adulterum, „ aut homicidam, aut veneficum, vel certè „ contra noſtrum Imperium aliquid molien- „ tem, vel falſitatis crimine condemnatum „ invenerit, ſi Sepulchrorum diſſolutorem, „ ſi Sacris ædibus aliquid ſubtrshentem , ſi „ Latronem , vel Latronum ſuſceptorem, „ vel abactorem , vel plagiarium , vel ad „ contemptum ſui Domi ſuæ ipsâ inſpiciente „ cum impudicis mulieribus, quòd maximè „ etiam caſtas exaſperat, coitum ineuntem, „ ſi ſuæ vitæ veneno, aut gladio , aut alio „ ſimili modo inſidiantem , ſi ſe verberibus, „ quæ ingenuis aliena ſunt , afficientem „ probaverit ; tunc repudii ei permittimus „ libertatem .

206. Anaſtaſius inde Imperator anno 497. nullâ etiam iutervenieute causâ , bonâ gratiâ, & libero contrahentium conſenſu, ſine quærela, & ſine libello repudii, poſſe dirimi matrimonia conceſſit, ut ex l. *Si coſtante. Cod. de Repudiis*. „ Si conſtante matrimo- „ nio, *inquit* , communi conſenſu tam viri, „ quàm mulieris repudium ſit miſſum, quo „ nullâ causâ continetur, quæ conſultiſſimæ „ conſtitutioni divæ memoriæ Theodoſii, „ & Valentiniani inſerta eſt, licebit mulieri „ non quinquenium expectare, ſed poſt an- „ num ad ſecundas nuptias convolare. „ Hæc Anaſtaſius, volens, ut quemadmodum nuptiæ ſolo conſenſu contrahebantur , ita nudo conſenſu diſtraherentur.

207. Juſtinianus porrò Anno Domini 536. Novella 117. Conſtitutionem Anaſtaſii moderavit, & in cauſa repudii quatuor aſſignavit cauſas, Debilitatem, Monachiſmum, Captivitstem, & Servitutem. Circa debilitatem, quartam oſcitationem præceſſiſſe voluit. Quò ad Monachiſmum , quia morti comparatur , & proinde cùm per mortem ſolvatur matrimonium, ſic ſolvi declaravit, ſi alter conjugum Monaſticam ſelegerit vitam. In Captivitate viri , aut nxoris per quinquennium patientiam habendam ſtatnit, quoties tamen incertum ſit alteri conjugum ſupereſſe captivum ; quòd ſi conjux certitudinem habeat adhuc ſupereſſe in Civitate alterum conjugem in captivitate poſitum, non conceditur jus iterum alteri nubendi. De ſervitute denique ſancivit, ut ſi Libertus, vel filius Liberti ingratus in ſervitutem redigeretur , amitteret mariti nomen, ut ex Novella 22. Et hiſce de cauſis ſolvebatur matrimonium bonâ gratiâ, & ſine repudio. Ex aliis poſtea cauſis nonniſi interveniente repudio.

208. At Leo Imperator Novellam Juſtiniani moderavit ex ea parte quâ alteri ex eonjugibus in eaptivitate poſito, poſt quinquennium conceſſit divortium, „ Sancimus, „ *inquit*, ut nequaquam amplius quæ pars „ intacta à ſervitute manſit , ad ulteriua „ conjugium procedat, ſed quotcumque an- „ nis altera in ſervitutis miſeria detinebi- „ tur , tametſi nullam neque de ſcripto, „ neque citra ſcriptum ſignificationem acci- „ piat, illam expectet. „ Addidit poſtea, ſolvi nuptiss reverſo captivo, vel lege Juliâ poſſe eam accuſari, quæ interim nupſit alteri : licèt nec talis Conſtitutio, nec quævis aliæ hujus Prineipis Novellarum correctoriæ, vim aliquam apud Græcos obtinuerint.

209. Porrò idem Juſtinianus prudentior factus præcedentes de Divortiis conſtitutiones tam Theodoſii , & Valentiniani , quàm Anaſtaſii, ſuamque etiam propriam caſſavit, & annullavit Novella 117. cap. 8. de Juſtis divortiorum cauſis meritò permiſſis, ubi ſex cauſas marito, totidem uxori attribuit. Sed Juſtinus abolitis paternis legibus confirmavit poſtea Anaſtaſii Novellam, quâ bonâ gratiâ matrimonia ſolvebantur , ut videre eſt Novella 140. inter Juſtiniani Novellas. Certè hujuſmodi Græci Principes , quamvis Chriſtiani deviarunt à ſemita Sanctorum Patrnm aliter ſtatuentium . Sed permiſiſſe hujnſmodi repudia ad majora vitanda mala, quemadmodum, & Moyſes Judæis permiſerat , idem Juſtinus Imperator indicare videtur in præcitata Novella, ubi ait: „ Con- „ tigit, ut ex his nonnulli ad mutuss in- „ ſidias procederent ; Veneniſque , & aliis „ quibuſdam, quæ lethalia eſſent, nteren- „ tur . In tantùm, ut ſæpe neque liberi, „ qui ipſis communiter nati eſſent, illos in „ unam eandemque voluntatem conjungere

„ po-

„ potuerint. „ *Hæc Juſtinus*; Ut ergo hujuſmodi malis occurrerent, conſultiùs putarunt permittere repudia, quàm cum tanto periculo denegare.

210. Et ſane aliter loquitur Baſilius ex Græcis inter Patres celeberrimus in Epiſtola ad Amphilochium can. 48. ubi ait: „ Quæ
„ à marito dimiſſa eſt, meâ quidem Sen-
„ tentiâ manere debet. Si Dominus autem
„ dixit, ſi quia reliquit uxorem præter quàm
„ ratione fornicationis, facit eam adulte-
„ rari; ex eo quòd eam adulteram nomi-
„ net, excluſit eam à ſocietate cum alio.
„ Quomodo enim poteſt vir quidam eſſe
„ reus, ut auctor adulterii, mulier autem
„ nulli eſſe culpæ affinis, quæ adultera ap-
„ pellata eſt, propter conſuetudinem cum
„ alio viro? „ *Hæc Baſilius*. Optimè ergo S. Ambroſius loc. ſupra relato ait: *Dimittis ergo uxorem, quaſi jure ſine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet, ſed Divina prohibet*. Non ſunt attendendæ Imperiales Græcorum leges, ſed Divinæ; & Sanctorum Patrum canones, atque Eccleſiæ Catholicæ decreta, fundata in Chriſti Domini doctrina à D. Paulo illuſtrata.

211. Eccleſia ergo Catholica admittit aliquando divortium in matrimonio rato, non conſummato, & ſi aliquando in conſummato, vinculum tamen non ſcindit, ſcindit bene in matrimonio rato, non conſummato, cauſâ ingreſſus in aliquam Religionem ex approbatis. Hoc enim tradunt Sacri Canones. Sic in cap. *Deſponſatam*, cauſ. 27. quæſt. 2. *Deſponſatam puellam non licet parentibus alii viro tradere: licet tamen illi Monaſterium ſibi eligere*: Et lib. 3. Decretal. Titul. 22. de Converſione conjugat. cap. Verùm, Alexander III. ad Epiſcopum Salertinum ſcribit: „ Verùm poſt conſenſum legi-
„ timum de præſenti licitum eſt alteri, al-
„ tero etiam repugnante eligere Monaſte-
„ rium (ſicut quidam Sancti de Nuptiis
„ vocati fuerunt) dummodo carnalis com-
„ miſtio non intervenerit inter eos: & al-
„ teri remanenti (ſi commonitus continen-
„ tiam ſervare noluerit) licitum eſt ad ſe-
„ cunda vota tranſire. Quia cùm non fuiſ-
„ ſent una caro ſimul effecti, ſatis poteſt
„ unus ad Deum tranſire, & alter in ſæcu-
„ lo remanere.

212. Poteſt etiam ratione probari: nam matrimonii rati non conſummati vinculum merè Spiritale eſt, non carnale, cùm non ſit una caro facta, donec habeatur corporum commiſtio: unde Ambroſius cit. in cap. *In omni* cauſ. 27. cit. quæſt. 2. *In omni matrimonio*, inquit, *conjunctio intelligitur Spiritualis, quam confirmat & perficit conjunctorum commiſtio corporalis*. Sicut ergo carnale vinculum ſolvitur per mortem naturalem, ſic & Spiritale per mortem Spiritualem: Spiritualiter autem moritur, qui Religionem ingreditur, quia ſæculo moritur, & Deo vivit: quæ fuit Juſtiniani Imperatoris ratio allegata in Novella 117. cur per Monachiſmum libera concedebat repudia, quamvis non ſine errore, etiam in matrimonio conſummato idem ſtatuerit: ergo per ingreſſum in approbatam religionem ſolvitur matrimonium ratum, nondum tamen conſummatum.

213. Potiſſima tamen ratio eſt, quia Cælibatus, & Virginitas ſuâptè naturâ excellentior eſt, & melior conjugio: Hoc in primis conſtat ex loco Iſaiæ cap. 56. verſ. 4. *Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus Eunuchis: Qui cuſtodierint Sabbatha mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fædus meum; Dabo eis in Domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis, & filiabus*. Ubi cæteris paribus cuſtodientibus Eunuchis Sabbatha, & Dei mandata, meliorem locum promittit Deus in Domo ſua à filiis, & filiabus eadem mandata, ac Sabbatha cuſtodientibus, cælibem tamen vitam minimè ducentibus. Et Paulus in 1. ad Corinth. cap. 7. ait: *Qui matrimonio jungit Virginem ſuam benè facit, & qui non jungit, meliùs facit*. Quæ verba attendens Clemens Alex. lib. 4. Stromat. ait: „ Myſticè admodum & San-
„ ctiſſimè nos docens Apoſtolus, eam, quæ
„ grata eſt electionem, non quòd alia tan-
„ quam mala reprobet, ſed quòd bonis cen-
„ ſeat eſſe meliora, ſignificavit dicens: *Qua-*
„ *re & qui matrimonio jungit Virginem*
„ *ſuam, bene facit: & qui non jungit, meliùs*
„ *facit: ad id quod honeſtum eſt, & facul-*
„ *tatem præbet indivulsè Domino aſſidendi*.

214. Deinde in ea Epiſtola 1. ad Corinth. cap. 7. cit. idem Paulus oſtendit apertiſſimè ſtatum cælibem perfectiorem eſſe ſtatu maritali, dum ait: *Qui ſine uxore eſt, ſollicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori, & diviſus eſt. Et mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta corpore, & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt Mundi, quomodo placeat viro*. Quare ipſe Dominus relinquentibus uxores propter ſe, majora repromittit præmia, tam in hoc, quàm in futuro ſæculo: Sic Matthæi cap. 19. verſ. 29. *Et omnis qui relinquerit, Domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit*. Et apud Lucam cap. 18. verſ. 29. *Amen dico vobis, nemo eſt, qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multò plura in hoc tempore, & in ſæculo venturo vitam æternam*. Quare Chryſoſtomus locum Matthæi expendens homil. 64.

in

in cap. 19. Matthæi ait: „ Cùm autem dicit: *Quicumque reliquerit uxorem*: non „ ſimpliciter præcipit dirimenda eſſe matrimonia, ſed ſicut à Superioribus dicebat: „ *Qui perdit animam ſuam, inveniet ipſam*: „ non ut noſmetipſos interimamus, neque „ ut animam noſtram violenter à corpore „ disjungamus, ſed ut Religionis pietatem, „ cæteris omnibus anteferamus, ita de uxore „ quoque & fratribus intelligendum eſt.

215. Porrò & majori præmio dignos declarat eos, qui Virginitatem profitentur, in ea Parabola, quam recitat apud Matthæum cap. 13. de Seminibus, quæ ceciderunt in terram bonam ferentibus fructus diverſos, nimirùm centeſimum, ſexageſimum, & trigeſimum. *Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum.* Quem locum ex antiquioribus Patribus exponens Theophilus Alex. lib. 2. Allegor, in Marcum, inquit: „ Hi ſunt, qui ſuper terram bonam ſeminati ſunt, & hi faciunt „ unum triceſimum, quod ad conjuges pertinet; aliud ſexageſimum, quod ad viduas „ reſpiciens dicit; aliud centeſimum, Virginibus fructus ille convenit. „ Cæterum de hac re agunt, Juſtinus Martyr Apol. 2. ad Antoninum, Tertullianus lib. 1. ad uxorem, & lib. 1. & 5. contra Marcionem, Cyprianus libro de Habitu Virginum, Athanaſ. in Apolog. ad Imperatorem Conſtantium, Baſilius in lib. de Virginit. Ambroſius lib: 1. de Virginibus, & lib. de Viduis, & Epiſt. 82. Chryſoſtomus; & Auguſtinus in lib. de Virginitate, Nyſſenus pariter in lib. de vera, & Incorrupta Virginit. D. Hieronymus in Apol. ad Pammachium Epiſt. 50. & Epiſt. 22. ad Euſtochium de Cuſtodia Virginit. Nazianz. orat. 31. ſuper illa verba: *Cum conſummaſſet Jeſus*. Cyrillus Hieroſolym. Catecheſ. 15. & Paſſim Patres omnes, nuptias minimè damnantes, ſed Virginitatem nuptiis ut melius bonum minori bono præferentes, ſivè ut optimum, bono.

216. Cùm itaque Virginitas ſit magis Deo grata, quàm ſint nuptiæ, Religionis causâ, & ad efficiendum opus gratius Deo, poterit quis poſt matrimonium ratum, minimè conſummatum, Deo in aliqua approbata Religione caſtitatem vovere, & ita diſſolvi vinculum matrimonii; unde meritò Patres Concilii Tridentini ſeſſ. 24. can. 6. hunc Canonem condiderunt: *Si quis dixerit matrimonium ratum non conſummatum, per ſolemnem profeſſionem Religionis alterius conjugum, non dirimi; Anathema ſit*. Et can. 10. *Si quis dixerit, ſtatum conjugalem anteponendum eſſe ſtatui Virginitatis, vel Cælibatus, & non eſſe meliùs ac beatiùs manere in Virginitate, aut Cælibatu, quàm jungi Matrimonio; Anathema ſit*. Hæc itaque eſt Catholica Romanæ Eccleſiæ doctrina de indiſſolubilitate, & ſolubilitate matrimonii. Non enim, ſi ſolvi dicit matrimonium ratum non conſummatum per votum ſolemne caſtitatis in aliqua approbata Religione, ſentit cum Montaniſtis, qui omnia matrimonia, tam rata, quàm conſummata, eorum, qui ad ſuam ſectam accedebant, ſolvere conſueverant.

217. Pro coronide denique notandum eſt, Gregorium Magnum lib. 9. Regeſt. Epiſt. 39. dum ait: *Sunt qui dicunt, Religionis causâ conjugia debere diſſolvi: verùm ſciendum eſt, quia & ſi hoc humana lex conceſſit, lex tamen Divina prohibet*, loqui non de matrimonio rato, ſed conſummato, nam ut diximus, Juſtinianus Imperator Novella 117. conceſſerat omne matrimonium diſſolvi per Monachiſmum, ad quam legem humanam reſpexit S. Gregorius. De quo pariter matrimonio conſummato, loquitur Alexander III. lib. 3. decretal. Titul. 32. de Converſione Conjugatorum, ubi ait: *Dicimus, quòd niſi uxor ad Religionem tranſierit, aut perpetuò caſtitatem ſervare promiſerit, vir poteſt, & debet de Monaſterio revocari, in quo profeſſionem emiſerat*. Et idem Alexander in cap. *Ex Publico*, ſcribit, eum qui causâ Religionis, invitâ uxore, poſt matrimonium ratum, non conſummatum, illam reliquit, teneri ſpatio duorum menſium in Religionem ingredi, nec eſſe in ſua libertate protrahere ingreſſum quando ſibi placuerit. Immò Clemens III. in cap. *Conſuluit, eodem Titulo*, vult eum, qui per ingreſſum Religionis uxorem dimiſit, ſi poſtea uxor de ſæculo migraverit, non poſſe habitum dimittere, & ad alia Vota tranſire.

COMMENTARIUS

In Hæreſim IV.

218. J*Ejunia ab Eccleſia*) Studio ſeverioris diſciplinæ ex nova Montani revelatione Montaniſtæ plura obſervanda præcipiebant Jejunia, ac præſcripta fuerint ab Eccleſia. Ut enim notat S. Hieronymus in Epiſtola ad Marcellam, tres Quadrageſimas jejunabant in anno Montaniſtæ. In hoc tamen non erant hæretici: Etenim in Capitularibus Caroli Magni, lib. 6. cap. 187. apud Cabaſutium in Notitia Eccleſ. Sæculi VII. trium quadrageſimarum Jejunia leguntur demandata. „ Iterum admoneant Sacer„ dotes, ut Jejunia tria legitima agantur „ in anno: ideſt quatraginta dies ante Na„ tivitatem Domini: & quatraginta dies an„ te Paſcha, & poſt Pentecoſtem quatra„ ginta dies. Quanquam enim nonnulla ex „ his Canonicâ priventur authoritate, no„ bis tamen ſimul omnibus propter conſue„ tudinem plebis, & parentum noſtrorum

„ mo-

Digitized by Google

„ mores, hæc obſervare, ut ſuperiùs eſt comprehenſum, convenit.„ Et Amalarius Fortunatus lib. 1. de Eccleſ. cap. 36. tradit ſuâ ætate tres pariter quadrageſimas à piis viris obſervatas, ante Paſcha unam, alteram ante Nativitatem Domini, tertiam verò ante feſtum S. Joannis Baptiſtæ, quam tamen non omnes uniformiter ſervabant, quibuſdam illam incohantibus elapſo Aſcenſionis die, includendo etiam dies decem proximos Pentecoſtes, ipſamque Pentecoſtes hobdomadam uſque ad feſtum S. Joannis Baptiſtæ: Aliis verò initium ſumentibus poſt elapſam integram Pentecoſtes hebdomadam ad feſtum uſque Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli.

219. Porrò in Nomocanone apud Cotelerium tom. 1. Monument. Eccleſ. Græcæ, pag. mihi 138. diverſorum Jejuniorum mentio fit: nam *Can.* 429. dicitur: Poſt Pentecoſtem jejunamus, Apoſtolorum causâ, quotquot dies contigerint, propter legem. *Can.*430. In Nativitate Præcurſoris, diebua octo, ut feſto primario. *Can.*431. Iterumque à primo Auguſti die, ob mortem Genitricis Dei, ac Servatoris, tanquam pro magno munere. *Can.* 432. Eſt & aliud Jejunium, ante Exaltationem diebus octo, non quidem ex neceſſitace, ſed pro viribua. *Can.* 433. Et Natali Chriſti, per quaraginta dies, à die S.Philippi. Si Sancti Philippi dies inciderit in quartam feriam; tertiâ veſperâ: Si in Paraſceven; quintâ veſperâ. Cùm verò feſtum Natalis Chriſti acciderit quartâ, vel ſextâ feriâ, liberè comedatur.„ Quorundam horum Jejuniorum meminit & Theodorus Balſamon in Epiſtola de Jejuniis apud eundem Coteleiium tom. 2. pag. mihi 492. Etenim ſub num. 16. ſcribit poſt adventum Spiritus Sancti, & totam hebdomadam indicendum Jejunium, uſque ad feſtum Sanctorum Apoſtolorum. „ In Apoſtolicis Geſtis, *ait*, conſtitutum eſt, ut poſt Sancti Spiritus ad nos adventum populus Domini unam hebdomadam feſtam habeat, poſtquam indicatur Jejunium: ideo Decretum eſt, feſtum hebdomadarum deſinere in præconum Dei Sanctorum Summorumque Apoſtolorum ubique obſervatam Divinam celebritatem, quæ cum Jejunio, & Sanctitate ſuſcipiatur. *Et ſub num.* 15. oportuit ergo & noa qui digni habiti ſumus cernere poſt ſeptem hebdomadas adventum Sancti Spiritus ſtatim cum Jejnnio feſtum diem ducere loco typici hebdomadarum feſti, Sanctam Pentecoſten. *Et ſub num.* 22. Ita verò credentes celebrare commemorata quatuor feſta (nam de feſto magni Paſchatis, & de Jejunio quatraginta diernm, quod illnd præcedit, quid verbis opns eſt?) cum Jejunio, & oratione reſpondeate orthodoxornm Chriſtianorum profeſſioni. Et quia in Urbe regia Monachi, & plerique incolarum, poſt feſtum omnium Sanctorum continuum Jejunium colunt, uſque ad feſtum Sanctorum laudatiſſimorumque Apoſtolorum, quamvis non ſemper quadraginta dierum ſit, per ſolarem circulationem rectum, modòque dilatatum, modò anguſtatum; ſed & ante Natale Chriſti & Dei, qnadragenarium jejunium jejunant ſequentes typica; proficiuntque per Dei gratiam Eccleſiæ Dei in ſanctiorem ſtatum; debetis vos quoque ſie jejunare. Reliqua verò duo feſta, Transfigurationem ſcilicet, & Sanctæ Deiparæ dormitionem, cum ſeptem dierum Jejunio, volentes nolentes celebrare.

220. Item Anaſtaſius Epiſcopus Cæſarienſis in oratione de Jejunio Glorioſiſſimæ Deiparæ apud præfatum Cotelerium tom. 3. pag. 432. ex profeſſo agit de Jejunio præcedente feſtum obdormitionis Deiparæ, quòd ex Patrnm traditione ſervatum demonſtrat, unde ait: „ Jejunium quod præcedit Sanctiſſimæ Deiparæ dormitionem à Sanctis Patribus, diviniſque Patriarchis traditum eſt, & honorificè illud ſervant cunctæ nrbes ac regiones orthodoxorum, præſertim magna, felixque Civitas Conſtantinopolis, magnaque Eccleſia. *Et poſt aliqua ſubjungit*. Unde integrum Jejuninm quindecim dierum à cunctis ſervatur, & & jejunatur purè; qui etiam à Sanctiſſima Deipara totius Mundi protectrice magis, magiſque defenduntur.„ Et ex Nicone eodem loco hæc alia de Jejunio referuntur: „ Porrò aliud quoque Jejunium agi videmus, de qno nihil ſcripto traditum invenire potuimus; tametſi illud penitns, & ubique jejunent. Loquor autem de Exaltatinne venerandæ Crucis.

221. Certè apud Catholicos diverſa Jejunia ſervata legimus ab Univerſali Eccleſia non præcepta, non tamen ex hoc hæretici ſunt, ſic pariter, ut ah initio dicebamus, non ex hoc præcisè quòd Montaniſtæ plures quadrageſimas Jejunaverint, hæretici erant: Sed in eo tales erant, quòd veluti ex nova revelatione, volebant de neceſſitate ſervanda eſſe Jejunia à Montano indicta, eaque univerſam obligare Eccleſiam. Notat hoo S. Hieronymus in laudata ad Marcellam Epiſtola inquiens: „ Nos nnam quadrageſimam, ſecundùm Traditionem Apoſtolorum, toto anno, tempore nobis congruo jejunamua: Illi tres in anno faciunt qnadrageſimas, quaſi tres paſſi ſint Salvatores. Non quòd & per totum annum exceptâ Pentecoſte, jejunare non liceat: Sed qnòd aliud ſit neceſſitate, aliud voluntate munus offerre. Sed Tertullianus jam montaniſta in libro de Jejuniis adversùs Pſychicos, agens de querimoniis Catholicorum adversùs Montaniſtas, occaſione novorum Jejuniorum, quæ

Montanus indixerat, cap. 1. ait: „ Arguunt „ nos, quòd Jejunia propria cuſtodiamus, „ quòd Stationes plerumque in Veſperam „ producamus, quòd etiam xerophagias ob- „ ſervemus, ſiccantes cibum ab omni car- „ ne, & omni jurulentia, & vividioribus „ quibuſque pomis, nè quid vinoſitatis vel „ edamus, vel potemus, lavacri quoque ab- „ ſtinentiam congruentem arido victui, no- „ vitatem igitur objectant, de cujus inlici- „ to præſcribant, aut hæreſim judicandam, „ ſi humana præſumptio eſt, aut pſeudo- „ prophetiam pronuntiandam, ſi ipſa talis „ indictio eſt, dum quaqua ex parte ana- „ thema audiamus, qui aliter adnuntiamus. In eo ergo Catholici reprehendebant Montaniſtaa quòd & Jejunia nova, & ſeverioribua modis ſervanda voluerint, præter Eccleſiæ conſuetudinem, & præter id quod traditum erat.

222. Et quidem non negabant poſſe quemlibet ex ſuo arbitrio omni die Jejunare, nolebant tamen teneri ad ea Jejunia ab Eccleſia non præſcripta, neque ab Apoſtolis tradita, à ſolo Spiritu Montani denunciata. Jus enim non habebat Montanus nova inducere Jejunia, ex quo nec Poutiſex, nec Epiſcopus, ſed privatus homo extiterit. Optime ergo Catholici, ſi ex humana præſumptione Montanus talia Jejunia indixerit, hæreſim manifeſtam eſſe pronunciabant, quia indicta à non habente poteſtatem, & præſumente illam habere viro laico, & de plebe infimo, cùm ſolis Eccleſiæ Præſulibus ex Sanctis Scripturis conceſſum ſit tale jua. Si porrò non ſuà Montanua humanà præſumptione talia indicere auſus fuerit Jejunia, ſed ex prætenſo Spiritu Sancti afflatu, novàque ejuſdem Prophetià, jure meritò Catholici pſeudoprophetiam, non prophetiam appellabant, ut ſatis eis compertum fuerat. Itaque unam quadrsgeſimam ante Paſchs de præcepto Jejunandam ex Apoſtolica traditione Catholici contendebant, cætera autem Jejunia ex libertate.

223. Ita exponit idem Tertullianus loc. cit. cap. 2, inquiens: „ Nam quòd ad Jeju- „ nia pertineat, certos dies à Deo conſtitu- „ tos opponunt, ut cùm in Levitico præce- „ pit Dominus Moyſi decimam menſia ſepti- „ mi diem placationis, *Sancta*, inquiens, „ *erit vobis dies, & vexabitis animas ve- „ ſtras, & omnis anima, quæ vexata non fue- „ rit in illa die, exterminabitur à populo tuo.* „ Certè in Evangelio illos dies Jejuniis de- „ terminatos putsnt, in quibus ablatus eſt „ Sponſus; & hos eſſe jam ſolos legitimos „ Jejuniorum Chriſtianorum, abolitis lega- „ libus & propheticis vetuſtatibua. Ubi „ volunt enim, agnoſcunt quid ſapiant, „ *Lex & Prophetæ uſque ad Joannem*. Ita- „ que de cætero indifferenter Jejunandum „ ex arbitrio, non ex imperio novæ diſci- „ plinæ, pro temporibus, & cauſis uniuſcu- „ juſque. Sic & Apoſtoloa obſervaſſe, nul- „ lum aliud imponentes jugum certorum, „ & in commune omnibua obeundorum Je- „ juniorum. „ *Hæc Tertullianus*. Aperit ergo Catholicorum Sententiam, eamque talem fuiſſe aſſerit, antepaſchale dumtaxat Jejunium, nimirùm quadrageſimale de præcepto obſervandum, cætera verò ex arbitrio, quia ſic ab Apoſtolis ſervatum ex traditione acceperant.

224. Non tamen ſolum antepaſchale Jejunium ſervabant, alia quoque habebant Jejunia Catholici, & in praxi ſervabant, ſed non tanquam præcepta, ut liberè dumtaxat ſuſcepta. Idem Tertullianua hoc indicat cap. 13. ubi ad hominem arguena adversùs Catholicos ait: „ Ecce ego convenio vos, „ & præter Paſcha Jejunantes, citra illos „ dies, quibua ablatua eſt Sponſus, & Sta- „ tionum Semijejunia interponentes, & ve- „ rò interdum, pane & aquà victitantes, „ ut cuique viſum eſt. „ Et vult dicere, cur vos Catholici noſtra contenditia Jejunia, cùm & vos præter Antepaſchale Jejunium, alia quoque obſervatis, in Stationum præcipuè diebus, aliiſque, etiam in pane, & aquà victitantea? Id quod in noa reprehenditis, vos quoque cuſtoditis. Sed & ipſe Tertullianus, refert quæ tunc temporia Catholici reſpondebant, inquiens: „ Denique reſpon- „ detis hæc ex arbitrio agenda, non ex im- „ perio. Moviſtis igitur gradum, exceden- „ do Traditionem, cùm quæ non ſint con- „ ſtituta obitis: Quale eſt autem, ut tuo „ arbitrio permittas, quòd imperio Dei non „ das? Plus humanæ licebit voluntati, quàm „ Divinæ poteſtati? Ego me ſæculo, non „ Deo liberum memini. „ *Hæc Tertullianus*. Et in hoc erat ipſe hæreticus Montaniſta, quòd vellet Montsni Jejunia de neceſſitate ſervanda, ut à Deo præcepta, & per ipſum Montanum, tanquam per alterum Apoſtolum, vel Dei prophetam, indicta.

225. Hujus hæreſis occaſione anſam arripuerunt Proteſtantes, novique Evangelici calumniandi Eccleſiam Catholico-Romanam, quaſi in doctrina de Jejuniia, Montaniſtarum placita reaſſumpſerit. Kemnitiua inter primarioa, in Exam. Concilii Tridentini par. 4. pag. 784. hanc calumniam primùm excogitavit. Babelius inde in Antiquit. Sæcul. 2. pag. 395. poſtea Dallæus in libro de Jejuniia. Quibua plauſum facit Ittigiua in ſua de Hæreſiarchia Diſſertat. ſect. 2. cap. 13. num. 14. ubi ait: „ Videant modò Pontificii, „ quomodo doctrinæ ſuæ de Jejuniia cum „ Montaniſtarum doctrina conſenſum, & „ harmoniam declinare poſſint. Tentavit id „ jam pridem Bellarminus tom. 4. controv. „ de Bonis operibus in particulari lib. 2. „ cap. 9. Tentaverunt & alii, & in his Na- „ talis Alexand. Sæcul. 2. diſſert. 4. Ægrè

„ certè

„ certè effugient, ſi attentè legant, quæ „ Kemnicius in Exam. Concil. Trid. par. 4. „ pag. 784. Babelius in Antiquit. Sæcul. 2. „ pag. 395. & ſeqq. & alii de hoc Pontifi- „ ciorum cum Montaniſtis conſenſu obſer- „ varunt.

226. Deinde refert, quæ Dallæus hac in re dixerat, ſubjungens: „ Unicum ex Dallæo „ nunc annotare placet, nempè tantam eſſe „ inter Pontificios, & Montaniſtas in do- „ ctrina de Jejuniis harmoniam, ut Mar- „ tinus Pereſius ſibi perſuaſerit Tertullia- „ num in libro de Jejuniis Catholicam do- „ ctrinam propugnare, Pſychicos autem, „ contra quos diſputat Tertullianus hæreti- „ cos eſſe Lutheranis ſimiles. Scribit enim „ de Tradit. par. 3. de Jejun. pag. 263. *Er-* „ *ror fuit olim Pſychicorum, ideſt, anima-* „ *lium hominum, qui Jejuniorum præſcri-* „ *ptiones damnabant, dicentes ſuo arbitrio* „ *relinquendos eſſe homines in Jejuniis, quos* „ *Tertullianus damnat, & efficaciter convin-* „ *cit in Tractatu, quem edidit contra eos,* „ *ſatis Eccleſiaſtico, & erudito.* „ Addit poſtea, hunc Pſychichorum errorem Aerianos primùm ſecutos, & poſtea Lutheranos. *Nos verò Pereſii*, Dallæi & ſi non Lutherani verbis uti liceat, *iſtos Pſychicos libenter amplectimur, neque nos de horum Sanguine prognatos eſſe pudet, ac pœnitet. Noſtri illi ſunt fatemur.* (Simul enim cum Pereſio Turrianum alloquitur) *in tota hac cauſa Tertulliani clientes, & illius quem defendit Paracleti proles ac fœtura eſtote, nos vobis hanc gloriam non invidemus.* Hæc apud Ittigium loc. cit.

227. Præcipuè verò Dallæi rationes ſunt quæ ab ipſo afferuntur lib. 2. de Jejuniis cap. 3. ubi ex profeſſo probat Jejunium Catholicorum eſſe prorſus affine Jejuniis Montaniſtarum: nam quemadmodum Montaniſtæ diverſa Jejunia ſibi propria, Divinitus non præcepta, certis ſtatutis temporibus cuſtodiebant: Sic & Catholici Romani plura certa Jejunia, quæ Deus nunquam præceperat, ſtatis diebus ſervant: Et eo pacto, quo Montaniſtæ ex nova Spiritus Sancti revelatione per Montanum ad certa Jejunia ſe teneri affirmabant; ſic & Eccleſia Romana, Jejunia, quæ minimè in Scriptura reperiuntur, ſervari mandat, veluti à Spiritu Sancto indicta, vel per Apoſtolos, vel per ipſos Romanos Pontifices. Item ſicut Montaniſtæ olim ſuas, præter Jejunia, habebant Xeropbagias, ſic Romani hodie ſuam habent Icthyophagiam, & certis adſtrictam temporibus, & ex inviolabili lege omnibus incumbentem. *Ita arguit Dallæus.*

228. Deindè oſtendit, ſivè conatur oſtendere, quòd eo pacto quo olim Catholici urgebant Montaniſtas, Calviniſtæ meritò urgere poſſunt Romanos. Etenim, ut tradit Tertullianus in libro de Jejunio, Catholici obiiciebant in Jejuniorum cauſa à Chriſto abolitas legales, & propheticas vetuſtates, ſicque & morem illum Judaicum, quo certi dies Jejunandi ex inviolabili præcepto apud Sinagogam cuſtodiebantur; & ita Apoſtolos obſervaſſe nullum aliud imponentes jugum certorum Jejniorum: Subjungentes conſtituta eſſe ſolemnia fidei Scripturis, vel majorum traditione, nihilque obſervationis ampliùs adiiciendum ob illicitum innovationis. Quæ omnia, ait Dallæus, optimè Calviniſtæ iu Romanos retundunt.

229. Porrò, proſequitur Dallæus, Catholici urgebant in Montaniſtas illud Iſaiæ, in ſtata eorum Jejunia: *non tale Jejunium elegit Dominus*, ideſt, non abſtinentiam cibi, ſed opera juſtitiæ: & quòd Dominus in Evangelio ad auferendam omnem ſcrupuloſitatem, compendio reſponderit, non his coinquinari hominem quæ in os inferuntur, ſed quæ ex ore procedunt: Apoſtolum etiam docuiſſe, quòd eſca nos Deo non commendet, neque abundantes ſi edamus, neque deficientes ſi non edamus. Et inſuper abſtinentiam à carnibus, & certis cibis Catholici reprehendebant in Montaniſtis, veluti officium Ethnicæ ſuperſtitioni proximum; quales caſtimoniæ, quibus Apim, Iſidem, & Magnam Matrem certorum eduliorum exceptione purificabant. Obiiciebant quoque, fidem liberam in Chriſto, nè Judaicæ quidem legi abſtinentiam quorundam ciborum debere, & proinde multò minus Montaniſticæ, aut illi omninò humanæ. Et hæc etiam, ait Dallæus, militant adversùs hodiernum Romanum Jejunium.

230. Denique refert idem Tertulllanus, ſubjungit Dallæus, Catholicos objeciſſe Pauli verba deteſtantis eos, qui nubere prohibent, & abſtinere à cibis docent: & illam Pauli ad Galatas reprehenſionem contra temporum diſcrimina à Galatis obſervata, dierumque diſtinctiones, illis ſimiles dijudicantes Montaniſtas, qui certos & ſtatos dies cùm Xerophagiarum, tùm Jejuniorum obſervabant. Quæ omnia, concludit Dallæus, pugnant adversùs certos dies, & ſtata Jejuniorum tempora hodiernorum Romanorum.

231. At non rectè ratiocinatur Dallæus: nam ætate Tertulliani Eccleſia Catholica Romana ſua adhuc habebat certa & ſtata Jejunia, à Catholicis tunc temporis obſervata, adversùs quos ipſe Tertullianus librum ſcripſit de Jejunio. Neque Catholici reprehendebant Montaniſtas quòd haberent certa & ſtata Jejunia, ſed quòd haberent propria: Sic Tertullianus in eodem libro cap. 1. ait: *Arguunt nos, quod Jejunia propria cuſtodiamus.* Nec ex eo præciſè quòd propria haberent, ſed quia ex imperio novæ diſciplinæ Montani, ex præcepto ſervanda volebant: Catholici verò præter Jejunia ab Eccleſia præcepta, & ex Apoſtolica derivata tra-

traditione, ex arbitrio tantùm, & non ex novæ diſciplinæ imperio, Jejunandum pronunciabant. Ita idem Tertullianus innuit cap. 2. *Certè in Evangelio*, inquit, *illos dies Jejuniis determinatos putant, quibus ablatus eſt Sponſus: & hos eſſe jam ſolos legitimos Jejuniorum Chriſtianorum, abolitis legalibus, & propheticis vetuſtatibus*. Per quæ verba palàm oſtendit Catholicos habuiſſe ſua certa Jejunia, præcipuè Antepaſchale. Subiungit inde: *Itaque de cætero indifferenter jejunandum ex arbitrio, non ex imperio novæ diſciplinæ*. In hoc enim reprehendebant Montaniſtas quòd præter Jejunia recepta in Eccleſia, ex imperio novæ diſciplinæ, præceperit Montanus alia quoque plura ſervanda: cùm non præcepta ab Eccleſia Jejunia, ex ſolo arbitrio ſervari poſſint.

232. Deindè Catholici præter antepaſchale Jejunium, alia quoque ſervabant, ut idem Tertullianus refert cap. 13. ubi ad hominem arguit adverſùs Catholicos, quòd etiam ipſi præter Paſchale Jejunium, alia quoque haberent, & ſervarent etiam in pane & aqua: & quia Catholici dicebant, quædam ex arbitrio fuiſſe ſervata, non ex præcepto, ſubjungit Tertullianus: *Movistis igitur gradum, excedendo Traditionem, cùm quæ non ſint conſtituta obitis*. Quæ ratio nullius eſt momenti, quia ex communi omnium Patrum doctrina, poteſt quilibet fidelis ex ſua libertate Jejunare etiam omni die. *Quale eſt autem, ut tuo arbitrio permittas, quòd imperio Dei non das? Plus humanæ licebit voluntati, quàm Divinæ poteſtati?* minus urget, quia nullus Catholicus aliquando docuit plus ſibi licere, quàm Divinæ poteſtati. Non enim Catholici quos redarguit Tertullianus, aſſerebant non teneri ad Jejunia Divinitus præcepta, & poſſe quemlibet ex ſua libertate ſolùm Jejunare, ut videtur voluiſſe Tertullianus: fatebantur utique Divinitus præcepta Jejunia eſſe cuſtodienda, ſed Jejunia à Montano introducta non fuiſſe Divinitus præcepta, neque Montanum poteſtatem ullam habuiſſe obligandi fideles ad certa Jejunia. Tertullianus porrò Montaniſta jam, adhærens Montani pſeudoprophetiæ, credebat à Montano indicta Jejunia eſſe Divinitus præcepta, utpote à Spiritu Sancto per os Montani promulgata, ideo dicit: *Quale eſt autem, ut tuo arbitrio permittas, quod Imperio Dei non das? Plus humanæ licebit voluntati, quàm Divinæ poteſtati?* Et in hoc, ut etiam ſupra adnotavimus hæreticus fuerat Tertullianus. Patet ergo diſcrimen inter Montaniſtarum, & Catholicorum Jejunia.

233. Porrò quæ Catholici urgebant adverſùs Montaniſtas propter eorum Jejunia, non rectè retorqueri poſſunt adverſùs Catholico-Romanos. Nos enim habemus certa & ſtata Jejunia, vel ex Apoſtolica, vel Patrum traditione recepta, vel ab Eccleſia, & Eccleſiæ Præſulibus, & Summo Pontifice, præcepta, vel in Conciliis generalibus ſancita. Illa enim de præcepto obſervamus, quia Eccleſia habet jus obligandi fideles ad certa Jejunia, accepta poteſtate à Chriſto Domino. Montanus nullam poteſtatem habuit indicendi nova Jejunia, contra conſenſum univerſalis Eccleſiæ, proinde ſuperſtitionem Jejunia Montaniſtarum ſapiebant, adverſabanturque Apoſtolicis ſententiis, & ideò meritò reprehendebantur, quòd Galatizaſſent, Judaizaſſent, & cum hæreticis præcipientibus abſtinere à cibis, ſentirent. Poſſem plura hic adnotare, ſed quia paratum habeo prælo dandum ſpeciale de Eccleſiaſtico Jejunio opus, ubi hæc materia diffuſiſſimè examinatur, ideò hìc ſatis.

234. Hoc unum adnotare non deſinam, propter ea, quæ aſſert Ittigius ex Dallæo de Martino Pereſio Epiſcopo Guidixienſi, qui de Divinis, Apoſtolicis, atque Eccleſiaſticis Traditionibus par. 3. pag. 263. tribuit Lutheranis, quæ Pſychicis circa Jejunia adſcripſerat Tertullianus, nimirum, Pereſium hallucinatum fuiſſe, minimè obſervando, Pſychicos illos adverſùm quos Tertullianus ſcripſit, fuiſſe tunc temporis Catholicos, non hæreticos ſic appellatos, neque librùm de Jejunio editum à Tertulliano Catholico, ſed à Tertulliano jam Montaniſta. Illi verò Catholici qui Montaniſtis, & Tertulliano contradicebant, non omnia Jejunia libera eſſe volebant, & Pereſius eos cum Lutheranis comparat, qui omnia Jejunia eſſe ex arbitrio ſervanda contendunt. Non rectè ergo Pereſius Pſychicos, quos Tertullianus arguit, comparat cum Lutherania: erravit enim errore craſſo, & non eſt unde gloriari poſſit Dallæus, ni ſicut in ſuia, ita & in alienis velit gloriari erroribus.

COMMENTARIUS

In Hæreſim V.

235. IN *Eccleſia non eſſe poteſtatem*) Hujus erroris patronos extitiſſe Cataphryges, ſive Montaniſtas, quamvis poſtea & alii eundem tutati fuerint, Auctor eſt Pacianus in Epiſt. 1. ad Sympronianum, ubi erga initium ait: Quis ergo mihi primùm per literas ſalutandus eſt? *Ipſa ſi voles nomina omnium charta non capiet; niſi quòd ſcriptis tuis, pœnitentiam uſquequaque damnantibus, ſecundùm Phrygas te aſſenſiſſe pronuncias*. Tertullianus & huic adhæſit errori, dum Montaniſtis ſe ſociaverat: nam quouſquè inter degit Catholicos, nemini per pœnitentiam veniam negavit, ſcripſitque de pœnitentia librum, in quo ad agendam pœnitentiam plu-

plurimùm hortatur, & pro quovis delicto
parata m pœnitentibua veniam teſtatur: unde
cap. 4. ejuſdem de pœnit. lib. ait: „ Omni-
„ bua ergo delictia, ſeu carne, ſeu ſpiritu,
„ ſeu facto, ſeu volnntate commiſſia, qui
„ pœnam per judicium deſtlnavit, idem &
„ veniam per pœnitentiam ſpopondit, di-
„ cena ad populum: *Pœnitere & ſalvam*
„ *faciam te*. Et iterum. *Vivo*, inquit, *Do-*
„ *minus*, *& pœnitentiam malo, quàm mortem.*
„ Ergo pœnitentia vita eſt, quum præpo-
„ nitur morti. Eam tu peccator, mei ſimi-
„ lis (imò me minor; ego enim præſtan-
„ tiam in delictia meam agnoſco) ita inva-
„ de, ita amplexare, ut naufragua alicujus
„ tabulæ fidem. Hæc te peccatorum flucti-
„ bua merſum perlevabit, & in portum Di-
„ vinæ clementiæ protelabit. „ *Hæc Tertul-*
lianus Catholicus.

236. Mutavit indè ſententiam, mutatâ
Societate, effectna Montaniſta, cum Mon-
tano ſentiens ſibi ipſi contradixit, revocana
in libro de Pudicitia, quæ ſtabilierat in li-
bro de Pœnitentia, cujua rei admiratua
S. Hieronymua in Epiſtola ad Damaſum de
Filio Prodigo, ait: „ Unde vehementer ad-
„ miror Tertullianum in eo libro, quem de
„ Pudicitia adversùm pœnitentiam ſcripſit,
„ & Sententiam veterem, novâ opinione
„ diſſolvit, hoc voluiſſe ſentire, quòd Pu-
„ blicani, & peccatorea, qui cum Domino
„ veſcebantur, Ethnici fuerint. „ *Hæc Hie-*
ronymus. Sed ipſemet Tertullianus poſt ini-
tium præfati libri profitetur ſe mutaſſe ſen-
tentiam: nec proindè de levitate reprehen-
dendum, utpotè correcto priore errore, in
meliorem, ſaniorem, immò in omninò ve-
ram mntatum ſententiam: „ Erit igitur,
„ *ait cap. 1.*, & hic adversùs Pſychicos ti-
„ tulus, adversùa meæ quoque ſententiæ
„ retrò penes illos ſocietatem, quò magia
„ hoc mihi in notam levitatia objectent.
„ Nunqnam ſocietatis repudium delicti præ-
„ judicium eſt: quaſi non faciliùa ſit errare
„ cum pluribua, quando veritas cum paucia
„ ametur. At enim me non magia dedeco-
„ rabit utilia levitaa, quam ornavit nocens.
„ Non ſuffundar errore, quo carui, quia
„ caruiſſe delector, quia meliorem me, &
„ pudiciorem recognoſco. Nemo proficiens
„ erubeſcit.

237. Non tamen omnem poteſtatem Ec-
cleſiæ abſtulit, nè ex conſequenti omninò
pœnitentiam totiea in Scripturis incnlcatam
denegare cogeretur: Itaque vult certa pec-
cata poſſe ab Eccleſia utique dimitti, non
tamen omnia, eſſeque aliqua quæ remitti per
Eccleſiæ claves minimè poſſunt, quam di-
ſtinctionem exhibet ad finem cap. a. inquiens:
„ Porrò & auctoritas Scripturæ in ſuis ter-
„ minia ſtabit ſine alterutra oppoſitione, &
„ pœnitentiæ ſubſidium ſuia conditionibus
„ determinatur ſine paſſiva conceſſione, &
„ ipſæ priùs cauſæ ejus diſtinguuntur ſine
„ confuſa propoſitione. Cauſas pœnitentiæ
„ delicta condicimus. Hæc dividimus in
„ duos exitua. Alia erunt remiſſibilia, alia
„ irremiſſibilia. Secundùm quod nemini du-
„ bium eſt, alia caſtigationem mereri, alia
„ damnationem. Omne delictum, aut ve-
„ nia expungit, aut pœna: venia, ex ca-
„ ſtigatione; pœna ex damnatione. *Et paulò*
„ *poſt ſubjungit*: Secundùm hanc differen-
„ tiam delictorum, pœnitentiæ quoque con-
„ ditio diſcriminatur. Alia erit, quæ ve-
„ niam conſequi poſſit, in delicto ſcilicet
„ remiſſibili. Alia, quæ conſequi nullo mo-
„ do poſſit, in delicto ſcilicet inremiſſi-
„ bili.

238. Inter verò delicta inremiſſibilia mæ-
chiam, & fornicationem adnumerat, unde
cap. 1. adversùs Romanum Pontificem huic
errori adverſantem, declamat, inquiens:
„ Audio etiam edictum eſſe propoſitum, &
„ quidem peremptorium, Pontifex ſcilicet
„ Maximus, Epiſcopus Epiſcoporum dicit:
„ *Ego & mæchiæ, & fornicationis delicta*
„ *pœnitentiâ functis dimitto*. O' Edictum,
„ cui adſcribi non poterit bonus fructna.
„ Et ubi proponetur liberalitas iſta? Ibidem
„ opinor in ipſia libidinum Januis, ſub ipſiua
„ libidinum titulis. Illic ejnſmodi pœni-
„ tentia promulganda eſt, ubi delinquentia
„ ipſa verſabitur. Illic legenda eſt venia,
„ quò cum ſpe ejus intrabitur. Sed hoc in
„ Eccleſia legitur, & in Eccleſia pronun-
„ ciatur, & Virgo eſt: Abſit, abſit à Spon-
„ ſa Chriſti tale præconium: Illa quæ Vera
„ eſt, quæ Pudica, quæ Sancta, carebit
„ etiam aurinm maculâ. Non habet, qui-
„ bua hoc repromittat; & ſi habuerit non
„ repromittit: quoniam & terrenum Dei
„ Templum citiùs Spelunca Latronum ap-
„ pellari potuit à Domino, quàm mæcho-
„ rum, & fornicationia.

239. Cæterum Tertulliani genuina Sen-
tentia eſt, ſola leviora peccata per Eccleſiæ
Claves dimitti poſſe, graviora nequaquam,
cujus generis ſunt præter mæchiam, & for-
nicationem, cætera mortalia: Hæc quidem
à ſolo Deo conſtanter dimitti fatetur, nec
hnjuſmodi poteſtatem à Deo Eccleſiæ con-
ceſſam vult. Etenim cap. 3. Catholicis
obiicientibus: *Porrò fruſtra agetur pœniten-*
tia, ſi caret veniâ; omnis autem pœnitentia
agenda eſt: ergo omnis veniam conſequatur,
ne fruſtra agatur, quia non erit agenda, ſi
fruſtra agatur. Porrò fruſtra agitur, ſi ve-
niâ carebit. Hæc Catholici, quibua Tertul-
lianus occurrit, inqniens: „ Meritò ita op-
„ ponunt, qnoniam hujua quoque pœniten-
„ tiæ fructum, idest, veniam in ſua pote-
„ ſtate uſurpaverunt. Quantùm enim ad
„ illos, à quibns pacem humanam conſe-
„ quitnr: quantùm antem ad nos, qui ſo-
„ lum Dominum meminimus delicta conce-
dere,

„ dere, & utique mortalia, non fruſtra age-
„ tur. Ad Dominum enim remiſſa, & illi
„ exinde proſtrats, boe ipſo msgis opera-
„ bitur venism, quòd eam à ſolo Deo exo-
„ rst, quòd delicto ſuo humanam pacem
„ ſufficere non credit, quòd Eccleſiæ msvult
„ erubeſcere quàm communicsre.

240. Porrò iiſdem Catholicis obiicienti-
bus cap. 18. *Adimi qnidem peccatoribus, vel*
maximè carne pollntis communicationem, ſed
ad præſens, reſtituendam ſcilicet ex pœniten-
tiæ ambitu, ſecundùm illam clementiam Dei,
quæ mavult peccatoris pœnitentiam, qnàm
mortem. Reſpondit Tertullianus: „ Dicimus
„ itaque clementiæ Divinæ, ſi ita eſſe com-
„ petiſſet demonſtrationem ſui etiam poſt
„ fidem lapſis, ita Apoſtolus diceret: *noli-*
„ *te communicare operibus tenebrarum*, niſi
„ pœnitentiam egerint: *Et cum talibus nè*
„ *cibum quidem ſumere*: niſi poſteaquam ca-
„ ligas fratrum, volutando deterſerint. *Et*,
„ *qui templum Dei vitiaverit, vitiabit illum*
„ *Deus*, niſi omnium focorum cineres in
„ Eccleſia de cspite ſuo excuſſerit. Debue-
„ rat enim quæ damnsverat proindè deter-
„ minaſſe, quonam uſque, & ſub conditio-
„ ne damnaſſet; ſi temporali, & non per-
„ petuâ ſeveritate damnaſſet. *& in fine con-*
„ *cludit*. Quòd ſi clementiam Dei igno-
„ rantibus, adhuc, & infidelibus competit,
„ utique & pœnitentia ad ſe clementiam
„ invitat, ſalvâ illâ pœnitentiæ ſpecie poſt
„ fidem, quæ aut levioribus delictis veniam
„ ab Epiſcopo conſequi poterit, aut majo-
„ ribus, & irremiſſibilibus à Deo ſolo.

241. Inſuper ſub cap. 21. ſolius Dei eſſe
dicit peccata dimittere, Apoſtolos verò, ſi
qui graviora delicta remiſerint, non ex Ec-
cleſiæ diſciplina, ſed ſpeciali diſpenſatione,
dimiſiſſe, quemadmodum & mortuos ſuſci-
taſſe compertum eſt: „ Quis enim, *ait*, di-
„ mittit delicta, niſi ſolus Deus? & utique
„ mortalia, quæ in ipſum fuerint sdmiſſs,
„ & in templum ejus. Nam tibi, quæ in te
„ reatum habeant, etiam ſeptuagies ſepties
„ jnberis indulgere in perſona Petri. Itaque
„ ſi & ipſos Beatos Apoſtolos tale aliquid
„ indulſiſſe conſtaret, cujus venia à Deo,
„ non sb homine competeret, non ex diſci-
„ plina, ſed ex poteſtate feciſſe. Nam &
„ mortuos ſuſcitsverunt, quod Deus ſolus:
„ & debiles redintegraverunt, quòd nemo
„ niſi Chriſtus: immò & plagas inflixerunt,
„ quod noluit Chriſtus. *Et Paulò poſt*.
„ Exhibe igitur, & nunc mibi, Apoſtolice,
„ prophetica exempla, & agnoſcam Divi-
„ nitatem, & vindica tibi delictorum ejuſ-
„ modi remittendorum poteſtatem, quòd ſi
„ diſciplinæ ſolius officia ſortitus es, nec im-
„ perio præſidere, ſed miniſterio, quis aut
„ quantus es indulgere? qui neque Prophe-
„ tsm, nec Apoſtolum exhibens, cares eâ
„ virtute, cujus eſt indulgere.

242. Dicentibus Catholieis Eccleſiam
habere poteſtatem delicta donandi, propter
verba Salvstoris Petro. *Tibi dabo claves re-*
gni cælorum quæcumque alligaveris, vel ſol-
veris in terra, erunt alligata, & ſoluta in
cælis. Reſpondit non eſſe ad Eccleſiam tra-
hendum, quod ſoli Petro conceſſum eſt: „ Id
„ circò, *inquit eodem cap.* 21. præſumis &
„ ad te derivsſſe ſolvendi, & alligsndi po-
„ teſtatem, ideſt, ad omnem Eccleſiam Pe-
„ tri propinquam: Qualis es evertens, atque
„ commutans msnifeſtsm Domini intentio-
„ nem perſonaliter hoc Petro conſerentem.
„ *Super te*, inquit, *ædificabo Eccleſiam*
„ *meam*. Et, *dabo tibi claves*. Non Eccle-
„ ſiæ. Et: *quæcumque ſolveris, vel alliga-*
„ *veris*: non, *quæ ſolverint, vel alligave-*
„ *rint*. Sie enim & exitus docet. In ipſo
„ Eccleſia extructa eſt, ideſt per ipſum,
„ ipſe clavem imbuit: vides quam? *Viri*
„ *Iſraelitæ, auribus mandate, quæ dico:*
„ *Jeſum Nazarennm virum à Deo vobis de-*
„ *ſtinatum*, & reliqua. Ipſe denique pri-
„ mus in Chriſti Bsptiſmo reſeravit aditum
„ cœleſtis Regni quo ſolvuntur alligata re-
„ trò delicta, & alligantur, quæ non fue-
„ rint ſoluts, ſecundùm veram ſalutem, &
„ Ananiam vinxit vinculo mortis, & debi-
„ lem pedibus abſolvit vitio valetudinis.
Ita Tertullianus latam parsns viam recen-
tioribus hæreticis negantibus Petri poteſta-
tem in Succeſſores transfuſam, explicanti-
bus quemsdmodum Tertullianus Chriſti Do-
mini verba ſupra allegata.

243. Denique diſtinguit ibidem peccata
in Deum, & peccsta in proximum, aſſerens
conceſſam fuiſſe poteſtatem dimittendi pec-
cata in proximum, peccantes nimirùm in
proximum ſolvendi, minimè peccantes in
Deum: „ Adeo nihil, *ait*, ad delicts fide-
„ lium capitalis poteſtas ſolvendi, & alli-
„ gandi emancipata. Cui ſi præceperat Do-
„ minus etiam ſeptusgies ſepties delinquen-
„ ti in eum fratri indulgere, utique nihil
„ poſtea slligare, ideſt retinere mandaſſet,
„ niſi forte es, quæ in Dominum, non in
„ fratrem quis admiſerit: Præjudicatur enim
„ non dimittends in Deum delicta, quum
„ in hominem admiſſa donsntur. „ *Hæc de*
Tertulliani ſeutentia. Sed multa alia proſert
in eodem libro ut ſuum Montaniſtieum con-
ſtabiliat errorem.

244. Ut porrò nihil remaneret, quòd
ſuæ adverſsretur ſeutentiæ, diffamat librum
Paſtoris, quia in eo concedit lapſis poſt Ba-
ptiſmum veniam: Etenim lib. 2. Mandat. 4.
cap. 3. Sic Hermss Paſtor loquitur: „ Illis
„ enim qui vocsti ſunt ante hos dies, po-
„ ſuit Dominus pœnitentiam. Quoniam co-
„ gitationes præcordiorum novit Deus, &
„ ſcit infirmitstem hominum, & multipli-
„ cem nequitiam Diaboli, quâ molitur ali-
„ quid ſiniſtri Servis Dei, & malignè in-

„ ſidia-

„ fidiatur illis. Miſericors ergo Dominus, miſertus eſt figmenti ſui. Et poſuit pœnitentiam iſtam, & poteſtatem pœnitentiæ hujus mihi dedit. „ *Hæc Paſtor*. Cùm verò Tertullianus premi ſe videret hoc teſtimonio, calamum acuit adversùs Paſtoris ſcripta, quæ ut Apocrypha omninò reiicienda declamat lib. de Pudicitia cap. 10. inquiens: „ Deus bonus eſt: Suis, non Ethnicis ſinum ſubiicit: Secunda te pœnitentia excipiet: eris iterum de mæcho Chriſtianus. Hæc tu mihi, benigniſſime Dei interpres. Sed cederem tibi, ſi ſcriptura Paſtoris, quæ ſola mæchos amat, Divino inſtrumento meruiſſet incidi; ſi non ab omni Concilio Eccleſiarum, etiam veſtrarum inter Apocrypha & falſa, judicaretur adultera & ipſa, & inde patrona ſociorum; à qua & alias initiaris, cui ille ſi forte patrocinabitur Paſtor, quem in calice depingis (proſtitutorem & ipſum) Chriſtiani Sacramenti, merito & ebrietatis idolum, & mæchiæ aſylum poſt calicem ſubſecutura, de quo nihil libentius bibas, quàm ovem pœnitentiæ ſecundæ. At ego ejus Paſtoris ſcripturam haurio, qui non poteſt frangi. „ Hactenus Tertullianus adversùs Paſtoris librum; de quo dum inter Catholicos verſaretur, aliter fuerat loquutus, ut liquet ex lib. de Oratione cap. 12.

245. Cæterum fuerunt alii in Africa ætate S. Cypriani, qui graviorum criminum reis veniam denegabant, quorum meminit idem S. Cyprianus in Epiſt. 55. novæ edit. ad Antonianum data, ubi tradit quoſdam Africanos Epiſcopos anteceſſores ſuos, dandam pacem mæchis non putaviſſe, & pœnitentiæ locum contra adulteria in totum clauſiſſe: non quidem ex eo quòd cum Montaniſtis, & Tertulliano crederent non eſſe in Eccleſia poteſtatem clavium, ſed magis ex rigore diſciplinæ: „ Et quidem, *ait Cyprianus*, apud anteceſſores noſtros, quidam de Epiſcopis iſtic in Provincia noſtra dandam pacem mæchis non putaverunt: & in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauſerunt; non tamen à Coepiſcoporum ſuorum collegio receſſerunt, aut Catholicæ Eccleſiæ unitatem vel duritiæ, vel cenſuræ ſuæ obſtinatione ruperunt; ut quia apud alios adulteris pax dabatur, qui non dabat de Eccleſia ſepararetur. Manente concordiæ vinculo, & perſeverante Catholicæ Eccleſiæ individuo Sacramento, actum ſuum diſponit, & dirigit unuſquiſque Epiſcopus, rationem propoſiti ſui Domino redditurus.

246. Certè ſi ex dogmate, quia putaſſent non adeſſe hanc in Eccleſia poteſtatem, dandam nimirum pacem mæchis, ut contendebat Tertullianus, & non ex folius diſciplinæ rigore, pacem cum aliis, & concordiam non ſervaſſent; Rectè S. Auguſtinus in Epiſtola 50. notat ex rigore diſciplinæ hoc accidiſſe: nam in fine ejuſdem Epiſtolæ ſcribit: „ Ut enim conſtitueretur in Eccleſia, ne quiſquam poſt alicujus criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non deſperatione indulgentiæ, ſed rigore factum eſt diſciplinæ. Alioquin contra claves datas Eccleſiæ diſputabitur, de quibus dictum eſt: *Quæ ſolveritis in terra, ſoluta erunt in Cœlo*. Sed ne forſitan etiam de cæteris criminibus ſpe honoris Eccleſiaſtici animus intumeſcens ſuperbè ageret pœnitentiam, nemo ſit Clericus, vel deſperatione temporalis altitudinis medicina major, & verior eſſet humilitatis. „ *Hæc Auguſtinus*.

247. Miratur porrò Cyprianus in eadem ad Antonianum Epiſtola, quoſdam adeò obſtinatos fuiſſe, ut pacem omninò denegandam lapſis putarent: „ Miror autem, *ait*, quoſdam ſic obſtinatos eſſe ut, aut dandam non putent lapſis pœnitentiam, aut pœnitentibus exiſtiment veniam denegandam, cùm ſcriptum ſit: Memento unde cecideris, & age pœnitentiam, & fac priora opera. Quòd utique ei dicitur, quem conſtat cecidiſſe, quem Dominus hortatur per opera rurſus exurgere: quia ſcriptum eſt: *Eleemoſyna à morte liberat*: & non utique ab illa morte, quam ſemel Chriſti Sanguis extinxit, & à qua nos ſalutaris Baptiſmi, & Redemptoris noſtri gratia liberavit, ſed ab ea, quæ per delicta poſtmodum ſerpit.

248. Deinde proſequitur pluribus ſcripturis probare dandum eſſe lapſis pœnitentiæ locum, inquiens: „ Alio item loco pœnitentiæ tempus datur, & pœnitentiam non agenti Dominus comminatur. *Habeo*, inquit, *adversùs te multa, quòd uxorem tuam Jeſabel, quæ ſe dicit propbetem, ſinis docere, & ſeducere ſervos meos, fornicari, & manducare de Sacrificiis, & dedi illi tempus, ut pœnitentiam ageret, & pœnitere non vult à fornicatione. Ecce mitto eam in lectum, & qui cum ea fornicati ſunt, in maximam tribulationem, niſi pœnitentiam fecerint ab operibus ſuis*. Quos utique ad pœnitentiam Dominus non hortaretur, niſi quia pœnitentibus indulgentiam pollicetur. Et in Evangelio: *Dico*, inquit, *vobis, ſic erit gaudium in Cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta novem juſtis, quibus non eſt opus pœnitentiâ*. Nam cùm ſcriptum ſit: *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum*: utique qui neminem vult perire, cupit peccatores pœnitentiam agere, & per pœnitentiam denuò ad vitam redire.

249. Porrò in eadem pariter Epiſtola,

pro-

Digitized by Google

propter eos, qui aſſerebant, Martyres deſuturos in Eccleſia, ſi lapſis tam facilis concederetur venia, probat Cyprianus falſum hoc eſſe, immò à paritate oſtendit non deſuturos, quemadmodum non deficit in Eccleſia Virginitas, etſi mæchis concedatur venia. Supponit jam Eccleſiæ diſciplinam firmatam contra errorem Tertulliani, de danda venia mæchis, & quis in Africa controverſia non modica excitata fuerat adversùs lapſos in Idolatriam, an nimirum eis danda eſſet venia, ut nos ſuo loco diffusè, negantibus plurimis, quia aliàs Martyrio præcluderetur via, ideo Cyprianus refutans hanc opinionem ait: „ Nec putes, frater „ cariſſime, hinc aut virtutem fratrum mi„ nui, aut Martyria deficere, quod lapſis „ laxata ſit pœnitentia, & quòd pœniten„ tibus ſpes pacis oblata. Manet verè fiden„ tium robur immobile, & apud timentes „ ac diligentes corde toto Deum, ſtabilis „ & fortis perſeverat integritas. Nam & „ mæchis à nobis pœnitentiæ tempus con„ ceditur, & pax datur, non tamen idcir„ cò Virginitas in Eccleſia deficit, aut con„ tinentiæ propoſitum glorioſum per aliena „ peccata langueſcit. Floret Eccleſia tot „ Virginibus coronata, & caſtitas, ac pu„ dicitia tenorem gloriæ ſuæ ſervat, nec „ quia adultero pœnitentia, & venia laxa„ tur, continentiæ vigor frangitur. „ *Hactenus Cyprianus*.

250. Certè Tertulliano opponi poteſt Cyprianus, qui nedum in allegata Epiſtola, verùm & in aliis, potiſſimè etiam in libro de lapſis, eruditiſſimè probat concedendam eſſe lapſis cujuſvis generis pœnitentiam, pœnitentibus autem veniam, Eccleſiâ Catholicâ poteſtatem habente, non quòd credat hominem ſuâ auctoritate poſſe peccata dimittere, quia Deus utique ſolus qui peccata poteſt condonare, Eccleſiæ verò Miniſtri, & Sacerdotes, ut Dei legati, & Dei Miniſtri, poteſtate à Deo acceptâ peccata dimittunt, ratum Deo in Cœlo habente, quidquid ejus Miniſter in terris ſolvit, aut ligat, juxta Salvatoris dicta: *Quæcumque alligaveritis ſuper terram erunt alligata & in cœlis, & quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in Cœlis*. Et idem S. Cyprianus in eadem ad Antonianum Epiſtola ait: „ Neque enim præjudicamus Domino „ judicaturo, quò minus ſi pœnitentiam ple„ nam, & juſtam peccatoris invenerit, tunc „ ratum faciat quod à nobis fuerit hìc ſta„ tutum. „ Denique, cùm hæc materia diffusè examinanda ſit adversùs Novatianos, plura hic addenda non cenſui, ſatis erunt dicta pro hujus hæreſis notitia, reſervatâ adversùs eam uberiori doctrinâ juxta fidem Eccleſiæ Catholicæ, dum adversùs Novatianos eam reaſſumentes, & amplificantes, agemus, Deo ad hoc adjuvante.

COMMENTARIUS

In Hæreſim VI.

251. C*Hriſtianis non licere*). Docuiſſe hanc hæreſim Montanum, teſtatur Tertullianus in libro de fuga in fine ubi ait: „ Et ideo Paracletus neceſſarius „ deductor omnium veritatum, exhortator „ omnium tolerantiarum: quem qui recepe„ runt, neque fugere perſecutionem, neque „ redimere noverunt, habentes ipſum, qui „ pro nobis erit, ſicut locuturus in interro„ gatione, ita juvaturus in paſſione. „ *Hæc Tertullianus*, qui & ipſe ſecutus eſt eundem errorem: nam in libro de Corona Militis cap. 1. ſcribit: „ Planè ſupereſt, ut etiam „ Martyria recuſare meditentur, qui pro„ phetias ejuſdem Spiritus Sancti reſpue„ runt. Muſſitant denique, tam bonam, & „ longam pacem periclitari. Nec dubito, „ quaſdam ſcripturas emigrare, ſarcinas ex„ pedire, fugæ accingi de Civitate in Ci„ vitatem. Nullam enim aliam Evangelii „ memoriam curant. Novi & Paſtores eorum „ in pace Leones, in prælio Cervos.

252. Deinde integrum librum ſcripſit ad Fabium de Fuga in perſecutione, ubi in totum conatur oſtendere, non licere viro Chriſtiano fugam in perſecutione capere. Etenim primùm oſtendit, perſecutionem à Deo eſſe, quâ Deus ſuos electos examinat, & per quam quis aut probatus, aut reprobatus judicatur: nam totum quod agitur in perſecutione, inquit, *gloria Dei eſt probantis, & reprobantis, imponentis, & deponentis. Quod autem ad gloriam Dei pertinet, utique ex voluntate illius eveniet*. Hoc ergo longo diſcurſu firmato principio, ſub cap. 4. veluti concludens ait: „ Igitur ſi con„ ſtat, à quo perſecutio eveniat, poſſumus „ jam conſultationem tuam inducere, & de„ terminare ex hoc ipſo tractatu: Fugien„ dum in perſecutione non eſſe. Si enim per„ ſecutio à Deo evenit, nullo modò fugien„ dum erit, quod à Deo evenit.

253. Ex hoc porrò quòd à Deo ſit, probat etiam bonum eſſe, quia à Deo nonniſi bonum evenit, quòd ſi bona eſt perſecutio, „ non erit vitanda. „ Ita, *inquit*, ſi bonum „ perſecutio quoquo modo, quia de ſtatu „ conſtat, meritò definimus, quòd bonum „ eſt vitari non oportere: quia delictum ſit „ quod bonum eſt recuſare, eò amplius quod „ Deo viſum eſt. Jam verò nec poſſe vitari, „ quia à Deo evenit, cujus voluntas non po„ terit evadi. Igitur qui putant fugiendum, „ aut malum exprobrant Deo, ſi perſecutio„ nem uti malum fugiunt, bonum enim ne„ mo devitat: aut fortiores ſe Deo exiſtimant, „ qui putant ſe evadere poſſe, ſi Deus tale „ aliquid voluerit evenire.

Nec

254. Neque Deum mandare potuiſſe probat fugiendum, ſi bona eſt perſecutio, ſi quia bona eam Deus infert, nam ſi fugiendum mandaſſet, cur illam immitteret, conſultiùs eſſet eam non immittere, ſi immiſſam liceret fugâ vitari: Ait enim cap. 7. „ Si à Deo perſecutio „ eſt, quale eſt, ut idem fugiendam eam man„ det, qui & infert? quam ſi evadi vellet, „ meliùs non immitteret, nè voluntatem ſuam „ aliâ voluntate prævaricari videretur. Aut „ pati enim nos voluit perſecutionem, aut „ fugere. Si fugere, quomodo pati? Si pa„ ti, quomodo fugere? Jam verò quanta inæ„ qualitas ſententiarum jubentis fugere, & „ invitantis ad paſſionem contrariam fugæ? „ *Qui confeſſus fuerit in me, & ego confitebor* „ *in illo coram Patre meo*. Quomodo confi„ tebitur fugiens, quomodo fugiet confitens? „ *Qui me confuſus fuerit, & ego confundar* „ *eum coram Patre*. Si devito paſſionem con„ fundo confeſſionem. *Felices qui perſecutio*„ *nem paſſi fuerint causâ nominis mei*. Infeli„ ces ergo qui fugiendo ex præcepto non erunt „ paſſi. *Hæc & alia ibi Tertullianus*.

255. Inſuper & cap. 11. probat non licere Eccleſiarum Præpoſitis fugam capere dum perſecutio urget: quia *bonus Paſtor animam pro peccatoribus ponit*, & malus paſtor eſt, qui viſo lupo fugit, & pecora diripienda derelin„ quit: „ Projiciatur, *inquit*, de villa Pa„ ſtor hujuſmodi, detinebuntur illi miſſionis „ ſuæ in compenſatione, immo & de priore „ peculio ejus erigetur detrimenti Dominici „ reſtitutio: „ & poſt aliqua ex hoc, quòd non liceat Eccleſiarum Præpoſitis fugam capere in perſecutione concludit minus licere & Populo. „ Porrò, *ait*, ſi eos qui Gregi præſunt, fu„ gere, quum lupi irruunt, nec decet, im„ mò nec licet (qui enim talem Paſtorem ma„ lum pronuntiavit, utique damnavit: omne „ autem quod damnatur, illicitum factum eſt „ ſine dubio) ideo Præpoſitos Eccleſiæ in „ perſecutione fugere non oportebit. Cæte„ rum ſi Grex fugere deberet, non deberet „ Præpoſitus gregis ſtare, ſine causâ ſtatutus „ ad tutelam Gregis, quam Grex non deſide„ raret, ex licentia fugæ ſcilicet. *Hæc Tertullianus*.

256. Cæterum hæc Tertulliani, & Montaniſtica doctrina ex nova prophetia, ſive pſeudoprophetia exorta, in eo hæretica eſt, quòd velit abſolutè, & ſimpliciter nemini, quocumque in caſu, quavis in circumſtantia licere fugâ perſecutionem vitare: nam hujuſmodi doctrina ſic concepta adverſatur verbis Domini Matthæi cap. 10. verſ. 23. *Cùm autem perſequentur vos in Civitate iſta, fugite in aliam*. Et licèt hoc dictum refundi poſſit magis ad conſilium, quàm ad præceptum: nemo tamen dicere audebit, rem illicitam conſuluiſſe. Neque ſi præceptum Domini eſſet, ſiſtendum in quovis caſu, & ſub quibuſvis ſuis circumſtantiis dùm perſecutio urget, conſuleret fugam, non enim dici poteſt unum præcepiſſe alterum conſuluiſſe, ſeu oppoſitum præcepiſſe quod conſulerat. Si ergo urgente perſecutione conſulit fugam, evidens fit, aliquando licitum eſſe fugâ perſecutionem vitare.

257. Adverſatur inſuper & ipſius Chriſti exemplo, qui non ſemel fugâ perſecutionem vitaverat. In ſua infantia primùm Herodis perſecutionem fugâ declinavit, Angelo monente Joſeph, Matthæi cap. 2. ut unà cum Puero, & Matre ejus ſecederet in Ægyptum. *Accipe Puerum, & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum*. In patria quoque dum eum perdere Nazareni quærebant, fugâ ſe reremit, Lucæ cap. 4. verſ. 30. *Ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat*. Etiam dum in Templo Judæi ipſum lapidare conabantur, Joannis cap. 8. verſ. 59. ſolâ fugâ periculum vitavit: *Jeſus autem abſcondit ſe, & exivit de Templo*. At longe abeſt à vero, ut unum voluerit præcipere, alterum facere: non enim precepta contraria ſunt ipſius geſtis, verbo, & exemplo docuit: *cœpit facere, & docere*, quod ipſe fecit non prohibuit aliis ne facerent, in iis quæ ſpectant ad morum honeſtatem, & ad obſervantiam mandatorum Dei.

258. Cùm tamen urgeri poſſit Chriſti fugam non eſſe in exemplum trahendam, nam ideo aliquando fugit, & ſe abſcondit, quia nondum venerat hora ejus: ideo omiſſis Chriſti exemplis videndum quid aliquando fecerint Apoſtoli, & Diſcipuli ejus, non dum infirmi adhuc erant, ſed quando jam Spiritu Sancto repleti Evangelizabant Dominum Jeſum Chriſtum. Notiſſima eſt perſecutio illa magna Hieroſolymis excitata poſt S. Stephani Martyrium, de qua Lucas Actor. cap. 3. ſcribit: *Facta eſt autem in illa die perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Hieroſolymis*. At in ea non ſteterunt cuncti Fideles, & Diſcipuli, exceptis enim Apoſtolis cæteri fugiendo in varias regiones perſecutionem declinarunt. *Et omnes diſperſi ſunt per regiones Judææ, & Samariæ, præter Apoſtolos*, ſubjungit Lucas.

259. Sed & Paulus ſæpe Perſecutorum manus fugâ declinavit, ut idem Lucas narrat in eadem Actorum hiſtoria. Sic Damaſci dùm *conſilium fecerunt in unum Judæi ut eum interficerent*, poſitis cuſtodibus ante portas Civitatis, ut die ac nocte illas cuſtodirent, per murum à fratribus dimiſſus fugiendo ſalutem quæſivit: *Accipientes autem eum Diſcipuli ejus, per murum dimiſerunt eum, ſubmittentes in ſporta*. Id quod & ipſe enarrat ſcribens ad Corinthios Epiſt. 2. cap. 11. verſ. 32. & ſeq. Etiam Theſſalonicæ quæſitus ad necem arreptâ noctù fugâ unà cum Sila Beræam petiit, Actor. cap. 17. Et denique à Feſti tribunali Cæſarem appellavit Actor. cap. 25. verſ. 12. & 21. ut ita Judæorum vitaret inſidias. Petrus quoque vinctus in carcere, urgente Herodis perſecutione, Angelicâ adjutus virtute fugâ vitæ ſuæ conſuluit Actor. cap. 12. Si ergo non licuiſſet in perſecutione fugere, certè exemplum

ſuæ fugæ poſteris Paulus non reliquiſſet, nec quidem Petrus, nec alii Domini Diſcipuli: quòd ſi ipſi aliquando in perſecutione fugerunt, ergo licebit aliquando ſugere, ergo abſolutè, & ſimpliciter falſum eſt nunqnam licere fugere perſecutionis tempore.

260. Et hæc fnit primitivæ Eccleſiæ diſciplina, qnam nou ignoraverat ipſe Tertullianua Catholicus, qui in libro de Patientia cap. 12. hortatur ad patienter ſuſtinenda fugæ incommoda, dùm nrget perſecutio. „Quod „ de virtute animi venit, *inquit*, in carne „ perficitur: Carnis patientia in perſecutio- „ nibus denique præliatur. Si fuga urgeat, „ incommoda fugæ caro militat. Si & carcer „ præveniat, caro in vinculis, caro in ligno, „ caro in ſolo, & in illa panpertate lucis, & „ iu illa patientia Mundi. *Hæc Tertullianus*. Non ergo ad patientiam hortaretur in fuga, ſi fuga eſſet illicita: agnoverat jam Tertullianus rem malam non eſſe fugam, & proinde in ea ad patientiam hortatur: mntavit utique ſententiam, quia mutavit fidem, dum ex Catholico evaſit Montaniſta.

261. Petrus Alexandrinus, qui paſſus fuit ſub Diocletiano Principe, in ſuis Canonibus penitentialibus, non damnat fugam urgente perſecutione, immò ſi qui patiuntur aliquid propter Sanctorum fugam, non eſſe culpandos ipſos fugientes docet exemplo Petri, propter cujus ſugam carceris Cuſtodes necati fuerant: Pauli qnoqne fugientis dum Epheſi ad necem quæreretur, cujus fuga in cauſa fuit nt Cajus, & Ariſtarchus comprehenderentur Actor.c.19. Idem Balſamon canonem S. Petri Alexandrini ita exponit: „Si qui autem relictis ſuis fa- „ cultatibus ſeceſſerunt, nè detenti forte in „ periculum vocentur, ut qui non poſſent ad „ finem uſque in confeſſione perſiſtere, pro- „ pter tortorum ſævitiam, non culpabuntur, „ etiamſi alii detenti ſunt, & puniti propter „ ipſos. Et adducit in exemplum rei gratià, „ Cajum, & Ariſtarchum, qui pro Populo „ detenti fuerunt; Milites qui Petrum ſervabant, & Infantes qui ab Herode interfecti „ ſunt propter Chriſtum, & venerabilem San- „ ctumque Præcurſorem. *Hactenus Balſamon* in can. 13. Petri Alex.

262. Deinde idem Petrus Alex. can. 9. ſupra allegatis exemplis utitur, ut probet aliquando licitam eſſe in perſecutione fugam: „ Iis quoque, *inquit*, qui tauquam ex „ ſomuo ipſi ad certamen parturiens, & „ trahere differens proſiliunt; ſibi antem „ pugnæ maritimæ & multæ fluxuum inun- „ dationis tentationem attrahunt, vel po- „ tius fratribus peccatorum carbonem ac- „ cendunt: ipſis quoque communicandum „ eſt, ut qui in nomine Chriſti ad id ve- „ niant: & ſi verba ejus non animadvertant, „ qui docet non eſſe ingrediendum in ten- „ tationem; & num rurſus in oratione Pa- „ tri dicere, *Et ne nos inducas in tentatio-* „ *nem*.„ Et poſt aliqua ſubdit: „ Nam vos „ quoque vult à loco in locum tranſilire, „ dum ſunt qui vos perſequuntur propter „ nomen ejus. Sicut eum rurſus dicentem „ audimus: *Et quando vos ab hac Civitate* „ *in aliam perſecuti fuerint, fugite in aliam.* „ Non enim vult nos ad Diaboli ſtipato- „ res, ſatelliteſque confugere, nè ipſis quo- „ que multifariæ mortis cauſa ſimus, nt „ qui ipſos, & aſperiores eſſe cogamus, & „ opera mortifera peragere: Sed expectare, „ & nobis cavere, vigilareque, & orare, nè „ intremus in tentationem.„ *Hactenus Petrus Alexandrinus*.

263. Sic & Cyprianus Martyr ſuâ fugâ diſciplinam firmavit, & licitam eſſe fugam ex verbis Chriſti Matthæi 10. verſ.23., *Cùm autem perſequentur vos in civitate iſta, fugite in aliam* comprobare non renuit, in Epiſtola Presbyteris, & Diaconibus Romæ conſiſtentibus data, quæ eſt 20. novæ edit. antiquæ 15. ubi ait: „ Quoniam comperi, fratres „ cariſſimi, minus ſimpliciter, & minus fi- „ deliter vobis renunciari, quæ hic à nobis „ geſta ſunt, & geruntur, neceſſarium duxi „ has ad vos literas facere, quibus vobis „ actus noſtri, & diſciplinæ, & diligentiæ „ ratio redderetur. Nam ſicut Domini man- „ data inſtruunt, orto ſtatim turbationis „ impetu primo, cùm me clamore violento „ frequenter populus flagitaſſet, non tam „ meam ſalutem, quàm quietem fratrum publi- „ cam cogitans, interim ſeceſſi, nè per invere- „ cundam præſentiam noſtram, ſeditio quæ „ cœperat, plus provocaretur. *Hæc Cyprianus*.

264. De cujus fuga Pontius Diaconus in ejus vita agens, non illam damnat, ſed maximè commendat, ait enim: „ Potuiſſet „ quidem tunc pro velocitate, quâ ſemper „ omnia conſecutus eſt, etiam Martyrii cir- „ ca eum debita corona properare: maximè „ cùm & ſuffragiis ſæpe repetitis ad Leo- „ nem poſtularetur: niſi per omnes ordines „ gloriarum tranſcundum illi eſſet, & ſic „ ad ſumma veniendum; & niſi imminens „ ruina ope tam fecundi pectoris indige- „ ret. *Et poſt aliqua ſubjungit*: Bene, bene „ tunc, & verè ſpiritaliter contigit, quòd „ vir tam neceſſarius, tam multis, & tam „ bonis rebus, à Martyrii conſummatione „ dilatus eſt. Vultis ſcire ſeceſſum illum „ non fuiſſe formidinem: ut nihil aliud ex- „ cuſem, ipſe poſtmodum paſſus eſt: quam „ paſſionem utique ex more vitaret, ſi & „ ante vitaſſet. Fuit verò formido illa, ſed „ juſta, formido, quæ Dominum timeret „ offendere: formido quæ præceptis Dei „ mallet obſequi, quàm ſic coronari. Di- „ cata enim in omnibus Deo mens, & fides „ Divinis admonitionibus mancipata; cre- „ didit ſe, niſi Domino latebram tunc ju- „ benti paruiſſet, etiam ipsâ paſſione peccare. *Hæc Pontius*.

Idem

ii

Digitized by Google

265. Idem porrò Cyprianus in Epiſto-
lis 58. novæ edit. & antiq. 56. ad Plebem
Thibaritanam data, Populum ſuum ſugien-
tem occaſione perſecutionis, non damnat,
ſed defendit: damnaſſet utique ſi non licuiſ-
ſet: „ Nec quiſquam, *inquit*, fratres dile-
„ ctiſſimi, cùm popolum noſtrum fugari
„ conſpexerit metu perſecutionis, & ſpar-
„ gi, conturbetur, quòd collectam frater-
„ nitatem non videat, nec tractantes Epi-
„ ſcopos audiat. Simul tunc omnes eſſe
„ non poſſunt, quibus occidere non licet,
„ ſed occidi neceſſe eſt. Ubicumque in illis
„ diebus unuſquiſque fratrum fuerit à gre-
„ ge interim neceſſitate temporis corpore
„ non ſpiritu ſeparatus, non moveatur ad
„ fugæ illius horrorem, nec recedens & la-
„ tens deſerti loci ſolitudine terreatur. So-
„ lus non eſt, cui Chriſtus in fuga comes
„ eſt. Solus non eſt, qui templum Dei ſer-
„ vans, ubicumque fuerit, ſine Deo non
„ eſt. Et ſi fugientem in ſolitudine ac mon-
„ tibus latro oppreſſerit, fera invaſerit, fa-
„ mes aut ſitis, aut frigus afflixerit, vel
„ per maria præcipiti navigatione prope-
„ rantem tempeſtas, ac procella ſubmerſe-
„ rit, ſpectat militem ſuum Chriſtus ubicum-
„ que pugnantem, & perſecutionis cauſâ
„ pro nominis ſui honore morienti præmium
„ reddit, quod daturum ſe in reſurrectione
„ promiſit. Nec minor eſt Martyrii gloria,
„ non publicè, & inter multos periiſſe, cùm
„ pereundi cauſa ſit propter Chriſtum perire.
Hæc Cyprianus.

266. Deinde in libro de Lapſis probat
fugam in perſecutione non eſſe malam: quo-
niam, qui ſugit, Chriſtum non negat, ſed
magis confitetur: quis Chriſtianus eſt fu-
git, nec vult Chriſtum negare: quòd ſi ca-
pitur, utique coram judice confitetur: neque
Martyrium contemnit qui fugam capit, pa-
ratus tamen ſe illi ſubiicere, expectans in-
terim præfinitum tempus. Fugiendo inſuper
& ſibi conſulit, nè ſe prodendo temerarius
videatur, atque propriâ audaciâ cenſeatur
Deum tentare: ait ergo Cyprianus. „ Pri-
„ mus victoriæ titulus, Gentilium manibus
„ apprehenſum, Dominum confiteri. Secun-
„ dus ad gloriam gradus eſt, cautâ ſeceſ-
„ ſione ſubtractum, Domino reſervari. Illa
„ publica, hæc privata confeſſio eſt: Ille
„ judicem ſæculi vincit: Hic contentus Deo
„ ſuo judice, conſcientiam puram cordis in-
„ tegritate cuſtodit. Illic fortitudo prom-
„ ptior, hic ſollicitudo ſecurior. Ille, ap-
„ propinquante horâ ſuâ, jam maturus in-
„ ventus eſt: Hic fortaſſe dilatus eſt, qui
„ patrimonio derelicto, idcircò ſeceſſit, quis
„ non erat negaturus: confiteretur utique
„ ſi fuiſſet & ipſe detentus. „ *Hæc Cy-
prianus*.

267. Porrò Athanaſius diffusè probat li-
citum eſſe declinare perſecutionem fugien-
do, in Apologis pro fuga ſua: & primò
exemplo Chriſti qui Judæorum inſidias fu-
giens declinavit, Matthæi cap. 2. cap. 12.
& cap. 13. Marci cap. 3. Lucæ 6. Joan. 8. &
11. aitque, negantes licere, velle & loqui
contraria iis, quæ Deus docuit & fecit.
Proindè & Apoſtoli Sanctique, Dei Magiſtri
ſectantes veſtigia, & ipſi ſæpe ſibi fugâ
conſuluerunt: „ Sancti verò, *ait*, pro for-
„ mulâ acceptâ, utpotè à Domino eruditi,
„ & priſcis olim, & ſequentibus tempori-
„ bus in certamine, quod illis erat cum
„ perſecutoribus, & fugâ ſe inſtantibus eri-
„ piebant, & quærentibus ſe ſe per latebras
„ ſubducebant. „ Infra adducit Pauli exem-
plum qui ad Cæſarem provocaverat, non
tamen pro timore, ſed magis ut diutiùs
certaret. „ Et Paulus quum provocaret ad
„ Cæſarem, *ait*; Non enim præ timore ope-
„ ram fugæ præbuit, abſit, quin potius fu-
„ gam habebat pro Paleſtra, & meditatio-
„ ne adversùs mortem. Duo hæc pariter
„ obſervabant, & quidem conſultò, nè ſe ſè
„ periculis obiicerent, neque cum crimine
„ ignaviæ, quaſi ignavi timidique, exilii
„ ærumnas morte graviores exhorrerent.
„ Qui enim moritur quieſcit à miſeriis,
„ qui autem in fugam ſe dat, quum in ho-
„ ras inimicorum adortus expectet, mor-
„ tem longè leviorem quàm fugam exiſti-
„ mat. Quapropter, qui in fuga moritur,
„ non inglorius moritur, nam & hi quoque
„ adeream Martirii conſequuntur.

268. Inſuper inferius probat, ex Apoſto-
lorum & Sanctorum fuga, utilitatem eſſe Ec-
cleſiam conſecutam. „ Si enim non declinaſ-
„ ſent, *ait*, perſecutores, quomodo ex ſe-
„ mine Davidis ortus eſſet Dominus? aut
„ quomodo prædicare potuiſſent Sermonem
„ veritatis, quum id agebatur à perſecuto-
„ ribus, eòque Sanctos perſequerentur, ut
„ tollerent doctorem veritatis? Eo certè
„ animo Judæi Apoſtolis prædicandi facul-
„ tatem interdicebant, Sancti contra, omnia
„ ſuſtinere malebant, ut Evangelium præ-
„ dicaretur. „ Et in fine Apologiæ ad Con-
ſtantium, adversùs Frumentium Epiſcopum,
in ſuæ fugæ defenſionem hæc inter plura ha-
bet: „ Neque rurſus formidine mortis me in
„ fugam dedi, nè quis me timiditatis accu-
„ ſet, ſed ut Salvatoris præcepto obtempe-
„ rarem, cujus mandatum eſt, ut contra per-
„ ſecutores fugâ, contra indagatores late-
„ bris utamur, nè ſi nos in apertum peri-
„ culum offeramus, acriùs provocemus per-
„ ſequentium furorem. Siquidem in æqui-
„ librio eſt, & ſe ipſum occidere, & ſe ini-
„ micis ad occidendum propinare: qui au-
„ tem fugit, ut Dominus præcepit, ia tem-
„ porum articulos novit, & verè ſuis per-
„ ſecutoribus cavet, nè uſque ad Sanguinem
„ fundendum evecti, rei fiant ejus præcepti,
„ quod homicidium vetat. „ *Hæc Athanaſius*.

269. Denique in eadem Apologia pro ſua fuga alia ſubnectit, vultque magis eſſe fugiendum, quàm ultrò ſe perſecutoribua exhibere, na Dominum temere tentemus: „ Quapropter, *inquit*, Sancti fugientes ſe ſe occultabant, & per diſpenſarionem, ut Medici io uſus indigentium reſervabantur. Reliquis autem, & in univerſum omnibus ea lex propoſita eſt, ut fugiant, dum in perſecutionibus appetuntur, & occultent ſe ſe dum quæruntur; neque præcipites ſint, temerariique in tentando Domino, ſed expectent, douec definitum moriendi tempus advenerit, aut Judex ille, quod ſibi rectum videatur de iis conſtituerit: Sed tamen nos ſemper paratos eſſe voluit, ut vel vocante tempore, vel apprehenſi pro Eccleſia, uſque ad mortem dimicemus. Hæc Beati Martyres temporibus perſecutionum obſervaverunt. *Et infra*. Quod ſi quidam ex iis ſe perſecutoribus dedidere, non temeritate eò rapiehantur, ſed paſſim apud omnes profitebsntur, à Spiritu Sancto hanc promptitudinem, ſuique oblationem profectam eſſe.

270. Hanc ergo diſciplinam tradit Athanſius, ut nimirùm non liceat ſe ultrò perſecutoribus offerre, hoc enim temerarium eſſe exiſtimat, & ſummâ audaciâ Deum tentare. Proinde & S. Gregorius Nszianzenus in oratione 20. in laudem Baſilii, poſt initium, hanc eſſe Martyrii legem tradit, ut ne ultrò ad certamen accedamus, In eo tamen conſtituti certsre nou detrectemus. „ Verùm, *inquit*, quoniam certamen quoque legitimum ipſia eſſe oportebat, lex autem Martyrii hæc eſt, ut nec nos ultrò ad certamen aocedamus; hac nimirum ratione tum perſecutoribua, tum imbecillioribus athletis conſulentes, nec, cùm præſeutes ſumus, certamen detrectemus: Illud quippe temerarii ac præcipitis eſt animi; hoc timidi & ignavi. „ Idem fere repetit in oratione 10. in laudem Cæſarii habita, circa medium, ubi ait: „ Malis igitur temporibus cedit, in eoque legi noſtræ obtemperat, quæ hoc ſancit, ut urgente quidem tempore pro veritate periculum adeamus, uec pietatem per ignaviam prodamus: quamdiù autem licet, pericula ipſa ne provocemus: ſivè animarum noſtrarum metu, ſive ut iis conſulatur, qui periculum nobis inferunt. „ Quem locum expendeua Eliaa Cretenſis ait, Martyrii legem, immò præceptum Chriſti eſſe, ut perſecutiones fugiamus, nec temerè nos in apertum periculum conferamus: oblatâ autem occaſione, ac tempore id poſtulante, intrepidi animo vitæ diſcrimeu adeamus.

271. Et Clemens Alexandrinus lib. 4. Strom. §.5. explicans verba Salvatoris Matthæi cap. 10. *Cùm perſecuti vos fuerint in hac Civitate, fugite in aliam*, ait: „ Non ſuadet fugere, tanquam malum ſit pati perſecutionem: nec ut mortem extimeſcentes, jubet uos eam fuga declinare. Vult autem nos nulli eſſe auctores, nec alicujus mali cauſæ adjutores, uec nobis ipſis, nec ei qui perſequitur, nec ei, qui iuterimit. Denunciat enim quodammodo ut caveat. Qui autem non obedit, eſt audax & temerarius, & inconſultè in manifeſta ſe pericula coniiciens. Si autem, qui hominem Dei interimit, iu Deum peccat, is quoque ejus cædis reus tenetur, qui ſe offert judicio. Ia autem fuerit qui non vitat perſecutionem, ſe capiendum præbens per audaciam. Is eſt, qui quantùm in ſe eſt, juvat improbitatem ejus qui perſequitur. „ *Hæc & alia Clemens*.

272. Itaque hæc de Martyrio fuit antiqua Eccleſiæ diſciplina, & Sanctorum Patrum doctrina, ut nemo temerè ſe perſecutoribus traderet, aut occaſionem perſecutionis iiſdem daret: unde Patres Illiberitani Can. 60. *Si quis Idola fregerit, & ibidem fuerit occiſus; quia in Evangelio non eſt ſcriptum, nec invenitur ab Apoſtolis unquam factum; placuit eum in Numerum non recipi Martyrum*. Quòd ſi aliquem feciſſe legimus, eos S. Athanaſius ſupra relatus excuſat, dicens, Spiritu Sancto excitante id feciſſe. Licèt ab hac regula videsntur exempti qui in perſecutione lapſi, poſtea in ſe reverſi iiſdem perſecutoribus, coram quibus Chriſtum negarunt, ſe confitentes traderent, ut videtur innuere Concilium Ancyranum can. 1. *Presbyteros, qui Sacrificarunt, deinde contra reluctati ſunt, non fraudolenter, & inſidiosè, ſed verè: nec hoc priùs machinati ſunt, nec conſultò, ac de induſtria id fecerunt, & perſuaſerunt, ut tormentis ſubiici viderentur, cum ea ſpecie, & opinione tantùm inferrentur; viſum eſt eos cathedræ quidem honoris eſſe participes*.

273. Cauſam verò cur non licuit ſe perſecutoribus tradere, afferunt allegati Patres, quia nimirum non debemus nos eſſe auctores alicujua mali, nec alteri præbere occaſionem peccandi: hujuſmodi autem ſe perſecutoribus offerentea, occaſionem præbent Tyraunis committendi homicidia, unde in cauſa ſunt cur illi occidant, iſti occidantur. Proindè Origenes lib. 1. contra Celſum circa finem, Celſo obiicienti, Chriſti & Diſcipulorum fugam, atque dicenti: *Tu quidem cum tuis diſcipulis hàc illàc fugitas*, reſpondit, inquiens: „ Huic in Jeſum & ejus diſcipulos criminationi perſimile illud dixerim, quod eſt memoriæ de Ariſtotile proditum. Is namque cùm adverſum ſe, perindè ac ſi impium, futurum eſſet ut concitati Judices convenirent, quia dogmata quædam ejus Philoſophiæ induxerat, quæ contra Deorum cultum facere Athenienſes exiſtimarent; ex Athenis ſecedens,

„ Chal-

„ Chalcidem ſe contulit, ubi & diu per-
„ manſit, quo ex loco familiaribus & notis
„ ſcribentibus, ſic reſponderet: *Ex Athe-*
„ *nis*, inquit, *receſſimus: nè cauſam demus*
„ *Athenienſibus ſecundò ſcelus committere*,
„ *quale in Socratem commiſerunt: nevè con-*
„ *tra Philoſophiam iteratò impietatis coarguan-*
„ *tur. Hactenus Origenes*. Quo exemplo innuere voluit Chriſtum, Diſcipuloſque aliquando ſeceſſiſſe, ne in cauſa eſſent tanti ſceleris patrandi à perſecutoribus.

274. Ex quo confirmata manet doctrina Eccleſiæ, non licere ultrò ſe perſecutoribus exhibere, ne mali Auctorea efficiantur. Et inſuper nè Deum tentemus, & periculo exponamur labendi, ne fortè in tormentis deficiamus. Nam tormentorum vim naturalibus viribus ſuſtinere minimè poſſumus, neceſſarium eſt Dei ſpeciale auxilium, quòd in noſtra ſitum non eſt poteſtate: unde qui ſe perſecutoribus exhibet, vult quaſi Deum cogere ad ſibi præſtandum auxilium neceſſarium, ne in tormentis poſitus labatur; quòd eſt Deum tentare, & temerè agere. Juxta enim Dei & Chriſti Domini promiſſa, quæſiti à perſecutoribus, capti ab ipſis, & in tormentis poſiti, non carent Dei auxilio: Hinc Lucæ cap. 1. *Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus ſuas, & perſequentur tradentes in Synagogas & cuſtodias, trahentes ad Reges & Præſides propter nomen meum: continget autem vobis in teſtimonium. Ponite ergo in cordibus veſtris non præmeditari quemadmodum reſpondeatis. Ego enim dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes Adverſarii veſtri. Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & capillus de capite veſtro non peribit. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.*

275. Docet & eandem diſciplinam S. Cyprianus in Epiſtola 81. novæ edit. 83. antiquæ, ad Presbyteros, Diaconos, & univerſam Plebem data, ubi inter plura ſcribit:
„ Vos autem, fratres cariſſimi, pro Diſci-
„ plina, quam de mandatis Dominicis, à
„ me ſemper accepiſtis, & ſecundùm quod
„ me tractante ſæpiſſime didiciſtis, quietem,
„ & tranquillitatem tenete: ne quiſquam
„ veſtrum aliquem tumultum de fratribus
„ moveat, aut ultrò ſe Gentilibus offerat:
„ Apprehenſus enim, & traditus loqui debet.
Hoc teſtimonio utitur S. Auguſtinus lib. 1. contra Gaudentium cap. 31. ubi allatis eorum exemplis qui ne à Tyrannis occiderentur ſibi ipſis manus intulerunt, licèt Sanctiſſimi, reſpondit non ſuâ ſponte feciſſe, ſed Spiritu Dei excitatos, & inde ſubjungit:
„ His Sacris literis eruditus Beatus Cypria-
„ nus, in confeſſione ſua dixit, Diſciplinam
„ prohibere, ne quis ſe offerat.

276. Non ergo trahendi ſunt in exemplum qui Gentilibus ſuâ ſponte ſe obtulerunt, aut qui etiam ſibi manus injecerunt ne à Tyrannis, & Chriſtianæ fidei hoſtibus violarentur. Certe S. Ambroſius lib. 3. de Virginit. ſcribit Pelegiam cum Matre, & Sororibus, præcipitem ſe dediſſe in flumen, ne à perſequente milite violaretur. quam tamen Martyrum numero Eccleſia adſcripſit. De altera quoque nobiliſſima, ſed Chriſtiana muliere, Præfecti Urbis uxore in Romana Civitate, ne à Tyranno Principe Maxentio violaretur, gladio confoſſa ſuâ ſeſe manu interemit, ut ſcribit Euſebius lib. 8. hiſtor. cap. 15. nec per hoc reprobata, ſed maximè laudata fuit: „ Ipſo autem facto, *ait Euſe-*
„ *bius*, quod profectò omni vocis ſono cla-
„ riùs intonat, univerſis, qui nunc ſunt,
„ & qui poſthac erunt hominibus denun-
„ tiavit, ſolam Chriſtianorum virtutem in-
„ victam, & inexpugnabilem, nec morti
„ obnoxiam eſſe. „ Eandem hiſtoriam refert lib. 1. de Vita Conſtantini cap. 34. De aliis quoque produnt ſimilia Eccleſiaſticæ hiſtoriæ; non ſunt tamen hujuſmodi geſta imitanda, nam qui talia fecerunt, & ut Martyres venerantur ab Eccleſia Deo jubente, Spiritu Sancto inſpirante feciſſe certiſſimum eſt, ut S. etiam Auguſtinus notat in lib. 1. de Civit. cap. 26. Univerſaliter ergo non licet, nec ſe pro fide interimere, nec ultrò ſe perſecutoribus exhibere.

277. Itaque ſi non licuit ultrò ſe perſecutoribus exhibere (niſi aliter in caſu aliquo peculiari ſignanter Deus jubeat, & Dei conſulat Spiritus) licuit tamen in perſecutione fugere propter ſupra allegatas à Patribus cauſas: Et notat Origenes homil. 9. in cap. 8. lib. Judic. eum, qui ſe inferiorem viribus ſentit, & fragilem ſe agnoſcit, oportere dare locum iræ, & fugâ magis perſecutionem vitare. „ Licet tamen, *ait*, etiam
„ hoc in militia Chriſti, ut ſi fortè aliquan-
„ do inferiorem te viribus ſenſeris in per-
„ ſecutionibus, & non æquum tibi adver-
„ sùm crudelitatem Tyranni pro fragilitate
„ corporis videris eſſe certamen: dare locum
„ iræ, & fugere de loco ad locum: nec ti-
„ bi in hoc adſcribitur militare commiſſum.
„ Deſignatur hoc etiam in legibus Chriſti di-
„ centis: *Si vos perſecuti fuerint in hac Ci-*
„ *vitate, fugite in aliam*. Summa namque
„ rei eſt: Jeſum, quem ſemel confeſſus es,
„ non negare. Certum eſt enim quòd Chri-
„ ſtum confitetur ille, qui propterea fugit,
„ ne neget. „ *Hactenus Origenes*. Et S. Gregorius Nanzianzenus orat. 3. quæ eſt in Julianum, ſcribit de Marco Arethuſio, qui concitatam Gentilium plebem adversùm ſe comperiens, fugâ primùm perſecutionem declinare cogitavit: *Non tam ignaviâ fractus*, inquit, *quàm præcepto illo permotus, quo è Civitate in Civitatem fugere, & perſecuto-*

ribus

Digitized by Google

ribus cedere jubemur. Addit poſtea Chriſtianis convenire, non ſua tantùm commoda ſpectare, ſed etiam peſecutorum ſaluti conſulere; itaut quantùm in ipſis ſit, ad illorum periculum nihil conferant, ſe ipſos videlicet detegendo, ac propemodum in periculum impellendo, ipſoſque ad iram inflammando: „ Neque enim Chriſtianos, *ait*, „ quantumvis fortes, ac ſingulari tolerantia „ præditos, ſui tantùm rationem habere „ oportet: Sed Perſecutoribus quoque conſulere, ut ne quantùm in ipſis eſt, ad „ hoſtile periculum ex ſe ipſis aliquid conferant. „ Id quod in ſua fuga optimè cogitaſſe Marcum, & mente revolviſſe tradit, ut ſic de fuga criminari non poſſet.

278. Neque alicujus momenti ſunt allegatæ à Tertulliano rationes, quibus probat non licere Chriſtiano viro perſecutionem fugâ declinare. Etenim potiſſima illius ratio, nimirum perſecutionem à Deo eſſe, & bonam eſſe, & proinde non eſſe vitandam, quemadmodum vitara non debemus, id quod bonum eſt, quod Deus jubet: Hæc, inquam, ratio facile retunditur, nec alicujus eſt roboris. Eſt enim à Deo perſecutio, quomodo & cætera omnia, quæ in hoc Mundo geruntur, à Deo ſunt, aut immediatâ, & poſitivâ illius voluntate, aut permiſſivè, & de ſecundariò. Eſt utique à Deo perſecutio, non immediatâ, primariâ, & poſitivâ voluntate, ſed permiſſivè tantùm: non enim Deus immediatè immittit perſecutionem: Tyranni eam immediatè immittunt, Deus ſolùm permittit, eâ ratione, quo cauſas ſecundas ſinit motus ſuos agere: aliàs non eſſent in culpa Tyranni excitantes adverſùs fideles Chriſti perſecutiones.

279. Cùm porrò dicit bonam eſſe perſecutionem, proinde non fugiendam, quia mala ſunt fugienda, bona verò proſequenda: Dico in ſe & abſolute ſpectatam non eſſe bonam: Si enim in ſe & abſolute foret bona, laudandi eſſent Tyranni de illatis in Chriſtianos perſecutionibus, quemadmodum laudandi ſunt qui bonum opus efficiunt: non ergo condemnarentur, neque punirentur, cùm tamen oppoſitum conſtet. Eſt ergo perſecutio bona per accidens, & ex conſequenti quatenus perſecutionem patienter, & pro Chriſti fide, & amore tolerantes, opus bonum & meritorium faciunt: & quatenus Deus mediâ perſecutione ſuos probat Fideles, eos exercet, & coronat, dum illi Divinâ gratiâ adjuti, perſecutionem illam, ſummâ dilectione, atque fide inconcuſsâ, invictâque inſuper patientiâ ſuſtinent. Conſideranda eſt itaque perſecutio ex parte Tyranni, & ex parte Chriſtiani: ex parte Tyranni quia excitata ad extirpandam Chriſti fidem, ad inducendos in perditionem fideles, peſſima & mala eſt, & proinde Tyranni puniuntur, & judicio Dei damnantur. Ex parte Chriſtiani, pro Chriſti amore, & fide tolerata, bona eſt, unde præmium, & coronam conſequitur. Non tamen, quia hoc ſenſu bona eſt, tenentur Chriſtiani ſiſtere, ut non liceat eis aliqualiter declinare, dum poſſunt. Nam dum perſecutionis tempore fugiunt, adhuc fugientes ſub perſecutione ſunt, & multa mala, & incommoda in eorum fuga tolerantur, & quidem pro Chriſti amore: quia fugientes, ut ex Patribus diximus, Chriſtum non negant, immò confitentur, & ideo fugiunt, & fugæ incommodis ſe ſubmittunt, quia Chriſtum negare nolunt, cupiuntque in fide conſtanter in finem uſque perſeverare: Et ideo quia ex parte Chriſtiani patienter tolerantis perſecutionis incommoda, bona eſt perſecutio; ſive conſiſtant, ſive fugiant, ſuo præmio non carent. Quia porrò ex parte Tyranni mala eſt, ſive perſequendo occidat, ſive non occidat propter aliorum fugam, non eximitur à pœna.

280. Deinde Tentatio quæcumque, eſt à Deo permiſſivè, permittit enim Deus ſuos tentari, & verè permittit, cum Paulus dicat 1. ad Corinth. cap. 10. *Fidelis Deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis*. Et quia fideles faciunt de tentatione proventum, bona eſt: Sed non in ſe & abſolutè, nec ex parte Dæmonis tentantis, qui tentat, ut fidelis labatur: Sed per accidens, & ex parte fidelis tentati, qui tentationi, auxiliante Deo, reſiſtit nè labatur, & ex hoc præmium conſequitur. Numquid ergo quia hoc pacto bona eſt tentatio, non licebit tentationem fugere? Immò tenebitur fidelis tentationem optare, & quærere, quemadmodum bonum quærendum eſt, & optandum? Nemo ſane Chriſtianus quid tale dicere audebit, cùm Dominus noſter Jeſus Chriſtus, doceat nos orare, ne intremus in tentationem: *Et ne nos inducas in tentationem*. Ita & eodem pacto diſcurrendum eſt de immiſſa perſecutione, quæ & ſi bona eſt patienter tolerata, non tamen eſt optanda, & quærenda, quemadmodum optandum eſt, & quærendum quidquid in ſe & abſolute bonum eſt.

281. Denique peſtilentiæ, & ſamea, aliquando ſunt à Deo permiſſivè, aliquando poſſunt eſſe à Deo poſitivè, & immediatè, propter hominum peccata, habent enim illo in caſu rationem mali pœnæ, nam & ſi à Deo, utpote ſummo bono, non poteſt eſſe malum culpæ, poteſt tamen eſſe Auctor mali pœnæ, juxta illud Iſaiæ cap. 45. *Ego ſum qui facio pacem, & condo mala*. Et S. Auguſtinus lib. 1. de Libero arbitr. cap. 1. Evodio interroganti utrum Deus ſit cauſa mali, reſpondit: „ Duobus enim modis appellare „ ſolemus malum; uno, cùm male quenquam feciſſe dicimus; alio, cum aliquid „ mali eſſe perpeſſum. „ Evodio inde ſubjungen-

genti, *De utroque ſcire cupio*, hac reſponſione ſatiaſacit Sanctus Doctor, nimirùm: „ At ſi Deum bonum eſſe noſti, vel credis, ueque enim aliter fas eſt, malè non „ facit: rurſus, ſi Deum juſtum fatemur, „ nam & hoc negare ſacrilegum eſt, ut bo„ nia præmia, ita ſupplicia malia tribuit: „ quæ utique ſupplicia patientibus mala „ ſunt. Quamobrem, ſi nemo injuſtè pœ„ uaa luit, qnod neceſſe eſt credamus, „ qnandoquidem Divinâ providentiâ hoc „ Univerſum regi credimus, illius primi ge„ neris malorum nullo modo, hujus autem „ ſecundi auctor eſt Deus. „ *Hæc Auguſtinus*. At hia non obſtantibus, ſi urgent peſtilentiæ, ſi fames, ſi bella, ſive à Deo permiſſa, ſive ut malum pœnæ immiſſa, non tamen prohibemur fugere, & fugâ quantùm in nobia fas eſt, ea vitare: immò ſalvis Chriſtianarum virtutum officiis, temerarius cenſeretur ille, qui poteſt hujuſmodi mala declinare, & minime declinat. Ruit ergo primarium Tertulliaui fundamentum.

282. Minus quoque urget altera Tertulliani argumentatio deſumpta à Prepoſitis, quòd quemadmodum non licet Prepoſitis, urgente perſecntione relictâ plebe ſecedere, minus quoque liceat plebi. Alia enim eſt de Præpoſitia ratio, alia dc Plebe, alia qnoque de privatia Chriſtianis, quibus non ſubeſt animarum cura. Non enim licet Præpoſitis Eccleſiarum, inſtante perſecutionia tempore, deſertâ inter Luporum faucea plebe, fugâ ſibi conſulere, non enim cenſetur bonus paſtor, ſed mercenarius, quia bonus Paſtor animam ſuam dat pro Ovibus ſuis, Mercenarius verò, & cujus oves non ſunt propriæ, videt lupum venientem & fugit, relictis ovibus, quas lupus rapit, & diſpergit. Neqne abſolutè & univerſaliter verum eſt, quòd nunquam liceat Eccleſiarum Præpoſitia fugam capere perſecutionis tempore, aliquando ipſis non licet, aliquando verò licet, quod factum legimus à plurimia Sanctiſſimis Epiſcopia, Cypriano, Athanaſio, Marco Arethuſio, aliiſque pluribus. Sed quando liceat, quando non liceat, ut omittam quæ in hac materia diverſi Patres ſcribunt, ab uno S. Auguſtino accipiemus.

283. Inſtabat in Africa Wandalorum devaſtatio, & perſecutio, Honoratus Epiſcopus conſuluit S. Auguſtinum de modo ſe inſelici illo tempore gerendi: cui S. Auguſtinus iu Epiſtola 180. Regulam & normam præſcribit. Etenim primùm revocatis in mentem verbis Chriſti Domini Matthæi cap. 10. *Si vos perſecuti fuerint in una Civitate, fugite in aliam*. Dicit non habere locum in Paſtoribus, dum Grex propter eorum abſentiam periclitari poteſt: „ Quis autem cre„ dat, *inquit*, ita hoc Dominum fieri vo„ luiſſe, ut neceſſario Miniſterio, ſine quo „ vivere nequeunt, deſerantur Greges, quos „ ſuo Sanguine comparavit?

284. Deiude tradit, quòd cùm ſolus Paſtor ad necem quæritur, ſi adſunt alii Miniſtri, qni poſſunt & valent Eccleſiam regere, adeout Eccleſia non planè neceſſariis deſtituatur Miniſtris; hoc pacto, ait feciſſe Paulum dum Damaſci ad uecem quæſitus, etiam rogatus à fratribus, per murum dimiſſus perſecutorum manus effugit, remanentibus aliis ad neceſſarium Eccleſiæ Miniſterium exhibendum: „ Faciant ergo, *in*„ *quit*, Servi Chriſti, Miniſtri verbi, & „ Sacramenti ejus, quod præcepit, ſive per„ miſit. Fugiant omninò de Civitate in Ci„ vitatem, quaudo eorum quiſquam ſpe„ cialiter à perſecutoribus quæritur, ut ab „ aliis, qui non ita requiruntur, non de„ ſeratur Eccleſia, ſed præbeant cibaria con„ ſervis ſuis, quos autem vivere nou poſſe „ noverunt.

285. Porrò diſtiuguit inter perſecutionem & perſecutionem, uam vel generalis, omnium ſcilicet Eccleſiaſticorum, adeout unum omnium periculum ſit; vel particularis, ideſt ſolummodo Præpoſitorum: Si autem generalis ſit, tunc nou licere, *inquit*, Paſtoribus plebem deſerere, vel magis unà cum plebe munita quærere loca, vel ſi hujuſmodi loca eis non ſuppetant, conſiſtere, atque ibidem manere neceſſe eſſe vult. „ Cùm „ autem, *inquit*, omuium, ideſt, Epiſco„ porum, & Clericor m eſt commune peri„ culum, ij qui aliis indigent, non deſeran„ tur ab his, quibus indigent: aut igitur „ ad Loca munita omues tranſeant, aut qui „ habent remanendi neceſſitatem, non relin„ quantur ab eia, per quos illorum eſt Ec„ cleſiaſtica ſupplenda neceſſitas, ut aut pa„ riter vivant, aut pariter ſufferaut, quod „ eos Pater familiaa volet perpeti. Quòd „ ſi contigerit, ut ſivè alii majus, alii mi„ nus: ſivè omnes æqualiter patiaatur: qui „ eorum ſint, qui aliis patiuntur, apparet; „ illi ſcilicet, qui cùm ſe poſſent talibus „ malis eripere fugiendo, nè aliorum neceſ„ ſitatem deſererent, manere maluerunt. „ Hinc maximè probatur illa Charitas, „ quam Joannes Apoſtolus commendat, di„ cens: *Sicut Chriſtus animam ſuam pro no*„ *bis poſuit: Sic & nos debemus pro fratribus* „ *animas ponere*.

286. Inſuper cùm quidam Epiſcopus diceret, Dominum imperaſſe fugam in eis perſecutionibus, ubi poteſt eſſe fructus Martyrii, proinde multò magis licitam eſſe fugam, quando incurſio eſt Barbarica, atque hoſtilis, & nullus fructus Martyrii ſperari poteſt, qualis erat imminens illa Wandalica perſecutio, ſive magis incurſus hoſtilis, Reſpondit S. Auguſtinus, uou eſſe unquam dictum de Paſtoribus, ut fugiendo eorum deſerant miniſterium. „ Verum eſt, *inquit*,

„ &

„ & acceptabile, ſed his, quos Eccleſiaſti-
„ ci officii non tenent vincula. Nam qui
„ clades hoſtiles ideo non ſugit, cùm poſ-
„ ſit effugere, nè deſerat Miniſterium Chri-
„ ſti, ſine quo non poſſunt homines, vel
„ fieri, vel vivere Chriſtiani, majoris cha-
„ ritatis ſructum invenit, quàm qui non
„ propter ſratres, ſed propter ſe ipſum fu-
„ giens, atque comprehenſns, non negat
„ Chriſtum, ſuſcipitque Martyrinm.

287. Honoratus vero iu ſua Epiſtola, conatur probare in ea vaſtatione poſſe licitè Præpoſitos fugam capere: quia perſiſtendo in Eccleſiis, adhuc non eſſent populo profuturi: ſolùmve efficerentur horribilium cladium ſpectatores, videndo ante ipſorum oculos à Barbaris fœminas conſtupratas, Ecceleſiaſque incenſas, & ſe expoſitos variis tormentis, & cruciatibus, cùm de ipſis forte quæreretur quod non haberent, ſed occurrit S. Auguſtinus, inquiens: „ Po-
„ tens eſt quidcm Deus audire preces fami-
„ liæ ſuæ, & hæc, quæ formidantur aver-
„ tere, nec ideo tamen propter iſta, quæ
„ incerta ſunt, debet noſtri officii eſſe cer-
„ ta deſertio, ſine quo eſt plebi certa per-
„ nicies, non in rebus vitæ hujus, ſed al-
„ terins incomparabiliter diligentiùs, ſol-
„ licitiùſque curandæ. Nam ſi certa eſſent
„ iſta mala, quæ timentur nè in locis, in
„ quibus ſumus, fortè contingant, priùs
„ inde ſugcrent omnes, propter quos ibi
„ manendum eſt, & nos manendi neceſſita-
„ te liberos redderent. Non enim qniſqnam
„ eſt, qui dicat, Miniſtros manere oporte-
„ re, nbi jam non fuerint, quibus neceſſe ſit
„ miniſtrare.

288. Poſtea paucis interjectis, miratur quòd putent eſſe obtemperandum præcepto, de ſngiendo de civitate in civitatem, non attendentes ad alia Chriſti verba dicentis Mercenarium eſſe, *qui vidit lupum venientem, & fugit, quia nou eſt ei cura de ovibus*. Etenim has ſententias non eſſe contrarias ait, proinde conciliandas juxta ſuperius dicta, nimirum, tunc in perſecutione Chriſti Miniſtris eſſe fugiendum, quando ibi, aut plebs Chriſti non fuerit, cui miniſtratur, aut etiam ſi fuerit, poteſt impleri Miniſterium neceſſarium per alios, quibus non eſt eadem cauſa fugiendi, adducitqne & Pauli Apoſtoli ſubmiſſi à fratribus per murum in ſporta, & Athanaſii fugientis Conſtantii perſecutionem, contra ipſum ſolùm ſpecialiter directam. Inde pergit ad enarranda incommoda, quæ ſequuntur perſecutionis tempore ſi fugiant Miniſtri, ſi deſint plebi Sacerdotes, inquiens: „ An non
„ cogitamus, cùm ad iſtornm periculorum
„ pervenitur extrema, nec eſt poteſtas ulla
„ fugiendi, quantus in Ecelcſia fieri ſoleat
„ ab utroque ſexu, atque ab omni ætate
„ concurſus, aliis Baptiſmum flagitantibns,
„ aliis reconciliationem, aliis etiam pœni-
„ tentiæ ipſius actionem, omnibus conſola-
„ tionem & erogationem? Ubi ſi Miniſtri
„ deſint, qusntum exitium ſequetur eos, qui
„ de iſto ſæculo vel non regenerati exeunt,
„ vel ligati? Quantus eſt etiam luctus fide-
„ lium ſuorum, qui eos ſecum in vitæ æter-
„ næ reqnie non habebunt? Quantus deni-
„ que gemitus omnium, & quorundam,
„ quanta blaſphemia dc abſentia Miniſte-
„ riorum, & Miniſtrorum? Vide quid fa-
„ ciat malorum temporalium timor, & quan-
„ ta in eo ſit acquiſitio malorum æterno-
„ rum.

289. Denique, dicentibus oportere Dei Miniſtros in perſecutione fugere, & dum pericula imminent, ut ſe pro utilitate Eccleſiæ temporibus trsnquillioribus ſervent: reſpondit Auguſtinns, hoc verum eſſe, quando non deſunt alii per quos ſuppleatur Eccleſiaſticum Miniſterium, ne ab omnibus deſeratur, quòd feciſſe Athanaſium ſupra dictum eſt, cujus vivere multum profuit Eccleſiæ, & Religioni: „ Sed quando, *ſubjungit*, eſt commune periculum, magiſ-
„ que timendum eſt, nè quiſquam id facere
„ credatur, non conſulendi voluntate, ſed
„ timore moriendi, magiſque fugiendi obſit
„ cxemplo, quàm vivendi proſit officio, nullâ
„ ratione faciendum eſt. „ Hæc & alia plura hsbet S. Doctor in prælaudata Epiſtola.

COMMENTARIUS

In Hæreſim VII.

290. A*Nimam rationalem*) Non puto hunc errorem proprium fuiſſe Montanıſtarum. In eo fuit Tertullianus, à Montaniſtis tamen non hauſit, immò potius Montaniſtas à Tertulliano illum hauſiſſe, Tertulliannm verò à Philoſophis exiſtimarem, quamvis ſupra dixeram, deceptum ex falſa cujuſdam phanaticæ Mulieris viſione, errorem præfatum deſumpſiſſe, quam viſionem refert in lib. de Anima cap. 7. potuit bene ex ejuſmodi viſione in ea confirmari ſententia, quâ credebat animam eſſe corpoream, induereq; corporeas qualitates. Certe eundem Tertullianum nondum Montaniſtam hanc opinionem tenuiſſe, indicant teſtimonia ipſius allata in Apologetico, in lib. de Anima lib. de Carne Chriſti, lib. de Reſurrectione carnis, & lib. 5. adverſùs Marcionem, qui libri in plurimorum Doctorum ſententia ſcripti fuere ante lapſum. Et quamvis ſcripti forent poſt lapſum, ut aliis placet, & noviſſime Guilielmo Cave in ſua hiſtoria literaria, qui eos recenſet in numero editorum poſt lapſum, tamen veriſimiliter exiſtimo non tantùm à Montaniſtis, quantùm à Philoſophis hujuſmodi accepiſſe doctrinam, cùm

in

in lib. de Animæ cap. 5. & ſeq. cum Philoſophis certamen iniit de animæ natura, & qualitate.

291. Cæterum quænam fuerit diverſorum Philoſophorum opinio de animæ natura, retulimus in 1. part. cap. 16. commentar. in Hæreſ. 7. Heracleonis, modò nonnulla repetenda cenſemus, quæ Cicero ex iiſdem vetuſtis Philoſophis, ſcripſit lib. 1. Tuſcul. quæſt. 1. & quæ ipſemet Tertullianus refert in lib. de Anima cit. Tullius ergo recenſet in primis quorundam opinionem, dicentium non aliud eſſe animum hominis, quàm ipſum Cor, ex quo excordes, vecordes, concordeſque dicuntur. Inde ſubjungit, Empedoclem cenſuiſſe animum hominis eſſe cordi ſuffuſum Sanguinem: quoſdam poſuiſſe animi principatum in parte Cerebri: alios verò in toto corde, alios in toto cerebro: Zenonem porrò ſibi viſum fuiſſe nil aliud eſſe animam, quàm Ignem. Poſt hæc ſubjungit: „Sed hæc „ quidem quæ dixi, cor, cerebrum, animam, „ ignem vulgò reliqua fere ſingula, „ ut multi ante Veteres; proximè autem „ Ariſtoxenus, Muſicus, idemque Philoſophus, „ intentionem ipſius corporis, quandam „ velut in cantu, & fidibus, quæ „ harmonia dicitur. Sic ex corporis totius „ natura, & figura, varios motus cieri, „ tanquam in cantu ſonos. Hic ab artificio „ ſuo non receſſit, & tamen dixit aliquid, „ quod ipſum quale eſſet, erat multò ante, & „ dictum, & explanatum à Platone.

292. Deinde ſubiicit Xenocratis opinionem negantis animam habere figuram, aut quid corporeum in ſe continere, ſed in virtute numeri totam ejus conſiſtere eſſentiam. „ Xenocrates, *inquit*, Animi figuram, & „ quaſi corpus negavit eſſe, verùm Numerum „ dixit eſſe, cujus vis, ut jam antea „ Pythagoræ viſum erat, in natura maxima „ eſſet. „ Tres animæ partes, ſive tres animas ad invicem ſeparatas in eodem, ſed in ſedibus diverſis, poſuiſſe tradit Platonem. „ Plato, *ait*, triplicem fingit animam, cujus „ principatum, ideſt rationem, in capite, „ ſicut in arce poſuit: & duas partes „ ſeparare voluit, iram, & cupiditatem: „ quas locis ſuis diſcluſit: iram in pectore, „ cupiditatem ſubpter præcordia locavit. Addit poſtea, Dicæarchum in Sermone Corinthi habito introducere Pherecratem quendam Phthiotam Senem, à Deucalione ortum, aſſerentem nihil eſſe omnino Animam, & hoc eſſe nomen totum prorſus inane, fruſtraque animalia, & animanteis appellari: neque in Homine eſſe animum, vel animam nec in Beſtia, vimque omnem eam, quâ vel agamus quid, vel ſentiamus, in omnibus corporibus vivis æqualiter eſſe fuſam, nec ſeparabilem à corpore eſſe, quippe quæ nihil ſit quidquam, niſi Corpus unum & ſimplex, ita figuratum ut temperatione naturæ vigeat, & ſentiat.

293. Ariſtotelis quoque ſententiam in medium producit, inquiens: „ Ariſtoteles longe „ omnibus (Platonem ſemper excipio) „ præſtans & ingenio, & diligentiâ, cùm „ quatuor illa genera principiorum eſſet complexus, „ è quibus omnia orirentur, quintam „ quandam naturam cenſet eſſe, à qua „ fit mens, cogitare enim, & providere, & „ diſcere, & docere, & invenire aliquid, „ & tam multa alia, meminiſſe, amare, „ odiſſe, cupere, timere, angi, lætari: „ Hæc & ſimilia eorum, in horum quatuor „ generum nullo ineſſe putat: quintum genus „ adhibet vacans nomine. „ De Democritis poſtea Sententia pauca ſubnectit, inquiens: „ Democritum enim magnum quidem „ illum virum, ſed levibus & rotundis „ corpuſculis efficientem animum, concurſu „ quodam fortuito, omittamus: nihil „ eſt enim apud iſtos, quod non atomorum „ turba conficiat. „ *Hæc Tullius* de Antiquorum Sententia circa animæ naturam: quarum quæ vera ſit, aliquem Deum ſcire dicit: quænam porrò veriſimillima, magnam, ait, eſſe quæſtionem.

294. Tertullianus porrò in lib. de Anima cit. cap. 5. Corpoream animam pronuncians, contemnit eorum philoſophorum Sententiam, qui ab anima corpulentiam auferunt, eos poſtea in medium producit, qui corpoream eſſe vindicant, ut Hipparchus, & Heraclitus, qui ex igne conflatam animam poſuerunt; Hippon, & Thales ex aqua; Empedocles, & Critias ex Sanguine; & Epicurus ex Atomis, Critolaus verò, & ejus Peripatetici, ex quinta ſubſtantia. Poſtea eum Zeno conſitum Spiritum animam definiat, quo digreſſo animal emoritur, corpus eſſe concludit, hoc nimirùm formato argumento: *Conſito Spiritu digreſſo animal emoritur: ergo conſitus Spiritus corpus eſt: ergo corpus eſt anima.* Inde quę Cleanthes de anima ſcribit, recenſet & ait. „ Vult & Cleanthes non ſolùm „ corporis lineamentis, ſed & animæ „ notis ſimilitudinem parentibus in filios „ reſpondere, de ſpeculo ſcilicet morum, „ & ingeniorum adfectum; Corporis autem „ ſimilitudinem, & diſſimilitudinem capere „ & animam. Itaque corpus ſimilitudini, „ vel diſſimilitudini obnoxium. Item Corporalium, „ & Incorporalium paſſiones inter „ ſe non communicare.

295. Proſequitur inde, & ſubjungit: „ Porrò & animam compati corpori, cui „ læſo ictibus, vulneribus, ulceribus condoleſcit: „ & corpus animæ, cui afflictæ „ vera, angore, amore cohæreſcit per detrimentum „ ſocii vigoris, cujus pudorem, „ & pavorem, rubore, atque pallore teſtetur. „ Igitur anima corpus ex corporalium „ paſſionum communione. Sed & Cryſippus „ manum ei porrigit, conſtituens, corporalia „ ab incorporalibus derelinqui om-

„ ninò non poſſe, quin nec contingsntur
„ ab eis; unde & Lucretius:

„ *Tangere enim & tangi, niſi corpus, nulla*
„ *poteſt res.*

„ Derelicto autem corpore ab anima, affici
„ morte. Igitur corpus anims, quæ niſi
„ corporalis, corpus non derelinqueret. „ *Hæc*
Tertullianus, qui poſtea ſub cap. 6. eorum
argumenta refellere Philoſophorum conatur,
qui animam incorpoream eſſe ſtatuunt,
additque Sorani medici ſententiam dicen-
tis, immò & oſtendentis, animam corpora-
libus ali.

296. Porrò omiſſis Philoſophorum plsci-
tis, ex Evangelio probare nititur animam
eſſe corpoream, quia etiam extra corpus
doloribus, & cruciatibus ſubiicitur, ait
„ ergo ſub cap. 7. „ Dolet spud inferos ani-
„ ma cujuſdam, & punitur in flamma, cru-
„ ciatur in lingua, de digito animæ felicio-
„ ris implorat ſolatium roris. Imaginem exi-
„ ſtimas exitum illum Pauperis lætantis, &
„ Divitis mœrentis? Et quid illic Lazari
„ nomen, ſi non in veritate res eſt? Sed &
„ ſi imago credenda eſt, teſtimonium erit ve-
„ ritatis. Si enim non haberet anims cor-
„ pus, non caperet imago animæ imaginem
„ corporis: nec mentiretur de corporalibus
„ membris Scriptura, ſi non ersnt. Quid
„ eſt autem illud, quòd ad inferna transfer-
„ tur poſt divortium corporis, quòd deti-
„ netur illic, quòd in diem Judicii reſervs-
„ tur, ad quod & Chriſtus moriendo deſcen-
„ dit, puto, ad animas Patriarcharum, ſed
„ quamobrem, ſi nihil anima retinet ſub ter-
„ ris? nihil enim ſi non corpus; incorpora-
„ litas enim ah omni genere cuſtodiæ libe-
„ ra eſt, immunis, à pœna, & à foveſa.
„ Per quod enim punitur, aut ſovetur, hoc
„ erit Corpus? Reddam de iſto plenius, &
„ opportunius. Igitur ſi quid tormenti, ſive
„ ſolstii anima perceperit in carcere, ſeu
„ diverſorio inferum, in igne, vel in ſinu
„ Abrshæ, probata erit corporalitas animæ.
„ Incorporalitas enim nihil patitur, non ha-
„ bens per quod pati poſſit, aut ſi habet,
„ hoc erit Corpus. In quantùm enim omne
„ corporale paſſibile eſt, intsntùm quod paſ-
„ ſibile eſt, corporale eſt. „ *Hæc Tertul-*
lianus.

297. Duabus de cauſis velle videtur Ter-
tullianus, animsm eſſe corpoream, & quia
alias nec psti poſſet, nec lætari, nec pœ-
nis plecti, nec præmiis ditari: pati enim,
& lætari paſſiones corporis ſunr: & qnis
aliàs ſi corpus non eſſet anima, nihil eſſet,
ideo dicit, nihil retinuiſſet ſub terris, ſi ani-
ms corpus non eſſet. Hinc in libro de car-
ne Chriſti, cap. 11. arguens contra eos, qui
aſſerebant animam Chriſti inviſibilem fuiſſe,
corpus poſtea induendo eam Chriſtum feciſſe
viſibilem, ait: „ Nihil enim hsbens inviſi-
„ bile, quomodo poteſt inviſibilis dici? Sed
„ ne eſſe quidem poteſt, niſi habens per
„ quod ſit. Cùm autem ſit, habeat neceſſe
„ eſt aliquid, per quod eſt. Si habet ali-
„ quid per quod eſt, hoc erit corpus ejus.
„ Omne quod eſt corpus, eſt ſui generis:
„ nihil eſt incorporale, niſi quod non eſt.
„ Habente igitur animâ inviſibile corpus,
„ qui inviſibilem eam facere ſuſceperat,
„ utique dignius id ejus viſibile feciſſet,
„ quod inviſibile habebatur. „ Hanc Tertul-
liani rationem adnotat S. Auguſtinus lib. 10.
de Geneſi ad literam cap. 25. ubi ait: *Ter-*
tullianus, quia corpus eſſe animam credidit,
non ob aliud, niſi quòd eam incorpoream cogi-
tare non potuit, & ideo timuit nè nihil eſſet, ſi
corpus non eſſet.

298. Denique primam cauſam allegatam,
cur velit Tertullianus animam eſſe corpo-
ream, repetit in libro de Reſurrectione car-
nis, ubi tradit non ideo carnem reſurre-
cturam in die Judicii, ut puniri poſſint ho-
mines pro malè actis, cùm ſola anima non
ſit paſſionibus ſubjecta pœnalibus, ſed quia
caro etiam cum anima peccavit, ideo par
eſt ut in animæ ſocietate, cum qua mals egit,
& ipſa csro puniatur. Cæterum animam
eſſe corpoream, & ideo talem, quia conſtat
à corpore ſeparatam cruciari, & pati. Sed
audiamus ipſum ſub cap. 17. ſic loquentem.
„ Simplicior quiſque fautor ſententiæ no-
„ ſtræ putabit, carnem etiam idcircò repræ-
„ ſentsndam eſſe Judicio, quia aliter anima
„ non capiat psſſio tormenti, ſeu refrigerii,
„ utpotè incorporalis; hoc enim vulgus
„ exiſtimat. Nos autem animsm corpora-
„ lem, & hic profitemur, & in ſuo Volu-
„ mine probamus, habentem proprium ge-
„ nus ſubſtantiæ, ſoliditatis, per quam quid
„ & ſentire, & pati poſſit. Nam & nunc
„ animas torqueri, foverique penes inferos,
„ licèt nudas, licèt sdhuc exules carnis, pro-
„ bavit Lazari exemplum.

299. Cæterum Animam eſſe immortalem,
nos ſatis oſtendimus in 1. parte cap. 16. Com-
mentar. in hæreſ. 7. num. 31. & ſeq. Neque
Tertullianus sliter docuit, ac credidit, ut
notat S. Auguſtinus in hæreſi 86. Et quidem
in lib. de Reſurrect. carnis cap. 2. ſcribit.
„ Habet & iſte à nobis pleniſſimum de omni
„ ſtatu Animæ ſtylum, quam in primis im-
„ mortalem tuentes, ſolius carnis, & defe-
„ ctionem agnoſcimus, & refectionem cùm
„ maximè adſerimus. *Et cap.* 3. Quædam
„ enim, *inquit*, & naturâ nota ſunt, ut
„ immortslitas Animæ penes plures, ut Deus
„ noſter penès homines. Utar ergo & ſen-
„ tentiâ Platonis alicujus pronuntiantis.
„ *Omnis Anima immortalis.* „ Ex quo prin-
cipio ſequitur Animam non eſſe corporesm:
Si enim corporea minimè immortalis: omne
sutem corporeum defectibile, & mortale eſt.

Quare

Quare Tullius in quæſt. 1. Tuſcul. cit. ex
eo quòd anima immortalis ſit, refellit anti-
quorum Philoſophorum de Animæ natura
opiniones. ,, Si cor, *inquit*, aut ſanguis,
,, aut cerebrum eſt animus, certè quoniam
,, eſt corpus, interibit cum reliquo corpore:
,, Si anima eſt, fortaſſe diſſipabitur: Si ignis,
,, extinguetur: Si eſt Ariſtoxeni Harmonia,
,, diſſolvetur. Qnid de Dicæarcho dicam,
,, qui nihil omninò animum dicat eſſe? His
,, ſententiis omnibus nihil poſt mortem per-
,, tinere ad quemquam poteſt: pariter enim
,, cum vita ſenſus amittitur, non ſentientis
,, autem nihil eſt, nullam in partem quod
,, interſit. ,, *Hæc Cicero*. Optime ergo Pla-
to, qui concedens Animæ immortalitatem,
eſſe corporeum ei denegat, ut refert S.Au-
guſtinus lib. 22. de Civit. cap. 11. ubi ait:
Ariſtoteles quintum corpus eandem dixit eſſe, & Plato nullum.

300. Pro abſurdo habet S. Auguſtinus
in lib. de Anima, dicere animam eſſe cor-
poream, quia ſequeretur hominem conſtare
duobus, vel tribus corporibus: etenim lib. 1.
cap. 5. ait: ,, Quòd verò eam, non ſpiri-
,, tum, ſed corpus eſſe contendit, quid
,, aliud vult efficere, qnàm nos, non ex
,, anima & corpore, ſed ex duobus, vel
,, etiam tribus conſtare corporibus, cùm
,, enim ſpiritu, anima, & corpore conſtare
,, nos dicit, & omnia hæc tria corpora eſſe
,, aſſerit, profectò ex tribus corporibus nos
,, putat eſſe compactos. In qua opinione
,, quanta ſequatur abſurditas, illi potiùs
,, quàm tibi demonſtrandum puto.

301. Ex profeſſo porrò materiam tractat
in libro de Geneſi ad literam, eamque nec
corpoream eſſe, nec conſtare materiâ demon-
ſtrat: nam ſub cap. 12. ait: ,, Quid eſt er-
,, go unde Anima flatu Dei facta eſt? An
,, corpus aliquod erat, terrenum quidem &
,, humidum? Nullo modo: Hinc enim po-
,, tius caro facta eſt. Numquid aliud eſt li-
,, mus, quàm terra arida? Nec humore ſo-
,, la anima facta credenda eſt; quaſi caro
,, de Terra, & Anima de aqua. Nimis enim
,, abſurdum eſt indè factam putare animam
,, hominis, unde facta eſt caro piſcis, & vo-
,, lucris. Ergo fortaſſis ex aëre. Huic enim
,, elemento etiam flatus competit, ſed no-
,, ſter, non Dei. Unde ſupradiximus, hoc
,, potuiſſe congruenter putari, ſi Animam
,, Mundi, tanquam unius maximi animan-
,, tis, Deum crederemus, ut ita eam flave-
,, rit de aëre corporis ſui, ſicut flat noſtra
,, de ſui. *Et poſt aliqua*. Sed cùm anima
,, non ſit corporea, quidquid autem ex Mun-
,, di corporeis elementis fit, corporeum eſſe
,, neceſſe eſt, in quihus Mundi elementis
,, etiam aër iſte connumeratur, nec ſi de
,, puri illius, cœleſtiſque ignis elemento fa-
,, cta anima diceretur, credi oporteret.

302. Deinde eodem libro 7. cap. 15.
veluti concludens ait: ,, Quà propter non
,, eſt quidem humanæ animæ natura nec de
,, terra, nec de aqua, nec de aëre, nec de igne;
,, ſed tamen craſſioris corporis ſui materiam,
,, hoc eſt humidam quandam terram, quæ
,, in carnis verſa eſt qualitatem, per ſubti-
,, liorem naturam corporis adminiſtrat, id
,, eſt per lucem, & aërem. Nullus enim, ſi
,, his duobus, vel ſenſus in corpore eſt, vel
,, ab anima ſpontaneus corporis motus. Sicut
,, autem prius eſſe debet noſſe quàm facere,
,, ità prius eſt ſentire, quàm movere. Anima
,, ergo, quoniam res eſt incorporea, Corpus
,, quod incorporeo vicinum eſt, ſicut eſt ignis
,, vel potius lux, & aër primitus agit, &
,, per hæc cætera, quæ craſſiora ſunt corporis,
,, ſicut humor & terra, unde carnis corpulentia
,, ſolidatur, quæ magis ſunt ad patiendum
,, ſuhdita, quàm prædita ad faciendnm.

303. Hoc pacto refellit antiquorum Phi-
loſophorum opiniones de animæ natura,
cùm dicit nec de terra, nec de aqua, nec
de aëre, nec de igne, animam eſſe produ-
ctam, ſicut illi putabant: unde lib. 22. de
Civit. cap. 11. cit. oſtendit Animam eſſe
ſupra omnia elementa: ,, Sic eſt enim, *inquit*,
,, hinc ſurſum verſus, Terra prima, Aqua
,, ſecunda, tertius Aër, quartum Cœlum,
,, ut ſuper omnia ſit Animæ natura: Nam
,, & Ariſtoteles quintum corpus eandem di-
,, xit eſſe: & Plato nullum. Si quintum
,, eſſet, certè ſuperius eſſet cæteris. Cùm verò
,, nullum eſt, multò magis ſuperat omnia.
Et in eodem lib. 7. de Geneſi ad literam cap.
29. quærens de qua materia Deus hunc fla-
tum fecerit, dicit nullum corporeum in ea
habuiſſe partem. ,, Unde ergo, *ait*, ſit ipſa,
,, ideſt, de qua velut materie Deus hunc
,, flatum fecerit, quæ anima dicitur, dùm
,, quæritur, nihil corporeum debet occurere.
,, Sicut enim Deus omnem Creaturam; ſic
,, anima omnem corpoream creaturam, na-
,, turæ dignitate præcellit. ,, Hinc eſt quod in
commentar. ad pſal. 145. *Lauda anima mea Dominum*, loquens de præſtantia ac digni-
tate rationalis animæ: ,, Natura animæ *in-*
,, *quit*, præſtantior eſt, quàm natura corporis,
,, excellit multùm, res ſpiritualis eſt, res in-
,, corporea eſt, vicina eſt ſubſtantiæ Dei. In-
,, viſibile quoddam eſt, regit corpus, movet
,, memhra, dirigit ſenſus, præparat cogitatio-
,, nes, exerit actiones, capit rerum infinita-
,, rum imagines.

304. At longè ante Auguſtinum S. Gre-
gorius Thaumaturgus ferè Tertulliano coæ-
vus, in Diſputatione de Anima ad Tatianum
ſub num. 4. quærit, An incorporea ſit anima,
& eſſe incorpoream pronunciat, & diverſis
probat rationibus. Supponit enim primùm
Animam in corpore eſſe, & ex quo in cor-
pore corpoream non eſſe: nam ſi eſt in cor-
pore, & eſſet corporea, vel corpori ita adja-
cet, ut lapis lapidi, aut miſta cum corpore.

Si primum ; „ Sequitur, *inquit*, quòd corpus ſit anima, nec totum corpua animatum eſſe, cùm parti cuidam ſolùm adhæreat. Si autem cum corpore miſta, confuſaque ſit, è propria animæ ratione dejecta, multis partibua conſtabit, nec ſimplex erit. Quòd enim multarum eſt partium, diviſibile eſt, ac diſſolubile: Quòd autem poteſt dividi, compoſitum eſt: compoſitum verò tripliciter dividi poteſt. Corpua autem adjunctum corpori, molem auget: Anima verò in corpore exiſtena, illud non tumidum, ſed vivum potiùa reddit. Non igitur corpus, ſed incorporea eſt anima.

305. Deinde ſubjungit alteram rationem inquiena: „ Si corpua eſſet anima, aut extrinſecus, aut intrinſecus movetur: non autem extrinſecua movetur; non enim impulſione, neque tractione movetur, ut inanimata: neque intrinſecus movetur, ſicut animata: Abſurdum enim eſt, Animam animæ dicere. Neque ergo Anima eſt corpus: incorporea igitur.

306. Item arguit ſic: „ Si Corpus eſt anima, etiam qualitates habet, quæ percipiantur ſenſibua, & nutritur. Sed non nutritur. Quòd ſi nutritur, non corporeè nutritur, ut Corpus; ſed incorporeè, nam ratione & verbo nutritur: non igitur ſenſibiles qualitatea habet. Neque enim oculis cernitur juſtitia, neque fortitudo, neque alia ejus generis, quæ ſunt animæ qualitates: quapropter Corpus non eſt anima; incorporea igitur. Præterea. Cùm omnis ſubſtantia corporea in animatam dividatur, dicant qui animam corpoream eſſe affirmant, animatam nè, dici eam velint, an inanimatam. Denique: Si corpus omne colorem, quantitatem, & figuram habet: nihil antem ejuſmodi in anima conſpicitur. „ *Ita arguit Thaumaturgus*.

307. Et ex hoc quod probaverit eſſe incorporcam concludit poſtea eſſe quoque ſimplicem, minimè compoſitam; etenim ſub numero 5. ubi quærit, an ſimplex ſit anima, an compoſita, ait: „ Ex quibua ergo anima corporia expers oſtenditur, ex iis potiſſimum etiam ſimplex demonſtratur. Nam ſi corpus non eſt, & omne corpus compoſitum eſt, compoſitum autem ex partibus conſtet, nec plurium quidem partium erit. Cùm autem incorporea ſit, ſimplex erit: quoniam non eſt compoſita, neque in partes ſecabilia.

308. Denique ſub num. 6. quærit. An immortalis ſit anima noſtra, & ex conſequenti concludit, eſſe immortalem, inquiens: „ Conſequena verò mihi videtur, ut quod ſimplex, etiam ſit immortale. Et quo pacto illud, auſculta. Nihil eorum quæ ſunt, ſe ipſum corrumpit, alioquin enim ne initio quidem conſtitiſſet. Quæ autem corrumpuntur ex contrariis corrumpuntur. Nam omne quod corrumpitur, diſſolvitur; quod diſſolvitur, compoſitum eſt: compoſitum multarum eſt partium: quod ex partibua conſtat, ex iis ſcilicet conſtat differentibus: Quod verò differens eſt, idem non eſt. Quamobrem cùm ſimplex ſit anima, neque ex pluribus partibus conſtet, quia nec compoſita eſt, nec diſſolvi poteſt, ſequitur eam incorruptibilem, & immortalem eſſe. „ *Hæc S. Gregorius*.

309. Ambroſius inſuper in libro de Iſaac cap. 2. adversùs antiquos illos Philoſophos, qui non rectè de anima ſentiebant: „ Non ergo, *inquit*, Sanguis anima, quia carnis eſt ſanguis: neque Harmonia anima, quia & hujuſmodi harmonia carnia eſt: neque Aer anima, quia aliud eſt flatilia ſpiritus, aliud anima: neque Ignis eſt Anima, neque Entelechia anima: Sed anima eſt vivena, quà factus eſt Adam in animam viventem, ex eo quòd inſenſibile, atque exanime corpus anima vivificet, & gubernet. *Hactenus S. Ambroſius*.

310. Elegantur hæc eadem, & alia plura canit S. Gregorius Nazianzenus in Carmine ſeptimo de Anima, ubi ait.

Numinis eſt numus flatus, qui cælitus ortus,
Nexum terrenâ ſubiit cum carne jugalem,
Haud ſecus ac lumen quod cæco obducitur antro,
Divinus tamen eſt, mortiſque ignarus acerbæ.
Non etenim, ut Bruta, & pecudes ratione carentes,
Numinis effigiem procumbere morte decebat,
Mortalem banc quamvis nitatur reddere noxa.
Ignea porro animæ non eſt natura putanda
Confecti quis enim mentem quod conficit eſſe
Crediderit? Nec item eſt aër: namque ipſe viciſſim
Efflatur, trabiturque, nec unquam immobilis bæret.
Non etium eſt toto diffuſus corpore Sanguis,
Quin neque concentus, quem bumorum gignit amica
Temperies. Neque enim eſt eadem carniſque, animæque,
In quam nil juris lesbo eſt, natura.

Hæc itaque, & alia habet in eodem carmine Gregorius.

Plura ex Patribus colligere poſſem, ſed ea omitto, ne longior quàm par ſit videar.

Hoc

311. Hoc tantùm adiiciam; In Concilio Lateranenſi ſub Leone X. Seſſ. 8. ubi confirmata fuit doctrina illa, firmata in Concilio Viennenſi ſub Clemente V. qua definitum fuit, Animam rationalem eſſe per ſe & eſſentialiter humani corporis formam, & inſuper adversùs temerè philoſophantes, fide Catholicâ pariter definitum, Animam rationalem eſſe immortalem: implicite quoque eſſe definitum eandem Animam rationalem, & intellectivam eſſe prorſus incorpoream: nam ſicut Gregorius Thaumaturgus ex eo quòd ſit incorporea, concludit eſſe ſimplicem, & ex quo ſimplex, & non compoſita, eſſe immortalem, per argumentum à contrario ſequitur, quòd ſi ſit immortalis ſimplex erit, & incorporea. Semel ergo definito, Animam eſſe immortalem, manet definitum eſſe ſimplicem, & incorpoream, quia juxta doctrinam Thaumaturgi immortalitas animæ intellectivæ fundatur in ejus ſimplicitate, ſimplicitas verò in ejus incorporeitate..

312. Argumenta porrò Tertulliani nullius ſunt roboris. Non enim quia anima à corpore ſegregata patitur, & lætatur, inde ſequi oportet eſſe corpoream, quaſi quòd pati ſoli corpori conveniat. Hoc non probat Tertullianus, ſed tantùm aſſerit, & ſupponit. Sunt ergo animæ quamvis incorporeæ, & ſpirituales pœnis ſebjectæ, & Damnatorum animæ verè cruciantur, miris quidem, ſed veris modis, ut cum Auguſtino loquar, & eſt communis Patrum, & Catholica doctrina. Sed quomodo patiantur, non eſt præſentis negotii inquirere. Habet anima ſuas potentias, potentiæ ſua objecta convenientia, & diſconvenientia: dum tendunt in objecta diſconvenientia, nec poſſunt tendere in objecta ſibi convenientia, intimum patiuntur cruciatum. Hoc ſatis pro modo.

313. Alterum verò argumentum, quo utitur idem Tertullianus peſſimam continet doctrinam: nam vult omne quod eſt eſſe corpus, & nihil eſſe incorporeum, niſi quod non eſt, & ita in ejus ſententia nedum Angeli quoque erunt Corporei, verùm Deus ipſe, nec recuſat hoc etiam aſſerere. Etenim in libro contra Praxeam cap. 7. ait: *Quis enim negabit Deum corpus eſſe?* Et lib. 2. contra Marcionem cap. 16. ,, Diſcer-
,, ne, *inquit*, ſubſtantias, & ſuos eis diſtri-
,, bue ſenſus, tam diverſos, quàm ſubſtan-
,, tiæ exigunt, licèt vocabulis communi-
,, care videantur. Nam, & dexteram, &
,, oculos, & pedes Dei legimus, nec ideo
,, tamen humanis comparabuntur, quia de
,, appellatione ſociantur. Quanta erit diver-
,, ſitas Divini corporis, & humani ſub iiſ-
,, dem nominibus membrorum, tanta erit
,, & animi Divini, & Humani differentia,
,, ſub iiſdem licèt vocabulis ſenſuum, quos
,, tam corruptorios efficit in homine corru-
,, ptibilitas ſubſtantiæ humanæ, quàm incor-
,, ruptorios in Deo efficit incorruptibilitas
,, ſubſtantiæ Divinæ. ,, *Ita Tertullianus*. Et hunc eundem errorem in Tertulliano notat S. Auguſtinus lib. 10. de Geneſi ad literam cap. 24. & cap. 25. Proinde non eſt unde occurramus ipſius argumento, cùm omninò impium ſit ipſum aſſumptum. Falſum eſt, omne quod eſt, corporale eſſe: Deus eſt, & corporale non eſt. Nihil ergo valet ejuſmodi Tertulliani demonſtratio.

COL-

COLLATIO
Hæreſum Montani, ac Montaniſtarum, cum Hæreſibus Recentiorum Evangelicorum.

314. NON deſuerunt ex Recentioribus, qui Montaniſtas imitati, eorum geſta renovaverint. Sub prætextu ſeverioris diſciplinæ, & ſanctioris vitæ, plurimi inſurrexerunt, qui in hypocriſi locuti ſunt mendacium. Etiam Viſiones, & Revelationes nonnulli mentiti ſunt, quaſi à Deo ſibi Divinitus immiſſas. Certè Illuminatorum ſecta per eandem viam ingreſſa eſt. Etenim ut ait Dominicus Gravina lib. 1. de Viſionibus cap. 6. Quidam mali Sacerdotes hujus ſectæ Auctores, ſe Illuminatos vocari ſtuduerunt, novam lucem fingentes, ac Spiritum, carnales tamen ſub libidinis peccato venundati, & exiſtentes in regione umbræ mortis, Spiritum illuminationis ſuis diſcipulis promittebant, fictas tamen mortificationes, & Jejunia oſtentabant, revera deliciis incumbentes, quibus carnis & illecebrarum imperio per omnia ſubiicerentur, Venerisque tyrannidem propagarent. In Provincia Extremaduræ exordium ſumpſiſſe refert, Auctoribus Ferdinando Alvarez, & Chamizo, qui utriuſque ſexus innumeros deceperunt. In Civitate poſtmodum Hiſpalenſi anno 1623. iterum jam priùs ſopitam revixiſſe ſubjungit.

315. Hujus ergo ſectæ Patroni inter alia docebant Spiritum Sanctum gubernare ſuos congregatos, eoſque debere ſequi Spiritus Sancti motum, & inſpirationem ad faciendas, vel omittendas quaſcunque operationes. Prædicabant quandam perſonam Stigmatibus Chriſti Domini inſignitam, Sanguinem ſudare, ſolo Euchariſtiæ Sacramento ſuſtentari, cum Deo ſolere miſcere colloquia. Dicebant inſuper quemquam ad tantam poſſe devenire perfectionem, ut non egeat interceſſione Sanctorum: & ad eum perfectiſſimum cumulum pertingi poſſe, ut gratia perſonas immergat, nec ante, vel retrò, ultrà, citròque progredi poſſe. Item & ſectatores hujus hæreſis, aſſerebant ſe in gratia confirmatos, tam pro mortalibus, quàm venialibus vitandis, nec non & pro naturalibus imperfectionibus, & in eum deveniſſe ſtatum, ut nihil amplius haberent de carne Adæ. Jactabant quoque ſe in raptibus videre Deum per eſſentiam, ſicut videtur in patria, & eandem viſionem ſemel communicatam, ad nutum ſuum ſemper permanere. *Hæc ex Dominico Gravina*, qui poſtea ut ſimiles videantur Montaniſtis poſt plura ſubjungit. „ Et hi quoque Illuminati miniſterio Mulierum ſuam „ ſectam propagabant, undè & tam inſignis erat eorum hypocriſis, ut dum ta„ ciebant nocturna Conventicula, praxes Spirituales venditabant eàdem „ horâ.

316. Deinde cap. 7. recenſet quàm plurimos, qui ementitis revelationibus, atque viſionibus plebem decipiebant. Scribit in primis de Joanne quodam Bononienſi, qui fingebat ſe per viſiones cum Deo loqui, in qua opinione confirmatâ plebe, credebat potuiſſe ſolo verbo mortuos ad vitam revocare. De Antonio quodam inſigni Impoſtore refert etiam, quòd eximiam fingebat Sanctitatem, & cum Cœleſtibus & Deo converſari, & abſtinentiam talem oſtentabat, ut per quadraginta dies, & noctes creditus ſit jejunare. De alio inſuper ſcribit, qui Sanctitatem affectans, viſiones, & hujuſmodi venditabat populis: nam fingebat Imaginem Deiparæ illapſam, flores è terreſtri Paradiſo ſibi tranſmiſſos,

quos

quos pro magno munere gravioribus perſonis diſpenſabat. Finxerat porrò ſe à S. Joſeph fuiſſe in crure vulneratum, & panniculos quibus vulnus velabat, & aſpergebat, veluti reliquias diſpenſabat. Plura alia refert Gravina, quæ aptari poſſunt ad Montaniſticas viſiones.

317. Conformes quoque ſunt Montaniſtis Extatici, ſive Fanatici illi, de quibus ſcribit ex Lindano Stanislaus Reſcius in Centur. ubi ait: „Extaticos „ vocat Lindanus genus quoddam Anabaptiſtarum, inſanis potius, & furoris, „ quàm pietatis ſtudioſis ſimilius. Abreptitios, ſeu phanaticos, alii appellant: „ Ij verò phanatico ſuo abrepti Spiritu faciem mutabant, geſtus habebant hor- „ ribiles: Sæpe in terram prolapſi, eorum inſtar, qui morbo comitiali labo- „ rant, diu jacebant tanquam mortui, totoque corpore horribiliter contre- „ miſcebant: Miras deinde effutiebant viſiones: quale eſt illud, quod Zuin- „ glium apud inferos viderint Patrem, hæc & illa ter infanda præcepiſſe, diem „ Domini eras, vel poſtridie affuturum: de quo etiam verſitantes, tanquam „ furioſi vociferabantur, Dies Domini, Dies Domini. „ *Hæc Reſcius*.

318. Neque diſſimiles iiſdem Montaniſtis ſunt Enthuſiaſtæ, de quibus idem Reſcius ait: „Enthuſiaſtæ ſectâ Anabaptiſtæ ſunt, quaſi diceres, afflati, ſeu Di- „ vini: Ij quandam in ſe ipſo Dæmonis operationem expectare ſolent, quam „ Sancti Spiritus præſentiam arbitrantur: Somno ſe ipſos, ut plurimùm tradunt, „ & Somniorum ſuorum phantaſias, prophetias appellant. Talis fuit fatuus ille „ Monaſterien. Batavus, qui mirabili vaſricie pleriſque perſuaſit, Deum ſibi „ per Spiritum mandaſſe, ut Rex fieret Iſrael, & juſtitiæ Davidis inſtar, ut in „ totum Orbem ſuæ dominationis jura proferret, perderetque omnes, qui ipſius „ fidem amplecti, & juſtitiæ ſubditi eſſe detrectarent. Huc pertinet, quòd Pa- „ tris eſſe voluntatem dicebat per ſomnium revelatam, ut in quatuor Orbis „ plagas dimittantur ex Urbe, qui doctrinam ſuam diſſeminarent.

319. Denique idem Gravina loco jam cit. adſimilat Tertulliano quendam phanaticum in occiduis Oris emerſum, qui à fœmina quadam deceptus in diverſos incidit errores. „In occiduis Oris, *inquit*, novus Tertullianus erupit fami- „ liaritate cujuſdam fœminæ deceptus, quæ aſſerebat multa per revelationem „ accepiſſe. Novæ Philumelæ, vel Maximillæ aures accommodat, hæreſes for- „ mat, nimirum ſe ſuper omnes Angelos, & Apoſtolos gratiam obtinuiſſe, „ oblatam ſibi unionem Hypoſtaticam, datum quoque ut eſſet Redemptor Or- „ bis, quantùm ad efficaciam, novum ſe Triſmegiſtum triplici coronâ redimi- „ tum jactabat, Regis, Sacerdotis, & Legislatoris. „ *Hactenus Gravina*. Ad hæc: David Georgius Batavus Delphenſis revera Montani Spiritum renovavit. Is enim, ut refert Georgius Hornius in ſua Eccleſiaſtica Hiſtor. Period. 1. Art. 1. num. 38. ſe eſſe Meſſiam jactabat, non ex carne, ſed Spiritu Sancto, vel Spiritu Jeſu Chriſti eſſe conceptum: Doctrinam Moſis, & Chriſti, & Apoſtolorum imperfectam, & inutilem, ſuam verò perfectam, & ad æternam ſalutem conſequendam idoneam eſſe: adeòque ſe eſſe illum Spiritum Sanctum, in quem qui peccet, ejus peccati nullam eſſe condonationem.

C O L L A T I O

Hæreſis I.

320. CErtè novus ille Tertullianus, de quo ſupra mentionem fecimus, concordat in hac hæreſi cum Montaniſtis: nam eùm diceret, ſe ſuper omnes Angelos, & Apoſtolos gratiam obtinuiſſe, ex conſequenti aſſerebat Spiritum Sanctum ſupra ſe deſcendiſſe majori cum plenitudine, ac in Apoſtolos ipſos. Beza, ut refert Sanctius in reſponſione ad Apologiam, idem videtur dixiſſe de Calvino, dicens Calvinum ſuum non tantùm æqualem fuiſſe Apo-

Apoſtolis, ſed etiam in Cœnæ intelligentia eis præeſſe. Ita habetur apud Reſcium in Atheiſm. cap. 8. Qui etiam refert de quodam alio Calviniſta, qui dixerat Calvinum doctiorem Paulo fuiſſe, & plura ex Dei Secretis noviſſe, quàm ille: „ Quid, *inquit*, quòd in oppido Tonon, Boleſco teſte, Calviniſta quidam in magna hominum celebritate dicere pro concione non erubuit: *Dominus meus Calvinus, Paulo Apoſtolo doctior, plura ex Dei Secretis novit, quàm ille.* Quo ſtante neceſsè eſt concludat Spiritum Sanctum, majori cum plenitudine deſcendiſſe in Calvinum, ac in Paulum. In Colloquio porrò Aldeburgenſi, refert idem Reſcius, Lutherum eſſe vocatum Angelum Dei, tertium Heliam, Paſtorem, & Archiepiſcopum animarum ſuarum, tubam noviſſimam, electum Dei Organum, Dei virum: inſuper & eſſe vel prælatum, vel ſaltem æquatum Chriſto, & Paulo, & Deo, & Apoſtolis: unde agentibus de Lutheri doctrina acclamatum refert in dicto colloquio. „ Hæc doctrina eſt ipſiſſimum verbum Dei, „ & Lutheri: ex Verbo Dei, & Scriptis Lutheri: Petrus & Lutherus ita ſentiunt: Diſcipulus Chriſti, & Lutheri; cape hoc tibi, ò Paule, ò Luthere, „ Philippus habet cùm Dei ipſius, tùm Lutheri teſtimonio: Bellum indixerunt „ verbo Dei confeſſioni Auguſtanæ, & Luthero: Hac doctrinâ ſtante ſtat Lutherus, immò Paulus, immò Deus: Doctrinâ hac cadente, cadit Lutherus, „ cadit Paulus, cadit Deus: Acquievit Spiritui Sancto, & Luthero: Filio Dei, „ & Luthero. „ *Hæc ex Reſcio*. Sed & Sanderus lib. 1. de Juſtificatione contra præfatum colloquium Altemburgenſe, hoc idem adnotat, nam cap. 8. adversùs Proteſtantes loquens, ſic ait: „ Jam verò ſi alterius cujuſpiam ſcripta præter „ Sacras literas proferenda erant, minimè omnium decuit Luthero ſoli hanc „ prærogativam concedere, & ita concedere, ut non Prophetis modò, & Apoſtolis, verùm etiam ipſi Chriſto interdum exæquatus, atque utinam exæquatus tantùm, & non antepoſitus videatur. „ Hæc & alia plura apud Sanderum, unde etiam iſti videntur velle Spiritum Sanctum, cum tota plenitudine deſcendiſſe in Lutherum, & forte majori, quàm in Apoſtolos, dum Lutheri doctrinam Chriſti doctrinæ parem faciunt.

C O L L A T I O

Hæreſis III.

321. SEveritatem Montaniſtarum in reiiciendis ſecundis Nuptiis non facile amplexi ſunt Evangelici recentiores, quibus continere impoſſibile videtur, unde Lutherus in libro de vita conjugali, neceſſariam eſſe dicit Maris & Fœminæ conjunctionem, non minus quàm cibum, potum, ſomnum, & alia naturæ opera: & quemadmodum vir non poteſt mutare ſexum ſuum, ita non poteſt carere muliere, cùm non ſit liberum, neque conſilium, ſed res naturalis, & magis etiam neceſſaria, quàm edere, bibere, excreare, dormire, vigilare. Et in quodam Sermone de Matrimonio, dicit, verba illa, *Creſcite, & multiplicamini*, non eſſe præceptum, ſed pluſquam præceptum Divinum, puta opus, quod non eſt noſtrarum virium, vel ut impediatur, vel ut omittatur, ſed eſt tam neceſſarium, quàm edere, bibere, ventrem purgare, mucum emungere, ſomno, & excubiis intentum eſſe; & ſicut non eſt in hominis poteſtate, ut ſit vel non ſit homo, ita neque in ejus poteſtate eſt, ut ſit abſque fœmina, & fœmina abſque viro: & ita cæteri Evangelici; undè nedum non damnant ſecundas nuptias cum Montaniſtis, verùm & neceſſarias volunt; immò non verentur illas concedere adhuc vivente primâ uxore; hac ergo de cauſâ omittimus collationem hæreſis ſecundæ.

322. In tertia verò hæreſi concordant recentiores Evangelici: nam & ipſi matrimonia rata, & conſummata ſcindunt, nam plurimi ex recentioribus Evangelicis

gelicis perſuaſum habent nil aliud eſſe Matrimonium, quàm actum, ſeu opus dilectionis; ut cohabitationem viri, & uxoris definiant eo tantùm tempore, quamdiu vir uxori, & uxor viro ſatisfecerit: Quare Lutherus in quodam libello edito anno 1523. ſuper cap.7. Pauli prioris Epiſt. ad Corinth. plures & diverſas cauſas recenſet, ob quas Matrimonium ſolvi poſſe, & aliud inire tradit: ut non modò ſi Ethnicus Chriſtianam, ſed etiam falſus Chriſtianus, Chriſtianam conjugem deſerat: vel ſi conjux conjugem ad furtum, vel aliud peccatum inducit, vel ſi ob frequentes rixas, moleſta ſit cohabitatio cum priore conjuge, vel ſi diu abſit conjux. Et in libro de cauſis matrimonialibus edito anno 1530. ſi pauper cum Divite Matrimonium contrahat, & conſummet, ac deinde pauper Divitem conjugem retinere non poſſit, quòd amici vel affines Divitis impediunt, poteſt, inquit, pauper ad aliud matrimonium ſe transferre: Hæc apud Reſcium in Atheiſmis. De Sacramento Matrimonii. In Anglia, ut refert Georgius Hornius Period. 3. Art. hiſtor. Eccleſ. cit. ſupra num. 51. Miltonus quidam ex Independentium ſecta, docebat merum viri arbitrium, ſine uxoris culpa, vel Judicis cognitione, eſſe cauſam ſufficientem ſolvendi Matrimonium. Et ita inter alia dogmata, quæ ſparſim publicabantur in Anglia, circà annum 1540. apud eundem Hornium, hoc unum erat: licere viro uxorem dimittere propter aliquod vitium, ac accidens, & virum in ea re Summum Judicem eſſe. Et Bruodinus in ſuo Propugnaculo lib. 4. cap. 10. hanc propoſitionem fuiſſe in Anglia creditam, tradit: nimirùm, licitum eſſe viro dimittere uxorem, etiam ob levem cauſam: quæ eſt propoſitio 120. inter relatas ab ipſo. Gortingius quidam ex nova Anglia, eodem teſtante Hornio, pariter docuit, poſſe uxores repudiare viros ſuos, ſi nolint ſequi Eccleſiam, quam ipſa amplectatur: Et hæc certè doctrina eſt identica Montaniſticæ, quia Montanus præcipuè ſolvebat Matrimonia, quando unus ex conjugibus ad ſuam tranſibat Eccleſiam, veriùs Dæmonis Sinagogam, altero renuente. Plura alia ſimilia dogmata legi poſſunt apud Scriptores, quæ Montani doctrinæ in cauſa Matrimonii omninò concordant.

323. Et ut reverà quænam doctrina de Matrimonio in Anglia fuerit ſub Henrico, poſtquam ab Eccleſia Romana ſe ſejunxit, ac ſub Odoardo, indicat exemplum relatum à cit. Staniſlao Reſcio, de Sacram. Matrimonii, ubi ait: „ Odoardi Regis Angliæ tempore, de quodam caſu ad Matrimonium pertinen- „ te, in publicis Comitiis ſic erat Decretum: Opifex quidam fuit, cui nomen „ Matthæus Barro, cujus uxor, ex qua etiam liberos genuerat, lavabat olim „ familiæ Crumuellanæ lineas veſtes, in ea Domo, in qua tum degebat Ru- „ dolphus Sadlerus, non obſcuri nominis vir, qui nunc etiam Eliſabethæ Re- „ ginæ à Conſiliis eſt. Matthæus autem iſte, neſcio qua de cauſa, in tranſma- „ rinas regiones ſe contulit, niſi quòd quidam exiſtimabant eis ſuſpectam fuiſſe „ uxoris ſuæ caſtitatem, & ideo eum abiiſſe, nè videre cogeretur, quod neque „ ferre poterat, neque emendare. Cùm ergo annis aliquot abfuiſſet, uxor ipſius, „ vel audiens, vel fingens virum fuiſſe mortuum, nupſit Rhodolpho Sadlero „ Equiti aurato: tandem Matthæus in patriam reverſus, ubi intellexit, uxorem „ ſuam alteri nupſiſſe, cœpit illam repetere. Ex altera verò parte Sadlerus, qui „ ex ea liberos ſuſceperat, non patiebatur illam à ſe divelli. Res ad Summum „ Tribunal, idest ad publica Regni comitia, tam ſub Henrico, quàm ſub Odoar- „ do Regibus defertur: ibi decernitur, Mulierem iſtam, quæ primùm Matthæo, „ deinde Sadlero nupta, ex utroque liberos ſuſceperat, non Matthæi prioris „ mariti, ſed Sadleri uxorem deinceps habendam eſſe. „ *Hæc Reſcius*.

324. Obiter hic recenſebo, & aliud exemplum in cauſa pariter Matrimoniali, ab eodem Reſcio relatum, ex Manlio in loc. Commun. & Ricio in 34. Miſcellan. „ Lypſiæ, *inquit*, quædam mulier Evangelica rem habuit cum filio „ ſuo, ex eoque filiam ſuſcepit; & clam inſcio filio peperit, eamque ſubinò, „ ne facinus propalaretur, extra Domum exportandam, & educandam curavit. „ Porrò cùm eſſet annorum duodecim in Domum viciſſim, ſub prætextu pieta-

„ tis, tanquam Orphanam recepit, ejus amore filius captus; neſciens ſuam „ eſſe filiam, diſſimulante omnia, permittenteque Matre, in uxorem accepit, „ & tanquam uxore per aliquot annos uſus eſt: quæ tamen erat ſimul, & ſoror „ & filia, & conjux. Rem eam in Articulo Mortis Luthero egregio Confeſſo„ ri, Mater criminis ſui conſcia aperuit. Is caſum hunc ad Univerſitatem Wit„ tembergenſem retulit, Decretum eſt illud Matrimonium eſſe bonum, & ra„ tum, nec debere ſeparari: Matrem verò moribundam, & ob facinus dolen„ tem, cum ſolâ fide, juſſerunt in Cœlum evolare. „ *Hactenus Reſeius*.

325. Cæterum in novo Evangelicorum Evangelio, antiquæ omnes & Sanctiſſimæ Matrimoniales leges violatæ ſunt; quare hujus hæreſis occaſione, quæ etiam de Polygamia plurium uxorum ſimul conſuluerant Martinus Lutherus, Martinus Bucerus, Philippus Melancthon, Antonius Corvinus, & alii de Accademia Wittembergenſi, in cauſa iterandi Matrimonii à Philippo Landgravio Haſſiæ, adhuc ſuperſtite primâ uxore, referre hic non pigebit, quamvis enim non ſpectet ad hujus hæreſis collationem, ſpectat tamen ad eruditionem. Primo loco alleram inſtructionem Landgravii Martino Bucero creditam, apud Martinum Lutherum, & Philippum Melancthonem. Secundo loco, Lutheri ad eundem Landgravium Conſultationem, ſubſcriptam quoque ab aliis præfatæ Accademiæ. Tertiò publicum, atque notorium inſtrumentum, quo conſtat Landgravium, poſt receptam Lutheri Conſultationem, aliud Matrimonium, ſtante adhuc priore, contraxiſſe. Quæ monumenta refert Jacobus Benignus Boſſuetius ad Calcem lib. 6. hiſtor. de Variationibus: & ex eo Gaſpar Juenin in Commentar. hiſtor. Dogmat. de Sacramentis, Differt. 10. quæſt. 4. Articul. 1. §. 2. Quæ ita ſe habent.

INSTRUCTIO.

Quid Doctor Martinus Bucer, apud Doctorem Martinum Lutherum, & Philippum Melancthonem ſollicitare debeat, & ſi id ipſis rectum videbitur, poſtmodum apud Electorem Saxoniæ.

326. PRimo ipſis gratiam & fauſta meo nomine denuntient, & ſi corpore animoque adhuc bene valerent, quòd id libenter intelligerem. Deinde incipiendo, quòd ab eo tempore quo me noſter Dominus Deus infirmitate viſitavit, varia apud me conſideraſſem, & præſertim quòd in me repererim quòd ego ab aliquo tempore, quo uxorem duxi, in adulterio & fornicatione jacuerim. Quia verò ipſi & mei prædicantes ſæpe me adhortati ſunt, ut ad Sacramentum accederem; Ego autem apud me talem præfatam vitam deprehendi, nullâ bonâ conſcientiâ aliquot annis ad Sacramentum accedere potui. Nam quia talem vitam deſerere nolo, quâ bonâ conſcientiâ poſſem ad Menſam Domini accedere? Et ſciebam per hoc non aliter quàm ad judicium Domini, & non ad Chriſtianam confeſſionem me perventurum. Ulteriùs legi in Paulo pluribus quàm uno locis, quomodo nullus fornicator, nec adulter regnum Dei poſſidebit. Quia verò apud me deprehendi quòd apud meam uxorem præſentem à fornicatione, ac luxuria, atque adulterio abſtinere

non

non poſſim, niſi ab hac vita deſiſtam, & ad emendationem me convertam: nihil certius habeo expectandum, quàm exhæredationem à regno Dei & æternam damnationem. Cauſæ autem, quare à fornicatione, adulterio, & his ſimilibus abſtinere non poſſim, apud hanc meam præſentem uxorem, ſunt iſtæ.

327. Primò, quòd initio, quo eam duxi, nec animo, nec deſiderio eam complexus fuerim. Quali ipſa quoque complexione, amabilitate, & odore ſit, & quomodo interdum ſe ſuperfluo potu gerat, hoc ſciunt ipſius aulæ Præfecti, & Virgines, aliique plures: cùmque ad ea deſcribenda difficultatem habeam, Bucero tamen omnia declaravi.

328. Secundò, quia validà complexione, ut Medici ſciunt, ſum, & ſæpe contingit ut in fœderum & imperii comitiis diu verſer, ubi lautè vivitur, & corpus curatur; quomodo me ibi gerere queam abſque uxore, cùm non ſemper magnum Gynæceum mecum ducere poſſim, facile eſt coniicere, & conſiderare.

329. Si porro diceretur quare meam uxorem duxerim, verè imprudens homo tunc temporis fui, & ab aliquibus meorum Conſiliariorum, quorum potior pars defuncta eſt, ad id perſuaſus ſum. Matrimonium meum ultra tres ſeptimanas non ſervavi, & ſic conſtanter perrexi.

330. Ulteriùs me Concionatores conſtanter urgent, ut ſcelera puniam, fornicationem, & alia, quod etiam libenter facerem. Quomodo autem ſcelera, quibus ipſemet immerſus ſum, puniam, ubi omnes dicerent; Magiſter, priùs te ipſum puni. Jam ſi deberem in rebus Evangelicæ confœderationis bellare, tunc id ſemper malà conſcientià facerem & cogitarem: Si tu in hac vita gladio, vel ſclopeto, vel alio modo occubueris, ad Dæmonem perges. Sæpe Deum intereà invocavi, & rogavi; ſed ſemper idem remanſi.

331. Nunc verò diligenter conſideravi Scripturas antiqui, & novi Teſtamenti, & quantùm mihi gratiæ Deus dedit, ſtudioſè perlegi, & ibi nullum aliud conſilium nec medium invenire potui; cùm videam quod ab hoc agendi modo, penes modernam uxorem meam, nec poſſim nec velim abſtinere (quod coram Deo teſtor) quàm talia media adhibendo, quæ à Deo permiſſa nec prohibita ſunt. Quòd pii Patres ut Abraham, Jacob, David, Lamech, Salomon, & alii, plures quàm unam uxorem habuerint, & in eundem Chriſtum crediderint, in quem nos credimus, quemadmodum, S. Paul. ad Cor. 10. ait; Et præthereà Deus in veteri Teſtamento tales Sanctos valdè laudarit: Chriſtus quoque eoſdem in novo Teſtamento valdè laudat, inſuper lex Moyſis permittit, ſi quis duas uxores habeat, quomodo ſe in hoc gerere debeat.

332. Et ſi obiiceretur, Abrahàmo & antiquis conceſſum fuiſſe propter Chriſtum promiſſum, invenitur tamen clarè quod lex Moyſis permittat, & in eo neminem ſpecificet ac dicat, utrum duæ uxores habendæ, & ſic neminem excludit. Et ſi Chriſtus ſolùm promiſſus ſit Stemmati Judæ, & nihilominus Samuelis pater, Rex Achab, & alii, plures uxores habuerunt, qui tamen non ſunt de Stemmate Judæ. Idcirco hoc, quòd illis id ſolùm permiſſum fuerit propter Meſſiam, ſtare non poteſt.

333. Cùm igitur nec Deus in antiquo, nec Chriſtus in novo Teſtamento, nec Prophetæ, nec Apoſtoli prohibeant, ne vir duas uxores habere poſſit; nullus quoque Propheta, vel Apoſtolus proptereà Reges, Principes, vel alias Perſonas punierit aut vituperarit, quòd duas uxores in matrimonio ſimul habuerint, neque pro crimine aut peccato, vel quòd Dei regnum non conſequentur, judicarit; cùm tamen Paulus multos indicet qui regnum Dei non conſequentur, & de his qui duas uxores habent, nullam omnino mentionem faciat. Apoſtoli quoque cum gentibus indicarent quomodo ſe gerere, & à quibus abſtinere deberent, ubi illos primò ad fidem receperant, uti in Actis Apoſtolorum eſt; de hoc etiam nihil prohibuerunt, quòd non duas uxores in matrimonio habere poſſent, cùm tamen multi Gentiles fuerint qui plures quàm unam uxorem habue-

buerunt: Judæis quoque non prohibitum fuit, quia lex illud permittebat, & eſt omnino apud aliquos in uſu. Quando igitur Paulus clarè nobis dicit oportere Epiſcopum eſſe unius uxoris virum, ſimiliter & Miniſtrum: abſque neceſſitate feciſſet, ſi quis tantùm unam uxorem deberet habere, quòd id ita præcepiſſet, & plures uxores habere prohibuiſſet.

334. Et poſt hæc ad hunc diem uſque in Orientalibus regionibus aliqui Chriſtiani ſunt, qui duas uxores in matrimonio habent. Item Valentinianus Imperator, quem tamen Hiſtorici, Ambroſius, & alii Docti laudant, ipſemet duas uxores habuit, legem quoque edi curavit, quòd alii duas uxores habere poſſent.

335. Item, licèt quod ſequitur non multùm curem, Papa ipſemet Comiti cuidam qui Sanctum Sepulchrum inviſit, & intellexerat uxorem ſuam mortuam eſſe, & ideo aliam vel adhuc unam acceperat, conceſſit ut is utramque retinere poſſet. Item ſcio Lutherum & Philippum Regi Angliæ ſuaſiſſe, ut primam uxorem non dimitteret, ſed aliam præter ipſam duceret quemadmodum preterpropter conſilium ſonat. Quando verò in contrarium opponeretur, quòd ille nullum maſculum hæredem ex prima habuerit, judicamus nos plus hìc concedi oportere cauſæ quàm Paulus dat, unumquemque debere uxorem habere propter fornicationem. Nam utique plus ſitum eſt in bona conſcientia, ſalute animæ, chriſtiana vita, abſtractione ab ignominia & inordinata luxuria, quàm in eo ut quis hæredes vel nullos habeat. Nam omnino plus animæ, quàm res temporales curandæ ſunt.

336. Itaque hæc omnia me permoverunt, ut mihi propoſuerim, quia id cum Deo fieri poteſt, ſicut non dubito, abſtinere à fornicatione, & omni impudicitia, & viâ, quam Deus permittit, uti. Nam diutiùs in vinculis Diaboli conſtrictus perſeverare non intendo, & alias abſque hac via me præſervare nec poſſum, nec volo. Quare hæc ſit mea ad Lutherum, Philippum, & ipſum Bucerum petitio, ut mihi teſtimonium dare velint, ſi hoc facerem, illud illicitum non eſſe.

337. Caſu quo autem id ipſi hoc tempore propter ſcandalum, & quod Evangelicæ rei id fortaſſis præjudicare aut nocere poſſet, publicè typis mandare non vellent; petitionem tamen meam eſſe, ut mihi ſcripto teſtimonium dent: Si id occultò facerem, me per id non contra Deum egiſſe, & quòd ipſi etiam id pro matrimonio habere, & cum tempore viam inquirere velint, quomodo res hæc publicanda in mundum, & quâ ratione Perſona quam ducturus ſum, non pro inhoneſta, ſed etiam pro honeſta habenda ſit. Conſiderare enim poſſent, quòd aliàs Perſonæ quam ducturus ſum graviter accideret, ſi illa pro tali habenda eſſet, quæ non Chriſtianè, vel inhoneſtè ageret. Poſtquam etiam nihil occultum remanet, ſi conſtanter ita permanerem, & communis Eccleſia neſciret quomodo huic perſonæ cohabitarem, utique hæc quoque tractu temporis ſcandalum cauſaret.

338. Item non metuant quòd propterea, & ſi aliam uxorem acciperem, meam modernam uxorem malè tractare, nec cum ea dormire, vel minorem amicitiam ei exhibere velim, quàm antea feci: Sed me velle in hoc caſu crucem portare, & eidem omne bonum præſtare, neque ab eadem abſtinere. Volo etiam filios quos ex prima uxore ſuſcepi, Principes Regionis relinquere, & reliquis aliis honeſtis rebus proſpicere: eſſe proinde adhuc ſemel petitionem meam, ut per Deum in hoc mihi conſulant, & me juvent in iis rebus, quæ non ſunt contra Deum, ut hilari animo vivere & mori, atque Evangelicas cauſas omnes eò liberiùs, & magis Chriſtianè ſuſcipere poſſim. Nam quidquid me juſſerint, quod Chriſtianum & rectum ſit, ſive Monaſteriorum Bona, ſeu alia concernat, ibi me promptum reperient.

339. Vellem quoque & deſidero non plures quàm tantùm unam uxorem ad iſtam modernam uxorem meam. Item ad mundum, vel mundanum fructum in hac re

re non nimis attendendum eſt; ſed magis Deus reſpiciendus, & quod hic præcipit, prohibet, & liberum relinquit. Nam Imperator & Mundus me & quemcunque permittent, ut publicè meretrices retineamus, ſed plures quàm unam uxorem non facilè conceſſerint. Quod Deus permittit hoc ipſi prohibent: quod Deus prohibet, hoc diſſimulant, & videtur mihi ſicut Matrimonium Sacerdotum. Nam Sacerdotibus nullas uxores concedunt, & meretrices retinere ipſis permittunt. Item Eccleſiaſtici nobis adeo infenſi ſunt, ut propter hunc articulum, quo plures Chriſtianis uxores permitteremus, nec plus nec minus nobis facturi ſint.

340. Item Philippo & Luthero poſtmodum indicabit, ſi apud illos, præter omnem tamen opinionem meam, de illis nullam opem inveniam; tum me varias cogitationes habere in animo: quòd velim apud Cæſarem pro hac re inſtare per mediatores, & ſi multis mihi pecuniis conſtaret: quòd Cæſar abſque Pontificis diſpenſatione non faceret; quamvis etiam Pontificum diſpenſationem omnino nihil faciam: verùm Cæſaris permiſſio mihi omnino non eſſet contemnenda; quam Cæſaris permiſſionem omnino non curarem, niſi ſcirem quòd propoſiti mei rationem coram Deo haberem, & certius eſſet Deum id permiſiſſe quàm prohibuiſſe.

341. Verùm nihilominus ex humano metu, ſi apud hanc partem nullum ſolatium invenire poſſem, Cæſareum conſenſum obtinere uti inſinuatum eſt, non eſſet contemnendum. Nam apud me judicabam, ſi aliquibus Cæſareis Conſiliariis egregias pecuniæ ſummas donarem, me omnia ab ipſis impetraturum: Sed præterea timebam, quamvis propter nullam rem in terra ab Evangelio deficere, vel cum divina ope me permittere velim induci ad aliquid, quod Evangelicæ cauſæ contrarium eſſe poſſet; ne Cæſareani tamen me in aliis Sæcularibus negotiis ita uterentur & obligarent, ut iſti cauſæ & parti non foret utile: eſſe idcirco adhuc petitionem meam, ut me aliàs juvent, ne cogar rem in iis locis quærere, ubi id non libenter facio, & quòd millies libentiùs ipſorum permiſſioni, quam cum Deo & bona conſcientia facere poſſunt, confidere velim, quàm Cæſareæ vel aliis humanis permiſſionibus, quibus tamen non ulterius confiderem, niſi antecedenter in divina Scriptura fundata eſſent, uti ſuperius eſt declaratum.

342. Denique iteratò eſt mea petitio, ut Lutherus, Philippus, & Bucerus mihi hac in re ſcripto opinionem ſuam velint aperire, ut poſtea vitam meam emendare, bonâ conſcientiâ ad Sacramentum accedere, & omnia negotia noſtræ Religionis eò liberiùs & confidentiùs agere poſſim.

Datum Melſingæ Dominica poſt Chatharinæ anno 1539.

Philippus Lantgravius Haſſiæ.

CON-

Digitized by Google

CONSULTATIO LUTHERI,

Et aliorum ſuper Polygamia.

Sereniſſimo Principi Domino Philippo Landgravio Haſſiæ, Comiti in Catzenlembogen, Diets, Ziegenhain & Nidda, noſtro Clementi Domino, gratia Dei per Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum.

Sereniſſime Princeps & Domine.

343. POſtquam Veſtra Celſitudo per Dominum Bucerum diuturnas conſcientiæ ſuæ moleſtias, nonnullas ſimulque conſiderationes indicari curavit, addito ſcripto ſeu inſtructione quam illi Veſtra Celſitudo tradidit; licèt ita properanter expedire reſponſum difficile ſit, noluimus tamen Dominum Bucerum, reditum utique maturantem, ſine ſcripto dimittere.

344. Imprimis ſumus ex animo recreati, & Deo gratias agimus, quòd Veſtram Celſitudinem difficili morbo liberaverit, petimuſque, ut Deus Celſitudinem Veſtram in corpore & animo conſortare & conſervare dignetur.

345. Nam prout Celſitudo Veſtra videt, paupercula & miſera Eccleſia eſt exigua & derelicta, indigens probis Dominis Regentibus, ſicut non dubitamus Deum aliquos conſervaturum, quantumvis tentationes diverſæ occurrant.

346. Circa quæſtionem quam nobis Bucerus propoſuit, hæc nobis occurrunt conſideratione digna. Celſitudo Veſtra per ſe ipſam ſatis perſpicit, quantùm differant univerſalem legem condere, vel in certo caſu gravibus de cauſis, ex conceſſione divina, diſpenſatione uti; nam contra Deum locum non habet diſpenſatio.

347. Nunc ſuadere non poſſumus, ut introducatur publicè, & velut lege ſanciatur permiſſio, plures quàm unam uxores ducendi. Si aliquid hac de re prælo committeretur, facilè intelligit Veſtra Celſitudo, id præcepti inſtar intellectum & acceptatum iri, unde multa ſcandala & difficultates orirentur. Conſideret, quæſumus, Celſitudo Veſtra quàm ſiniſtrè acciperetur, ſi quis convinceretur hanc legem in Germaniam introduxiſſe, quæ æternarum litium & inquietudinum (quod timendum) futura eſſet ſeminarium.

348. Quod opponi poteſt, quod coram Deo æquum eſt, id omnino permittendum, hoc certâ ratione & conditione eſt accipiendum. Si res eſt mandata & neceſſaria, verum eſt quod obiicitur; Si nec mandata, nec neceſſaria ſit, alias circunſtantias oportet expendere. Ut ad propoſitam quæſtionem propriùs accedamus: Deus matrimonium inſtituit, ut tantùm duarum & non plurium perſonarum eſſet Societas, ſi natura non eſſet corrupta; hoc intendit illa Sententia: erunt duo in carne una, ìdque primitùs fuit obſervatum.

349. Sed Lamech pluralitatem uxorum in matrimonium invexit, quod de illo Scriptura memorat, tamquam introductum contra primam regulam.

350. Apud Infideles tamen fuit conſuetudine receptum; poſtea Abraham quo-

quoque & poſteri ejus plures duxerunt uxores. Certum eſt hoc poſtmodum lege Moſis permiſſum fuiſſe, teſte Scripturâ, Deuter. 2. l. 1. ut homo haberet duas uxores: nam Deus fragili naturæ aliquid indulſit. Cùm verò principio & creationi conſentaneum ſit, unicâ uxore contentum vivere, hujuſmodi lex eſt laudabilis, & ab Eccleſia acceptanda, nec lex huic contraria ſtatuenda; nam Chriſtus repetit hanc Sententiam: Erunt duo in carne una, Matt. 19. & in memoriam revocat quale matrimonium ante humanam fragilitatem eſſe debuiſſet.

351. Certis tamen caſibus locus eſt diſpenſationi. Si quis apud exteras nationes captivus ad curam corporis & ſanitatem, inibi alteram uxorem ſuperinduceret; vel ſi quis haberet leproſam: his caſibus alteram ducere cum conſilio ſui Paſtoris, non intentione novam legem inducendi, ſed ſuæ neceſſitati conſulendi, hunc neſcimus, quâ ratione damnare liceret.

352. Cum igitur aliud ſit inducere legem, aliud uti diſpenſatione, obſecramus Veſtram Celſitudinem ſequentia velit conſiderare.

353. Primò ante omnia cavendum, ne hæc res inducatur in Orbem ad modum legis, quam ſequendi libera omnium ſit poteſtas. Deinde conſiderare dignetur Veſtra Celſitudo ſcandalum nimium, quòd Evangelii hoſtes exclamaturi ſint, nos ſimiles eſſe Anabaptiſtis, qui ſimul plures duxerunt uxores. Item Evangelicos eam ſectari libertatem plures ſimul ducendi, quæ in Turcia in uſu eſt. Item Principum facta latiùs ſpargi, quàm Privatorum conſideret.

354. Item conſideret privatas perſonas, hujuſmodi Principum facta audientes, facilè eadem ſibi permiſſa perſuadere, prout apparet talia facilè irrepere.

355. Item conſiderandum Celſitudinem Veſtram abundare Nobilitate efferi ſpiritus, in qua multi, uti in aliis quoque terris ſint, qui propter amplos proventus, quibus ratione cathedralium beneficiorum perfruuntur, valdè Evangelio adverſantur. Non ignoramus ipſi magnorum Nobilium valdè inſulſa dicta: & qualem ſe Nobilitas & ſubdita Ditio erga Celſitudinem Veſtram ſit præbitura, ſi publica introductio fiat, haud difficilè eſt arbitrari.

356. Item Celſitudo Veſtra, quæ Dei ſingularis eſt gratia, apud Reges, & Potentes etiam exteros, magno eſt in honore & reſpectu, apud quos meritò eſt quòd timeat, ne hæc res pariat nominis diminutionem. Cùm igitur hic multa ſcandala confluant, rogamus Celſitudinem Veſtram, ut hanc rem maturo judicio expendere velit.

357. Illud quoque eſt verum, quòd Celſitudinem Veſtram omni modo rogamus, & hortamur ut fornicationem, & adulterium fugiat. Habuimus quoque, ut quà res eſt, loquamur, longo tempore non parvum mœrorem, quòd intellexerimus Veſtram Celſitudinem ejuſmodi impuritate oneratam, quam divina ultio, morbi, aliaque pericula ſequi poſſent.

358. Etiam rogamus Celſitudinem Veſtram ne talia extra matrimonium, levia peccata velit æſtimare, ſicut Mundus hæc ventis tradere, & parvipendere ſolet. Verùm Deus impudicitiam ſæpe ſeveriſſimè punivit: nam pœna diluvii tribuitur Regentum adulteriis. Item adulterium Davidis eſt ſeverum vindictæ divinæ exemplum, & Paulus ſæpiùs ait: Deus non irridetur. Adulteri non introibunt in regnum Dei: nam Fidei Obedientia comes eſſe debet, ut non contra conſcientiam agamus, 1. Timoth. 3. ſi cor noſtrum non reprehenderit nos poſſumus læti Deum invocare; & Rom. 8. ſi carnalia deſideria ſpiritu mortificaverimus, vivemus; ſi autem ſecundùm carnem ambulemus, hoc eſt, ſi contra conſcientiam agamus, moriemur.

359. Hæc referimus, ut conſideret Deum ad talia vitia non ridere, prout aliqui audaces faciunt, & ethnicas cogitationes animo fovent. Libenter quoque intelleximus Veſtram Celſitudinem ob ejuſmodi vitia angi, & conqueri. Incumbunt Celſitudini Veſtræ negotia totum mundum concernentia. Accedit Celſitudinis Veſtræ complexio ſubtilis, & minimè robuſta, ac pauci ſomni, unde meritò corpori parcendum eſſet, quemadmodum multi alii facere coguntur.

Legi-

360. Legitur de laudatiſſimo Principe Scanderbego, qui multa præclara facinora patravit contra duos Turcarum Imperatores, Amurathem, & Mahumetem, & Græciam dum viveret, feliciter tuitus eſt, ac conſervavit. Hic ſuos milites ſæpiùs ad caſtimoniam hortari auditus eſt & dicere, nullam rem fortibus viris æquè animos demere ac Venerem. Item, quòd ſi Veſtra Celſitudo inſuper alteram uxorem haberet, & nollet pravis affectibus & conſuetudinibus repugnare, adhuc non eſſet Veſtræ Celſitudini conſultum ac proſpectum. Oportet unumquemque in externis iſtis ſuorum membrorum eſſe dominum, uti Paulus ſcribit: *Curate ut membra veſtra ſint arma juſtitiæ*. Quare Veſtra Celſitudo in conſideratione aliarum cauſarum, nempe ſcandali, curarum, laborum, ac ſollicitudinum, & corporis infirmitatis, velit hanc rem æquâ lance perpendere, & ſimul in memoriam revocare, quòd Deus ei ex moderna conjuge pulchram ſobolem utriuſque ſexus dederit, ita ut contentus hac eſſe poſſit. Quot alii in ſuo matrimonio debent patientiam exercere ad vitandum ſcandalum? Nobis non ſedet animo Celſitudinem Veſtram ad tam difficilem novitatem impellere aut inducere; nam Ditio Veſtræ Celſitudinis, aliique nos impeterent, quod nobis eò minùs ferendum eſſet, quòd ex præcepto divino nobis incumbat matrimonium, omniaque humana ad divinam inſtitutionem dirigere, atque in ea quoad poſſibile, conſervare, omneque ſcandalum removere.

361. Is jam eſt mos ſæculi, ut culpa omnis in Prædicatores conferatur, ſi quid difficultatis incidat, & humanum cor in Summæ & inferioris conditionis hominibus inſtabile, unde diverſa pertimeſcenda.

362. Si autem Veſtra Celſitudo ab impudicâ vitâ non abſtineat, quod dicit ſibi impoſſibile, optaremus Celſitudinem Veſtram in meliori ſtatu eſſe coram Deo, & ſecurâ conſcientiâ vivere ad propriæ animæ ſalutem, & Ditionum ac Subditorum emolumentum.

363. Quòd ſi denique Veſtra Celſitudo omnino concluſerit, adhuc unam conjugem ducere, judicamus id ſecretò faciendum, ut ſuperiùs de diſpenſatione dictum, nempe ut tantùm Veſtræ Celſitudini, illi Perſonæ, ac paucis perſonis fidelibus conſtet Celſitudinis Veſtræ animus, & conſcientia ſub ſigillo confeſſionis. Hinc non ſequuntur alicujus momenti contradictiones aut ſcandala. Nihil enim eſt inuſitati Principes concubinas alere; & quamvis non omnibus è plebe conſtaret rei ratio, tamen prudentiores intelligerent, & magis placeret hæc moderata vivendi ratio, quàm adulterium & alii belluini, & impudici actus; nec curandi aliorum ſermones, ſi rectè cum conſcientia agatur. Sic & in tantùm hoc approbamus: nam quod circa matrimonium in lege Moſis fuit permiſſum, Evangelium non revocat, aut vetat, quòd externum regimen non immutat, ſed adfert æternam juſtitiam & æternam vitam, & orditur veram obedientiam erga Deum, & conatur corruptam naturam reparare.

364. Habet itaque Celſitudo Veſtra non tantùm omnium noſtrum teſtimonium in caſu neceſſitatis, ſed etiam antecedentes noſtras conſiderationes, quas rogamus ut Veſtra Celſitudo tanquam laudatus, ſapiens, & Chriſtianus Princeps velit ponderare. Oramus quoque Deum, ut velit Celſitudinem Veſtram ducere, ac regere ad ſuam laudem, & Veſtræ Celſitudinis animæ ſalutem.

365. Quod attinet ad conſilium hanc rem apud Cæſarem tractandi, exiſtimamus Illum adulterium inter minora peccata numerare; nam magnoperè verendum, illum Papiſticâ, Cardinalitiâ, Italicâ, Hiſpanicâ, Saracenicâ imbutum fide, non curaturum Veſtræ Celſitudinis poſtulatum, & in proprium emolumentum vanis verbis ſuſtentaturum, ſicut intelligimus perfidum ac fallacem virum eſſe, moriſque Germanici oblitum.

366. Videt Celſitudo Veſtra ipſa, quòd nullis neceſſitatibus chriſtianis ſincerè conſulit. Turcam ſinit imperturbatum, excitat tantùm rebelliones in Germaniâ, ut Burgundicam potentiam efferat. Quare optandum ut nulli Chriſtiani Principes illius inſidis machinationibus ſe miſceant. Deus conſervet Veſtram

Cel-

Celſitudinem. Nos ad ſerviendum Veſtræ Celſitudini ſumus promptiſſimi. Datum Wittembergæ die Mercurii poſt Feſtum Sancti Nicolai 1539.

Veſtræ Celſitudinis parati ac ſubjecti Servi.
Martinus Luther.
Philippus Melancton.
Martinus Bucerus.
Antonius Corvinus.
Adam.
Joannes Leningus.
Juſtus Wintfeſte.
Dionyſius Melanther.

Ego Georgius Nuſpicher, acceptâ à Cæſare poteſtate, Notarius publicus & Scriba teſtor hoc meo chirographo publicè, quòd hanc copiam ex vero, & inviolato originali propriâ manu à Philippo Melancthone exarato, ad inſtanſtiam & petitionem mei Clementiſſimi Domini & Principis Haſſiæ ipſe ſcripſerim, & quinque foliis numero, exceptâ inſcriptione, complexus ſim, etiam omnia propriè, & diligenter auſcultarim, & contulerim, & in omnibus cum originali, & ſubſcriptione Nominum concordet. De qua re iterùm teſtor propriâ manu.

Georgius Nuſpicher, Notarius.

INSTRUMENTUM COPULATIONIS
PHILIPPI LANDGRAVII
ET
MARGARETÆ DE SAAL.

In Nomine Domini, Amen.

367. NOtum ſit omnibus & ſingulis, qui hoc publicum inſtrumentum vident, audiunt, legunt, quòd anno poſt Chriſtum natum 1540. die Mercurii menſis Martii, poſt meridiem circa ſecundam circiter, indictionis anno 13. Potentiſſimi & Invictiſſimi Romanorum Imperatoris Caroli Quinti, Clementiſſimi noſtri Domini anno regiminis 21. coram me infraſcripto Notario & teſte, Rotemburgi in arce comparuerint Sereniſſimus Princeps & Dominus Philippus Landgravius Comes in Catznelenbogen, Dietz, Ziegenhain, & Nidda, cum aliquibus Suæ Celſitudinis Conſiliariis ex una parte; & honeſta ac virtuoſa Virgo Margareta de Saal, cum aliquibus ex ſua conſanguinitate ex altera parte; illâ intentione & voluntate coram me publico Notario ac teſte, publicè confeſſi ſunt, ut matrimonio copulentur: & poſteà ante memoratus meus Clementiſſimus Dominus & Princeps Landgravius Philippus per Reverendum Dominum Dionyſium Melandrum, Suæ Celſitudinis concionatorem, curavit proponi fermè hunc ſenſum. Cùm omnia aperta ſint oculis Dei, & homines pauca lateant, & Sua Celſitudo velit cum nominata Virgine Margareta matrimonio copulari, etſi prior Suæ Celſitudinis conjux adhuc ſit in vivis, ut hoc non tribuatur levitati & curioſitati, ut evitetur ſcandalum, & nominatæ Virginis, & illius

illius honeſtæ conſanguinitatis honor & fama non patiatur; edicit Sua Celſitudo hic cora Deo, & in ſuam conſcientiàm & animam, hoc non fieri ex levitate, aut curioſitate, nec ex aliqua vilipenſione juris & Superiorum, ſed urgeri aliquibus gravibus, & inevitabilibus neceſſitatibus conſcientiæ, & corporis, adeò ut impoſſibile ſit ſine alia ſuperinducta legitima conjuge corpus ſuum, & animam ſalvare. Quam multiplicem cauſam etiam Sua Celſitudo multis prædoctis, piis, prudentibus, & Chriſtianis Prædicatoribus antehac indicavit, qui etiam conſideratis inevitabilibus cauſis id ipſum ſuaſerunt ad Suæ Celſitudinis animæ, & conſcientiæ conſulendum. Quæ cauſa & neceſſitas etiam Sereniſſimam Principem Chriſtianam Duciſſam Saxoniæ, Suæ Celſitudinis primam legitimam conjugem, utpotè aliâ principalis prudentiâ, & piâ mente præditam movit, ut Suæ Celſitudinis tanquam dilectiſſimi mariti, animæ & corpori ſerviret, & honor Dei promoveretur, ad gratioſè conſentiendum. Quemadmodum Suæ Celſitudinis hæc ſuper relata Syngrapha teſtatur; & ne cui ſcandalum detur eò quòd duas conjuges habere moderno tempore ſit inſolitum; etſi in hoc caſu Chriſtianum, & licitum ſit, non vult Sua Celſitudo publicè coram pluribus conſuetas cæremonias uſurpare, & palam nuptias celebrare cum memoratâ Virgine Margareta de Saal: Sed hic in privato & ſilentio in præſentia ſubſcriptorum teſtium volunt invicem jungi matrimonio. Finito hoc Sermone, nominati Philippus, & Margareta ſunt matrimonio juncti, & unaquaque perſona alteram ſibi deſponſam agnovit, & acceptavit, adjunctâ mutuæ fidelitatis promiſſione in nomine Domini. Et antè memoratus Princeps ac Dominus ante hunc actum me infraſcriptum Notarium requiſivit, ut deſuper unum aut plura inſtrumenta conficerem, & mihi etiam tanquam perſonæ publicæ, verbo ac fide Principis addixit ac promiſit, ſe omnia hæc inviolabiliter ſemper ac firmiter ſervaturum, in præſentia reverendorum prædoctorum Dominorum M. Philippi Melanchthonis, M. Martini Buceri, Dionyſii Melandri, etiam in præſentia ſtrenuorum ac præſtantium Eberhardi de Thau Electoralis Conſiliarii, Hermanni de Malsberg, Hermanni de Hundelshauſem, Domini Joannis Fegg Cancellariæ, Rodolphi Schenck, ac honeſtæ, ac virtuoſæ Dominæ Annæ natæ de Miltitz viduæ defuncti Joannis de Saal, memoratæ Sponſæ matris, tanquam ad hunc actum requiſitorum teſtium.

Et ego Balthaſar Rand de Fulda, poteſtate Cæſaris Notarius publicus, qui huic Sermoni, & matrimoniali Sponſioni, & copulationi cum ſuprà memoratis teſtibus interfui, & hæc omnia, & ſingula audivi, & vidi, & tanquam Notarius publicus requiſitus fui, hoc inſtrumentum publicum mea manu ſcripſi, & ſubſcripſi, & conſueto ſigillo munivi, in fidem & teſtimonium.

Balthaſar Rand.

Hac noſtra tempeſtate anno nimirum 1708. Dux Wittembergiæ repudiatâ legitimâ uxore Principiſſa de Baden Durlach, nupſit ſuæ concubinæ Graffennuzzin, cujus rei causâ in magna fuit conſternatione totus Ducatus Wittembergiæ unà cum populo, adeout coactus fuerit Dux præfatam concubinam, Genevam moraturam demandare, donec res melius componeretur. De Schola Lutheri, & ſodalium ejus talis proceſſit doctrina, cujus praxis etiam apud ſuos Sectatores ſine offenſa, & ſcandalo, atque populorum tumultu, eſſe non poteſt &c.

COL-

Digitized by Google

COLLATIO

Hæreſis IV.

368. NOn ſatis concordant recentiores Evangelici cum Montaniſtis, immò ut in Commentario adnotavimus calumniantur Eccleſiam Romanam de Montaniſtico hoc errore, ex eo quòd nova Jejunia indixerit. Attamen non defuerunt Impoſtores, qui Montaniſticam ſeveritatem affectantes, Jejunia quoque incredibilia ſimularent. Referam hic tantùm unicum exemplum, allatum à Dominico Gravina in ſuo Lapide Lydio, ſive opere de Viſionibus, lib. 1. cap. 7. „ Antonius quidam, *inquit*, inſignis impoſtor, eximiam fingebat Sanctitatem, & cum Cœlitibus, & Deo converſari. Abſtinentiam talem „ fingebat, ut per quadraginta dies, & noctes perpetuò jejunare creditus ſit, „ & à Cuſtodibus, qui Cameram ejus obſervabant, ſi cibus, vel potus ei adminiſtraretur, neminem videntes, Angelos illum viſitare Cœlitus immiſſos „ judicabant. Verùm ipſe in camera habebat candelas fiſtulatas, & in fiſtulis „ cannatum deliteſcebat farina infarta ex contritis Phaſianorum, & Caponum „ carnibus, ſaccharo, & aromatibus conditis. Geſtabat etiam Zonam quandam „ ſimiliter fiſtulatam, plenam nectare, quod hypocritum dicitur, & his deliciis „ epulabatur, vulgi tamen opinione Sanctus, & abſtinentiæ admirabilis exiſtimatus. „ *Hæc Gravina*, ex Panormitano lib. 1. de Geſtis Regis Alphonſi cap. 1. & Joviano Pontano lib. 2. de Serm. cap. 16.

COLLATIO

Hæreſis V.

369. DOminicus Gravina in lib. de Præſcript. Cathol. tom. 1. lib. 4. de falſ. hæret. Tradit. in hac hæreſi comparat cum Montaniſtis, Lutherum, & Calvinum, qui Catholicos derident, quòd Pœnitentiam vocent ſecundam tabulam poſt naufragium. *Lutherus*, inquit, *de captivitate Babylonica cap. de Baptiſmo*; *Calvinus lib.* 4. *Inſtit. cap.* 19. §. 17. *ſubſannant Catholicos*, *quòd Pœnitentiam vocent ſecundam tabulam poſt naufragium*. Et idem de Calviniſtis notat Jacobus Gualterius in ſua Tabul. Sæcul. II. ab anno 100. ad 200. cap. 25. Cæterum qui ſolâ fide ſalutem conſequi definiunt, videntur pœnitentiam negare, ac proindè, & clavium poteſtatem, unde Lutherus in præſato lib. de Capt. Babylon. ut refert Reſcius in Atheiſm. de Sacram. Pœnit. ait: „Tam dives eſt homo Chriſtianus, ſive baptizatus, ut etiam volens non „ poſſit perdere ſalutem ſuam, quantiſcumque peccatis, niſi nolit credere. „ *Et in Serm. de Piſcatura Petri*. Quantò ſceleratior es, *inquit*, tantò tibi „ celeriùs Deus gratiam infundit. At magna pars hominum eò tendit, ut ſe „ adornet, ut Catus; quaſi per hoc Deus eos acceptare debeat; nequaquam, „ nam Scriptura Deum ſic laudat, quòd aufert peccata, & proiicit ea in Mare. Sæpe audiſtis, quòd erga Deum operibus non indigemus, ſed erga hominem. Coram Deo autem indigemus nullâ re, niſi nudâ fide. „ *Hæc Lutherus*. Itaque qui negant confeſſionem Sacramentalem faciendam Sacerdoti, & partes Sacramenti pœnitentiæ, in eo concordant cum Montaniſtis, quòd non ſit in Eccleſia poteſtas remittendi peccata. Non tamen negant Evangelici peccata remitti, ſed volunt à ſolo Deo immediatè, nullo creato miniſtro in-

terpoſito remitti, & quidem abſque ullo opere ſatisfactorio per ſolam peccantis fidem.

370. Signanter verò affinis eſt Montaniſticæ doctrinæ illa, quam evulgaverat in Saxonia Georgius Boeſius, Soraviæ in inferiore Luſatia Diaconus, qui ut habetur in Supplemento Hiſtoriæ Hornianæ, dogma publicaverat *De Termino gratiæ Divinæ peremptorio, peccatoribus in hac vita ſic conſtituto, ut deinde ejus iterandæ nulla ſpes ſuperſit*. Quà ſtante doctrinâ conſequitur non omnibus lapſis concedendam veniam, ſed illis dumtaxat, qui nondum certum numerum peccatorum committunt: quibus enim ad talem numerum progreſſis, quemadmodum juxta allatum dogma, nulla eſt ſperanda remiſſionis gratia, ſic etiam non erit ſperanda via. Denique omninò eandem hæreſim ab inferis revocarunt Hoffmanici, ſivè Melchioriſtæ, apud Stanislaum Reſcium in Centur. à Melchiore Hoffmanno ſic dicti, qui inter alia dogmata, & hoc adjecerunt, *cum qui accepta gratia voluntariè peccaret, in gratiam nunquam recipi*.

COLLATIO

Hæreſis VI. & VII.

371. NOn licere urgente perſecutione fugam capere non docent recentiores Evangelici, ſed è contrario quidam ex illis volunt licitum eſſe, metus causâ dum fuerit perſecutio, ſe Idololatram fingere atque externe ipſam Chriſti fidem abjurare, ut diximus in Collatione Hæreſis XIII. Simonianorum. Et Farellus Miniſter Calvini in Epiſtola ad eundem inter Calvinianas 78. referente Jacobo Gualterio loc. cit., inter alia ſcribit: *Qui ab externa Idolatriæ profeſſione abſtinent, non audeo damnare etiam ſi fidem ſuam diſſimulent, periculorum metu*.

372. Animam porrò corpoream, & effigiatam cum Montaniſtico Tertulliani Spiritu ſentiunt illi, qui unà cum Corpore mori pronunciant. Concordant, & in hac hæreſi illi, qui ſentiunt animam nil aliud eſſe præter quamdam vim, quæ Spiritu arteriæ, & pulmone agitatur, quorum meminit Calvinus in Pſycopanichia, apud Gravinam loco ſupra cit.

CAPUT

CAPUT V.

SIVE XXVII.

De Pepuzianis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1. P*EPUZIANI à loco quodam nominati ſunt, quam civitatem deſertam dicit Epiphanius. Hanc autem iſti Divinum aliquid eſſe arbitrantes, Hieruſalem vocant. Tantum dantes Mulieribus Principatum, ut Sacerdotio quoque apud eos honorentur. Dicunt enim Quintillæ, & Priſcillæ in eadem Civitate Pepuza, Chriſtum ſpecie Fœminæ revelatum: unde ab hac Quintilliani etiam nuncupantur. Faciunt & ipſi de Sanguine Infantis, quod Cataphryges facere ſupradiximus. Nam & ab eis perhibentur exorti. Denique alii hanc Pepuzam non eſſe Civitatem, ſed Villam dicunt fuiſſe Montani, & Prophetiſſarum ejus Priſcæ, & Maximillæ: & quia ibi vixerunt, ideo locum meruiſſe appellari Hieruſalem.*

COMMENTARIUS HISTORICUS.

2. PEPUZIANI *à loco quodam*) A' Pepuza Civitate deſerta denominationem accipere hos hæreticos tradit S. Doctor, de qua Civitate Epiphanius in hæreſi 48. num. 14. ita ſcribit: „ Cæterum iidem illi deſertum „ quendam in Phrygia locum præcipuè ve„ nerantur; ubi Pepuza quondam oppidum „ fuit, quod hodie ſolo æquatum eſt. Eò „ ſiquidem deſcendere Cœleſtem Hieruſalem „ affirmant. „ Oppidum quoque Phrygiæ Pepuzam appellat Apollonius apud Euſebium lib. 5. hiſtor. cap. 18. Vicum ſcribit Nicephorus lib. 4. hiſtor. cap. 22. Damaſcenus autem inter Galatiam, & Cappadociam, ac Phrygiam ſitum oppidum notat, ad differentiam alterius ejuſdem nominis. „ Pe„ puzam, *inquit*, deſertum quoddam oppi„ dum Galatiam inter, & Cappadociam, ac „ Phrygiam ſitum, Divino honore afficiunt, „ cenſentque eſſe Hieroſolymam. Eſt autem, „ & alia Pepuza. „ *Sic Damaſcenus*. Itaque Pepuziani ab hoc oppido, & loco cognominati ſunt, ut dicit S. Auguſtinus.

3. Cæterum qui hujus hæreſis ſectatores erant, alias inſuper habebant denominationes, cognominabantur quoque Quintilliani, ut idem S. Doctor adnotat, Priſcilliani item, ac etiam Artotyritæ, ut ait Epiphanius in hæreſi 49. num. 1. ſed S. Auguſtinus de Artotyritis in propria agit hæreſi. Etenim in duas ſecernit hæreſes, Pepuzianorum, ſive Quintillianorum, & Artotyritarum. Quintilliani enim, & Priſcilliani cognominati ſunt, à Quintilla & Priſcilla Pſeudo-Prophetiſſis, quæ principem locum in hac ſecta tenebant.

4. Theodoretus porrò lib. 3. hæreticarum fabularum, nullam diſtinctionem ponit inter hos Pepuzianos, & Montaniſtas, ſive Cataphrygas: & vult eoſdem diverſas ſortitos denominationes, nimirum à Montano ejuſdem hæreſis patrono, cognominatos eſſe Montaniſtas, à Gente autem Cataphryges, & à loco Pepuzianos. „ Qui autem, inquit, „ ab ejus doctrina pendent, vocantur qui„ dem ab eo Montaniſtæ: vocantur autem „ Cataphryges à Gente: Pepuziani autem „ à Vico, quem ille nominavit Hieruſalem. Et certè Montanus Pepuzam Hieruſalem appellavit, ut capite ſuperiori oſtendimus: & ita ſcribit idem Theodoretus. *Vicum autem Pepuzam nominavit Hieruſalem*, & ante Theodoretum Apollonius apud Euſebium mox cit. de Montano loquens ait: *Hic eſt, qui Pepuzam, & Tymium Phrygiæ oppidula, Hieruſalem nominavit, ut cunctos undique homines eò convocaret.*

5. Itaque à Montaniſtis prodiiſſe Pepuzianos minime dubitari poteſt, hancque hæreſim ſurculum Montani hæreſis fuiſſe, aliquid de proprio illi ſuperaddendo poſt Montani deceſſum. In ea potiſſimum locum fœ-

minæ

minæ Pſeudoprophetiſſæ tenebant, quæ permaximè Pepuzam venerabantur utpote locum natalis Montani. Ait S. Auguſtinus in noſtro Textu, quòd aliqui aſſerebant Pepuzam non fuiſſe Civitatem, ſed Montani Villam. Certè ſpeciali aliqua de cauſa locum illum venerati ſunt Montaniſtæ, & elevare ad faſtigium honoris Montanus voluit, ut novam Hieruſalem nuncuparit: neque alia excogitanda mihi videtur ratio, niſi aut quòd in ea natalem ſuum habuerit Montanus, ſi civitas fuerit aut oppidum, vel quòd Villa extiterit Montani Juris, in qua quidquid ei libuerit peragere potuiſſet, ob ejus in eam abſolutum dominium.

6. Dicebant ergò Pepuzam novam illam fuiſſe Hieruſalem, quam Joannes in Apocalip. cap. 21. vidit de Cælo deſcendentem: *Vidi Sanctam Civitatem Hieruſalem novam deſcendentem de Cælo à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo*. Et de qua Paulus in Epiſtola ad Hebræos cap. 12. ſcribit: *Acceſſiſtis ad Sion Montem, Civitatem Dei viventis, Hieruſalem Cæleſtem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Eccleſiam primitivorum, qui conſcripti ſunt in Cælis*. Proinde in ea congregandos Dei electos pronunciabant, decipientes ſimplices & incautos, ſpiritu novæ prophetiæ, veriùs Pſeudoprophetiæ. Illò ergo proficiſcentes Myſteria quædam peragebant, Sacris cæremoniis pro ſua opinione celebrantes.

7. Ad hæc: ut magis deciperent, novas imperito vulgo enarrabant viſiones, ſeu magis illuſiones, inter quas illam præcipuè magnificabant, qua aſſerebant Chriſtum Pepuzæ, uni ex illis fœminis muliebri formâ apparuiſſe, immo ut ait Epiphanius in hæreſis 49. & cum ea obdormiſſe „ Sed harum alteram (*ait Epiphanius*) dicunt Pepuzæ aliquando ſomno correptam: Tum ad eam deſcendiſſe Chriſtum, ac ſimul cum ipſa ejuſmodi habitu dormiſſe, ut vana muliercula jactabat: *Muliebri*, inquit, *ſpecie, ac veſte ſplendidâ venit ad me Chriſtus, mihique ſapientiam indidit, atque hunc locum ſanctum eſſe ſignificavit, in eumque Sanctam Hieruſalem delabi*. Ob id nonnullæ ad hodiernum uſque tempus mulieres, ac viri eodem initiari cultu ſolent, ut ibidem excubantes Chriſtum contempleutur. „ *Hæc Epiphanius*. Idem ſcribit Damaſcenus in ſuo Catalogo hæreſum. Refert & Nicetas loco cit. inquiens: „ Ajunt autem ipſarum unam in loco qui Pepuza dicitur dormiſſe, Chriſtumque in ſomnis vidiſſe mulicbri habitu, ſtolâ ſplendidâ indutum, unà ſecum verſatum eſſe, & ſomnum cœpiſſe, ſapientiam denique ſibi inſpiraſſe, atque revelaſſe, quàm ſanctus ille locus eſſet.

8. Addit Epiphanius, conſueviſſe ſæpe in illorum Eccleſiam ſeptem ex ſuæ ſectæ Virginibus, cum facibus ingredi candidâ indutas veſte, ad edenda oracula populo; præſeferentes inde quandam furoris ſpeciem, ad fletum, & pœnitentiam adſtantes concitare, ipſaſque infelicem hominum ſtatum deplorare. „ Sæpe numero, *inquit*, in illorum Eccleſiam ſeptem cum facibus Virgines ingrediuntur, candidâ veſte, ut populo videlicet oracula reddant. Hæ cùm ſpeciem quandam furoris præſetulerint, adſtantibus illudunt, & ad fletum provocant; ut is pœnitentiæ luctus eſſe videatur. Nam, & lacrymas profundunt, & toto corporis geſtu vitam hominum deplorant.

9. Illud porrò horrendum, quod perpetrabant in Solemni Feſto, de Infantis ſanguine pro conficiendo Euchariſtico pane, præter D. Auguſtinum recenſent quoque alii: nam Epiphanius hæreſ. 48. licèt abſolutè non aſſerat hoc perpetraſſe priores Montaniſtas, fatetur tamen, aut illos, aut Quintillianos, Priſcillianos, & Pepuzianos certè perpetraſſe: „ Sed in hac Montani, *inquit*, vel in ejus germana Quintillianorum, aut certè Priſcillianorum, & Pepuzianorum hæreſi, horrendum quiddam, ac deteſtandum fieri dicitur. Nam infantulum per Solemne quoddam Feſtum acubus æreis toto corpore pungentes, exceptum ſanguinem Sacrificiis ſuis adhibent. Nicetas verò expreſſis verbis tradit, ex illius pueri ſanguine unà cum farina, panem Euchariſticum conficere conſueviſſe. „ Fertur, *inquit*, inſuper quiddam aliud magis impium apud illos fieri. Puerum enim apprimè Juvenem quodam Die Feſto per omnes corporis partes ſubulis pungunt, tùm ejus ſanguine farinam pinſunt & ſubigunt, tandemque oblatione inde factâ communicant. „ *Hæc Nicetas*. Idem tradit Damaſcenus, qui, & Cataphrygibus, & Pepuzianis commune ſcelus fuiſſe dicit. „ In ſuis Miſteriis, *inquit*, tenerum infantem acubus æreis compungunt, ut Cataphryges, & ſanguinem ejus cum farina miſcentes, ac panem oblationis conficientes, eum ſumunt. „ Addit Philaſtrius in Catalogo hæreſum ſub Apoſtolis, cap. 2. ubi agit de Cataphrygibus, in feſto Paſchæ tantum ſcelus committere conſueviſſe. „ Ubi & Myſterium ſcenicorum, *inquit*, & infantis execranda celebratur impietas. Dicunt enim eos de Infantis ſanguine in Paſcha miſcere in ſuum ſacrificium, ſuiſque ita ubique emittere, & perniciofis, & fatellitibus.

10. Denique, circà tempus quo hæc emerſit hæreſis non eſt valdè inquirendum, cùm à Montaniſtis exordium habuerit ſuum. Coæva ergo Montaniſtarum hæreſis fuit, licèt poſt Montani exitum aliquid novi ſuperadditum fuerit. Pervagata eſt Montaniſtarum

ſtarum, & Pepuzianorum factio per Cappadociam, Galatiam, Phrygiam, & Ciliciam, pervenitque Conſtantinopolim uſque, prout ſcribit Epiphanius in hæreſ. 48. num. 14. inquiens: „ Eſt enim hominum illa factio „ per Cappadociam, Galatiam, Phrygiamque, quam ante commemoravimus „ diſperſa; unde, & ſecundùm Phrygas „ ſecta dicitur. Sed & in Cilicia, & Conſtantinopoli frequentiſſima cernitur. „ *Hæc Epiphanius*, qui licèt ibidem loquatur de Montaniſtis, quorum hæreſis dicta eſt ſecundùm Phrygas; cùm tamen, & ipſi Pepuziani, Montaniſtæ quoque fuerint, & ipſemet Epiphanius in hæreſi 49. etiam Pepuzianos Phryges appellet; ſequitur ad hos quoque referri, quantùm ad propagationem, quæ de Montaniſtis ſcribit.

COMMENTARIUS

Dogmaticus.

11. T*Antum dantes Mulieribus*) S. Auguſtinus unum dumtaxat præcipuum, & ſingulare Pepuzianorum dogma recenſet, quòd nimirum, fœminæ Sacerdotalis, & cujuſvis Eccleſiaſticæ dignitatis ſint capaces. *Tantum dantes mulieribus principatum, ut ſacerdotio quoque apud eos honorentur*, inquit S. Doctor. Indicat, & S. Epiphanius per illa verba: *ob id nonnullæ ad hodiernam* uſque tempus mulieres, ac viri initiari *cultu ſolent*. Et infra. *Sororem verò Moyſis Prophetiſſam jactitant; cujus exemplo, ſuo illi cooptandarum in Clerum Mulierum inſtituto ſuffragantur*. Idem refert Damaſcenus, inquiens: *Mulieribus præeſſe, ac Sacerdotium gerere concedunt*. Nicetas porrò addit, etiam in Epiſcoporum numero apud Pepuzianos cooptatas fuiſſe fœminas. *Mulieres etiam*, ait, *in Epiſcopos, & Presbyteros ab illis eliguntur*.

12. Deinde addit idem Nicetas hos eoſdem Pepuzianos, in ea fuiſſe opinione, ut dicerent, nec maſculum, nec fœminam eſſe in Jeſu Chriſto. *Ajunt*, inquit, *in Jeſu Chriſto, nec Maſculum eſſe, nec Fœminam*. Porrò S. Epiphanius ſubjungit, ſingularem gratiam tribuiſſe Evæ, quòd prima de ſcientiæ fructu comederit. *Singularem Evæ gratiam tribuunt*, ait, *quòd prima de ſcientiæ fructu comederit*: proinde minimè peccaſſe neceſſe eſt aſſerant, comedendo de fructu vetito. Itaque Pepuzianorum hæreſes ad duo capita reducuntur.

13. I. Mulieres capaces eſſe Sacerdotalis, quinimmò & Epiſcopalis dignitatis.

II. Evam comedendo de fructu vetito, nedùm non peccaſſe, verùm & ſingularem gratiam fuiſſe adeptam.

Hæc itaque dogmata addiderunt Pepuziani hæreſi Montaniſtarum: nam in cæteris cum Montano aliiſque Montaniſtis ſentiebant. Attamen S. Baſilius in Epiſtola ad Amphilochium can. 1. tradit Pepuzianos non habuiſſe verum Baptiſmum: „ Pepuzianorum autem Baptiſmum, *inquit*, nullam habere „ rationem videtur: & miratus ſum, quomodo hoc Dionyſium, qui fuit Canonicus, præterierit. „ Et hoc, quia ut ſubjungit Sanctus Doctor, blaſphemabant in Spiritum Sanctum, Montanum, & Priſcillam Spiritum Sanctum dicentes: „ Pepuzeni „ ergo, *ait*, ſunt apertè hæretici, in Sanctum enim Spiritum blaſphemarunt, Montano, & Priſcillæ Paracleti appellationem nefariè, & impudenter attribuentes. „ Sive ergo qui homines in Deos referant ſunt condemnandi, ſive ut qui „ Spiritum Sanctum per concretionem cum „ hominibus, & commiſtionem injuriâ afficiant; ſic quoque ſunt æternæ condemnationi obnoxii, quòd non ſit concedenda „ blaſphemia in Spiritum Sanctum. Quamnam ergo habet rationem verum eorum „ Baptiſma judicari, qui in Patrem, & Filium, & Montanum, Priſcillamque baptizant. „ *Hæc Baſilius*. Fortè Pepuziani, de quibus Baſilius ſcribit, illius Montaniſtarum generis erant, qui tres perſonas Sanctiſſimæ Trinitatis negabant: quorum meminit Theodoretus lib. 3. hæret. fabul. ubi agens de Montaniſtis ait: „ Nonnulli „ autem eorum, tres perſonas Divinitatis, „ ſicut & Sabellius negarunt, eundem eſſe „ dicentes Patrem, & Filium, & Spiritum „ Sanctum, quemadmodum Aſianus Noëtus. Et eoſdem illos eſſe Phryges, quos Patres Concilii Trullani can. 95. ut Gentiles recipiendos decreverunt, veluti baptiſmo indigentes; quia errantes in Trinitatis fide, rectam baptizandi formam nullatenus ſervare poterant, ac proinde venientes ad Catholicam Eccleſiam, propter nullitatem eorum Baptiſmatis, iterum erant baptizandi, ac ſi forent Gentiles nunquam jam baptizati.

COM-

COMMENTARIUS

In Hæreſim I.

14. **M***Ulieres capaces eſſe*) Ante Pepuzianos Marcitæ eandem docuerunt hæreſim, ut in 1. parte cap. 14. Commentar. in hæreſ. 7. num. 35. & ſeq. Et poſt Pepuzianos Collyridiani, ut ibidem notavimus. Eam impugnat Epiphanius in hæreſ. 79. & nos nonnulla retulimus in præcit. Commentar. adversùs eandem. Ubi & adnotavimus ea quæ Firmilianus in Epiſtola ad Cyprianum, inter Cyprianicas novæ edit. 75. de quadam Phanatica Fœmina recenſet, quæ auſa fuit & Euchariſtiam conficere, & ſolemniter baptizare, cæteraque perficere, quæ propria ſunt ſolius Sacerdotis: Eamque certè Fœminam de Pepuzianorum ſemine prodiiſſe minimè dubitarem, nam & ipſa prophetiam oſtentabat, prædicendo futura, promittendo miracula, & portenta, à Spiritu maligno agitata. „ Emerſit iſtic ſubitò quædam Mulier, quæ „ in extaſi conſtituta, *ait Firmilianus*, Pro„ pheten ſe proferret, & quaſi Sancto Spi„ ritu plena ſic ageret. Ita autem princi„ palium Dæmoniorum impetu ferebatur, „ ut per longum tempus ſollicitaret, & „ deciperet fraternitatem, ac mirabilia quæ„ dam, & portentoſa perficiens, & facere &c. „ *Et infra*. Inter cætera, quibus plurimos „ deceperat, etiam hoc frequenter auſa eſt, „ ut & invocatione non contemptibili San„ ctificare ſe panem, & Euchariſtiam fa„ cere ſimularet, & Sacrificium Domino „ ſine Sacramento ſolitæ prædicationis of„ feret, baptizaret quoque multos, uſita„ ta & legitima verba interrogationis uſur„ pans, ut nil diſcrepare ab Eccleſiaſtica re„ gula videretur. „ *Hæc Firmilianus*.

15. Cæterum impietas Gentilium fuit Mulieres Sacerdotio donare, ſic apud Romanos Deabus Fœminis Mulieres Sacrificabant, id quod de Dea Bona ſcribunt hiſtorici apud Gyraldum in Hiſtor. Deorum Syntag. 17. ubi ait: „ Fauni Soror Fa„ tua vaticinatrix: ab ea Vates Fatuarii di„ cuntur: Hæc traditur mulierum caſtiſſi„ ma. Ideo eam Romani Bonam Deam ap„ pellavere, cujus Templum eſt in Saxo „ Aventini Montis, unde ingreſſus virorum „ prohibetur, & ei Fœminæ tantùm Sacri„ ficant. „ Hæc Gyraldus ex aliorum Sententia, & ut ait Syntag. 4. tempore Sacrificii arcebantur homines, nam intereſſe præfatæ Deæ Sacris non poterant Viri; unde Tibullus:

Sacra Bonæ maribus non adeunda Deæ.

Apud Gallos, & Germanos uſitatiſſimum morem fuiſſe ſcribit Tacitus de moribus Germanorum, ut nimirum Mulieres Sacrificarent: Sic & apud Græcos Mulieres ſolùm Sacra Cereri Eleuſinæ peragebant: unde Auctor lib. 3. Apoſtolic. Conſtit. cap. 9. ſcribit: *Deabus Fœminis Sacerdotiſſas creare, Gentilis impietatis erratum eſt, non autem Chriſti inſtitutum*.

16. Deinde in eodem cap. probat Auctor ille, non licere Fœminis Sacerdotio fungi, nam ita perverteretur Mulieris, ac Viri conditio: conceſſo enim mulieri Sacerdotio, vir muleri ſubiiceretur, nec mulier viro ſubjecta eſſet. Sic ordo ab exordio Mundi ab æterno Opifice conſtitutus, per illa verba, *Sub viri poteſtate eris*, perverteretur, & relicto naturali capite, ad extremum corpus fieret diſceſſus: cùm Mulier corpus viri ſit ex coſta ejus fabricatum, eique ſubjectum, à quo ſeparatum eſt ad procreationem liberorum: „ Nam ſi vir eſt caput Mu„ lieris, *inquit hic Auctor*, & is eligitur „ ad Sacerdotium; juſtitiæ repugnat ut „ creationis regula præſcribatur, & relicto „ principatu, ad extremum corpus venia„ tur. Mulier enim corpus viri eſt, ex co„ ſta ejus ortum ducens, eique ſubjectum, „ ſcilicet à quo ad liberorum procreationem „ ſeptum fuit: *Ipſe*, inquit, *tui dominabi„ tur*: at vir principatum illius tenet, utpote „ illius caput. Quòd ſi in præcedentibus, „ non permiſimus Fœminis docere, quo pa„ cto quiſpiam præter naturam eis fungi Sa„ cerdotio concedet? „ *Hactenus Auctor*.

17. Quæ ratio etiam fundamentum habet in Pauli Doctrina 1. ad Timoth. cap. 2. *Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubjectione: Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum: Sed eſſe in ſilentio: Adam enim primus formatus eſt, deinde Eva: & Adam non eſt ſeductus, Mulier autem ſeducta in prævaricatione*. Quo teſtimonio utitur Epiphanius in hæreſi 49. num. 3. ut probet non convenire Fœminis ad Sacerdotale faſtigium aſcendere: „ Quòd enim, „ *inquit*, mulierculas ad Epiſcoporum, aut „ Presbyterorum ordinem aſciſcunt, idque „ ob Evam facere ſe dictitant, audiunt ſa„ nè quod à Domino dictum eſt: *Ad vi„ rum erit converſio tua, & ipſe dominabi„ tur tibi*. Quin illud ignorant Apoſtoli „ præſcriptum: *Mulieri non permitto loqui, „ neque in viros autoritatem habere*. Item. „ *Non enim vir eſt à muliere, ſed mulier „ ex viro*. Et: *Adam non eſt deceptus, ſed „ Eva prior decepta in tranſgreſſione fuit*. Cujus vis argumenti in eo ſtat, quòd cùm viri Creatio mulieris productionem præceſſerit; peccatum mulieris peccato viri prius fuerit, eique occaſionem dederit; inconſultò Deus egiſſe videretur, ſi ei per Sacerdotium, ducatum ad pietatem inſtillandam conceſſiſſet, quæ poſterior creata, prior

prior in peccatum incidit, virumque ſuum in peccati ſoveam præcipitem traxit.

18. At Pepuziani apud Epiphanium pro ſuo dogmate allegant locum Pauli ad Galat. cap. 3. *Quicumque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis: non eſt Judæus, neque Græcus, non eſt ſervus, neque liber, non eſt maſculus, neque fœmina: omnes enim vos unum eſtis in Chriſto Jeſu*. Si ergo in Chriſto non eſt maſculus, neque fœmina, ſi nulla à Chriſto ratio ſexus habetur, quomodo ergo ſolus maſculus ad Sacerdotium admittendus eſt? Hanc diſcretionem maſculi, & fœminæ in hoc obeundo munere Chriſtus non fecit: neque ergo nos facere debemus. Immò videtur privilegium eſſe Evangelicæ legis, ut non minus viri ac mulieres aſſumantur ad Sacerdotium, ubi ſine ſexus diſcrimine, in omnes Spiritus Sanctus copiosè effuſus eſt, juxta Petri Apoſtoli explicatam Joëlis prophetiam, Actor cap. 2. *Et hoc eſt, quod dictum eſt per Prophetam Joel, & erit in noviſſimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ, & Juvenes veſtri ſomnia ſomniabunt: & quidem ſuper ſervos meos, & ſuper ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt*. Si ergo in Evangelica lege Spiritus Sancti dona, & gratiæ gratis datæ æqualiter conceſſæ ſunt viris, & mulieribus, etiam Sacerdotii dignitas erit æqualiter conceſſa.

19. Facilè tamen huic argumentationi occurritur: Utique Paulus dicit in Chriſto Jeſu non eſſe neque maſculum neque fœminam, ſed hoc non obſtante, non vult mulierem in Eccleſia loqui, nec permittit eas docere, nec dominari viris: Ergo licèt in Chriſto Jeſu non ſit neque maſculus, neque fœmina, non proinde ſequitur, quòd quemadmodum Maſculus poteſt Sacerdotio fungi, ita & fœmina: ſicut non ſequitur, quòd quemadmodum maſculus poteſt loqui in Eccleſia, poteſt docere, & dominatur fœminis, hoc idem poſſint & fœminæ. Itaque in Chriſto non eſt ſexus differentia quò ad legis obſervantiam, quò ad juſtificationis gratiam, & adoptionis in filios, & quò ad communia Dei beneficia, æternamque felicitatis retributionem: nam omnibus indiſferenter, tam Judæis, quàm Græcis, ideſt Gentilibus, tàm ſervis, quàm liberis, tàm maſculis quàm fœminis, aditus patet ad recipiendam fidem, ad Chriſti legem amplectendam, ad filiorum Dei adoptionem obtinendam, atque ad æternam aſſequendam beatitudinem: non ſic autem par ratio eſt viris, & fœminis, quò ad dignitates, & officia Eccleſiaſtica obtinenda.

20. Proinde Theodoretus in hunc locum ait: „ Illud, unus, pro eo quod eſt, unum „ corpus. Ipſe enim eſt caput noſtrum. „ Quamobrem nec ſcire quidem oportet dif„ferentiam ſervi, & domini, maſculi, & „ fœminæ, Judæi, & Græci. „ *Hæc Theodoretus*: Et S. Hieronymus in Commentar. ad cap. 3. ad Galatas, vult Paulum talia dixiſſe, ne quis putaretur melior, quia circumciſus, quàm non circumciſus, liber quàm ſervus, maſculus quàm fœmina: quia per fidem Chriſti omnes ſunt æqualiter filii Dei: unde idem Apoſtolus dixerat: *omnes enim filii eſtis per fidem, quæ eſt in Chriſto Jeſu. Quicumque enim baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*. Et poſt hæc immediatè oſtendit in Chriſto non eſſe differentiam inter Judæum, & Græcum, Servum, & Liberum, Maſculum, & Fœminam: nam quicumque baptizati ſunt, per fidem æqualiter ſunt filii Dei. „ Nec Judæus idcircò eſt melior, „ *inquit Hieronymus*, quia circumciſus eſt: „ nec Gentilis ideò deterior, quia præpu„tium habet: Sed pro qualitate fidei, vel „ Judæus vel Græcus, melior ſivè dete„rior eſt: ſervus quoque & liber, non „ conditione ſeparantur, ſed fide: quia po„teſt & ſervus libero eſſe melior; & liber „ ſervum in fidei qualitate prævertere. Ma„ſculus ſimiliter & Fœmina, fortitudine „ & imbecillitate corporum ſeparantur. Cæ„terum fides pro mentis devotione cenſe„tur, & ſæpe evenit ut & mulier viro „ cauſa ſalutis fiat; & mulierem vir in Re„ligione præcedat. Quum autem ita res ſe „ habeat; & tota diverſitas generis, con„ditionis, & corporum, Chriſti baptiſma„te, & indumento illius auferatur, omnes „ unum ſumus in Chriſto Jeſu. Ut quo„modo Pater & Filius in ſe unum ſunt; „ & nos in ipſis unum ſimus. „ *Hæc Hieronymus*.

21. Neque allatum ex Joelis prophetia teſtimonium vim aliquam habet: Nam ibi propheta loquitur de gratiis gratis datis, ut eſt donum prophetiæ, quas in Evangelica lege ſine ſexus diſcrimine, erant credentes recepturi: Non tamen per hoc ſequitur etiam Sacerdotium in lege Chriſti fore commune maſculis, & fœminis: nam gratiæ gratis datæ ac etiam donum prophetiæ, non tribuunt ullam poteſtatem in alium, quemadmodum tribuit Sacerdotium: non enim mulier prophetiſſa aliquam obtinet in virum poteſtatem, quia prophetiſſa: obtineret utique ſi Sacerdotali eſſet redimita poteſtate, contra id quod mandat Paulus, ut mulier ſit ſubjecta viro, & non è converſo. Et ut ait D. Thomas in 4. diſt. 75. quæſt. 8. art. 1. ad 1. Prophetia non eſt Sacramentum, ſed Dei donum: unde ibi non exigitur ſignificatio, ſed ſolùm res: & quia ſecundùm rem, in his quæ ſunt animæ, mulier non differt à viro, cùm quandoque mulier inveniatur melior quantùm ad ani-

mam multis viris; ideo Donum Prophetiæ, & alia hujuſmodi poteſt recipere, ſed non ordinis Sacramentum.

22. Modò reſtat videre an Montani diſciplina de fœminarum Sacerdotio affinis ſit antiquæ Catholicæ Eccleſiæ diſciplinæ de fœminis Presbyteris, Epiſcopis, Diaconiſſis, & Subdiaconiſſis, quarum mentio fit apud SS. Patres, & in diverſis Conciliorum Canonibus. Et quidem non eſſe affinem palam fit, cùm Mulieres quæ Presbyteræ ſive Epiſcopæ, ſive Diaconiſſæ, aut Subdiaconiſſæ in Sacris nuncupantur Canonibus, nullo Ordine inſignitæ fuerint. Non enim dictæ ſunt Epiſcopæ, vel Presbyteræ, aut Diaconiſſæ, quaſi in Epiſcopas ſacro epiſcopali Ordine, aut presbyterali in Presbyteras, ſive diaconali in Diaconiſſas fuerint initiatæ: ſed aliis de cauſis mox explicandis nomenclaturam acceperant.

23. Itaque ut à fœminis Presbyteris exordiar, dictæ ſic fuerunt quæ Presbyterorum fuerant uxores, deſumptâ denominatione à viro, qui in presbyterali conſtitutus erat dignitate: Sic eodem pacto Epiſcopa dicebatur, quæ Epiſcopi uxor fuerat. Liquet hoc primùm ex Concilio Turonenſi II. Sub Joanne II. Papa, celebrato circa annum Domini DLXX. can. 13. *Epiſcopam Epiſcopam non habentem, nulla ſequatur turba mulierum: licèt ſalvetur vir per mulierem fidelem, ſicut & mulier per virum fidelem, ut Apoſtolus ait: nam ubi talis cuſtodia neceſſaria non eſt, quid eſt neceſſe ut miſeria proſequatur, unde fama conſurgat?* Ubi nomine Epiſcopæ venit Epiſcopi uxor: etenim canone 12. antecedente, ſtatuitur ut Epiſcopus conjugem ſuam ut ſororem habeat, ut ita ſervet cælibatum: *Epiſcopus conjugem, ut Sororem habeat, & ita ſanctâ gubernatione gubernet Domum omnem, tam Eccleſiaſticam, quàm Propriam, ut nulla de eo ſuſpicio quaque ratione conſurgat.* Quam ergo hoc canone conjugem appellat, Epiſcopam dicit canone ſequente: nam Patres Concilii providentes Eccleſiaſticæ diſciplinæ, voluerunt ut Epiſcopi habentes uxores, eas loco ſororum tenerent, datâ eiſdem rerum familiarium domus adminiſtratione: non habentes verò vitarent fœminarum turbam, datâ rerum adminiſtratione Clericis, & Eccleſiæ Miniſtris, proinde in prælaudato can. 13. ſubjungitur: *Habeant Miniſtri Eccleſiæ, utique Clerici qui Epiſcopo ſerviunt, licentiam extraneas mulieres de frequentia cohabitationis eiicere.* Satis enim eſſe exiſtimabant, ut per Clericos Epiſcopo inſervientes, res familiares Domus adminiſtrarentur.

24. In hoc eodem ſenſu Presbyteras appellatas legimus, Diaconiſſas, & Subdiaconiſſas, in Concilio Antiſiodorenſi circa annum Domini DXC. celebrato can. 21. *Non licet Presbytero in uno lecto poſt acceptam benedictionem cum Presbytera ſua dormire, nec in peccato carnali miſceri, nec Diacono, nec Subdiacono.* Qui autem poſt acceptam uxorem ad Sacros promovebantur Ordines, tenebantur vitam ducere cælibem, proindè Patres hujus Concilii decernunt, non licere Presbytero poſt acceptam benedictionem, idest poſt ordinationem, dormire cum Presbytera ſua, ideſt cum ſua conjuge, nec Diacono cum ſua Diaconiſſa, nec Subdiacono cum ſua Subdiaconiſſa. Neque licebat horum conjugibus ad alia vota tranſire, & ipſæ quoque tenebantur caſtitatem ſervare. Etenim cùm nemo uxoratus potuerit ad Sacros Ordines promoveri, niſi de uxoris aſſenſu & licentia, & præmiſſo priùs uxoris voto caſtitatis; ideo & ad vitam cælibem ſervandam erat adſtricta, adeout neque poſtmortem Presbyteri, vel Diaconi poterat alteri nubere. Unde canone ſequente 22. *Non licet relictæ Presbyteri, nec relictæ Diaconi, nec Subdiaconi, poſt ejus mortem, Maritum accipere.* Hinc & in Concilio Romano ſub Gregorio II. circà annum Domini DCCXXI. celebrato, can. 1. *Si quis Presbyteram duxerit in conjugium; Anathema ſit.* Et can. 2. *Si quis Diaconam in conjugium duxerit; Anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, Anathema ſit.* Quare can. 14. excommunicatur Adrianus quidam, eò quòd Epiphaniam Diaconam matrimonio ſibi copulaverat: „ Adrianus filius Exhilarati, qui poſt „ præſtitum Sacramentum in Apoſtolica „ confeſſione Epiphaniam Diaconam, illicito auſu in uxorem habet; Anathema ſit. „ *Et can.* 15. Epiphania Diacona, quæ poſt „ præſtitum Sacramentum, cum Adriano „ Exhilarati filio fugâ lapſa eſt; Anathema „ ſit. Et reſponderunt omnes tertiò; Ana- „ thema ſit. „ Hæc Epiphania Diaconi cujuſdam uxor fuerat, votumque caſtitatis emiſerat, antequam vir ejus promoveretur, ſed poſtea arreptâ fugâ Adriano nupſit, & hac de cauſa unà cum præfato Adriano à Patribus hujus Concilii excommunicationis ſententiâ perculſa fuit.

25. Hæc omnia confirmat hiſtoria Magni Gregorii lib. 4. Dialog. cap. 11. de Urſino Presbytero, cujus uxorem presbyteram vocat: „ Sed neque hoc ſileam, *inquit*, quòd „ vir venerabilis Stephanus, qui non longè „ antehàc in hac Urbe defunctus eſt, quem „ ipſe etiam bene noſti, in eadem Provin- „ cia Nurſiæ contigiſſe referebat. Ajebat „ enim, quòd illic presbyter quidam com- „ miſſam ſibi cum magno timore regebat „ Eccleſiam. Qui ex tempore ordinationis „ acceptæ, Presbyteram ſuam ut ſororem di- „ ligens, ſed quaſi hoſtem cavens, ad ſe „ propius accedere nunquam ſinebat, eam- „ que ſibimet propinquare nullâ occaſione „ permittens, ab ea ſibi communionem fun- „ ditus familiaritatis abſciderat. „ Hoc idem rela-

relatum eſt In Decreto Gratiani *Can. Preſbyter. diſt.* 32. Facit & Canon 15. Concilii Aurelianenſis 1. celebrati circa annum Domiui DXL. *Si ſe cuicumque Mulier duplici conjugio, Preſbyteri vel Dioconi relicta conjunxerit, aut caſtigati ſeparentur, aut certè ſi in criminum intentione perſtiterint, pari excommunicatione plectantur*. Et Concilium Epaonenſe celebratum circa annum Domini DXVII. can. 32. *Relictæ Preſbyteri, ſive Diaconi, ſi cuicunque nupſerint, eatenus ab Eccleſia elongentur, donec à conjunctione illicita ſeparentur*. Inſuper & Concilium Toletanum 1. can. 20. *Si qua vidua Epiſcopi, ſive Preſbyteri, aut* Diaconi, *maritum acceperit; nullus Clericus, nulla Religioſa cum ea convivium ſumat, nunquam communicet; Morienti tantùm ei Sacramentum ſubveniat*. Ex quibus omnibus liquet, ſub nomine Presbyteræ venire uxores Presbyterorum, quæ caſtitatia votum emittebant, dum earum viri ad Sacerdotium promovebantur; quemadmodum, & Diaconiſsæ, & Subdiaconiſſæ eorum, jure dicebantur: Quibus nunquam permiſaum fuit ulteriùs nubere, neque poſt viri mortem, quando derelictæ, juxta Sacrorum Canonum phraſim, vocabantur.

26. Fuerant quoque in primitiva Eccleſia alterius generis Presbyteræ, quæ nullo Eccleſiaſtico Ordine erant initiatæ, ſed quibuſdam peculiaribus in Eccleſia officiis addictæ: quarum meminit S. Athanaſiua in lib. de Virginitate ſervanda, ubi ait: „ Tu autem ſi non facias tibi Juveniles habitus, „ non audies junior, ſed grandior, & presbytera vocaberis, honoremque ut presbytera habebia. „ Hujuſmodi tamen nullo ordine Sacro erant inſignitæ, immò cavetur canone XI. Concilii Laodiceni, ne in Eccleſiis ordinarentur. *Quòd non oporteat eas, quæ dicuntur Presbyteræ, vel Præſidentes, in Eccleſiis ordinari*. Quem Canonem Iſidorus Mercator ita vertit: *Mulieres, quæ apud Græcos Presbyteræ appellantur, apud nos viduæ, ſeniores, univiræ, & Matriculariæ nominantur, in Eccleſia tanquam ordinatas conſtitui non debere*. Immò Zonaras in hunc Canonem, exiſtimat Patres hujus Concilii hoc eodem Canone ſuſtuliſse morem præficiendi Eccleſiis hujuſmodi Presbyteras. Quodnam enim fuerit harum Presbyterarum officium exponit idem Zonaraa, ubi ait conſuetudinem olim fuiſse, ut vetulæ mulieres in Eccleſiia conſtituerentur, quas Presbyteraa, & Præſidentes quoque vocabant, quæ ingredientibus in Eccleſiam fœminis, veluti magiſterio quodam fungentea præeſſent, ac ſuo quamque ordine ritè conſiſtere juberent, & quo quamque loco, quove modo ſtandum eſset, docerent. Et inde ſubjungit, has Mulieres, ſive Presbyteras per hunc canonem eſse abolitas: *Nè quæ igitur*, inquit, *hujuſmodi Mulieres eligantur, neve iis nominibus nuncupentur, Canon decernit*.

27. De Diaconiſſis porrò mentio fit in Concilio Magno Nicæno 1. can. 19. „ Similiter autem, & de Diaconiſſis, & omuinò de omnibua, qui inter Clericos aunumerantur, eadem forma ſervabitur. „ Diaconiſsarum autem meminimus, quæ „ in habitu quidem cenſentur, quoniam „ nec ullam habent manuum impoſitionem, „ ut omninò inter Laicos ipſæ connumerentur. „ Erant ergo Diaconiſsæ ad Miniſterium Eccleſiaſticum ſelectæ, quæ tamen nullo Sacro Ordine erant initiatæ, ideo Patres Nicæni declarant, nullam hujuſmodi Diaconiſsas habuiſse manuum impoſitionem, & omninò inter laicas perſonas recenſendas. Earum verò Miniſterium erat, aſſiſtere fœminis baptizandis, eaſque inſtruere, & docere, quid Miniſtro baptizanti reſpondere deberent, ut colligitur ex can. 12. Concilii Carthag. IV. „ Viduæ vel Sanctimonialea, „ quæ ad Miniſterium baptizandarum mulierum eliguntur, tam inſtructæ ſint ad „ officium, ut poſſint apto, aperto; & ſano Sermone docere imperitaa, & ruſticas „ mulieres, tempore quo baptizandæ ſunt, „ qualiter baptizanti interrogatæ reſpondeant, & qualiter accepto baptiſmate „ vivant. „ Inſuper & Januis Eccleſiæ aſſiſtebant pro fœminarum admiſſione, & excluſione, ac etiam pro nudandis fœminis baptizandis. Quidquid autem Diaconis, Oſtiariis, & Lectoribua circa virorum admiſſionem ad Eccleſiam, vel excluſionem, inſtructionem, monitionem, nudationem in Baptiſmo, & alia hujuſmodi conveniebat ratione ſui Miniſterii; Diaconiſſis quoque reſpectu mulierum conveniebat. Unde apud Auctorem Apoſtolicarum Conſtitutionum lib. 8. cap. 20. in earum ordinatione hæc dicebatur oratio: „ Deua æterne, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, creator viri, ac „ mulieris; qui Spiritu impleviſti Mariam „ Deboram, Annam, & Holdam, qui non „ dedignatus ea ex Muliere naſci Unigenitum Filium tuum; qui in Tabernaculo „ Teſtimonii, & in Templo fœminas cuſtodes „ ſanctarum Januarum tuarum inſtituiſti; ipſe „ nunc quoque reſpice in famulam tuam „ hanc electam ad Miniſterium, & da ei „ Spiritum Sanctum, & munda eam ab „ omni inquinamento carnis & ſpiritua, ut „ opua ſibi commiſsum perficiat condignè „ in gloriam tuam, & laudem Chriſti tui; „ cum quo tibi gloria, atque adoratio, & „ Sancto Spiritui in Sæcula. Amen.

28. Eligebantur ad tale officium tam Virginea quàm Viduæ, licèt univiræ: unde idem Auctor lib, 6. cap. 17. iu fine. *Diaconiſſa*, inquit, *verò eligatur virgo pudica; ſin minus, ſaltem vidua, unius quondam viri uxor, fidelis, & digna honore*. Si tamen

viduæ ad tale aſsumebantur officium, ætatis provectioris eſse oportebat, conditionibus porrò exornatæ, quas recenſet Paulus in 1. ad Timotheum cap. 5. verſ. 9. *Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor, in operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educavit, ſi hoſpitio accepit, ſi Sanctorum pedes lavit, ſi tribulationem patientibus ſubminiſtravit, ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt.* In Virginibus autem deligendis tanta non exigebatur ætas, adeout ex Canone 15. Concilii Chalcedonenſis ſatis erat, ſi quadraginta habuerit annos: „ Diaconiſsam non eſse Mulie„ rem ordinandam ante annum quadrage„ ſimum, & eam ſub accurata examina„ tione. „ Rationem afferunt Patres, quia nimirum ob habitum conjugii, difficilior eſt in viduis quàm in Virginibus continentiæ obſervatio, ad quam & Diaconiſsæ adſtringebantur, & quæ in vidualem ſtatum ab Eccleſia coaptabantur. Quarè in prælaudato Can. Chalcedonenſi ſubjungitur: „ Si „ autem poſtquam ordinatione ſuſceptâ in „ Miniſterio aliquo tempore permanſit; ſe „ ipſam matrimonio tradiderit, Dei gratiæ „ injuriam faciens; ea unà cum illo, qui „ ei conjunctus eſt, anathematizetur. „ Et Baſilius Magnus in Epiſtola ad Amphilochium can. 44. „ Diaconiſsa, quæ unà cum „ Græco fornicata eſt, ad communionem „ admittenda, ad oblationem autem ſepti„ mo anno admittetur, ſcilicet ſi in caſti„ tate vitam agat. „ Hæc Baſilius, qui idem adnotat can. 18. Et Concilium Aurelianenſe II. celebratum circa annum DXXXIII. can. 16. „ Fœminæ, quæ benedictionem Dia„ conatus hactenus, contra interdicta cano„ num acceperint, ſi ad conjugium proban„ tur iterum devolutæ, à Communione pel„ lantur. „ Hinc ſatis patet hujuſmodi Diaconiſsas tàm Viduas, quàm Virgines fuiſse ad vitam cœlibem ducendam adſtrictas; & hac de cauſa voluerunt Patres provectiorem in Viduis, quàm in Virginibus requiri ætatem, licèt hujus ætatis præſcriptum non ubique & ſemper fuerit obſervatum. Nam Theodoſius Auguſtus l. 27. cod. de Epiſc. & Cleric. legem dedit, de non ordinanda Diaconiſſa, niſi ſexaginta ætatis habuerit annos.

29. Erant inſuper prædictæ Diaconiſſæ addictæ Eccleſiæ alicui, ut in ea prædicta eorum Munera obirent, & de Eccleſia ſtipendia quoque recipiebant, quemadmodum & reliqui Beneficiari. Conſtat hoc enim ex Novella 3. Juſtiniani Imperatoris, in qua numerum Eccleſiæ Sacrorum Miniſtrorum definit, ut de Eccleſiæ redditibus ſufficienter ali, & ſuſtentari valeant, & mandat ut in Eccleſia Conſtantinopolitana nè plures ordinentur, quàm ſexaginta Presbyteri, Diaconi centum, quadraginta Diaconiſſæ, Subdiaconi nonaginta. Et aliâ conſtitutione enumerat neceſſarias earum dotes, quæ in Diaconiſſarum ordinatione donabantur, jubetque ne promoveantur ad Diaconiſſarum gradum niſi Virgines, vel Viduæ univiræ, moribus quidem inculpatæ: „ Sic ad Sacram promoveri ordi„ nationem, *inquit Novell. 6. cap. 6.*, aut „ Virgines conſtitutas, aut unius viri quæ „ fuerint uxores. Non enim permittimus, „ neque ſecundas contrahentibus nuptias, „ neque vitam habentibus, non dicimus „ reprehenſibilem, nec ſuſpectam, omninò „ ad Sacrum venire miniſterium, & ado„ randis miniſtrare Baptiſmatibus, & aliis „ adeſſe ſecretis, quæ in Venerabilibus „ miniſteriis per eas ritè aguntur. „ *Hæc Juſtinianus*, qui, & ætatem præſcribit, ut nimirum non ordinentur niſi habeant quinquageſimum circiter annum: aut ſi qua neceſſitas conſtringat Epiſcopos, ut hanc præveniant ætatem, mandat Imperator, ne ſedem habeant, nec miniſtrare audeant niſi in Monaſterio, & ſemotæ à contubernio & conſpectu virorum: „ Si quædam neceſſitas „ fiat, *inquit*, & minorem hac ætate ordi„ nari Diaconiſſam contigerit; liceat eam „ in aliquo venerabilium Aſceticorum ordi„ nari, & in illo habitare; neque viris com„ miſta ſit, ſed vitâ ſeparata. „ Porrò ſic ordinatis Diaconiſſis ſive Viduis, ſive Virginibus nunquam verſari licebat eadem in domo cum viris quamvis cognatis, ex eadem Imperiali lege, ubi & debitas ſancivit pœnas adversùs hujuſmodi Diaconiſſas, promiſſam Deo non ſervantes caſtitatem. Et Novella 123. cap. 30. præcipit, atque mandat, ut ab Epiſcopis exauthorentur Diaconiſſæ, quæ ſuis ex ædibus non ablegabant eos omnes, in quos qualiſcumque cadere poterat ſuſpicio; & beneficiis, & diurnis ſtipendiis ſpolientur.

30. Ex dictis conſtat aliqualem ordinationem adhibitam fuiſſe in aſſumendis fœminis ad gradum Diaconiſſarum. Id quod pariter innuitur à Patribus ſextæ Synodi in Trullo can. 14. *Similiter nec Diaconus ante viginti quinque annos, nec Diaconiſſa ante quadraginta annos ordinetur.* Et Auctor Apoſtolicarum Conſtitutionum lib. 8. cap. 19. mentionem facit de Manuum impoſitione in ordinandis Diaconiſſis: *De Diaconiſſis verò, inquit Bartholomæus: Conſtituo, Epiſcope, impones eis manus adſtante Presbytero, unà cum Diaconis, & Diaconiſſis.* Et idem Juſtinianus Novella 6. cit. cap. 6. expreſſius Diaconiſſarum ordinationem indicat dùm ait: „ Omnes quæ ordinabuntur „ venerabiles Diaconiſſas, tempore ordina„ tionis & moneri, & Sacrorum audire man„ datorum præcepta, coram reliquis quæ „ dudum ſunt venerabiles Diaconiſſæ; ut & „ ipſæ Dei timorem habeant, & adhærentes „ Sacris mandatis fiduciam.

Sed

31. Sed hæc ordinatio, & manuum impoſitio certè erat pura Eccleſiaſtica cæremonia, non ordinata ad aliquem Ordinem Eccleſiaſticum conferendum, ſive non erat Sacramentum. Etenim manuum impoſitio non una fuit. Dùm ſcilicet aliquis Ordo conferebantur, plures & diverſæ fuerunt manuum impoſitiones, quæ admittebantur ad quamlibet orationem, ut ejns efficacia, Deique protectio oſtenderetur, ut videre eſt apud Auguſtinum lib. 3. de Baptiſmo contra Donatiſtas, & ſuſius apud Hincmarum lib. de Variis cap. Eccleſiaſt. cap. 16. Immò, & pœnitentibus ſolebant manus imponi, ut notum eſt ex Canonibus pœnitentialibus. Non ergo Diaconiſſæ ut Diaconi ordinabantur, nec eodem ritu quo Diaconi conſecrabantur. Sed quia fortè occaſione hujuſmodi benedictionis, & Cęremonialis conſecrationis abuſus irrepſerat, ut quidam imperiti crederent hujuſmodi Diaconiſſas eſſe verè ordinatas, & forte ita perſuaſum ſibi habere poterant ipſæmet Diaconiſſæ; placuit Patribus Concilii Epaonenſis, hujuſmodi ritum caſſare, & forte etiam ipſas Diaconiſſas omninò ab Eccleſia repellere: Sic Canone 21. „ Viduarum conſecrationem, quaa Diaconiſsas vocant, ab omni religione noſtra penitùs abrogamus, ſolam eis pœnitentiæ benedictionem, ſi converti ambiunt, imponendo. „ Et in Concilio Arauſicano 1. can. 26. *Diaconiſſæ omnimodè non ordinandæ. Si quæ jam ſunt, benedictioni, quæ populo impenditur, capita ſubmittant.* Et denique Concilium Aurelianenſe II. can. 17. *Placuit etiam, ut nulli poſtmodum fœminæ Diaconalis benedictio, pro conditionis hujus fragilitate credatur.*

32. Itaque ex hactenus deductis conſtat, nunquam fœminas in Eccleſia aliquo Sacro Ordine fuiſse initiataa, appellatas utique nonnullas Deo ſacratas Diaconiſsas, ratione ſolius officii vel reſpectu viri Diaconi, quâ ratione & Presbyteræ & Epiſcopæ appellatæ ſunt, tanquam Presbyterorum & Epiſcoporum uxores, ut ſupra oſtenſum eſt. Cæterum quæ ex aliqua Præſectura dictæ ſunt Presbyteræ, nullo Eccleſiaſtico Ordine erant inſignitæ: quæ verò ex officio Diaconiſsæ, ſpeciali Eccleſiaſticâ Cæremoniâ conſecrabantur, quæ conſecratio lato modo dicebatur ordinatio, quatenus vi illius conſecrationis, & benedictionis ordinabantur ad officium exercendum in Eccleſia erga Mulieres. Neque hujuſmodi officia erant ordinata ad Corpus Chriſti conficiendum, aut Diſpoſitiones ad illud, quomodo ſe habent Clericorum in Minoribus, atque etiam in Sacris officia: unde nullo pacto ex vi alicujus Ordinis vel characteris fœminis conveniebant, ſicut conveniebant Clericis ordinatis. Et ideò meritò Patres Magni Concilii Nicæni declararunt hujuſmodi fœminas qualeſcumque fuerint, inter Laicos adnumerandas, prout ſupra docuimua.

33. Proinde S. Epiphanius hæreſ. 79. adversùs Collyridianos num. 3. appellat Diaconiſſarum ordinem, ſed in lata ſignificatione, prout ſupra explicatum eſt, quia ut ſubjungit, non eſt ordinatus ad Sacerdotii functionem. „ Quanquam, *inquit*, verò Diaconiſſarum in Eccleſia ordo ſit, non tamen ad Sacerdotii functionem, aut ullam ejuſmodi adminiſtrationem inſtitutus eſt: Sed ut muliebris ſexus honeſtati conſulatur; ſivè ut Baptiſmi tempore adſit; ſivè ut inſpiciat ſi quid paſſa ſit, aut moleſtiæ pertulerit; ſivè ut cùm nudandum eſt mulieris corpus interveniat, nè virorum qui Sacra operantur aſpectui ſit expoſita, ſed à ſola Diaconiſsa videatur, quæ Sacerdotis mandato mulieria curam gerit, quo tempore veſtibus exuitur.

34. Porrò adversùs fœminarum Sacerdotium ſubjungit: „ Illud verò diligenter obſervandum eſt; ſolum Diaconiſſarum officium ad Eccleſiaſticum ordinem neceſſarium fuiſſe; ac viduas quidem nominatim expreſſas, & inter illas, quæ anus eſſent Presbytidas vocatas, nunquam Presbyteridas, aut Sacerdotiſſas eſſe factas. Nam neque Diaconia quidem ipſis, ullum in Eccleſiaſtico ordine Sacramentum perficere conceditur; ſed hoc dumtaxat, ut eorum, quæ perficiuntur, Miniſtri ſint. Unde nam igitur recens illa nobis eſt excitata ſabula? Unde hic mulierum faſtus, vel muliebria potiùs ſuror. Unde verò nequitia illa, quam denuò mulier alit, ac fovet, effœminatum iſtud dogma animis hominum inſtillans, ac libidinem ſuam exequens, infelici generis humani naturæ vim inferre conatur, ut à propoſito ſcopo deſciſcat? Sed nos Jobi Spiritu illos animo capiamus, & Athletæ ſortiſſimi robore, velut armis induamur, ac reſponſo illius utamur: *tanquam una è ſtolidis mulieribus locuta es.*

35. Extat inſuper & Canon Concilii Pariſienſis ſub Gregorio IV. celebrati circa annum Domini DCCCXXIX. relatus à Gregorio de Rives in Epitom. Cauonum, verbo *Mulieres*, in quo abuſus quarundam fœminarum, ſe in Eccleſiaſticis officiis miſcentium recenſetur, & omnino repellendus decernitur: „ In quibuſdam Provinciis fœminæ Sanctis Altaribus ſe ultrò ingerunt, Sacrataque Vaſa impudenter contingunt, & indumenta Sacerdotalia Presbyteris adminiſtrant, & quòd hic majus, indecentiùs, ineptiuſque eſt, Corpus & Sanguinem Domini populis porrigunt, & alia quæque, quæ ipſo dictu turpia ſunt, exercent &c. Proinde unuſquiſque Epiſcoporum ſollicitè, ſagaciterque provideat, ne in ſua Parochia tale quid fieri deinceps ſinat.

COM-

COMMENTARIUS

In Hæreſim II.

36. E*Vam comedendo de fructu vetito)* Hunc errorem ab univerſa Eccleſia damnatum, docuerunt Pepuziani nixi fortaſſe verbis illis: *Et aperti ſunt oculi eorum*, poſt guſtatum fructum vetitum, cùm hoc & Serpens prædixiſſe videatur, dùm dixit: *In quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum*. Geneſ. cap. 3. At non ſunt poſt tranſgreſſionem aperti oculi eorum, quia majorem gratiam acceperint, ſed quia gratiam acceptam per tranſgreſſionem amiſerint. Sic S. Auguſtinus lib. 11. de Geneſ. ad literam cap. 31. in fine: „ Mox, *inquit*; ut ergo præceptum „ tranſgreſſi ſunt, intrinſecùs gratiâ deſerente, omninò nudati, quam typo quodam & „ ſuperbo amore ſuæ poteſtatis offenderant, „ in ſua membra oculos injecerant, eaque motu quem non noverant concupierunt. Ad „ hoc ergo aperti ſunt oculi, ad quod antea „ non patebant, quamvis ad alia paterent. *Hæc Auguſtinus*. Deinde: quis neſcit contra Dei præceptum egiſſe mulierem, dum fructum vetitum guſtavit? Ipſa ore ſuo confeſſa eſt, quæ Serpenti ſuadenti ad guſtandum, reſpondit: *De fructu verò ligni, quod eſt in medio Paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur*. Ex quo ait Auguſtinus cit. cap. 30. Evidentior ejus tranſgreſſio eſt, cùm præceptum memoriâ retinetur, & tanquam in illo Deus aſſiſtens, præſenſque contemnitur: Deo ergo intus in præcepto aſſiſtente, atque præſente, Eva tranſgreſſa eſt mandatum Dei. Proinde gratiam non acquiſivit, ſed amiſit: cujus causâ pœnæ ſibi debitæ, Dei ſententiâ ſubjecta fuit: *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios tuos, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui*. At non eſt ut diù ad hanc confutandam hæreſim immoremur, adversùs quam univerſæ clamant Scripturæ, cuncti eidem adverſantur Patres, immò & tota per Orbem diſperſa Catholica Eccleſia.

COLLATIO

Hæreſis I.

Pepuzianorum, cum Hæreſibus quorundam Recentiorum Evangelicorum.

37. CUM Pepuzianorum viſionibus concordat Mulier illa Anabaptiſta, cujus meminit Georgius Hornius cit. ſuprà art. 3., quæ Southamptoniæ ſomniavit Chriſtum ſibi viſum, ab eo ſe profumatam, atque interdictum ſibi ne infantem ſuum baptizaret.

38. In obeundis Eccleſiaſticis officiis æmulatæ ſunt Pepuzianos quædam Mulieres in Lincolnia, Ely, & Hartfordia, quæ & concionabantur, atque etiam baptizabant, nec diſſimiles ſunt quæ Londini ſingulis ſeptimanis docebant, eodem teſte Hornio. Etiam in Caſtro Braſteedi Mulier fuit Concionatrix, quæ etiam panem frangebat, ut idem refert. Certe & altera illa Mulier, quæ Londini anno 1645. quamvis plebeja, auſa fuit in Eccleſia docere, imitata eſt Quintillianos, & Pepuzianos; nam dicebat tunc tempus illud impletum, quod Deus promiſit per Joëlem: *Effundam Spiritum meum in Ancillas meas, & prophetabunt*, ut præfatus Hornius refert.

39. Cæ-

39. Cæterum nemo malitioſiùs hanc hæreſim ab Inferis revocavit, quàm Secta illorum, qui Sacerdotales appellari voluerunt, de quibus Stanislaus Reſcius in Centur. hæc ſcribit: „ Sacerdotales vocat Staphılus, qui docent quòd omnes „ Chriſtiani ſint Sacerdotes, quòdque tàm viris, quàm mulieribus liceat in „ Eccleſia verbum Dei prædicare, Sacramenta adminiſtrare, ſolvere, & ligare. „ Omnes enim homines æqualiter eſſe Sacerdotes.

CAPUT VI.

SIVE XXVIII.

De Artotyritis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1. *ARTOTYRITÆ ſunt, quibus Oblatio eorum hoc nomen dedit: offerunt enim Panem & Caſeum, dicentes à primis hominibus oblationes de fructibus Terræ, & Ovium fuiſſe celebratas. Hos Pepuzianis jungit Epiphanius.*

COMMENTARIUS HISTORICUS.

2. ARTOTYRITÆ *ſunt*) Omittit S.Auguſtinus Taſcodrugitas, quorum meminit S. Epiphanius in hæreſi 28. ſic cognominatos, quòd inter orandum indicem manus digitum naſo imponunt, ut animi triſtitiam, & affectatam quandam Sanctitatem præſeferant: licèt à nonnullis ideo ſic appellentur, quaſi praxillonaſones, ut idem Epiphanius notat. Erant & iſti Sectâ Montaniſtæ, quia tamen præter allatum modum orandi nullum peculiare habuerint dogma, ideo idem Epiphanius de illis breviter ſe expedit; Auguſtinus verò illos omittit, & à Pepuzianis tranſit immediatè ad Artotyritas. Sed & de iſtis quoque parùm tractat idem Epiphanius, quos reverà, ut notat S.Auguſtinus, jungit cum Montaniſtis, nam in hæreſi 29. quæ eſt Pepuzianorum, num. 2. pauca de Artotyritis ſcribit, ſolùm enim ait: *Cæterum Artotyritas eoſdem iccircò vocant, quòd ad celebranda Myſteria ſua panem, & caſeum adhibent.* Vult ergo eoſdem quoque eſſe Montaniſtas, quorum dogmatibus & moribus, nihil aliud addiderint, niſi quòd in Sacrificio panem, & caſeum offerant.

3. Itaque Artotyritæ, ideo vocantur, quia Panem, & Caſeum ſuis ipſorum Sacramentis adhibent. Etenim *Artos* Græcis panis eſt & *Tyros* caſeus, ex quibus ſumptâ etymologiâ cognominati veniunt Artotyritæ ac ideo ab operatione hæc ſecta ſuum deſumpſit nomen. Horum meminit B. Hieronymus, in proœmio lib.2. in Epiſt. ad Galat. inter alios quos ibi recenſet Hæreticos, qui in Galatia maximè graſsati fuerant: „ Scit mecum, *inquit*, qui vidit Anchiram „ Metropolim Galatiæ Civitatem, quot „ nunc uſque ſchiſmatibus dilacerata ſit, „ quot dogmatum varietatibus conſtuprata. „ Omitto Cataphrygas, Ophitas, Borboritas, & Manichæos: nota enim jam hæc „ humanæ calamitatis vocabula ſunt. Quis „ unquam Paſsolorincitas, & Aſcotrobos, & „ Artotyritas, & cætera magis portenta „ quàm nomina, in aliqua parte Romani Orbis audivit? Antiquæ ſtultitiæ uſque hodie „ manent veſtigia. „ Horum meminit Iſidorus lib. 8. Etymol. cap. 5. ubi ait. *Artotyritæ ab oblatione vocati: Panem enim, & Caſeum offerunt, dicentes à primis hominibus oblationem à fructibus terræ, & à fructibus ovium fuiſſe celebratam.* Meminit eorundem Nicetas lib. 4. Theſaur. cap. 16. ſed conjungit cum Quintillianis, & Pepuzianis,

quem-

quemadmodum fecerat Epiphanius. Recenſet inſuper in lib. de hæreſib., Honorius Auguſtudonenſis. Diverſi tamen Scriptores omittunt.

4. Quando porrò exorta fuerit, aut defierit, quinamve fuerit primarius Auctor, in ſilentio eſt apud antiquos. Poſt exceſsum Montani exortam hanc hæreſim certum eſt, & de ſecta Montani prodiiſse conteſtantur Patres ſupra allegati; proinde in omnibus, qui huic ſectæ addicti erant, ſequebantur Montaniſtarum dogmata: Et ita aliquis phanaticus Montaniſta, ut famam ſibi compareret, potuit de ſuo aliquid Montani doctrinæ ſuperaddere. Non diu tamen viguiſse crediderim, cùm non frequens mentio habeatur apud Patres poſteriores hujus hæreſis. Graſſatam per Galatiam, ex Hieronymi allegato teſtimonio, palam fit. Extincta eſt fortè ob paucitatem ſectatorum, ſive magis abſorpta manſit in hæreſi Cataphrygum.

COMMENTARIUS

Dogmaticus.

5. Offerunt *enim*) S.Auguſtinus cum Epiphanio, & Iſidoro hoc unum dogma affingunt Artotyritis, quòd nimirum in Oblationibus pane uterentur, & caſeo. Nicetas verò ſignanter refert de Artotyritis, quòd ad Eccleſiaſticos ordines, uſque ad Sacerdotium & Epiſcopatum, Mulieres quoque promoverent: „ Artotyritæ, *ait*, fœminas etiam ad Epiſcoporum Presbyterorumque Cathedras evehunt, atque illis permittunt, ut quæ apud eos celebrantur Myſteria, manibus attrectent. „ Dicit inſuper eoſdem hæreticos Chriſtum, & Paulum calumniaſse, illum quòd dicerent in ſpecie, & veſte muliebri uniſœminæ ex illis apparuiſſe; hunc verò quòd contra ejus doctrinam, fœminis permiſerit non ſecus ac viris Sacra contrectare. „ Artotyritæ autem, *inquit*, & Deum, & ſalutifera ejus præcepta ignorantes, Chriſtum, & Paulum calumniantur: illum quidem, quia muliebri habitu ad ſuarum Propheteſsarum unam acceſsiſse, cum ea dormiviſse, ſapientiam denique, & futurorum prænotionem ei inſtillaſse, dicunt. Hunc verò, qui magnus Orbis præco jure cenſetur, quia perverſi Divinorum ejus Dogmatum interpretes, fœminis non ſecus ac viris Sacra contrectanda permiſiſse mentiuntur impudentes. *Hæc Nicetas.*

6. Verùm hæc de Pepuzianis referunt Auguſtinus, & Epiphanius, & alii. Cùm porrò è Pepuzianorum ſecta iſti emerſerint, etiam hoc dogma retinere potuerunt, ut dicerent licere fœminis æque ac viris Sacerdotio fungi. Quemadmodum enim Pepuziani de Schola Montaniſtarum immediatè prodeuntes, & Montaniſtarum dogmata retinuerunt, & proprium addiderunt; ita Artotyritæ à Pepuzianis immediatè emerſi, potuerunt & Montaniſtarum, & Pepuzianorum Dogmatibus adhæſiſſe, & ſuum peculiare addidiſſe. Similiter & quæ de Chriſto in muliebri habitu viſo jactabant Pſeudoprophetiſſæ Pepuzianorum, jactare quoque potuerunt fœminæ Artotyritarum: niſi dicere velimus, ſimilia jactaſſe Artotyritas, eorum quæ jactabant Pepuziani. Itaque peculiare Artotyritarum dogma, hoc unum tantùm fuit, ut nimirum ad altare in Sacroſanctis Myſteriis nil aliud adhiberent præter Panem, & Caſeum. Palmaria ergo eorum hæreſis hæc fuit.

I. In Sacrificio Altaris, & Sacroſanctis Myſteriis nil aliud offerendum, præter Panem & Caſeum.

Hæc ſola notatur à noſtro Auguſtino, ab Epiphanio, ab Iſidoro, & Honorio Auguſtudonenſi, citata: cùm Damaſcenus, Philaſtrius, & alii hanc hæreſim prætereant.

COMMENTARIUS

In hanc Hæreſim.

7. In *Sacrificio Altaris*) An Artotyritæ in Divinis Myſteriis præter panem, & vinum, caſeum quoque addiderint, an loco vini ſubſtituerint caſeum, res in obſcuro latet. Olim in Eccleſia conſueviſſe Fideles oblationes facere, juxta uniuſcujuſque poſſibilitatem, Auctor eſt Juſtinus Martyr in Apol.2. ad Antoninum Pium in fine, ubi ſcribit: „ Quibus copiæ ſuppetunt, ii ſi volunt, ſuo quiſque arbitratu, quod vult largitur: quodque colligitur, & cogitur, apud eum qui præeſt reponitur, iſque pupillis, & viduis, iiſque quos morbus, aliave cauſa inopes fecit, & iis, qui in vinculis ſunt, & hoſpitibus, omninòque omnibus, qui aliquâ indigentiâ premuntur, ſubvenit. „ Meminit & earundem oblationum Tertullianus in Apologetico adversùs Gentes cap.39. inquiens: „ Præſident probati quique Seniores, honorem iſtum non pretio, ſed teſtimonio adepti, neque enim pretio ulla res Dei conſtat. Etiam ſi quod Arcæ genus eſt, non de honoraria ſumma, quaſi redemptæ Religionis congregatur: modicam unuſquiſque ſtipem menſtruâ die, vel quum velit, & ſi modò velit, & ſi modò poſſit, apponit: nam nemo compellitur, ſed ſponte confert. *Hæc Tertullianus*, qui poſtea ſubjunxit, in pauperum, & egenorum uſum hujuſmodi oblationes fuiſſe diſpenſatas, quemadmodum ante Ter-

Tertullianum notaverat prælaudatus Juſtinus. Et hæc fuit Apoſtolica primitivæ Eccleſiæ diſciplina, ut colligitur ex Doctrina Pauli 1. ad Corinthios cap. 16. *De collectis quæ fiunt in Sanctos, ſicut ordinavi Eccleſiis Galatiæ, ita & vos facite. Per unam Sabbati unuſquiſque veſtrum apud ſe ponat, recondens quod ei benè placuerit; ut non, cùm venero, tunc collectæ fiant*. Hujuſmodi oblationes inſpexerat Cyprianus Martyr in lib. de Opere & Eleemoſyna dùm ait: „ Locuples „ & dives es, & Dominicum celebrare te „ credis, quæ corbonam omninò non reſpi- „ cis: quæ in Dominicum ſine Sacrificio „ venis; quæ partem de Sacrificio, quod „ pauper obtulit, ſumis? „ Et Sanctus Auguſtinus, ſive Auctor Sermon. 215. de Tempore. „ Secundùm vires veſtras, *ait*, Eleemoſynas pauperibus exhibete: oblationes, „ quæ in Altari conſecrantur, offerte; eru- „ beſcere debet homo idoneus, ſi de aliena „ oblatione communicaverit.

8. Itaque hæc erat illius primitivæ Eccleſiæ diſciplina, ut Fideles convenientes in Eccleſiam, oblationes facerent ſuper Altare earum rerum, quæ per Sacerdotem conſecrabantur, nimirum panis, & vini ſignanter pro Euchariſtia conficienda. Alia apponebantur in Arca, ſive in Gazofilacio, quæ poſtea Egenis, & Pauperibus diſtribuebantur. Ex oblatis verò ſuper Altare ea pars tantùm conſecrabatur, quæ Sacerdoti ſufficiens videbatur pro populo; ſi quæ ſuperfluebant, pariter in uſum pauperum reſervabantur. Et hac de cauſa Cyprianus reprehendit eos, qui oblationes hujuſmodi ſuper Altare non faciebant, ſumebant tamen Euchariſtiam ex pauperum oblationibus confectam, & ſic intelligenda ſunt verba illa: *Quæ partem de Sacrificio, quod pauper obtulit, ſumis*. Et verba illa Auguſtini, ſive Auctoris prælaudati Sermonis: *Erubeſcere debet homo idoneus, ſi de aliena oblatione communicaverit*.

9. Progreſſu temporis quidam abuſus in hujuſmodi oblationibus irrepſerunt, offerendo nimirum ſuper Altare præter panem, & vinum, alia quoque alterius generis, nimirum mel, lac, legumina, carnes, & alia hujuſmodi comeſtibilia, ſimiliter & potiones diverſas: Quibus occurrere voluerunt Patres, prohibentes ne quid, præter id quod Dominus inſtituit, ſuper Altare offeretur, prout habetur apud Collectorem Canonum, qui ſub nomine Apoſtolorum circumſeruntur, can. 3. „ Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, „ præter Domini Conſtitutionem de Sacri- „ ficio, ad Altare offerat alia quæpiam, „ ſeu mel, ſeu lac, aut vini loco potionem „ ullam factitiam, vel aves, vel animalia „ aliqua, vel legumina, non ex illa con- „ ſtitutione; deponatur: prætar novas ſpi- „ cas, vel botros ſuo tempore. Licitum „ autem non eſto admovere aliud quid ad „ Altare, quàm Oleum in lampadem, & Thi- „ miama, tempore Sanctæ Oblationis.

10. Hoc ergo canone permiſſum erat, ut de Uvis recentibus, & jam maturis, noviſque Spicis fierent convenienti tempore oblationes, non quidem quaſi hujuſmodi oblata in Sacrificium adhiberentur, ſed ut primitiæ tempeſtivorum, præcociumque fructuum offerrentur, ut loquitur Zonaras. Erat enim lex ut primitiæ uvarum, frumenti, bovum, & ovium Sacerdotibus darentur: ſic enim habetur apud Auctorem Apoſtolicarum Conſtit. lib. 7. cap. 29. „ Omnes „ primitias provenientes è torculari, area, „ & bobus, atque ovibus, Sacerdotibus „ dabis, ut benedicantur repoſita in Cella- „ riis tuis, & fructus terræ tuæ. *Et lib.* 2. „ *cap.* 25. Decimas, & Primitias quæ juxta „ Dei mandatum erogantur, conſumat, ut „ hominem Dei decet. „ In Concilio quoque Hiſpalenſi 1. celebrato circa annum Domini DXC. apud de Aguirre tom. 2. Concil. & Ivonem Carnotenſ. par. 3. Canone 174. ſancitum legitur: „ Ut unicuique Eccleſiæ „ manſus integer abſque ullo ſervitio attri- „ buatur. Omnes primitias, & decimas, „ tam de pecoribus, quàm de frugibus, „ dives ſimul & pauper Eccleſiis rectè offe- „ rant. Dicit enim Dominus per Prophe- „ tam, *apportate omnem decimam in horreo* „ *meo, ut cibus ſit ſervientibus in Domo* „ *mea*.

11. Stante ergo hac antiquâ Eccleſiæ diſciplinâ, plures & diverſi abuſus adhuc irrepſerunt. Et primò, conſueverant aliqui Sacerdotes peractis Myſteriis, Uvas in Altari oblatas, unà ſimul cum Euchariſtia populo diſtribuere. Hoc indicant Patres Sextæ Synodi in Trullo, dum can. 28. hanc peſſimam conſuetudinem prorſus tollere conati ſunt. „ Quoniam in diverſis Eccleſiis intel- „ leximus, uvâ ad Altare allatâ, ex qua- „ dam quæ invaluit conſuetudine, Mini- „ ſtros poſtquam hanc incruento Sacrificio „ oblationis conjunxerint, utraque ſimul „ populo diſtribuere; ſimul etiam eſſe de- „ cernendum perſpeximus, ut nullus Sa- „ cerdos hoc amplius faciat. „ Et in fine deponendum decernunt Clericum aliter ſe gerentem.

12. Secundò cùm aliqui mulſum loco vini offerrent, nè hoc fieret cautum fuit Canone 8. Concilii Antiſiodorenſis: „ Non licet „ in Altario in Sacrificio Divino, mellitum „ quod Mulſum appellant, nec ullum aliud „ poculum, extra vinum cum aqua miſtum „ offerre. „ Et ad hujuſmodi forte, vel ſimiles tollendos abuſus, Patres Concilii Carthaginenſis III. Canon. 24. ſanxerunt: „ Ut „ in Sacramento Corporis, & Sanguinis „ Domini nihil amplius offeratur, quàm „ ipſe Dominus tradidit: hoc eſt, panis & „ vi-

„ vinum aquâ miſtum. Nec amplius offeratur in Sacrificiis, quàm de Uvis, & Frumentis.

13. Denique alios abuſus ſubintroductos recenſent Patres Concil.III. Bracarenſis cap.1. Et habetur in cap. *Cum omne, diſt. 2. de Conſecrat.* ſub nomine Julii Papæ ad Epiſcopos per Ægyptum. Dicebatur enim, quòd aliqui lac, loco vini in Sacrificio ſubſtituebant: Alii intinctum panem porrigebant, inde expreſſum in Calice populo dabant; & nonnulli pannum lineum tinctum muſto per totum annum reſervantes, tempore Sacrificii partem ejus in aqua lavabant, & ſic offerebant. „ Audivimus enim, *inquiunt*, quoſdam ſchiſmaticâ ambitione detentos, contra divinos ordines, & Apoſtolicas Conſtitutiones, lac pro vino in Divinis Sacrificiis dedicare; alios quoque intinctam Euchariſtiam populis pro complemento Communionis porrigere: quoſdam etiam expreſſum vinum in Sacramento Dominici Calicis offerre. *Additur in textu ſub nomine Julii.* Alios verò pannum lineum muſto intinctum per totum annum reſervare, & in tempore Sacrificii partem ejus aquâ lavare, & ſic offerre. „ Porrò quàm deteſtabiles ſint ejuſmodi abuſus, quàm devii ab Apoſtolica doctrina, & Chriſti Inſtitutione demonſtrant, & denique hujuſmodi impoſterum perpetrantes debitâ coërcent pœnâ.

14. Itaque his ſtantibus certum non eſt, An Artotyritæ loco vini in oblationibus Euchariſticis ſubſtituerint caſeum, undè alii potuerint deſumpſiſſe occaſionem ſubſtituendi lac, utpotè potioni magis conſentaneum: an verò ultra panem & vinum, addiderint & caſeum. Ego ſanè ex verbis S.Auguſtini, Epiphanii, & Iſidori, crediderim hujuſmodi Artotyritas ſuſtuliſſe in totum Euchariſtiam, & loco illius antiqua Sacrificia, licèt adhuc imperfectè, ſubintroduxiſſe, nam cauſam illius oblationis conſignantes, dicebant ideo tales oblationes offerri oportere, quia ſic factum à primis hominibus inveniebant; *Dicentes*, ait S.Auguſtinus, *à primis hominibus oblationes de fructibus Terræ, & Ovium fuiſſe celebratas.* In quo pariter errabant, nam non legimus caſeum à primis hominibus oblatum; Cain obtulit de fructibus Terræ: Abel verò de primogenitis Gregis ſui, & de adipibus eorum: caſeum autem obtuliſſe non dicit Scriptura. Immò nec in Veteri lege invenitur in Sacrificiis adhibitum eſſe caſeum. Quarè etiam in hoc errabant.

15. Lambertus Danæus in lib. de Hæreſ. occaſione hujus hæreſis calumniatur Eccleſiam Romanam, quaſi more antiquorum hæreticorum, Chriſti Inſtitutioni circa materiam Euchariſtiæ & ipſa aliquid ſuperaddiderit, addendo præter panem, & vinum etiam aquam. *Denique in Papatu*, inquit, *tertium ſignum manifeſtè in Cœna Domini additur, & retinetur, nimirum aqua quæ miſcetur in vino.* Verùm an in Papatu ſuperaddita ſit aqua, ut ipſe de Papatu loquitur, ſatis apertè mentitur. Etenim ſatis in ſuperioribus oſtendimus ex Sanctorum Patrum teſtimoniis, miſtionem aquæ cum vino in Calice Domini, non eſſe quid novum inventum, ſed ita ab Apoſtolis traditum, & ab exordio in Eccleſia ſemper ſervatum, quinimmò à nemine unquam impugnatum, antequam recentiores iſti Evangelici orirentur. Certè ætate Juſtini Martyris non incœperat Papatus eo ſenſu, quo novi Evangelici loquuntur de Papatu (licèt ſemper in Eccleſia à D.Petro, & per continuatas Succeſſiones extiterint veri Pontifices, quidquid ipſi oblatrent) & tamen ſub Juſtino Martyre in Sacroſancto Euchariſtię Myſterio, pręfata commiſtio vini cum aqua in Calice in uſu erat. Teſtatur enim hoc idem Juſtinus in Apol.2. ad Antoninum circà finem, ubi agens de Euchariſtia quæ Fidelibus porrigebatur, ait: „ Poſteaquam „ & is qui præeſt gratias egit, & populus „ omnis benedixit, ij qui apud nos Diaconi „ dicuntur, dant unicuique eorum qui adſunt, „ percipiendum panem, vinum & aquam, quæ „ cum gratiarum actione conſecrata ſunt, & „ ad eos qui abſunt, perferunt. Atque cibus „ hic apud nos Euchariſtia nominatur, qua „ nemini alii participare licet, niſi ei qui & „ vera eſſe credit quæ nos dicimus, & expiatus eſt lavacro, quod in remiſſionem peccatorum regenerationemque datur, & ita vivit, ut Chriſtus tradidit. „ *Hactenus Juſtinus*, nec clariùs loqui potuit: ſed copioſè hanc materiam pertractatam habes ſupra.

CA-

CAPUT VII.
SIVE XXIX.
De Teſſareſcedecatis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1. *TESSARESCEDECATITÆ hinc appellati ſunt, quòd nonniſi quartadecimâ Lunâ, Menſe Martio Paſcha celebrant, quilibet ſeptem dierum occurrat dies, & ſi Dies Dominicus occurrerit, ipſo die jejunant, & vigilant.*

COMMENTARIUS HISTORICUS.

2. TESSARESCEDECATITÆ *hinc appellati*) Hos Quartodecimanos appellat Epiphanius in hæreſ.30. ubi vult ex duabus commiſtis Phrygum, & Quintillianorum Sectis, hanc conflatam eſſe: „ Ex iis duabus, *ait*, „ inter ſe commiſtis Phrygum, & Quintil„ lianorum, ſive Priſcillianorum Sectis, no„ va quædam conflata eſt, & in Orbem in„ troducta Quartodecimanorum hæreſis. Philaſtrius in lib. de hæreſ. quæ ſub Apoſtolis extiterunt cap. 11. agit de hac hæreſi, ſine Auctorum nomine, inquiens: „ Sunt „ & qui de die Paſchæ ſaluberrimâ ambi„ gunt, adſerentes quartadecimâ Lunâ ce„ lebrandum eſſe Paſcha, non ſicut Eccle„ ſia Catholica celebrat: & menſe Martio „ ſemper celebrandum adſerunt, & dum hæc „ faciunt, diem non Dominicam ſemper cu„ ſtodiunt Paſcha, non computantes horas „ & dies; ſed ſecundâ, aut tertiâ, aut „ quartâ, aut quintâ, aut ſextâ die cele„ brant. Et ex hoc errore non cognoſcunt „ diem Paſchæ Domini noſtri veram, & „ ſalubrem unam Orbi terrarum ſtatutam, „ & confirmatam à Domino curſu numerali „ Lunæ menſibus, & Emboliſmis, & cum „ hæc non computent, ignorant quid cele„ brant. „ *Hæc Philaſtrius*, qui cap.39. aliorum pariter de Paſchate errorem recenſet, qui cum Judæis Paſcha celebrandum volebant: „ Alia eſt hæreſis, *inquit*, quæ adſe„ rit cum Judæis debere fieri Paſcha. Iſti „ in Galatia, & Syria, & Phrygia commo„ rantur, & Hieroſolymis: & cùm Judæos „ ſequantur, ſimili cum eis errore depe„ reunt.

3. Diſtinguit Philaſtrius duo errorum genera circà tempus celebrandi Paſcha, primum eſſe vult eorum, qui dicunt Paſcha ſemper celebrandum menſe Martii quartadecima Luna, non expectantes Dominicam, ſed in quamcumque diem incidat quartadecimâ Lunâ, non computantes cum Judæis dies menſis ab initio Lunæ, ſive plenilunio, ſed more uſitato à nobis, ac proinde quaſi ſemper incidit in menſe Martii. Secundum autem illorum dicit errorem, qui cum Judæia poſterioribus celebrant, non attendentibus æquinoctium, celebrando nimirum Paſcha die quartadecimâ Lunæ, ſive incidat ante, ſive poſt æquinoctium vernum; de quibus noa inſra in Commentario Dogmatico diffusè agemus.

4. Damaſcenus apud Cotelerium tom.1. Monum. Eccleſ. Grecæ pag. 29. in recenſenda hac hæreſi non differt à textu S. Auguſtini: ait enim „ Teſſaraſcedecatitæ, certo anni die „ Paſcha celebrant: in quamcumque enim „ diem decimaquarta Luna incurrerit, ſive „ Sabbatum fuerit, ſive Dominica, tunc „ jejunant, ſimulque vigilias, & Feſtum „ agunt.

5. Nicetas Choniates lib.4. Theſauri Orthodoxi Teſſeraſcedecatitas cum Quartodecimanis nectit, de quibus hæc ſcribit: „ Quar„ todecimani prope Fideles in Paſche Feſto „ judaizant: nec enim illud die Dominico „ celebrant, ſed quocunque decimaquarta „ Lunæ dies inciderit. „ Idem habet Iſidorus lib. 8. Etymol. cap. 5. ubi ait: *Teſſereſcede-*

catitæ dicti, quòd quartadecimâ Lunâ Paſcha cum Judæis obſervare contendunt.

6. Cæterum confundunt ut plurimum Scriptores Quartodecimanos cum Teſſeraſcedecatitis, qui ſecernendi mihi videntur: nam licèt Teſſeraſcedecatitæ fuerint Quartodecimani, non tamen omnes Quartodecimani fuerunt Teſſeraſcedecatitæ. Iſti Sectâ fuerunt Montaniſtæ, & ut ex Epiphanio adnotavimus, ex Pepuziania, ſive Priſcillianis, & Artotyritis hæc ſecta conflata fuit, & errores Montaniſtarum, ſive Pepuzianorum, & Artotyritarum ſequebantur, de ſuo hoc ſolum addentes, ut vellent Paſcha celebrandum eſſe quartadecimâ Lunâ, unde dicti fuerunt Teſſaraſcedecatitæ, quia *Teſſera* quatuor ſignificat, *Deca* verò decem, unde & Quartodecimani. Sed hoc nomine plures alii appellati ſunt, & viri quidem aliunde Catholici, in hoc ſolùm diſſentientes ab aliis, ut vellent Paſcha die quartadecimâ Lunæ celebrandum, in cæteris verò dogmatibus idem ſentientes cum univerſa Catholica Eccleſia, prout infra oſtendemus.

7. Circa modum itaque & ritum celebrandi Sanctum Feſtum Paſchæ aliqua diſcrepantia orta fuit ante Montaniſtas, ac iſtos Teſſeraſcedecatitas. Hinc Auctor Appendicis ad librum Tertulliani de Præſcript. eam opinionem, de celebrando Paſchate quartadecimâ Lunâ tribuit Blaſto cuidam, qui unà cum Florino Schiſma in Eccleſiam fecerat, ut ſcribit Euſebius lib. 5. hiſtoriæ cap. 15. „ Eſt præterea, *ait Auctor cit.*, his omnibus etiam Blaſtus accedens, qui latenter Judaiſmum vult introducere; Paſcha enim dicit non aliter cuſtodiendum eſſe, niſi ſecundùm legem Moyſis quartadecimâ Menſis. „ Certè ſub Aniceto Papa orta fuit aliqualis controverſia de Paſcha celebrando, cùm Aſiani quartadecimâ Lunâ celebrarent, forte mota occaſione Schiſmatis Blaſti tunc temporis primùm excitati, ſed Romam ad Anicetum veniente Polycarpo Smyrnæ Epiſcopo, res compoſita fuit, retento apud Aſianos more celebrandi Paſcha die quartadecimâ Lunæ, ut tradit Irenæus in Epiſtola ad Victorem Papam apud Euſebium lib. 5. hiſt. cap. 24.

8. Certum porrò eſt Aſiæ Eccleſias, & ſi à Montaniſtarum dogmatibus prorſus alienas, Paſcha tamen celebraſſe quartadecimâ Lunâ: nitebantur enim antiquæ cuidam Traditioni, quam à Joanne Apoſtolo ſe accepiſſe fatebantur; unde Euſebius lib. 5. hiſtor. cit. cap. 23. ſcribit: „ Iiſdem temporibus gravi controverſiâ exortâ, eo quòd omnes per Aſiam Eccleſiæ vetuſtâ quadam traditione nixæ, quartadecimâ Lunâ ſalutaris Paſchæ Feſtum diem celebrandum eſſe cenſebant, quo die præſcriptum erat Judæis ut Agnum immolarent: eâque omninò Lunâ, in quemcumque demum diem Septimanæ incidiſſet, finem Jejuniis imponendum eſſe ſtatuebant. „ *Hæc Euſebius.*

9. Hanc verò conſuetudinem tolaratam fuiſſe poſt Anicetum etiam ſub Pio, Hygino, Theleſphoro, atque Sixto Romanis Pontificibus, teſtis eſt idem Irenæus in prælaudatâ ad Victorem Epiſtola apud Euſebium lib. 5. hiſt. cap. 24. ubi ait: „ Sed & Preſbyteri, qui ante Soterem Eccleſiam, cui Tu nunc præes gubernarunt, Anicetum dico, & Pium, & Hyginum cum Teleſphoro, & Xyſto, neque ipſi unquam obſervarunt. Ipſi tamen cùm hoc minime obſervarent, pacem nihilominus colebant cum iis, qui ad ſe veniſſent Eccleſiis, in quibus id obſervabatur: Atqui obſervantia inter eos qui minime obſervabant, tantò magis contraria videbatur, nec ulli unquam ob ejuſmodi conſuetudinem rejecti ſunt. „ *Hæc & alia Irenæus.*

10. Cùm verò Montaniſtæ, ſive Pepuziani, aut Artotyritæ hoc velut dogma evulgare cœpiſſent, nimirum Paſcha jure Divino, & veluti ex nova prophetia, ſive revelatione celebrandum eſſe quartadecimâ Lunâ, fomitem præbuerunt novæ controverſiæ ſub Victore Romano Pontifice. Hoc colligitur ex iis quæ tradit Pacianus in Epiſtola 1. ad Sympronianum, de Catholico Nomine, poſt initium, ubi ait: „ Nam puto, & Græcus Blaſtus ipſorum eſt: Theodotus quoque & Praxeas veſtros aliquando docuere; ipſi illi Phryges nobiliores, qui ſe animatos mentiuntur à Leucio, ſe inſtitutos à Proculo gloriantur: Montanum & Maximillam, & Priſcillam ſequuti, quàm multiplices controverſias excitarunt, de Paſchali die, de Paracleto, de Apoſtolis, de Prophetis. „ *Hæc Pacianus.* Et liquet ex hoc teſtimonio inter excitatas à Montaniſtis controverſias, hanc unam eſſe de Paſchali die celebrando.

11. Certum eſt Montaniſtas ab initio ſuæ Prophetiæ, ſive Pſeudoprophetiæ Paſcha celebraſſe ritu Catholico, quòd ex Tertulliano in lib. de Jejun. cap. 14. palàm fit, ubi ait: „ Cur Paſcha celebramus annuo circulo, menſe primo? Cur quinquaginta exinde diebus in omni exultatione decurrimus? Cur Stationibus quartam & ſextam Sabbati dicamus, & Jejuniis Paraſceven? Quanquam & vos Sabbatum continuatis; ſi quando, nunquam niſi in Paſcha jejunandum ſecundùm rationem alibi redditam, nobis certè omnis dies etiam vulgata conſecratione celebratur. „ *Hæc Tertullianus*, diſertè tradens Montaniſtas, cui ſectæ adſcriptus erat, dum librum de Jejuniis evulgavit, perinde ac Catholicos Paſcha celebraſſe menſe primo: & Paraſceven, ideſt ſextam feriam magnæ hæbdomadis, ſimul cum illis jejunaſſe: & à Paſcha ad Pente-

coſten

coſten uſqne nulla hahuiſſe Jejunia. Hac de canſa anteceſſores Victoris tolerarunt Aſiaticum morem celebrandi Paſcha die quartadecimâ Lunæ, quia nondum ab hæretieis tale dogma velut Divinitus præceptum fuerat evulgatum, quemadmodum poſtea Pepuziani, & Artotyritæ, Teſſeraſcedecatitæ evulgaverant, Sedem Pontificiam Romæ tenente Victore.

12. At hujus occaſione non eſt prætereunda celebria illa controverſia Victorem inter & Aſianas Eccleſias in cauſa celebritatis Feſti Paſchalia. Ut enim adnotavimus hujuſmodi controverſia initium ſumpſit ſub Anieeto, licèt ab Aſiania idem mos ſervatua fuerit ſub Aniceti prædeceſſoribus. Verùm Romam veniente Polycarpo res compoſita fuit, relictia Eccleſiia Aſianis in ſuâ conſuetudine, quia à Joanne Apoſtolo qui prædictia præſuerat Eeeleſiis, ſic traditum accepiſſe aſſerebant. Scribit hoc Irenæua in Epiſtola ad Victorem data apud Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 24. ubi inter plura allata pro hac conſuetudine, ait: „ Verùm illi ipſi, qui te
„ præceſſerunt Presbyteri, quamvis id mi-
„ nime obſervarent, Eccleſiarum Preabyteris
„ qui id obſervabant, Euchariſtiam tranſmi-
„ ſerunt. Et cùm Beatiſſimua Polycarpua
„ Aniceti temporibus Romam veniſſet, atque
„ inter illos de quibnſdam aliia rebua mo-
„ dica eſſet controverſia, ſtatim mutuo pa-
„ cia oſculo ſe complexi ſunt, de hoc ca-
„ pite non magnopere inter ſe contenden-
„ tes. Neque enim Anicetus Polycarpo
„ perſuadere unquam poterat ut obſervare
„ deſineret, quippe qui cum Joanne Domi-
„ ni Noſtri Diſcipulo, & eum reliquia Apo-
„ ſtolis quibus cum familiariter vixerat,
„ eum morem perpetuò obſervaſſet, Neque
„ item Polycarpus Aniceto perſuadere co-
„ natus eſt ut obſervaret, cùm Anicetua
„ eorum qui ante ſe fuerant Presbyterorum,
„ morem ſibi retinendum eſſe diceret. Quæ
„ cùm ita ſe haberent, communicarunt ſibi
„ invieem: Et Anieetus in Eccleſia conſe-
„ crandi munus Polycarpo honoris cauaâ
„ conceſſit, tandemque cum pace à ſe invi-
„ cem diſceſſerunt, tam iia qui obſervabant,
„ quàm illia qui minimè obſervabant, pacem
„ commnnionemque totius Eccleſiæ retinen-
„ tibus. „ *Hæc Irenæus*.

13. Ex quo Teſtimonio duo colligenda ſunt, unum, quòd Eccleſiæ Aſianæ à tempore B. Joannis Apoſtoli conſuetudinem celebrandi Paſcha die quartadecimâ Lunæ retinuiſſent. Alterum, quòd ſub Papa Aniceto exortâ hujuſmodi controverſiâ, ſedata fuit operâ & ſtudio Polycarpi, ſine conſuetndinis immntatione, nec inter Occidentalem & Orientales, ſeu inter Romanam & Aſianaa Eccleſiaa pacia vinculo diſrupto. De primo, etiam Polycrates in Epiſtola ad Victorem Papam apud eundem Euſebium eit. ſcribit cùm ait. *Præterea Joannes qui in ſinu Domini recubuit: qui etiam Sacerdos fuit, & laminam geſtavit; Martyr denique, & Doctor exiſtit. Hic, inquam, apud Epheſum extremum diem obiit*. Deinde recenſet Polycarpum Epiſcopum Smyrnæ, Thraſeam Eumeniæ, Sagarim Laodiceæ, Papyrium, & Melitonem, Philippum Apoſtolum quoque, qui omnes in Aſia aut Martyrio affecti, aut cum fama Sanctitatis ultimum diem clauſerunt, & tamen Paſcha celebrarunt quartadecimâ Lunâ. *Hi omnes*, concludit, *diem Paſchæ quartadecimâ Lunâ, juxta Evangelium obſervarunt: nihil omninò variantes, ſed regulam fidei conſtanter ſequentes*.

14. Itaqne ſub indifferentia res conſtitit etiam ſub Sotere, & Eleuthero Romania Pontificibus, ſinentibua Aſianos ipſorum ſequi conſuetudinem. Verùm ſub Victore non ampliua toleranda viſa eſt, quia tunc temporia ſavere videbatur Hæreticia Teſſeraſcedecatitis, aliiſque ſchiſmaticia idem obſervantibua, item & dogmatizantibua non licere, niſi eâ die Sanctum Paſcha celebrare, & contrarium tenentes devios eſſe ab Evangelica doctrina, & Fidei veritate. Quare omnibus modis conatus eſt Victor in ſuam trahere ſententiam univerſi Orbis Eccleſias, cunctis mandans præcipienſque, ut in celebrando Paſcha ſequerentur Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem, hoc eſt ut die Dominico immediatè ſequente ad quartadecimam Lunam ubique Paſcha celebraretur. Renuentibua parere Aſiania, magna orta eſt controverſia.

15. Hac porrò de cauſa plurimi Conventus diverſis in Eccleſiis celehrati leguntur apud Euſehium lib. 5. hiſtor. cap. 23. in quibus Eccleſiæ Romanæ conſuetudo per ſententiam firmata fuit, datia de hac re ad alias Eccleſias literia „ Synodi ob id, Cœtuſque
„ Epiſcoporum convenere, *inquit Euſebius*,
„ atque omnes uno conſenſu Eccleſiaſticam
„ regulam univerſis Fidelihus per Epiſtolaa
„ tradiderunt: ne videlicet ullo alio quàm
„ Dominico die, Myſterium Reſurrectionia
„ Domini unquam eelebretur: utque eo
„ dumtaxat die Paſehalium Jejuniorum ter-
„ minum obſervemus. „ Deinde recenſet & loca, ubi præfati Conventua habiti fuerant, & qui eis præfuerant. Nimirum Cæſareæ in Paleſtina, cui præfuit Theophilus: Romæ, cui præfuit ipſe Victor: Ponti, cui præfuit Palma: Lugduni, cui præfuit Irenæua: Item Oſdroënæ, & Corinthi, & diverſia aliia in Eccleſiis.

16. Attamen hia non obſtantibua, tenaciter ſuæ conſuetndini adhęrentes Aſiani, minimè aliarum Eccleſiarum Decretis, nec Romani Pontificia mandatia obtemperare voluerunt, & rem in dogma vertentes, ſe regulam Fidei tenere, & præſcriptum Evangelii ſervare profitebantur, celebrando Paſcha

quar-

Digitized by Google

quartadecimâ Lunâ. Ita Polycrates loco jam cit. *Hi omnes*, inquiens, *diem Paſchæ quartadecimâ Lunâ juxta Evangelium obſervarunt: nihil omninò variantes, ſed regulam fidei conſtanter ſequentes*. Hac de cauſa Victor iterum Aſianos monuit, additis minis: ſed omnia parvipenderunt Aſiani, unde idem Polycratea ſubjungit: „ Ego fratres, quin„ que, & ſexaginta annos natus in Domi„ no, qui cum fratribus toto Orbe diſper„ ſis ſermones ſæpe contuli, qui Scriptu„ ram Sacram omnem perlegi, nihil mo„ veor iis quæ nobis ad formidinem inten„ tantur: Etenim ab illis, qui me longè Ma„ jores erant dictum ſcio: *obedire oportet Deo* „ *magis quàm hominibus*.

17. Itaque Polycrates, non ut Polycarpus cum Aniceto, ſe gefferat cum Victore: Polycarpus in ea fuit ſententia, ut quiſque Eccleſiæ ſuæ conſuetudinem ſervaret, & diſciplinam, & quod á Majoribus traditum erat teneret. Nec ut dogma fidei habebat, ut magis uno quàm altero tempore celebraretur Paſcha, ſive enim celebraretur die quartadecimâ Lunæ, ſive Dominicâ immediatè ſequente, nihil obſtare Evangelio, aut veritati Catholicæ fidei cenſebat. Et contra Polycrates unà cum ſuis Eccleſiis, aſſerebat juxtà Evangelicam normam, & fidei regulam celebrandum eſſe quartadecimâ Lunâ. Et ita controverſiam, quæ hactenus ad meram diſciplinam ſpectabat, ad cauſam fidei traxit, adeout vellet lege Evangelicâ, ex præſcripto Fidei, & Dei mandato Paſcha eſſe celebrandum quartadecimâ Lunâ, qui fuit error Teſſeraſcedecatitarum, propugnatus etiam à Blaſto in ipſa Urbe Romæ in faciem Pontificis.

18. At Victor in harum ſtatu rerum, Aſianorum pertinaciam perſpiciens, quòd nec monitionibus cederent, nec minis flecterentur; Univerſas Aſiæ Eccleſias à Communione fidelium ſegregavit, eaſque excommunicationis ſententiâ perculit: „ His ita „ geſtis, *inquit*, *Euſebius lib.* 5. *cap.* 24. „ Victor quidem Romanæ Urbis Epiſcnpua „ illicò omnes Aſiæ, vicinarumque Provin„ ciarum Eccleſias, tanquam contratia re„ ctæ fidei ſentientes, à communione ab„ ſcindere conatur; datiſque literis univer„ ſos qui illic erant fratres proſcribit, & „ ab unitate Eccleſiæ protſus alienos eſſe „ pronunciat.

19. Sed hic oritur non modica inter Eruditos controverſia, an Victor de facto Aſianas excommunicaverit Eccleſias, an excommunicationem dumtaxat comminatus fuerit, minis nequaquam in effectum producta: Et quidem ultra minarum limites non proceſſiſſe ſuſtinet Natalis Alexandri in ſua Eccleſ. hiſtor. Diſſert. 5. Sæculi 2. Art. 5. Diverſis quidem movetur de cauſis, & primò, quia Firmilianus in Epiſtola ad Cyprianum, inter diverſas Eccleſiarum obſervantias quæ nec Communionem ſcindunt, nec pacem violant, hanc recenſet, de Paſchæ celebratione. „ Scire quis etiam inde po„ teſt, *inquit*, quòd circà celebrandoa dies „ Paſchæ, & circà multa alia Divina rei „ Sacramenta, videat eſſe apud illos aliquaa „ diverſitates, nec obſervari illis omnia æqua„ liter, quæ Hieroſolymis obſervantur: „ Secundùm quòd in cæteris quoque pluri„ mis Provinciis, multa pro locorum di„ verſitate variantur, nec tamen propter „ hoc ab Eccleſiæ Catholicæ pace, atque „ unitate aliquando diſceſſum eſt. „ *Hactenus Firmilianus*.

20. Deinde oſtendit ex ipſomet Euſebii textu ubi dicitur: *à communione abſcindere conatur*, vel, ut vertit Chriſtophorſonua, *amputare conatur*, quæ verba indicant Victorem ſe continuiſſe intra limites ſimplicis conatus, & confirmat ex ſubſequentibus Euſebii verbis: „ Verùm hæc non omnibus „ placebant Epiſcopis. Proinde Victorem „ ex adverſo hortati ſunt, ut ea potius ſen„ tire vellet, quæ paci, & unitati, chari„ tatique erga proximum congruebant. Ex„ tant etiamnum eorum literæ, quibua Vi„ ctorem acerbiùs perſtringunt. Ex quorum „ numero Irenæus in Epiſtola, quam ſcripſit „ nomine fratrum, quibus præerat in Gal„ lia, illud quidem defendit, ſolo die Do„ minico Reſurrectionis Domini Myſterium „ eſſe celebrandum: Victorem tamen decen„ ter admonet, ne integras Dei Eccleſias, „ morem ſibi à majoribus traditum cuſtodien„ tes, à communione abſcindat.

21. At fruſtra, inquit Natalis, Victorem adhortati eſſent Epiſcopi, ut pacia, concordiæ, & charitatia erga proximos diligentem curam haberet, ſi jam pacia jura violaſſet, ſi concordiæ fregiſſet fœdera, ſi charitatis communionem abrupiſſet: immò ipſum adhortati fuiſſent, ut Aſiaticos jam præciſos Eccleſiaſticæ reſtitueret communioni, & unitati. Cùm itaque Epiſcopi adhortati fuerint Victorem, ut pacis, concordiæ, ac charitatis erga proximos diligentem gereret curam, par eſt credere Victorem hæſiſſe intra minas, neque anathemate feriiſſe Aſianos, quod ipſis fuerat interminatum. Porrò ſi S. Irenæua monet Victorem, immò & dehortatur ardentiùs, nè tam multas Eccleſias à corpore Univerſæ Eccleſiæ penitus amputaret, ſequitur non fuiſſe amputatas. Non eſt enim veriſimile, Victorem eos à communione præſcidiſſe, quibuſcum ipſiua Deceſſores pacificè communicaverant, & qui aliunde cum Eccleſia Romana, aliiſque Eccleſiis communicabant, & in ſola diſſidebant diſciplina. Ita ratiocinatur Natalis Alexandri.

22. In cujus rei robur adducit textum Nicephori Calixti, qui lib. 4. hiſtor. Ec-

cleſ.

Digitized by Google

cleſ. cap. 38. ſcribit: „ Victor verò literis hujuſmodi acceptis, extemplò Aſiæ eique finitimas Eccleſias, valuti alienum atque diverſum dogma propugnantes, reiicere, & ab unitate Catholica arcere in animo hahebat. Quàm ob cauſam & ſubitò literas conſcripſit, quibus illos publicè notahat, omneſque ſimul à communione prohlbebat. Atque ille quidem ejuſmodi ſumpſerat conſilium. Verùm id aliis, qui cum eo erant Epiſcopis, minus placuit. Itaque illum ſunt adhortati, ut benigniùs per conſilia pacata de iis, qui idem ſidei prædicarent dogma, ſtatueret. Neque tam facilè re intentatâ, proximorum abiiceret & poſthaberet utilitatem: ſenſim id, & doctrinâ, & tempore aliquando corrigi, ac perfici poſſe; & acriùs, ſeveriùſque cum illo, qui gloriâ eos anteiret, egerunt. Inter quos Irenæus erat, ut quidem ex eo ſcripto, quod Gallicarum Eccleſiarum, quas regebat nomine ad Victorem dedit, apparet. Aſtruit qnippe & ipſe, debere quidem omninò Dominicâ die Paſcha peragi. Nequaquam tamen Victori permittit, ut tantam Eccleſiarum multitudinem ab Eccleſiaſtica unitate ſegreget. *Et cap.* 39. Quapropter egregius, ut aptiſſimo nomini ſuo reſponderet, pacificator Irenæus fuit, qui ſic interceſſione ſuâ pacem Eccleſiæ conciliarit, & non modò cum Victore, ſed etiam cum aliis permultis Eccleſiarum Antiſtitibus, congruentia convenieutiaque eis quæ diximus, de propoſita quæſtione afferendo egerit. „ *Hæc Nicephorus*.

23. Denique S.Hieronymns in lib.de Scriptorihus Eccleſ. agens de S. Irenæo, ait: „ Feruntur ejus & aliæ ad Victorem Epiſcopum Romanum, de quæſtione Paſchæ Epiſtolæ, in quibus commonet, eum non facile debere unitatem Collegii ſcindere. Siquidem Victor multos Aſiæ, & Orientis Epiſcopos, qui quartadecimâ Lunâ cum Judæis Paſcha celebrabant, damnatos crediderat, in qua ſententia ij qui diſcrepahant ab illis, Victori non dederunt manus. *Et Photius in cod.* 120. Victor, ait, eâ tempeſtate Romæ Pontificium tenuit: quem crebris literis hortatus eſt Irenæus, nè ob Paſchatis diſſenſionem ab Eccleſia aliquos abdicaret. „ Ex quibus teſtimouiis conſtare videtur, Victorem reverà non excommunicaſſe Aſianos, ſad hæſiſſe intra minas. Hæc omnia ex Natali Alexandri, ut probet nullo pacto in re fuiſſe Aſianos per Victorem excommunicatos.

24. Contrarium tamen ſuſtinent alii, nimirùm Victorem de facto, & cum effectu Aſianas illas Eccleſiaa ſegregaſſe, verèque excommunicaſſe, quæ mihl verior videtur, & longè probabilior. Et quidem ſiſtendo in iis quæ Polycrates in ſua ſcripſit Epiſtola, & in iis quæ ſtatim ſubjungit Euſebius. Etenim anta ſcriptam à Polycrate Epiſtolam, conſtat Victorem monuiſſe Aſianos ut à propoſito deſiſterent, additis quoque minis: cùm hoc Polycrates in eadem Epiſtola diſertè oſtendat per illa verba: *Nihil moveor iis, quæ nobis ad formidinem intentantur*. Sive jnxta Ruffini: *Non perturbabor ex his, quæ ad terrorem proferuntur*. Aut, ut vertit Chriſtophorſonus: *His quæ nobis ad terrorem obiiciuntur, minimè conturbor*. At hujuſmodi monitiones, & minas prorsùs contempſerant Aſiani, ſcribente Polycrate in eadem Epiſtola, non conturbari nec moveri præfatis minis, ad formidinem intentatis & terrorem, cùm ex Majorum doctrina magis Deo obediendnm ſit, quàm hominibns: *Etenim ab illis, qui me longè Majores erant, ſcio: obedire oportet magis Deo, quàm hominibus*. Hac de cauſa permotus Victor, poſt receptam Polycratis Epiſtolam, ad ſententiam excommunicationis proceſſit. „ His ita geſtis, *ait Euſebius*, Victor quidem Romanæ Urbis Epiſcopus illicò omnes Aſiæ, vicinarumque Provinciarum Eccleſias, tauquam coutraria rectæ Fidei ſentientes, à Communione abſciudere conatur „ ſive ut legit Chryſtophorſonus, cujus verſione utitur Natalis: *Simul omnes, ut complectar brevi, à Communi unitate Eccleſiæ amputare conatur*. Non potuit ergo Victor ſe continuiſſe intra puros minarum, ſive comminationum limites, ſi propter earum, quæ jam præceſſerant, contemptum, permotus, adversùs eaa inſurrexerit.

25. Neque per hoc, quòd dicat: *amputare conatur*, aut cum Ruffino: *à Communionis ſocietate abſciudere nititur*, vel cum Valeſio: *à Communione abſcindere conatur*, ſequitur, quòd in animo tantùm habuiſſet abſcindere, & juxta illorum verborum ſenſum, minimè conceptum animum executioni demandaſſet. Nam hoc in loco ly *conatur*, aut *nititur* poſitum eſt ad indicandam efficaciam, quâ voluit contumaces Aſianos à communione Eccleſiæ, & unitate amputare. Et ideo Valeſius in ſua verſione, addit *Illicò* ad efficaciam nimirum deſignandam. Hoc quoque notum fit ex ſubſequentibus, cùm ſubjungat Euſebius, juxta verſionem Chryſtophorſoni allegatam ab ipſo Natali: *Et in eos per literas graviter invehitur: atque adeo omnes fratres eam incolentes regionem, prorſus à communione ſecludendos edicit*. Quibus verbis exprimit literas, quibus graviter reprehenſos Aſianos à communione ſegregavit: nam ly *edicit*, idem eſt, ac *decernit*: Si ergo decrevit à communione ſecludendos, certè ſeclusit, nam pronunciato decreto de ſeclndendis, manent ſecluſi: unde Ruffinus ſic legit: *Et literas mittit, quibus omnes ſimul abſque diſcretione ab Eccleſiaſtico fœdere ſegregaret*. Et nè amplius ex Euſebii verbis

mane-

maneret ambigendi locus, Valeſius in ſua verſione, ſic legit: *Datiſque literis, univerſos qui illic erant fratres proſcribit, & ab unitate Eccleſiæ prorſus alienos eſſe pronunciat.* Quare hæc duo ex Euſebii verbis mihi clariſſima videntur. Primum, quód Victor ex Polycratis literis ſtatim in animo conceperit velle Aſianos ſegregare, qui animus explicatur per illa verba, *amputare conatur*, ſive *abſcindere conatur*. Secundum, quòd animum executioni accomodavit, dùm datis literis à communione ſegregavit, ſeu ſegregatos per ſuas literas pronunciavit. Itaque dato etiam, ut vult Natalis Alex. quòd priora illa verba ſignificent Victoris animum, poſteriora tsmen explicant executioni jsm demandaſſe, id quod ex Polycratis literis animo conceperat.

26. Subſequentia porrò Euſebii verba, minua favent adverſæ ſententiæ: quia, etſi pluribus Epiſcopis con placuerit factum Victoris, illumque ad pacis ſtudia erga tot Eccleſiss hortarentur, non ſequitur per hoc ſe continuiſſe intra limites minarum, ſed magis quòd jsm minstam oxcommunicationem executioni demandaverit; qua de cauſa ad ſtudia pacis hortabantur, præcipuè per literas Irenæi, ut latam jam excommunicationis ſententiam, debitis ſervatis modis relaxaret. Immò verba ipſa Euſebii juxta verſionem Ruffini maniſeſtè indicant, dum Irenæus ad Victorem ſcripſerat, cum effectu Aſianas Eccleſias fuiſſe præciſas: Nam „ & Irenæus, *inquit*, cum cæteris quibus præerat Galliarum Epiſcopis ſcribens, confirmat quidem ut in Dominica die Reſurrectionis Domini Myſterium celebretur; Victorem tamen arguit, quòd non rectè ſecerit, abſcindere à Corporis unitate tot & tantas Eccleſias Dei, quæ morem ſibi antiquitùs traditum cuſtodirent. „ Quæ quidem verba palam, ſtiſque dilucidè actualem ſegregationem explicant.

27. Certè non placuit Irenæo, plurimiſque aliis Epiſcopis hujuſmodi ſegregatio, cenſentibus pro Eccleſiarum psce & concordia, tolerandam fuiſſe receptam conſuetudinem apud Aſianos, Paſcha celebrandi quartadecimâ Lunâ, quemadmodum ſub Anteceſſoribus ſuis, & etiam ætate Polycarpi, tolerata ſuit. Sed neſciebat Irenæus, ignorabant quoque cæteri Epiſcopi, rem fuiſſe in dogma verſam, non enim eis innotuerant quæ geſta fuerant in Aſia, ab illius Eccleſiæ Præſulibus, ſub Polycrate in Synodo congregatis, & quomodo vellent tanquam ex præſcripto Evangelii, & ex regula fidei, atque Dei mandato, Paſcha eſſe celebrandum quartadecimâ Lunâ, ut ex Literis Polycratis Victor acceperat. Faciem in totum jam mutaverat controverſia, nec ſiſtebat in terminis, qui crsnt ſub Polycarpo, & Aniceto, ut jam oſtenſum eſt: & ita tamen rem adhuc eſſe ſibi perſuaſum habebant plurimi Epiſcopi cum Irenæo, quibus non placuit Victoris ſactum. Cæterum ſi ſciviſſent in quibus terminis vertebatur ſub Polycrate, & Victore, collaudaſſeut magis quàm arguiſſent Victorem.

28. Cùm porrò Epiſcopi qui erant in Paleſtina peroptimè dignoſcerent ſtatum præſentis controverſiæ, utpotè Aſianis magis proximi, nec ignari eorum quæ per Aſiæ Eccleſias de tempore celebrandi Paſcha evulgabantur, coactâ Synodo cui interfuerunt Narcyſſus, & Theophilus Paleſtinæ Epiſcopi, Csſſius Epiſcopus Tyri, & Clarus Ptolemaidis, cum aliis pluribus; primùm decreverunt juxta Apoſtolicam traditionem quid de die celebrandi Paſcha ſervandum eſſet; deinde de hac re datis ad Eccleſias literis, monuerunt ne in perniciem animarum, forte cum Aſianis diverſo à recepta traditione tempore illud celebrsrent. „ Date operam, *inquiunt*, ut Epiſtolæ noſtræ exemplaria per omnes Eccleſias mittantur, ne nobis crimen imputent, qui animas ſuas à recto veritatis tramite facilè abducunt. „ Et Chryſtophorſonus ſic præfata verba vertit. *Epiſtolę noſtræ exemplaria facilè ad quamcumque Eccleſiam mittantur, nè culpam illorum, qui temerè & inconſultò ſuas ipſorum animas erroris pravitate inficiunt, in nos nullo modo transferant.* Ruffinus: *uti ne rei efficiamur animarum, quæ diverſis erroribus immerguntur.* Apud Euſebium lib. 5. hiſtor. cap. 25. Ex quibus perſpicuum ht, jam tunc temporis dogma locum habuiſſe in præſats controverſia: cujus causâ potuit optimè Victor præſstas Eccleſias à Fidelium communione ſegregare.

29. Non negamus tamen Nicephorum contrariam ſecutum ſententiam, quia ſic ſibi viſum fuit ſenſiſſe Euſebium, cùm tamen oppoſitum ex dictis conſtet. Sic & Firmilianus agebat cauſam ſuam, dum ſcripſit non fuiſſe avulſas Eccleſias Aſiæ, occaſione hujus controverſiæ: Tunc enim agebatur cauſa de rebaptizandis hæreticis, quos rebaptizandos Firmilianus cum Cypriano, aliiſque Africanis ſentiebant, adversùa Romani Pontificis ſententiam, qui comminatus fuerat eos; proinde ad ſe tuendum, exemplum ſimile protulit, aſſerens quòd non fnerunt avulſæ Eccleſiæ Aſiæ, licèt diverſsm tenuerint de Paſchatis celebratione ſententiam, ab ea quam Romanus Pontifex ſuſtinendam mandaverat: Et ita concludere volebat, nec Africanas Eccleſias fuiſſe ſegregandas, licèt in cauſa Baptiſmi hæreticorum diſſentirent à Romano Pontifice. Aut fortè Firmilianus locutus eſt de Aſiæ Eccleſiis ſub Polycarpo, & aliis qui præceſſerant Polycratem, quo tempore Eccleſiæ Aſiæ non fuerunt avulſæ, ſed toleratæ in eadem conſuetudine, quia nondum dogma locum in ea controverſiæ

habe-

habebat, reſtricta dumtaxat intra limites puræ diſciplinæ: nam etiam controverſiam de rebaptizandis hæreticis, idem Firmilianus de pura diſciplina eſse credebat.

30. Neque D. Hieronymi verba demonſtrant Victorem in facto non damnaſse, per hoc quòd dicat: *Multos Aſiæ, & Orientis Epiſcopos &c. damnandos crediderat, in qua ſententia ij, qui diſcrepabant ab illis, Victori non dederunt manus*. Nam optimè explicari poſsunt de lata jam damnatione, cui tamen non dederunt manus Epiſcopi illi, quibus, ut Euſebius ſcribit, non placuit. Minus favent contrariæ ſententiæ verba allagata ex Photio: *Quem crebris literis hortatus eſt Irenæus, ne ob Paſchatis diſſenſionem ab Eccleſia aliquos abdicaret*. Nam Photius non in alio ſenſu potuit hæc accipere, qnàm ab ipſo Euſebio hauſit, & juxta Euſebium abdicaſse de facto obſtendimns: unde ne abdicaret, poteſt etiam & locum habere poſt ahdieationem: Fuit enim monitio, nè abdicaret, quos abdicaret, hoc eſt, ne abdicatos jam, ſic relinqueret abdicatos.

31. Et quidem Socrates lib. 5. hiſtor. cap. 22. ubi diffusè enarrat diverſitatem diſciplinæ, à diverſis Eccleſiis obſervatæ circa Paſchæ celebrationem, diſertis verbis tradit Victorem Aſianas Eccleſias in facto reverà excommunicaſse: „ Etenim, *inquit*, in Aſia „ minore plurimi antiquitus quartumdeci„ mum diem obſervarunt neglecto Sabbati „ die. Quod dum facerent, nunquam ta„ men ab illis, qui alio modo Paſcha ce„ lebrabant, ſe ſe abjunxerunt: donec Vi„ ctor Romanæ Urbis Epiſcopus immodi„ co iracundiæ ſuccenſus æſtu, Quartode„ cimanis, qui in Aſia erant, excommu„ nicationis libellum miſit. „ Et vertit Chriſtophorſonus; *excommunicaverit*. Neqne diſſimiliter notat S. Epiphanius in hæreſ. 70. num. 9. ubi inter multa de Paſchali controverſia, ait: „ Nec illnd eruditis hominibus „ ignotum eſt, quàm ſæpe diverſis tempo„ ribus de illius Feſti celebritate varii Ec„ cleſiaſticæ diſciplinæ tumnltus, ac con„ tentiones ohortæ ſint: præſertim Polycar„ pi, ac Victoris ætate, cùm Orientales, „ ab Occidentrlibus divulſi, pacificas à ſe in„ vicem literas nullas aeciperent. „ *Hæc Epiphanius*. Sed codicem mendoſum putarim, aut Epiphanium memoriâ lapſum, quia non ætate Polycarpi Orientales Aſiani ſnerunt avulſi ab Occidentalibns, ſed bene ſub Polycrate, ut ſatis demonſtratum eſt. Citatur denique pro hac ſententia Nicolaus I. in Epiſtola ad Michaelem Imperatorem Græcorum data, ubi apertis verbis dicit Victorem à Communione collegii Eccleſias Aſiæ ſeparaſſe.

32. Verùm contrariam tuentes ſententiam, adiiciunt quæſtionem hanc de Paſchate celebrando, ſpectaſse & ſpectare ad ſolam diſciplinam, non ad fidem, & in iis quæſtionibus poſse quemlibet Eccleſiæ ſuæ conſuetudinem ſequi, nec hæretici ſunt, qui Eccleſiæ Romanæ diſciplinam non ſectantur, dummodo eadem fide dogmata retineant: hinc Tertnllianus in lib. de Virgin. veland. *Regula quidem fidei, una omninò eſt*, inquit, *ſola immobilis, & irreſragabilis*. Et item. *Hac lege fidei manente cætera jam diſciplinæ, & converſationis, admittunt novitatem correctionis*. Atqui non eſt veriſimile Romanum Pontificem volniſſe tot Eccleſias ſegregare ob ſolam diverſitatem diſciplinæ. Oſtendunt porrò ſuiſſe de mera diſciplina controverſiam, quia aliàs hujuſmodi Eccleſiæ ſub tali crrore, non ſuiſſent toleratæ ſub anteceſſoribus Victoris: nam, ut ait Auguſtinus Epiſt. 119. ad Januarium data: *Quæ ſunt contra fidem, & bonam vitam, non approbat, nec tacet, nec facit Eccleſia*.

33. Ad hoc tamen, ut ſatis ſnpra oſtendimus, facilè reſpondemus, nimirùm donec controverſia ſe continuit intra limites puræ diſciplinæ, quemadmodum ſiſtebat ſub Polycarpo, & ſub anteceſſoribns Victoris Romani Pontificis, non ſuerunt ſegregatæ Eccleſiæ Aſiæ: ſed quando à pura diſciplina tranſivit in dogma, quemadmodum accidit ſub Victore, tunc ſuerunt excommunicatæ. In dogma autem tranſivit, dum evulgare cœperunt ex lege Evangelii, ex Fidei regula, & Divino præcepto Paſcha celebrandum eſſe quartadecimâ Lunâ. Etenim tam hæreticus eſt qui non credit Deo loquenti, quam qni credit Denm eſſe locutum, quando non eſt locutus. Nam tam hæreticus eſt ille qui non credit Filium eſſe Patri conſubſtantialem, quàm qui credit Spiritum Sanctum eſſe incarnatum, cùm Dens non dixerit eſſe incarnatum. Et ita credens Paſcha celebrandum eſſe quartadecimâ Lnnâ, quia ſic Deus docuerit, aut præceperit in nova lege, cùm neqne docnerit, neque præceperit; hæreticus eſt. Tales ergo fuerant Aſianæ Eccleſiæ ſub Victore Papa, & ideo meritò eas ſegregare potuit, immò & debuit.

34. Denique falſum ſupponitur, non poſſe aliquem excommunicari ob non obſervatam Eccleſiaſticam diſciplinam, quam ſervandam præcipit habens poteſtatem præcipiendi. Immò ex verbis Euſebii & Irenæi, etiam in ſenſu adverſariorum explicatis, hoc evincitur, nam ſi Irenæus conatus eſt removere Victorem à propoſito excommunicandi, ſignum eſt qnòd poterat excommunicare, & quòd Irenæus agnoverit in Victore hujnſmodi poteſtatem. Neque Polycrates, qui in ſua Epiſtola ſatetur, Victorem comminaſſe Aſianis excommunicationem, ipſum redargnit, quaſi ſibi uſurpaſſet poteſtatem, quam non habebat. Itaque ſive controverſia fuerit in materia Fidei, ſive in ma-

teria Eccleſiaſticæ Diſciplinæ, poterat optimè Victor, inobedientes & contumaces Aſianos excommunicare.

COMMENTARIUS

Dogmaticus.

35. Q*Vod nonniſi quartadecimâ Lunâ*) Novatiani poſt Teſſareſcedecatitas eundem errorem ſectati ſunt, ut Sozomenus notat lib. 7. cap. 18. Audiani poſtea ſibi illum proprium ſecerunt, teſte Epiphanio in hæreſ. 70. Nitebantur in lege Moſis, ubi præceptum eſt Paſcha celebrando quartadecimâ Lunâ menſis primi; *Primo menſe*, inquit Moſes in lib. Exodi cap. 12. verſ. 18. *quartadecimâ die menſis ad Veſperam Phaſe Domini eſt: & quintadecimâ die menſis hujus Solemnitas azymorum Domini eſt*. In libro quoque Levitici cap. 23. verſ. 5. dicitur; *Menſe primo ad Veſperam Phaſe Domini eſt, & quintadecimâ die menſis hujus Solemnitas azymorum Domini eſt*. Et denique repetitum eſt in libro Numer. cap. 28. verſ. 16. *Menſe autem primo, quartadecimâ die menſis, Phaſe Domini erit: & quintadecimâ die Solemnitas, ſeptem diebus veſcentur azymis*. Cauſam totius præcepti explicat Moſes in lib. Deuteronomii cap. 16. inquiens: „Obſerva menſem novarum fru-
„ gum, & verni primùm temporis, ut fa-
„ cias Phaſe Domino Deo tuo; quoniam
„ in iſto menſe eduxit te Dominus Deus
„ tuus de Ægypto nocte. Immolabiſque
„ Phaſe Domino Deo tuo de ovibus, &
„ bobus in loco, quem elegerit Dominus
„ Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi.
„ Non comedes in eo panem fermentatum,
„ ſeptem diebus comedes abſque fermento
„ afflictionis panem, quoniam in pavore
„ egreſſus es de Ægypto, ut memineris
„ egreſſionis tuæ de Ægypto omnibus die-
„ bus vitæ. Non apparebit fermentum in
„ omnibus terminis tuis ſeptem diebus: &
„ non remanebit de carnibus ejus, quod im-
„ molatum eſt veſpere in die primo, uſque
„ mane.

36. Hac itaque ſtante lege primi illi Judæi Paſcha celebrabant poſt æquinoctium vernile, hoc eſt poſtquam ſol proprium duodenarium gradum peregit, dum nimirùm eſt in Ariete, & in oppoſito Lunæ, die quartadecimâ Lunæ menſis Niſan, qui Martius apud nos appellatur, quæ erat dies quartadecima ejuſdem menſis, incipientibus Judæis enumerare dies menſis à Novilunio illius proximo æquinoctio vernili. Ita notat Sozomenus lib. 7. hiſtor. cap. 18. inquiens:
„ Mihi verò mirari ſubit tum hominem
„ iſtum, tum eos qui illum ſectati ſunt,
„ cur hanc novitatem induxerint: cùm ve-
„ terea Hebræi, ut refert Euſebius, Phi-
„ lonis, Joſephi, Ariſtobuli, aliorumque
„ complurium adducens teſtimonium, poſt
„ vernum æquinoctium Paſcha immolave-
„ rint, quando Sol primum ſignum Zo-
„ diaci percurrit, quod Græci Arietem vo-
„ cant, Luna verò quartadecima ex oppoſito
„ curſum ſuum peragit.

37. At Samaritani, quamvis Moſaicæ legis æmulatores, deviarunt ab exacta legis Paſchalis obſervantia, & nixi in dicto Moſis Deuteronomii cap. 26. cit. *Obſerva menſem novarum frugum, & verni primùm temporis, ut facias Phaſe Domino Deo tuo*, non primùm Paſcha celebrandum putarunt, ac mutarentur novi fructus, nefas exiſtimantes, novis fructibus nondum viſis, Paſcha celebrare: & ita ſæpe accidebat hoc Feſtum peragere ante æquinoctium vernile. Hoc pariter idem Sozomenus refert loc. cit. ubi ait: „Præterea Samaritani, qui Mo-
„ ſaicæ legis obſervatores ſunt ſtudioſiſſi-
„ mi, hoc Feſtum nunquam priùs celebrare
„ ſuſtinent, quàm novæ fruges ad maturi-
„ tatem pervenerint. Hæc enim Feſtivitas
„ novorum in lege dicitur. Quare novis
„ fructibus nondum viſis, nefas eſt Feſtum
„ peragere. Unde prorsùs neceſſe eſt, ut
„ æquinoctium vernum præceſſerit.

38. Deinde poſteriores quoque Judæi, corruptâ antiquâ legis hujus obſervantiâ, in Paſchatis celebratione æquinoctium vernile minime attendebant, & Paſcha celebrabant Lunâ decimaquartâ primi menſis, ſive inciderit ante æquinoctium vernile, ſive poſt, unde aliquando accidebat, quòd eodem anno bis Paſcha celebrarent: Horum meminit Conſtantinus Magnus apud Euſebium lib. 3. de Vita Conſtantini cap. 18. ubi ſic habet: „ Eſt enim profectò abſurdiſſi-
„ mum, quod illi magnificè jactant, nos
„ abſque illorum Magiſterio hæc commodè
„ obſervare non poſſe. Quidnam verò illi
„ rectè ſentire poſſint, qui poſt necem Do-
„ mini, poſt illud parricidium mente capti,
„ non ratione ſed præcipiti impetu ferun-
„ tur, quocumque innatus furor ipſos im-
„ pulerit. Hinc eſt, quòd ne in hac quidem
„ parte veritatem ipſam perſpiciunt: adeòut
„ à convenienti emendatione longiſſimè aber-
„ rantes, uno eodemque anno duo Paſcha ce-
„ lebrent.

39. Semel ergo quòd Paſcha celebretur die quartadecimâ, Lunæ ſive ante æquinoctium vernile ſive poſt, optimè caſus evenire poteſt, ut eodem anno Paſcha bis celebretur: quia ſi hoc anno accideret ut Paſcha celebraretur poſt æquinoctium, & ſequens immediate ante æquinoctium, ſecundum Paſcha eodem hoc uno anno celebraretur, quia novus annus non habet initium niſi poſt æquinoctium. Demus enim caſum, quòd hoc anno Novilunium primi menſis,

ſcili-

ſcilicet Martii incidat in diem 26. ejuſdem, quartadecimâ Luna erit die 9. Aprilis, qua die Paſcha celebretur: & anno ſequenti Novilunium ejuſdem menſis ſit die ſecundâ, Luna decimaquarta incidit in diem quintamdecimam Martii; ſi ergo illo die celebraretur Paſcha, certe eodem anno his celebraretur; primò die nonâ Aprilis, ſecundò die quintadecimâ Martii, nondum elapſo anno, & ambæ Feſtivitates intra duo æquinoctia vernilia, & ita uno & eodem anno, qui intra duo continetur æquinoctia vernilia, celebrarentur.

40. Hujuſmodi verò abſurdum locum habere non poteſt, quoties ſervatur regula de non celebrando Paſchate niſi poſt æquinoctium: quia etſi contingat aliquando celebrari Paſcha nondum elapſo anno Aſtronomico, conflato ex diebus 365. ſemper tamen celebratur elapſo anno civili, qui ab æquinoctio vernili initium habet, & nunquam accidit, ut duo Paſchata celebrentur intra duo æquinoctia vernilia. Nam ſi detur caſus, quòd anno præſenti celebretur die decimâ Aprilis, & anno ſequenti die vigeſimaquintâ Martii; licèt ab uno Paſchate ad aliud non intercedant tot dies, quot complent annum Aſtronomicum, non tamen dici poſſunt celebrata eodem anno, quia ambo celebrata ſunt poſt æquinoctium, adeòut intra duo æquinoctia vernilia unum tantùm Paſcha contineatur. Hinc Socrates lib. 5. hiſtor. cap. 21. hac ratione defendit ſuos Novatianos, quòd cum Judæis Paſcha non celebrarent, quia dicit Novatianos ſemper poſt æquinoctium conſueviſſe Paſcha celebrare. *Sed & Novatiani*, inquit, *qui Romæ degunt Judæorum morem nunquam ſecutos eſſe; verùm poſt æquinoctium Paſcha perpetuò celebraſſe.*

41. His itaque ſtantibus poſt Chriſtum paſſum in Judæorum Paſchate, Sanctiſſimi Apoſtoli Eccleſiarum Fundatores, inter multa cùm ad fidem, tùm ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſpectantia, de tempore celebrandi Sanctum Feſtum Paſchæ, ordinem poſuerunt. Et quidem B. Petro Apoſtolo placuit, ut non amplius die quartadecimâ Lunæ primi menſis perpetuò Paſcha celebraretur, quemadmodum olim Judæi, ſed Dominica immediatè ſequente Lunam decimam quartam primi menſis poſt æquinoctium vernile, infra dies azymorum, ideſt intra quartamdecimam, & vigeſimamprimam ejuſdem Lunæ diem. Verùm in Aſia cujus Eccleſiis præfuerat Beatiſſimus Apoſtolus Joannes, nihil innovatum in hac diſciplina fama fuit inter Aſianos; unde & Judaico ritu Paſcha ibi celebrare conſueverunt, nimirum Lunâ decimaquartâ primi menſis poſt æquinoctium vernum, juxta exactum ritum à Moſe præſcriptum, prout ſupra diximus, dicentes ſic ab Apoſtolo Joanne accepiſſe. Hæc quidem tradit Euſebius lib. 5. hiſt. cap. 23. inquiens: „ Iiſdem temporibus gravis controverſia „ exorta, eo quòd omnes per Aſiam Eccle- „ ſiæ, vetuſtâ quadam traditione nixæ, quar- „ tadecimâ Lunâ ſalutaris Paſchæ Feſtum „ diem celebrandum eſſe cenſebant, quo die „ præſcriptum erat Judæis, ut agnum im- „ molarent: eâque omnino Lunâ in quem- „ cumque demum diem ſeptimanæ incidiſ- „ ſet, finem Jejuniis imponendum eſſe ſta- „ tuebant: cùm tamen reliquæ totius Or- „ bis Eccleſiæ alio more uterentur, qui ex „ Apoſtolorum traditione profectus etiam- „ num ſervatur, ut ſcilicet non alio, quàm „ Reſurrectionis Dominicæ die Jejunia ſolvi „ liceat.

42. Et quidem Aſianam illam conſuetudinem initium habuiſſe ſub Sanctiſſimo Apoſtolo Joanne, ac proinde in ipſa Eccleſiarum Aſiæ fundatione, indicat Polycrates in Epiſtola ad Victorem, apud Euſebium lib. 5. cit. cap. 24. ubi recenſet Joannem, Philippum quoque Apoſtolum, Polycarpum, Traſeam, Sagarim, Papirium, Melitonem, quos magna Eccleſiæ lumina appellat, Paſcha celebraſſe die quartadecimâ Lunæ. Et Irenæus in Epiſtola patiter ad Victorem data, apud eundem Euſebium cit. refert Anicetum Papam non potuiſſe perſuadere Polycarpo, ut relictâ conſuetudine illâ, Ritui Romano ac Univerſis aliis Eccleſiis, communi in Paſcha celebrando die Dominico, ſe accomodaret; quia cùm converſatus fuerit cum Joanne, & cæteris Apoſtolis, morem à Joanne ſervatum, & forte ab aliis Apoſtolis, relinquere noluit. „ Neque enim, *inquit*, Anicetus, „ Polycarpo perſuadere unquam poterat, ut „ obſervare deſineret, quippe qui cum Joan- „ ne Domini noſtri Diſcipulo, & cum re- „ liquis Apoſtolis, quibuſcum familiari- „ ter vixerat, eum morem perpetuò obſer- „ vaſſet.

43. Utriuſque conſuetudinis, tam illius nimirum, quam cuſtodiendam Petrus Romæ præſcripſerat, quàm alterius apud Aſianos Auctore Joanne obſervatæ, meminit Wilfridus Abbas apud Bedam lib. 3. hiſtor. Gentis Anglor. cap. 25. ubi in Synodo coram Agilberto Rege congregata pro hac eadem controverſia, ita locutus legitur; „ Joannes ſecundùm legis conſuetudinem, „ decimaquartâ die menſis primi ad Veſpe- „ ram, incipiebat celebrationem Feſti Paſcha- „ lis, nil curans utrum hæc Sabbato, an „ aliâ qualibet feriâ proveniret. At verò „ Petrus cùm Romæ prædicaret, memor „ quis Dominus primâ Sabbati reſurrexit à „ mortuis, ac mundo ſpem Reſurrectionis „ contulit, ita Paſcha faciendum intellexit, „ ut ſecundùm conſuetudinem, ac præcepta „ legis decimamquartam Lunam primi men- „ ſis, æquè ſicut Joannes expectaret. Et „ hac exortâ, ſi Dominica dies (quæ tunc „ pri-

„ prima Sabbati vocabatur) erat mane ventura, in ipſa Veſpera Paſchæ Dominicum „ celebrare incipiebat, quomodo & nos „ omnes hodie facere ſolemus. Sin autem „ Dominica non proximo mane poſt Lunam „ decimamquartam, ſed ſextadecimâ, aut „ ſeptimadecimâ, aut aliâ qualibet Lunâ, „ uſque ad vigeſimamprimam eſſet ventura, „ expectabat eam, & præcedente Sabbato „ Veſpere Sacroſancto Paſchæ ſolemnia inchoabat. Sicque fiebat, ut Dominica Paſchæ dies, nonniſi à quintadecimâ Lunâ „ uſque ad vigeſimamprimam ſervaretur. *Hæc Wilfridus*.

44. Cauſam verò cur ita inſtituerit Joannea pauló ante conſignat idem Abbas, ubi ait. „ Abſit, ut Joannam ſtultitiæ reprehendamus, cùm ſcita legis Moſaicæ juxta „ literam ſervaret, Judaizante adhuc in multa Eccleſiâ, nec ſubitò valentibus Apoſtolis, omnem legis obſervantiam, quæ „ à Deo inſtituta eſt, abdicare. Quomodo „ Simulachra, quæ à Dæmonibus inventa „ ſunt, repudiare omnes qui ad Fidem veniunt neceſſe eſt, videlicet ne ſcandalum „ facerent eis, qui inter gentes erant Judæis. Hinc eſt enim, quòd Paulus Timotheum circumcidit, quòd hoſtias in „ Templo immolavit, quòd cum Aquila, „ & Priſcilla caput Corinthi totondit, ad „ nihil videlicet utile, niſi ad ſcandalum „ vitandum Judæorum. „ Et hanc Joannis Traditionem ſecuti Aſiani, Paſcha celebrare conſueverunt quartadecimâ Lunâ, ut ſupra diffusè oſtenſum eſt: ſed nonniſi corruptè, non ſervando exactam antiquorum Judæorum conſuetudinem, ſed magis poſteriorum corruptelam, non attendendo æquinoctii verni tempus, Feſtum celebrando perpetuò quartadecimâ die Lunæ, ſive inciderit ante æquinoctium vernum ſive poſt, unde accidebat quòd bis aliquando uno & eodem anno Paſcha celebrarent, prout diſertè notaverat Conſtantinus Magnus apud Euſebium lib. 3. de Vita Conſtatin. cap. 14. de quo nos ſuo loco. Immò ut in ſuperioribus etiam vidimus, addiderunt tunc temporis fore celebrandum Paſcha, ex Evangelii preſcripto, ex regula Fidei, ex mandato Dei, undè excommunicari meruerunt à Victore Papa.

45. At Pepuziani Teſſeradecatitæ, de quibus nos in præſenti, aliter de hujus Feſti celebratione diſcurrunt, nam Epiphanius in hæreſ. 30., quæ eſt adversùs Quartodecimanos, dicit ex Actibus Pilati errorem ſumpſiſſe Paſcha celebrandi VIII. Kalendas Aprilis, cùm juxta præfata Acta, Chriſtum paſſum dicant prædicto tempore. „ Sunt, *inquit*, inter eos nonnulli, qui unam eandemque diem obſervant, & unâ eâdemque „ Jejunant, ac Myſteriis operantur. Nam „ ex Actis Pilati, accuratam ſe hujus Inſtituti rationem didiciſſe gloriantur; in quibus ſcriptum eſt VIII. Kalendas Aprilis „ Salvatorem eſſe paſſum. Quamobrem illâ „ ipsâ die celebrare Paſcha volunt, in quamcumque demum Lunæ XIV. diem inciderit. At qui in Cappadocia degunt, eandem diem, quæ eſt VIII. Kal. April. celebrant. Tametſi non mediocris eſt inter „ illos diſſenſio: nonnulli enim Lunam XIV. „ ſtatuunt, quæ in VIII. Kal. April. incidit. *Hæc Epiphanius*.

46. Sozomenus verò lib. 7. hiſt. cap. 18. tradit Pepuzianos & Teſſeradecatitas, neque cum vetuſtis, neque cum poſterioribus Judæis, & neque cum Eccleſia Catholica in Paſcha celebrando convéniſſe; ſed quadam peregrinâ excogitatâ opinione, velut à Montaniſtarum Paracleto revelatâ, docuiſſe Paſcha celebrandum utique quartadecimâ die, ſed non attendendo curſum Lunæ ſed Solis, enumerando dies quatuordecim ab æquinoctio verno, ideſt à IX. Kalen. April. per dies quatuordecim uſque ad VIII. Idus Aprilis, quo die ſemper, & perpetuò Paſcha celebrabant, nihil attendentes Lunam primi menſis, nec diem Dominicum, vel quemvis alterum, dummodo poſt æquinoctium vernum, prout etiam notat Nicephorus lib. 12. hiſt. cap. 32.

47. Eorum autem ratiocinium, cui nitebantur pro ſtabilienda hac ſua opinione, tale erat. Dicebant enim menſem quemlibet conſtare diebus triginta: primum autem totius anni diem enumerandum eſſe ab æquinoctio verno, quo die condita ſunt duo luminaria magna, quibus anni & tempora deſignantur, & apud Romanos erit dies ante IX. Kal. Aprilis. Id quod ſic oſtendunt, dicunt enim quòd Luna octavo quoquo anno concurrit cum Sole, & utriſque novi menſis initium ſimul contingit: quandoquidem octennalis Lunæ curſus nonaginta, & novem menſibus perficiatur, diebus autem bis mille nongentis ac viginti duobus, quo dierum ſpatio Sol octo annorum curricula abſolvit, computatis in ſingulis annis trecentis ſexagintaquinque diebus, cum quadrante unius diei. Etenim multiplicatis per octo diebus trecentis ſexagintaquinque cum quadrante unius diei, complent ſummam dierum biſmille nongentorum vigintiduorum, qui ſunt dies octo annorum curſus Lunæ: & proindè cùm ſpatio annorum octo, in eundem diem concurrant initium curſus Solis, & Lunæ, & hoc in ipſo æquinoctio verno; volunt ab æquinoctio verno, ideſt à IX. Kalendas Aprilis eſſe enumerandam quartamdecimam diem, cujus in Sacris libris fit mentio, & hanc dicunt eſſe VIII. Idus Aprilis, quo die perpetuò Paſcha celebrabant. Quòd ſi concurrat eodem die Reſurrectionis dies, tunc transferendum eſſe putabant in proximam Dominicam, quâ Feſtum celebrandum volebant, dicentes ſcriptum eſſe, à

quar-

quartadecimâ uſque ad vigeſimamprimam. Hæc itaque pro diverſitate opinionum, ſententiarum, atque errorum, in cauſa celebrandi Sanctum Feſtum Paſchæ, ante Decretum Concilii Nicæni, de quo inferiùs. Et quamvis Teſſeredecatitæ, utpotè Pepuziani & Montaniſtæ, diverſis fuerint in Montaniſtarum implicati erroribus, attamen hoc ſolum in eis peculiare obſervatur, quòd nimirum Paſcha non cum Eccleſia Catholica celebrarent; quapropter hunc unum errorem, ſive unam hæreſim adnotavimus, nimirum.

I. Paſcha celebrandum eſſe, menſe Martio, quartadecimâ Lunâ, in quamcumque feriam hebdomodæ inciderit.
Sive celebrandum eſſe quartadecimâ die, ſupputatâ à IX. Kalendas Aprilis, & ita perpetuò VIII. Idus Aprilis.
Sive celebrandum eſſe VIII. Kal. Aprilis.
Sive denique celebrandum eſſe Lunâ quartadecimâ, quæ in VIII. Kal. Aprilis incidit.

Hæc omnia adnotare voluimus propter varias Quartodecimanorum opiniones, quas omnes utpote falſas unico commentario refutabimus.

COMMENTARIUS

In hanc Hæreſim.

48. P*aſcha celebrandum eſſe*) Fuiſſe Apoſtolicam Traditionem, Paſcha celebrandum eſſe poſt Lunam decimam quartam primi menſis, & Dominico immediatè ſequenti die, ac poſt æquinoctium vernum, tetigimus ſupra; modò diffuſiùs oſtendemus. Et quidem Euſebius lib.5. hiſt. cap. 25. refert ſic decretum fuiſſe in Synodo Paleſtinæ, celebrato ſub Victore Papa in cauſa Eccleſiarum Aſiæ: „ Epiſcopi verò Paleſti„ næ, *inquit*, quos paulò ſupra memora„ vimus, Narcyſſus ſcilicet, & Theophilus, „ & cum illis Caſſius Tyri, & Clarus Pto„ lemaidis Epiſcopi, & qui ſimul cum ipſis „ convenerant, poſtquam de Traditione diei „ Paſchalis, quæ jam inde ab Apoſtolis ad „ ipſos continuâ ſucceſſione manaverat, mul„ ta in ſuis literis diſſeverunt &c.„ Quâ ſuppoſitâ traditione, errare certè, & in perniciem animarum ſuarum agere exiſtimarunt, qui aliter ac traditum fuerat Paſcha celebrarent, & hujus rei causâ juſſerunt Patres Epiſtolam ad Eccleſias aliàs mittere, quâ certiores redderentur, juxta præfatam traditionem Paſcha celebrandum, quam tenebat Eccleſia etiam Alexandrina. Unde ſubjungit Euſebius: „ Tandem ad finem Epiſtolæ his „ utuntur verbis. Date operam, ut Epiſto„ læ noſtræ exemplaria per omnes Eccleſias „ mittantur, nè nobis crimen imputent, qui „ animas ſuas à recto veritatis tramite facilè „ abducunt. Illud etiam vobis ſignificamus, „ eodem quo apud nos die, Paſcha Alexan„ driæ celebrari.

49. Acta porrò hujuſmodi Concilii refert Beda in libro de æquinoctio verno, ubi tradit Victorem Papam direxiſſe auctoritatem ad Theophilum Cæſarienſem Paleſtinæ Primatem, ut qnomodo Paſcha recto jure à cunctis Catholicis celebraretur Eccleſiis, inihi fieret Ordinatio, ubi Dominus & Salvator Mundi fuerat in carne verſatus. Theophilum verò, ait, acceptâ authoritate ex diverſis Provinciis Epiſcopos advocaſſe, & coactâ Synodo, lectiſque Victoris Epiſtolis, cauſam diſcutere incœpiſſe. „ Perceptâ ita„ que auctoritate, *ait Beda*, „ prædictus Epi„ ſcopus, non ſolùm de ſua Provincia, ſed „ etiam de diverſis regionibus omnes Epi„ ſcopos evocavit. Ubi cùm illa multitudo „ Sacerdotum convenit, tunc Theophilus „ Epiſcopus protulit auctoritatem ad ſe miſ„ ſam Victoris Papæ, & quid ſibi Operis „ fuiſſet injunctum oſtendit.

50. Deinde per extenſum recenſet hujuſmodi Acta, & quid Epiſcopi dixerunt, & qnibus cauſis, aut rationibus, ſive conjecturis ſuffulti, decreverunt non eſſe recedendum à Traditione, ſed Paſcha celebrandum, ut moris erat, die Dominico poſt æquinoctinm vernum, & Lunam quartamdecimam primi menſis. Etenim poſt exhibitas Victoris literas à Theophilo, omnes Epiſcopos dixiſſe refert: „ Niſi priùs, quomodo „ Mundus fuerit à principio, inveſtigetur; „ nihil poteſt de obſervantia Paſchæ ſalubri„ ter ordinari. „ Et inde proſequitur eadem „ Acta enarrare, que ſic ſe habent.

51. „ Dixerunt ergo Epiſcopi: Quem „ credimus factum fuiſſe in Mundo pri„ mum, niſi Dominicum diem? Theophi„ lus Epiſcopus dixit: Probate quod di„ citis.

52. „ Reſponderunt Epiſcopi ſecundùm „ Scripturæ auctoritatem: *Factum eſt veſpere* „ *& mane dies primus*: deinde ſecundus, „ tertius, quartus, quintus, ſextus, ſepti„ mus, in quo ſeptimo requievit Deus ab „ omnibus operibus ſuis, quem diem Sab„ batum appellavit: ergo cùm noviſſimum „ diem ſignet Sabbatum; quis poteſt eſſe „ primus, niſi Dominicus dies?

53. „ Theophilns Epiſcopus dixit: Ecce „ de die Dominico, quia primus ſit probaſtis. „ De tempore autem quid dicitis? Qua„ tuor enim anni tempora accipiuntur, Ver, „ Æſtas, Autumnus, & Hyems. Quod er„ go tempus primum factum in Mundo? „ Epiſcopi reſponderunt, Veraum. Theo„ philus Epiſcopus dixit: Probate quod „ dicitis.

54. „ Et illi reſponderunt: Scriptum eſt: „ Ger-

Digitized by Google

„ *Germinet terra fœni herbum ſecundùm ge-*
„ *nus ſuum , & lignum fructiferum ferens*
„ *fructum ſuum* . Hoc autem temporibua Ve-
„ ris accipitur.

55. „ Theophilus dixit : In quo loco
„ caput Mundi eſſe creditis ? In principio
„ temporis , aut in medio , aut in fine?
„ Epiſcopi reſponderunt in æquinoctio VIII.
„ Kalendarum Aprilium . Theophilus Epi-
„ ſcopus dixit : Probate quod dicitis. Et
„ illi reſponderunt ; Scriptum eſt ; *quia fecit*
„ *Deus lucem , & vocavit Deus lucem diem;*
„ *& fecit Tenebras , & vocovit Tenebras no-*
„ *ctem,& diviſit inter lucem & tenebras æquas*
„ *partes* .

56. „ Dixit Theophilus : Ecce de die ,
„ & tempore probaſtis; De Luna , quid vo-
„ bis videtur? utrum creſcentem , ac jam
„ plenam , an imminutam fuiſſe , & concre-
„ tam ? Epiſcopi reſponderunt ; plenam . Et
„ ille ; Probate quod dicitis. Reſponderunt;
„ *Et fecit Deus duo luminaria magna , &*
„ *poſuit ea in Firmamento Cœli , ut luceant*
„ *ſuper terram . Luminare majus in incoba-*
„ *tionem diei , Luminare minus in incoba-*
„ *tionem noctis* . Non poterat taliter , niſi
„ eſſet plena . Nunc ergo inveſtigemus quo-
„ modo in principio factus fuerit Mundus,
„ ideſt die Dominico , Verno tempore , in
„ Æquinoctio , quod eſt VIII. Kalendarum
„ Aprilium , Luna plena , per ipſum tan-
„ tummodo tempus , & elementa reſur-
„ gunt .

57. „ Theophilus dixit ; Nunc igitur
„ agendum eſt de ordinatione , quomodo
„ debeamus Paſcha tenere . Epiſcopi dixe-
„ runt ; numquid poteſt Dominicua dies
„ præteriri , ut in eo Paſcha minimè cele-
„ bretur , qui tot & talibus benedictionibua
„ eſt ? Theophilus Epiſcopus dixit ; Dicite
„ ergo quibus & qualibus benedictionibua
„ eum eſſe Sanctificatum aſſeritis, ut ſcribere
„ poſſimua .

58. „ Epiſcopi dixerunt : Prima illi be-
„ nedictio eſt , quia in ipſo tenebræ ſunt
„ remotæ , & lux apparuit . Secunda illi
„ benedictio eſt , quòd de Terra Ægypti ,
„ velut de Tenebris peccatorum , quaſi per
„ Fontem Baptiſmi , per Mare rubrum po-
„ pulus fuiſſet liberatus . Tertia illi bene-
„ dictio eſt , quia eodem die cœleſtis ci-
„ bus , Manna hominibua datus eſt . Quar-
„ ta illi benedictio eſt : quia Moyſes man-
„ dat ad Populum : *Sit vobis obſervatus*
„ *dies primus , & noviſſimus* . Quinta illi be-
„ nedictio eſt , ut pſalmo centeſimo deci-
„ moſeptimo dicitur:*Circumdederunt me ſicut*
„ *apes , & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis* .
„ De Reſurrectione enim Domini dicit : *Hæc*
„ *dies quam fecit Dominus , exultemus , &*
„ *lætemur in ea , uſque ad cornu altaris* . Sexta
„ illi benedictio eſt , quòd in ipſa Dominua
„ Reſurrexit , Vides ergo , quia dies Reſur-
„ rectionis Dominicus ſingulariter in Paſcha
„ teneri poſſit ?

59. „ Theophilua dixit : De tempore
„ autem ad Moyſen mandatum eſt à Deo:*Hic*
„ *menſis erit vobis initium menſium : Paſcha*
„ *facite in eo* ; omnes ergo triginta dies à
„ Domino conſecrati . Epiſcopi dixerunt :
„ Jam ſuperiùs dedimus reſponſum , prin-
„ cipium Mundi eſſe æquinoctium VIII. Ka-
„ lendarum Aprilium , uſque ad VIII. Ka-
„ lendas Majas , legimua eſſe conſecra-
„ tas .

60. „ Theophilus dixit ; Ecce impium
„ non eſt , ut Paſſio Dominica , tantum Sa-
„ cramenti Myſterium extra limitem exclu-
„ datur . Paſſus namque Dominus ab XI. Ka-
„ lendarum Aprilium , qua nocte à Judæis
„ traditua eſt , & ad VII. Kalendas reſurre-
„ xit . Quomodo ergo tres dies extra ter-
„ minum excluduntur ? Omnes Epiſcopi di-
„ xerunt ; Nullâ ratione fieri debet , ut tan-
„ tum Sacramentum extra limitem exclude-
„ tur ; Sed hi tres dies intra terminum in-
„ ducantur , & deſuper retrahere conſtitu-
„ tum eſt . „ *Hactenus Acta hujus Concilii , ex Beda* .

61. Ex allatis tamen non licet inferre , tunc primùm in Paleſtina decretum fuiſſe , Paſcha celebrandum die Dominico , nam talis obſervantia ibi jam vigebat : ſed propter exortam controverſiam , ut parerent Pontificia mandatis , Epiſcopi congregati , quod hactenus ibidem ſervatnm fuerat , conciliari decreto firmarunt , ſolùm rationes cauſas & congruentias addendo , pro ejuſmodi retinenda traditione ; quemadmodum , & eandem , comprobarunt Patres in Concilio Romano ſub Victore , & illi qui interfuerunt Ponti ſub Palma , Lugduni ſub Irenæo , Bacchilli , apud Oſroenam , & alibi , quorum omnium meminit Euſebius lib. 5. hiſt. cap. 23. Immò allegati Patrea Concilii Paleſtini in Epiſtola Synodica allegarnnt conſuetudinem retentam ab Eccleſia Alexandrina , ut notat Euſeb. lib. 5. cit. cap. 25. *Illud etiam vobis ſignificamus* , inquiunt in Epiſtola , *eodem quo apud nos die , Paſcha Alexandriæ celebrari* . Nec leve argumentum fore exiſtimarunt prædicti Patres , allegando exemplum Eccleſiæ Alexandrinæ;nam cùm illam Eccleſiam per Beatum Marcum Petrus fundaverit , ut præter multos ſcribit etiam S. Leo Magnus , in Epiſtola ad Proterium Epiſcopnm Alexandrinum data , quæ eſt 103. novæ edit. Apoſtolicam D. Petri traditionem , ſive diſciplinam de Paſcha celebrando , præfatum Eccleſiæ Alexandrinæ exemplum confirmabat . Neque dicunt Patres Paleſtini , Eccleſiam Alexandrinam Paſcha celebraſſe eo die , quo ipſi tunc decreverunt eſſe celebrandum , ſed eo die , quo ipſi celebrabant : *eodem quo apud nos die , Paſcha Alexandriæ celebrari* , explicando per hæc verba magis antiquam conſuetudinem in Paleſti-

Google

leſtina ſervatam, quàm novum decretum novæ firmandæ conſuetudinis.

62. Et ſanè teſtis eſt ipſe Euſebius lib. 5. cit. cap. 23. ſub Victore Papa Univerſas per orbem Eccleſias, die Dominico Paſcha celebrare conſueviſſe, Aſianis exceptis, & quidem ex antiqua Sanctorum Apoſtolorum Traditione: „ Iiſdem temporibus, *inquit*, „ gravis controverſia exorta, eo quòd omnes per Aſiam Eccleſiæ, vetuſtâ quadam „ traditione nixæ, quartadecimâ Lunâ ſalutaris Paſchæ Feſtum diem celebrandum „ eſſe cenſebant, quo die præſcriptum erat „ Judæis, ut Agnum immolarent: eâque omnino Lunâ in quemcumque demum diem „ ſeptimanæ incidiſſet, finem Jejuniis imponendum eſſe ſtatuebant: cùm tamen reliquæ totius Orbis Eccleſiæ alio more uterentur, qui ex Apoſtolorum traditione „ profectus etiamnum ſervatur, ut ſcilicet „ non alio, quàm Reſurrectionis Dominicæ „ die Jejunia ſolvi liceat.

63. Confirmat eandem traditionem Aceſius Epiſcopus quamvis novatianus, apud Socratem lib. 1. hiſtor. cap. 10. edit. Valeſianæ, qui Conſtantino Magno interroganti, num ipſe, & fidei formulæ in Nicæna Synodo editæ, & Definitioni de Feſto Paſchatis conſenſum præberet, reſpondit: „ Nihil novi à Concilio definitum eſt, Imperator. Sic enim olim ab initio, & ab „ ipſis Apoſtolorum temporibus, tùm fidei „ definitionem, tùm Feſti Paſchalis tempus „ traditum accepi. „ Idem refert Sozomenus lib. 1. hiſtor. cap. 22. ejuſdem edit. ubi ſic ſcribit: „ Fertur porrò Imperatorem, cùm „ omnium Chriſtianorum conſuleret concordiæ, Aceſium quoque Novatianorum Epiſcopum ad Synodum evocaſſe: eiquè regulam fidei, & definitionem de Feſto Paſchali oſtendiſſe, Epiſcoporum ſubſcriptionibus jàm firmatam; ac ſimul interrogaſſe, num & ipſe iis conſentiret. Aceſium „ verò reſpondiſſe, nihil novi definitum eſſe, & approbaſſe ea, quæ à Synodo decreta fuerant: ſiquidem ipſe ab initio „ ità credendum eſſe accepiſſe, diemque Feſtum ita celebrandum.

64. Cæterum in omni controverſia exorta in hac materia, Patres ſemper ad Apoſtolicam D. Petri traditionem confugiam habuerunt, ut ita quævis contraria conſuetudo aboliretur. Quare in Synodo quadam celebrata in Monaſterio *Strenaeshalch* nuncupato, ſive *Sinuſari* in Provincia Nordan Hymbrorum ſub regimine Hildæ Abbatiſſæ, Deo devotæ fœminæ, coram Oſvui Rege, ejuſque filio Alchfrido, diverſis Epiſcopis, Abbatibus, & Sacerdotibus intereſſentibus, mota fuit eadem de Paſcha controverſia, propter Scotos, qui Judaicum morem ſectabant, ibique habitâ diſceptatione inter Colmanum Epiſcopum Scotum, & Wilfridum Abbatem, ſervandum eſſe Morem celebrandi Paſcha die Dominico decretum fuit, quia ſic tradidiſſe Apoſtolum Petrum Wilfridus probaverat. Acta hujus Synodi refert Beda lib. 3. hiſtor. Gent. Angl. cap. 25. quæ ita ſe habuiſſe ſcribit.

65. Præmiſſa à Rege Oſvui præfatione, quòd oporteret eos, qui uni Deo ſervirent, unam vivendi regulam tenere, nec diſcrepare in celebratione Sacramentorum Cœleſtium, qui unum omnes in Cælis regnum expectarent; inquirendum potius, quæ eſſet verior traditio, & hanc ab omnibus, communiter eſſe ſequendam; juſſit primò dicere Epiſcopum ſuum Colmanum, qui eſſet ritus, & unde originem ducens ille, quem ipſe ſequeretur.

66. „ Tunc Colmanus, Paſcha, inquit, „ hoc quod agere ſoleo à Majoribus Meis „ accepi, qui me huc Epiſcopum miſerunt, „ quod omnes Patres noſtri viri Dei dilecti, eodem modo celebraſſe noſcuntur. Quod „ ne cui condemnandum, & reprobandum „ eſſe videatur, ipſum eſt quod Beatus Evangeliſta Joannes, Diſcipulus ſpecialiter Domino dilectus, cum omnibus quibus præerat Eccleſiis celebraſſe legitur.

67. „ Quo hæc, & his ſimilia dicente, „ juſſit Rex & Agilbertum proferre in medium morem ſuæ obſervationis, unde initium haberet, vel quâ hunc auctoritate „ ſequeretur.

68. „ Reſpondit Agilbertus. Loquatur, „ obſecro, vice meâ diſcipulus meus Wilfridus Presbyter, quia unum ambo ſapimus cum cæteris, qui hic aſſident Eccleſiaſticæ traditionis cultoribus, & ille „ melius, ac manifeſtiùs ipsâ linguâ Anglorum, quàm ego per Interpretem, poteſt „ explanare quæ ſentimus.

69. „ Tunc Wilfridus jubente Rege ut „ diceret, ita exorſus eſt. Paſcha quod facimus, inquit, vidimus Romæ, ubi Beati Apoſtoli Petrus & Paulus vixere, docuere, paſſi ſunt, & ſepulti, ab omnibus „ celebrari, hoc in Italia, hoc in Gallia, „ quas diſcendi vel orandi ſtudio pertranſivimus, ab omnibus agi conſpeximus. „ Hoc Africam, Aſiam, & Ægyptum, Græciam, & omnem Orbem, quacunque Chriſti Eccleſia diffuſa eſt, per diverſas nationes, & linguas, uno ac non diverſo temporis ordine geri comperimus, præter hos „ tantùm, & obſtinationis eorum complices, Pictos dico, & Britones, cum quibus de duabus ultimis Oceani Inſulis, his „ non totis, contra totum Orbem ſtulto labore pugnant.

70. „ Cui hæc dicenti reſpondit Colmanus. Mirum quare ſtultum appellare velitis laborem noſtrum, in quo tanti Apoſtoli, qui ſuper pectus Domini recumbere „ dignus fuit, exempla ſectamur, cùm ipſum „ ſa-

„ ſapientiſſime vixiſſe omnis Mundus noverit.

71. „ At Wilfridus. Abſit, inquit, ut „ Joannem ſtultitiæ reprehendamus, cùm „ ſcita legis Moſaicæ juxta literam ſervaret, Judaizante adhuc in multis Eccleſiâ, „ nec ſubitò valentibus Apoſtolis omnem „ legis obſervantiam, quæ à Deo inſtituta „ eſt, abdicare. Quomodo ſimulachra, quæ à „ Dæmonibus inventa ſunt, repudiare omnes „ qui ad fidem veniunt neceſſe eſt, videlicet ne ſcandalum facerent eis, qui inter „ gentes erant Judæis. Hinc eſt enim quòd „ Paulus Timotheum circumcidit, quòd hoſtias in Templo immolavit, quòd cum „ Aquila, & Priſcilla caput Corinthi totondit, ad nihil videlicet utile, niſi ad „ ſcandalum vitandum Judæorum. Hinc quòd „ eidem Paulo Jacobus ait: Vides frater, „ quot millia ſunt in Judæis, qui crediderunt, & omnes ij æmulatores ſunt legis. „ Nec tamen hodie clareſcente per Mundum „ Evangelio neceſſe eſt, imò nec licitum „ Fidelibus vel circumcidi, vel hoſtias Deo „ Victimarum offerre carnalium. Itaque „ Joannes ſecundùm legis conſuetudinem decimaquartâ die Menſis primi ad Veſperam incipiebat celebrationem Feſti Paſchalis nil curans utrum hæc Sabbato, an aliâ „ qualibet feriâ proveniret.

72. „ At verò Petrus cùm Romæ prædicaret, memor quia Dominus primâ Sabbati Reſurrexit à Mortuis, ac Mundo ſpem „ reſurrectionis contulit, ita Paſcha faciendum intellexit, ut ſecundùm conſuetudinem ac præcepta legis, decimamquartam „ Lunam primi menſis, æquè ſicut Joannes, „ orientem ad veſperam ſemper expectaret. Et hac exortâ, ſi Dominica dies „ (quæ tunc prima Sabbati vocabatur) erat „ manè ventura, in ipſa veſpera Paſcha „ Dominicum celebrare incipiebat, quomodo „ & nos omnes hodie facere ſolemus. Sin „ autem Dominica non proximo mane poſt „ Lunam decimamquartam, ſed ſextadecimâ, aut ſeptimadecimâ, aut aliâ qualibet Lunâ, uſque ad vigeſimamprimam eſſet ventura, expectabat eam, & præcedente Sabbato veſpere ſacroſancta Paſchæ „ Solemnia inchoabat. Sicque fiebat, ut Dominica Paſchæ dies, nonniſi à quintadecimâ Lunâ uſque ad vigeſimamprimam „ ſervaretur. Neque hæc Evangelica, & „ Apoſtolica traditio legem ſolvit, ſed potiùs adimplet, in qua obſervandum Paſcha à quartadecima Luna primi menſis „ ad veſperam, uſque ad vigeſimamprimam „ Lunam ejuſdem menſis ad veſperam præceptum eſt, in quam obſervantiam imitandam, omnes S. Joannis Succeſſores in Aſia „ poſt obitum ejus, & omnis per Orbem „ Eccleſia converſa eſt, & hoc eſſe verum „ Paſcha, hoc ſolum Fidelibus celebrandum, „ Nicæno Concilio non ſtatutum noviter „ ſed confirmatum eſt, ut Eccleſiaſtica docet „ hiſtoria.

73. „ Unde conſtat Vos, Colmane, neque Joannis, ut autumatis, exempla ſectari, neque Petri, cujus Traditioni ſcientes contradicitis, neque Legi, neque Evangelio, in obſervatione veſtri Paſchæ congruere. Joannes enim ad legis Moſaicæ „ decreta tempus Paſchale cuſtodiens, nil „ de prima Sabbati curabat, quod vos non „ facitis, qui nonniſi primâ Sabbati Paſcha „ celebratis. Petrus à decimaquinta Luna „ uſque ad vigeſimamprimam diem Paſchæ „ Dominicum celebrabat, quod vos non „ facitis, qui à decimaquarta uſque ad vigeſimam diem Dominicum Paſchæ obſervatis; itaut tertiadecimâ Luna ad veſperam ſæpius Paſcha incipiatis, cujus neque Lex ullam fecit mentionem, neque „ auctor ac dator Evangelii Dominus in „ ea, ſed in quartadecima Luna, vel Vetus „ Paſcha manducavit ad veſperam, vel Novi Teſtamenti Sacramenta, in Commemorationem ſuæ paſſionis, Eccleſiæ celebranda tradidit. Itemque Lunam vigeſimam „ primam, quam Lex maximè celebrandam „ commendavit, à celebratione veſtri Paſchæ „ funditus eliminatis. Sicque, ut dixi, in „ celebratione ſummæ Feſtivitatis, neque „ Joanni, neque Petro, neque Legi, neque „ Evangelio concordatis.

74. „ His contrà Colmanus: Numquid, „ *ait*, Anatholius vir Sanctus, & in præfata „ hiſtoria Eccleſiaſtica multùm laudatus, „ Legi, vel Evangelio contraria ſapuit, qui „ à quartadecimâ uſque ad vigeſimam Paſcha celebrandum ſcripſit? Numquid Reverendiſſimum Patrem noſtrum Columbam, & Succeſſores ejus viros Deo dilectos, qui eodem modo Paſcha fecerunt, „ Divinis paginis contraria ſapuiſſe, vel „ egiſſe credendum eſt? Cùm plurimi fuerint in eis, quorum Sanctitati cæleſti Signa, & Virtutum quæ fecerunt Miracula teſtimonium præbuerunt, quos ut „ ipſe Sanctos eſſe non dubitans, ſemper „ eorum vitam, mores, & diſciplinam ſequi „ non deſiſto.

75. „ At Wilfridus: Conſtat, *inquit*, „ Anatholium virum Sanctiſſimum, doctiſſimum, ac laude eſſe digniſſimum, ſed „ quid vobis cum illo, cùm nec ejus decreta ſervetis? Ille enim in Paſcha ſuâ „ regulam utique veritatis ſequens, circulum novendecim annorum poſuit, quem „ vos aut ignoratis, aut agnitum, à tota „ Chriſti Eccleſia cuſtoditum, pro nihilo „ contemnitis. Ille ſic in Paſchæ Dominicâ decimamquartam Lunam computavit, „ ut hanc eâdem ipsâ die more Ægyptiorum, decimamquintam Lunam ad veſperam eſſe fateatur. Sic idem vigeſimam

„ diem

„ diem Dominico Paſchæ annotavit, ut hanc,
„ declinatâ eâdem die, eſſe vigeſimamprimam
„ crederet. Cujus regulam diſtinctio-
„ nis vos ignoraſſe probat, quòd aliquo-
„ tiens Paſcha manifeſtiſſimè ante plenilu-
„ nium, ideſt in tertiadecimâ Lunâ faci-
„ tis. Et ſi Sanctus, & potens erat virtuti-
„ bus ille Columba veſter, immò & noſter,
„ ſi Chriſti erat, num præferri potuit Bea-
„ tiſſimo Apoſtolorum Principi? Cui Do-
„ minus ait: „ *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſùs eam, & tibi dabo Claves Regni Cœlorum.*

76. „ Hæc perorante Wilfrido, dixit Rex:
„ Verè ne Colmane hæc illi Petro dicta ſunt
„ à Domino? Qui ait: Verè Rex. At ille:
„ Habetis, inquit, vos proferre aliquid tan-
„ tæ poteſtatis veſtræ Columbæ datum? At
„ ille ait, nihil. Rurſum autem Rex: Si
„ utrique veſtrum, inquit, in hoc ſine ulla
„ controverſia conſentiunt, quòd hæc prin-
„ cipaliter Petro dicta, & ei Claves Regni
„ Cœlorum ſint datæ à Domino. Reſpon-
„ derant, etiam, utrique. At ille ita con-
„ cluſit: Et ego vobis dico, quia hic eſt
„ oſtiarius ille, cui ego contradicere nolo, ſed
„ in quantùm novi vel valeo, hujus cupio
„ in omnibus obedire ſtatutis, ne forte me
„ adinveniente ad fores Regni Cœlorum,
„ non ſit qui reſeret averſo illo, qui cla-
„ ves tenere probatur. Hæc dicente Rege,
„ ſaverunt aſſidentes quique, ſive adſtantes
„ majores unà cum mediocribus, & abdi-
„ catâ minus perfectâ inſtitutione, ad ea quæ
„ meliora cognoverant, ſe ſe transferre feſti-
„ nabant. „ *Hactenus hujus Synodi, ſive Congreſſus Acta.*

77. Porrò Ceolfridus Abbas Monaſterii Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, in Epiſtola ad Naitanum Pictorum Regem, apud Bedam cit. lib. 5. cap. 22. eandem Petri traditionem firmat, & Paſcha celebrandum die Dominico poſt Lunam XIV. menſis primi non contemnendis rationibus probat. Ait ergo: „ Tres ſunt ergo regulæ Sacris
„ inditæ literis, quibus Paſchæ celebrandæ
„ tempus nobis præfinitum, nullâ prorſus
„ humanâ licet authoritate mutari: E qui-
„ bus duæ in Lege Moyſi Divinitus ſtatu-
„ tæ, tertia in Evangelio per effectum Do-
„ minicæ Paſſionis, & Reſurrectionis adjun-
„ cta eſt.

78. „ Præcipit enim Lex, ut Paſcha pri-
„ mo menſe anni, & tertiâ ejuſdem menſis
„ ſeptimanâ, ideſt à quintadecima die uſque
„ ad vigeſimam primam, fieri debeat. Ad-
„ ditumque eſt per Inſtitutionem Apoſtoli-
„ cam ex Evangelio, ut in ipſa tertia ſe-
„ ptimana diem Dominicam expectare, atque
„ in ea temporis Paſchalis initium tenere
„ debeamus. Quam videlicet Regulam tri-
„ formem ſi quis ritè cuſtodierit, nun-
„ quam in adnotatione Feſti Paſchalis er-
„ rabit.

79. „ Verùm ſi de his ſingulis enuclea-
„ tiùs ac latiùs audire deſideras, ſcriptum
„ eſt in Exodo, ubi liberandus de Ægypto
„ populus Iſrael primum Paſcha facere ju-
„ betur, quia dixerit Dominus ad Moyſen,
„ & Aaron: *Menſis iſte vobis principium men-*
„ *ſium primus erit in menſibus anni. Loqui-*
„ *mini ad univerſum Cœtum filiorum Iſrael,*
„ *& dicite eis: Decimâ die menſis hujus*
„ *tollat unuſquiſque Agnum, per familias &*
„ *domos ſuas.* Et paulò poſt. *Et ſervabi-*
„ *tis eum uſque ad quartamdecimam diem*
„ *menſis hujus. Immolabitque eum univerſa*
„ *multitudo filiorum Iſrael ad veſperam.*
„ Quibus verbis manifeſtiſſimè conſtat, quòd
„ ita in obſervatione Paſchali mentio fit
„ diei quartedecimæ, ut non tamen in ipſa
„ die quartadecima Paſcha fieri præcipiatur,
„ ſed adveniente tandem veſperâ diei quar-
„ tædecimæ, ideſt quintadecimâ Lunâ, quæ
„ initium tertiæ ſeptimanæ faciat, in Cœli
„ faciem prodeunte, Agnus immolari ju-
„ beatur. Et quòd ipſa ſit nox, quintæ
„ decimæ Lunæ, in qua percuſſis Ægyptiis,
„ Iſrael eſt à longa ſervitute redemptus:
„ *Septem*, inquit, *diebus azyma comedetis.*
„ Quibus iterum verbis tota tertia ſeptimana
„ ejuſdem primi menſis decernitur ſolemnis
„ eſſe debere.

80. „ Sed ne putaremus eaſdem ſeptem
„ dies à quartadecima uſque ad vigeſimam
„ eſſe computandas, continuò ſubjecit: *In*
„ *die primo non erit fermentum in domibus*
„ *veſtris. Quicumque comederit fermentum*
„ *in domibus veſtris, peribit anima illa de*
„ *Iſrael.* A' die primo uſque ad diem ſepti-
„ mum, & cætera, uſque dum ait. *In eadem*
„ *enim ipſa die educam exercitum veſtrum*
„ *de Terra Ægypti.* Primum ergo diem Azy-
„ morum appellat eum, in quo exercitum
„ eorum eſſet educturus de Ægypto. Con-
„ ſtat autem quia non quartadecimâ die,
„ in cujus veſpera Agnus eſt immolatus,
„ & quæ propriè Paſcha, ſive Phaſe dici-
„ tur, ſed quintadecimâ ſunt educti ex
„ Ægypto, ſicut in libro Numerorum aper-
„ tiſſimè ſcribitur: *Profecti igitur de Ra-*
„ *meſſe quintadecimâ die menſis primi, alte-*
„ *râ die fecerunt Phaſe filii Iſrael in manu*
„ *excelſa.* Septem ergo dies Azymorum,
„ in quarum prima eductus eſt populus Do-
„ mini ex Ægypto, ab initio, ut diximus,
„ tertiæ ſeptimanæ, hoc eſt à quintadecima
„ die menſis primi, uſque ad vigeſimampri-
„ mam ejuſdem menſis diem completam, com-
„ putari oportet. Porrò dies quartus deci-
„ mus extra hunc numerum ſeparatum, ſub
„ Paſchæ titulo prænotatur, ſicut Exodi ſe-
„ quentia patenter edocent.

81. „ Ubi cùm dictum eſſet: In eadem
„ enim ipſa die educam exercitum veſtrum

„ de Terra Ægypti, protinus additum eſt:
„ Et cuſtodietis diem iſtum in generationes
„ veſtras ritu perpetuo. *Primo menſe quar-*
„ *tadecimâ die menſis comedetis azyma, uſque*
„ *ad diem vigeſimamprimam ejuſdem menſis*
„ *ad veſperam ſeptem diebus, fermentatum*
„ *non invenietur in Domibus veſtris*. Quis
„ enim non videat, à quartadecima uſque
„ ad vigeſimamprimam, non ſeptem ſolum-
„ modo, ſed octo potiùs eſſe dies, ſi & ipſa
„ quartadecima annumeretur? Sin autem
„ (ut diligentiùs explorata Scripturæ veritas
„ docet) à veſpera diei quartædecimæ, uſque
„ ad veſperam vigeſimæprimæ computaveri-
„ mus, videbimus profectò, quòd ita dies
„ quartamdecima veſperam ſuam Feſti Pa-
„ ſchalis initium porrigat, ut non amplius
„ tota Sacra Solemnitas, quàm ſeptem tan-
„ tummodo noctes, cum totidem diebus com-
„ prehendat. Unde vera eſſe probatur noſtra
„ definitio, qua tempus Paſchale primo
„ menſe anni, & tertiâ ejus hebdomadâ ce-
„ lebrandum eſſe diximus. Veraciter enim
„ tertiâ agitur hebdomadâ, quod à veſpere
„ quartædecimæ diei incipit, & in veſpera
„ vigeſimæprimæ completur.

82. „ Poſtquam verò Paſcha noſtrum Im-
„ imolatus eſt Chriſtus, diemque nobis Do-
„ minicam, quæ apud antiquos una vel pri-
„ ma Sabbati, ſive Sabbatorum vocatur,
„ gaudio ſuæ Reſurrectionis fecit eſſe ſo-
„ lemnem, ita hanc nunc Apoſtolica tradi-
„ tio Feſtis Paſchalibus inſeruit, ut nihil
„ omninò tempore Paſchæ legalis præoccu-
„ pandum, nihil minuendum eſſe decerneret,
„ quin potius ſtatuit ut expectaretur, juxta
„ præceptum legis, idem primus anni men-
„ ſis, expectaretur quartadecima dies il-
„ lius, expectaretur veſpera ejuſdem. Et
„ cùm hæc dies in Sabbatum forte incide-
„ ret, tolleret unuſquiſque Agnum per Fa-
„ milias, & Domos ſuas, & immolarent
„ eum ad veſperam, ideſt præpararent omnes
„ Eccleſiæ per Orbem, quæ unam Catholi-
„ cam faciunt, panem & vinum, in My-
„ ſterium Carnis & Sanguinis Agni imma-
„ culati, qui abſtulit peccata Mundi, &
„ præcedente congruà Lectionum, Oratio-
„ num, & Cæremonialium Paſchalium So-
„ lemnitate, offerrent hæc Domino in ſpem
„ futuræ ſuæ Redemptionis. Ipſa eſt enim
„ eadem nox, in qua de Ægypto per ſan-
„ guinem Agni Iſraëlitica plebs erepta eſt:
„ ipſa eſt, in qua per Reſurrectionem Chri-
„ ſti, liberatus eſt à morte æterna omnis
„ Dei populus. Mane autem illuceſcente
„ die Dominicâ, primam Paſchalis Feſti
„ diem celebrarent. Ipſa eſt enim dies, in
„ qua Reſurrectionis ſuæ gloriam Dominus
„ multifario piæ revelationis gaudio diſci-
„ pulis patefecit. Ipſa prima dies Azymo-
„ rum, de qua multùm diſtinctè in Levi-
„ tico ſcriptum eſt. *Menſe primo, quarta-*
„ *decimâ die menſis hujus ad veſperam*;
„ *Phaſe Domini eſt. Septem diebus Azyma*
„ *comedetis, dies primus erit celeberrimus*,
„ *ſanctuſque*. Si ergo fieri poſſet, ut ſem-
„ per in diem quintumdecimum primi men-
„ ſis, ideſt in Lunam quintamdecimam Do-
„ minica dies incurreret, uno ſemper eo-
„ demque tempore, cum antiquo Dei Popu-
„ lo, quamquam Sacramentorum genere
„ diſcreto, ſicut unâ eâdemque fide Paſcha
„ celebrare poſſemus.

83. „ Quia verò dies ſeptimanæ non
„ æquali cum Luna tramite procurrit, de-
„ crevit Apoſtolica traditio, quæ per B. Pe-
„ trum Romæ prædicata, per Marcum Evan-
„ geliſtam, & interpretem ipſius Alexan-
„ driæ confirmata eſt, ut adveniente primo
„ menſe, adveniente in eo veſperà diei
„ quartædecimæ, expectetur etiam dies Do-
„ minica, à quintadecima uſque ad vigeſimam
„ primam diem ejuſdem menſis. In quacum-
„ que enim harum inventa fuerit, meritò
„ in ea Paſcha celebrabitur: quia nimirum
„ hæc ad numerum pertinet illarum ſeptem,
„ quibus azyma celebrari jubetur. Itaque
„ fit ut nunquam Paſcha noſtrum, à ſepti-
„ mana menſis primi tertia, in utramvis par-
„ tem declinet, ſed vel totam eam, ideſt
„ omnes ſeptem legalium azymorum dies,
„ vel certè aliquos de illis teneat. Nam &
„ ſi ſaltem unum ex eis, hoc eſt ipſum
„ ſeptimum apprehenderit, quem tam excel-
„ lenter Scriptura commendat, *Dies autem*,
„ inquiens, *ſeptimus erit celebrior, & ſan-*
„ *ctior, nullumque ſervile opus fiet in eo*;
„ nullus arguere nos poterit, quòd non re-
„ ctè Dominicum Paſchæ diem, quem de
„ Evangelio ſuſcepimus, in ipſa, quam Lex
„ ſtatuit, tertia primi menſis hebdomada ce-
„ lebremus.

84. „ Cujus obſervantiæ Catholicâ ra-
„ tione patefactâ, patet è contrario error
„ irrationabilis eorum, qui præfixos in lege
„ terminos, nullâ cogente neceſſitate, vel
„ anticipare, vel tranſcendere præſumunt.
„ Namque ſine ratione neceſſitatis alicujus
„ anticipant illi tempus in Lege præſcriptum,
„ qui Dominicum Paſchæ diem à quartade-
„ cima menſis primi, uſque ad vigeſimam
„ putant Lunam eſſe ſervandum. Cùm enim
„ à veſpera diei tertiædecimæ vigilias San-
„ ctæ noctis celebrare incipiunt, claret
„ quòd illum in exordio ſui Paſchæ diem
„ ſtatuunt, cujus nullam omninò mentio-
„ nem in Decreto Legis inveniunt. Et cùm
„ vigeſimaprimâ die menſis Paſcha Domini-
„ cum celebrare refugiunt, patet profectò
„ quòd illam per omnia diem à ſua Solemni-
„ tate ſecernunt, quam lex majore præ cæ-
„ teris Feſtivitate memorabilem ſæpe numero
„ commendat. Sicque diem Paſchæ ordine
„ perverſo, & aliquando in ſecunda hebdo-
„ mada totam compleant, & nunquam

„ in

„ in hebdomadæ tertiæ die ſeptimo po-
„ nant.
85. „ Rurſumque, qui à ſextadecima die
„ menſis ſæpe dicti uſque ad vigeſimamſecun-
„ dam Paſcha celebrandum magis autumant,
„ non minore, utique errore (tametſi altero
„ lstere) à recto veritatis trsmite divertnnt:
„ & velnti naufrsgia Scyllæ fugientes, in
„ Charybdis voraginem ſubmergendi deci-
„ dunt. Nam cùm à Luna decimaſexts pri-
„ mi menſis oriente, ideſt à veſpera diei
„ quintędecimæ Paſcha incipiendum doceant,
„ nimirum conſtat quòd quartamdecimam
„ diem menſis ejuſdem, quam Lex primitus
„ & præcipuè commendat, à ſua prorſus So-
„ lemnitate ſecludunt, itaut quintædecimæ,
„ in qua populus Dei ab Ægyptiaca ſervi-
„ tute redemptus eſt, & in qua Dominus
„ ſuo Mundum Sanguine à peccatorum tene-
„ bris liberavit, in qua etiam ſepultus ſpem
„ nobis poſt mortem Beatæ Quietis tribuit,
„ vix veſperam tangat.
86. „ Itemque pœnam erroris ſui in ſe-
„ metipſos recipientes, cùm in vigeſimaſe-
„ cunda die menſis Paſchæ diem ſtatnunt
„ Dominicum, legitimos utique terminos
„ Paſchæ apertâ tranſgreſſione violant: utpotè
„ qui ab illius diei veſpera Paſcha incipinnt,
„ in quo hoc lex conſummari, & perfici de-
„ bere decrevit; illam in Paſcha diem aſſi-
„ gnent primam, cujus in lege mentio nul-
„ la uſquam reperitur, ideſt quartæ pri-
„ mam ſeptimanæ. Qui utrique non ſolùm
„ in diffinitione, & computo lunaris ætatis,
„ ſed & in menſis primi nonnunquam inven-
„ tione falluntur. Quæ diſputstio major eſt,
„ quàm Epiſtola hæc, vel valeat comprehen-
„ di, vel debeat. Tantùm hoc dicam, quòd
„ per æquinoctium vernale ſemper inerrabi-
„ liter poſſet inveniri, qui menſis juxta
„ computum Lunæ primus anni, qui eſſe
„ debeat ultimus. Æquinoctium autem,
„ juxta ſententiam omnium Orientalium, &
„ maximè Ægyptiorum, qui præ cæteris
„ Doctoribus calculandi palmam tenent,
„ duodecimo Kalendarum Aprilium die pro-
„ venire conſuevit, ut etiam ipſi horologi-
„ câ inſpectione probavimus. Quæcumque
„ ergo Luna ante æquinoctium plena eſt,
„ quartadecima videlicet vel quintadecima
„ exiſtens, hæc ad præcedentis anni noviſ-
„ ſimum pertinet menſem, ideòque Paſchæ
„ celebrando habilis non eſt. Quæ verò poſt
„ æquinoctium, vel in ipſo æquinoctio ſuum
„ plenilunium habet, in hac abſque ulla du-
„ bietate, quia primi menſis eſt, & anti-
„ quos Paſcha celebrare ſolitos, & nos ubi
„ Dominica dies advenerit celebrare debere,
„ noſcendum eſt.
87. „ Quod ita fieri oportere illa nimi-
„ rum ratio cogit, quia in Geneſi ſcriptum
„ eſt, quòd Deus fecit duo magna Lumina-
„ ria, Luminare majus ut præeſſet diei,
„ & Luminare minus ut præeſſet nocti. Vel
„ ſicut alia dicit editio, Luminare majus
„ in incohationem diei, & Luminare minus
„ in incohationem noctis. Sicut ergo prior
„ Sol à medio procedens Orientis æquino-
„ ctium vernale ſuo præfixit exortu, deinde
„ Luna Sole sd veſperam occidente, &
„ ipſa plena à medio ſecuta eſt Orientis; ita
„ omnibus annis idem primus Lunæ menſis,
„ eodem neceſſe eſt ordine ſervari, ut non
„ ante æquinoctium, ſed vel in ipſo æqui-
„ noctii die, ſicut in principio factum eſt,
„ vel eo tranſcenſo plenilunium habere de-
„ beat. At ſi uno ſaltem die plenilunium
„ tempus æquinoctii præceſſerit, non hanc
„ primo menſe anni incipientis, ſed ultimo
„ potiùs præteriti Lunsm eſſe adſcriben-
„ dam, & ideo Feſtis Paſchslibus inhabilem,
„ memorata ratio probat. Quòd ſi Myſti-
„ cam quoque vos in his rationem audire
„ delectat, primo menſe anni, qui etiam
„ menſis novorum dictus eſt, Paſcha facere
„ jubemur: quia renovato ad amorem Cœ-
„ leſtium Spiritu mentis noſtræ, Sacramenta
„ Dominicæ Reſurrectionis, & ereptionis no-
„ ſtræ celebrare debemus.
88. „ Tertiâ ejuſdem menſis ſeptimanâ
„ facere præcipimur, quia snte Legem &
„ ſub Lege promiſſus, tertio tempore ſæculi.
„ cum gratia venit ipſe, qui Paſcha noſtrum
„ immolaretnr Chriſtus: quia tertia poſt im-
„ molationem ſuæ paſſionis die reſurgens à
„ mortuis, hanc Dominicam vocari, & in
„ ea nos annuatim Paſchalia ejuſdem Re-
„ ſurrectionis voluit Feſta celebrare: quia
„ nos quoque ita ſolùm veraciter ejus ſo-
„ lemnia celebramus, ſi per fidem, ſpem,
„ & charitatem Paſcha, ideſt, tranſitum
„ de hoc Mundo sd Patrem cum illo facere
„ curamus. Poſt æquinoctium veris plenilu-
„ nium menſis præcipimur obſervare Paſcha-
„ lis, ut videlicet primò Sol longiorem no-
„ cte faciat diem, deinde Luna plenum ſuæ
„ lucis orbem Mundo præſentet: quia pri-
„ mò quidem Sol Juſtitiæ, in cujus pen-
„ nis eſt ſanitas, ideſt Dominus Jeſus
„ per Reſurrectionis ſuæ Triumphum, cun-
„ ctas mortis tenebras ſuperavit, ac ſic aſcen-
„ dens in Cœlos, miſſo deſuper Spiritu,
„ Eccleſiam ſuam, quæ ſæpe Lunæ voca-
„ bulo deſignatur, internæ gratiæ luce reple-
„ vit. Quem videlicet ordinem noſtræ ſalutis
„ Prophets contemplatus ajebat; *Elevatus eſt*
„ *Sol, & Luna ſtetit in ordine ſuo.*
89. „ Qui ergo plenitudinem Lunæ Pa-
„ ſchalis ante æquinoctium provenire poſſe
„ contenderit, talis in Myſteriorum celebra-
„ tione maximorum à Sanctarum quidem
„ Scripturarum doctrina diſcordat, concor-
„ dat autem eis, qui ſine præveniente gratia
„ Chriſti ſe ſalvari poſſe confidunt. Qui
„ etſi vera lnx tenebras Mundi moriendo,
„ ac reſurgendo nunquam viciſſet, perfectam

„ ſe habere poſſe juſtitiam dogmatizare præ- „ ſumunt. Itaque per æquinoctialem Solis „ exortum, poſt plenilunium primi menſis „ hunc ex ordine ſubſequens, ideſt poſt com- „ pletam diem ejuſdem menſis quartamdeci- „ mam, quæ cuncta ex lege obſervanda acce- „ pimus, expectamus adhuc, monente Evan- „ gelio, in ipſa hebdomada tertia tempus „ diei Dominicæ, & ſic demum votiva Pa- „ ſchæ noſtri Feſta celebramus, ut indice- „ mus nos non cum antiquis excuſſum Ægy- „ ptiæ ſervitutis jugum venerari, ſed Redem- „ tionem totius Mundi, quæ in antiqui Dei „ populi liberatione præfigurata, in Chriſti „ autem Reſurrectione completa eſt, devotâ „ fide ac dilectione colere, ut de Reſurre- „ ctionis etiam noſtræ, quam eâdem die Do- „ minicâ futuram credimus, ſpe nos certiſſi- „ mâ gaudere ſignemus.

90. „ Hic autem, quem vobis ſequendum „ monſtramus, computus Paſchæ, decenno- „ vennali circulo continetur, qui dudum qui- „ dem, hoc eſt ipſis Apoſtolorum tempori- „ bus, jam ſervari in Eccleſia cœpit, maximè „ Romæ & Ægypti, ut ſupra jam diximus. „ Sed per induſtriam Euſebii, qui à Beato „ Martyre Pamphilo cognomen habet, diſtin- „ ctius in ordinem compoſitus eſt, ut quod „ eatenus per Alexandriæ Pontificem ſingulis „ annis per omnes Eccleſias mandari conſue- „ verat, jam deinde congeſtâ in ordinem ſerie „ Lunæ quartædecimæ, facillimè poſſet ab „ omnibus ſciri. Cujus computum Paſchalis „ Theophilus Alexandriæ Præſul, in centum „ annorum tempus Theodoſio Imperatori „ compoſuit. Item Succeſſor ejus Cyrillus „ ſeriem nonaginta & quinque annorum, in „ quinque decemnovenalibus circulis com- „ prehendit. Poſt quem Dionyſius Exiguus „ totidem alios ex ordine pari ſchemate ſub- „ nexuit, qui ad noſtra uſque tempora per- „ tingebant.

91. „ Quibus termino appropinquanti- „ bus tanta hodie calculatorum exuberat co- „ pia, ut etiam in noſtris per Britanniam „ Eccleſiis plures ſint, qui mandatis memo- „ riæ veteribus illis Ægyptiorum argumen- „ tis, facillimè poſſint in quotlibet ſpatia tem- „ porum Paſchales protendere circulos, „ etiamſi ad quingentos uſque & triginta „ duos voluerint annos. Quibus expletis, „ omnia quæ ad Solis & Lunæ, menſis & „ ſeptimanæ conſequentiam ſpectant, eodem „ quo prius ordine recurrunt. Ideo autem cir- „ culos eoſdem temporum inſtantium vobis „ mittere ſuperſedimus, quis de ratione tan- „ tùm temporis Paſchalis inſtrui quærentes, „ ipſos vobis circulos Paſchæ Catholicos „ abundare probaſtis. „ *Hactenus Epiſtola Ceolfridi Abbatis ad Naitanum Regem, de tempore celebrandi Paſcha.*

92. Patet ergo Apoſtolica traditio, de Paſcha celebrando die Dominicâ, poſt Lunam XIV. primi menſis, poſt æquinoctium vernile. Hinc Epiphanius quoque in hæreſi 30. §. 3. ſcribit: „ Eccleſia porrò Catholica, quæ ad „ id Myſterium celebrandum neceſſaria ſunt „ undique contrahens, & in unum conferens, „ veritatem retinet. Nam non ſolum XIV. „ diem obſervat, ſed & hebdomadam; hoc „ eſt, ſeptenos illos Sabbati dies, qui per- „ petuo circuitu, ac revolutione redeunt; „ ut ad eorum exemplar, quæ ſunt à Domino „ geſta, Reſurrectio Epulæque celebrentur. „ Deinde præter Lunæ XIV. diem, etiam „ curſum Solis adhibet, ne duplex in eundem „ annum Paſcha ita committatur, ut altero „ anno nè unum quidem habeatur. Quocir- „ cà XIV. illam diem ſic tenemus, ut æqui- „ noctium prætergrediamur, ac demum in „ Sanctam Dominicam religioſiſſimi temporis „ finem conjicimus. Sed Agnum jam tum à „ decimo die ſumimus, quoniam in tota lite- „ ra Jeſu nomen agnoſcimus, ne quid omninò „ diligentiam noſtram effugiat, quod ad Ec- „ cleſiaſticam & germanam, ac vitæ ſalutiſque „ conciliatricem Paſchatis celebrationem per- „ tinere videatur. „ *Hactenus Epiphanius.*

93. Neque hujuſmodi Traditioni obſtat, quod non ubique ab exordio, & in univerſa Eccleſia idem tempus adeò accuratè ſervatum fuerit, nam talis obſervantia ſecundùm ſe ſpectata magis ad diſciplinam, quàm ad fidem ſpectat; & licèt quæ ad fidem ſpectant, ubique, ſemper, & ab omnibus ſervari debeant, non tamen ſic quæ ſpectant ad diſciplinam, quamvis ex Apoſtolica traditione manarent, nam juxta rerum & temporum circumſtantias, juſtiſſimis etiam de cauſis, variari poſſunt. Nam certè ex Apoſtolica traditione manavit ritus baptizandi per trinam immerſionem; & tamen paſſus eſt mutationem, adeout in Concilio Toletano IV. occaſione hæreticorum quorundam, ſancitum fuerit ut nonniſi per unicam immerſionem Baptiſmus conferretur. Neque Apoſtoli Eccleſiarum fundatores eandem ubique ſtatuerunt diſciplinam, licèt ſemper eandem fidem. Hinc eſt quòd Eccleſiæ quantumvis Apoſtolicæ, ab Apoſtolis vel Apoſtolicis viris fundatæ, non eundem ritum, neque eaſdem Eccleſiaſticas cæremonias, in Sacris peragendis functionibus ſervant.

94. Cæterum, ut dictum eſt, ferè Eccleſiæ omnes Catholicæ, exceptis Aſianis, juxta hanc traditionem Paſcha celebrarunt, ab exordio ipſarum & poſtea. Et Aſianæ diverſam ſervantes diſciplinam fuerunt juſtis de cauſis tolleratæ, & donec in ea dogmatizari cœptum eſt. Permiſiſſe enim Apoſtolum Joannem diximus, rationabili de cauſa ſuperiùs allegata, ne ſcilicet aliter celebrando Paſcha ac in lege ſcriptum fuerat, ſcandalum eſſet Judæis, qui in magna copia in illis regionibus aderant, foretque eorum converſioni impedimento. Neque Beatus

Apo-

Digitized by Google

Apoſtolus de hac re Legem aliquam fecit, aut decretum: permiſit tantùm, ut ſequeretur modus in Lege præſcriptus, nihil innovando. Unde Euſebius agens de Aſianorum more celebrandi Paſcha, non citat Apoſtolicam traditionem eidem faventem, neque Legem aliquam, ſed tantùm quandam traditionem: *Sed ex antiqua quadam traditione*, lib. 5. cap. 22. Sed poſtea verba faciens de conſuetudine Eccleſiæ Romanæ, diſertis verbis dicit manaſſe ex Apoſtolica Traditione: *Quæ conſuetudinem ex Apoſtolica Traditione ad hoc uſque tempus continuatam tenebant*.

95. Neque prætereundum eſt id quod Audiani, ejuſdem erroris æmulatores, pro ſua ipſorum opinione adducere ſolebant; nam licèt de illis in ſua propria hæreſi agendum ſit, attamen prout ſpectat ad præſentem controverſiam, non otioſum eſt eorum referre fundamentum. Dicebant enim in Apoſtolicis Conſtitutionibus eſſe definitum, Paſcha celebrandum more Judaico, ut refert Epiphanius hæreſ. 70. num. 10. Allegabant enim locum earundem Conſtitutionum, in quo ſic ſancitum legebant: *Vos temporum rationes nè ſubducite, ſed eo tempore celebrate, quo fratres veſtri, qui ex Circumciſione prodierunt. Cum his itaque Paſcha peragite*.

96. At imprimis hoc teſtimonium non legitur in Apoſtolicis, quæ circumferuntur Conſtitutionibus, & ita fieri potuit quas Audiani legebant, Apoſtolicas Conſtitutiones aliqualiter extitiſſe diverſas ab eis, quæ poſtea fuerunt evulgatæ: vel fortè potuerunt Audiani eas corrupiſſe, ut aliquæ ſententiæ accommodarentur ad proprium ſenſum. In iis ergo quas præ manibus habemus, Conſtitutionibus, contrarium à textu allegato ab Audianis ſancitum legimus, lib. 5. cap. 17. edit. Cotelerii, ubi habetur. „ Oportet „ ergo fratres, ut vos, qui pretioſo Chri„ ſti Sanguine redempti eſtis, dies Paſchæ „ accuratè, & cum omni diligentia cele„ bretis poſt æquinoctium, ne bis in anno „ Paſſionis unius memoriam peragatis, ſed „ ſemel quotannis memoriam ſemel Mortui „ recolatis: non amplius obſervantes ut „ cum Judæis Feſtum agitetis, nulla enim „ nobis nunc cum eis eſt ſocietas, nam „ ipſo etiam calculo falluntur, quem pu„ tant ſe rectè ponere, ut omni ex parte „ errent, & à veritate ſint disjuncti. Vos „ autem obſervate diligenter converſionem „ æquinoctialem verni temporis, quæ con„ tingit vigeſimaſecundà die menſis duode„ cimi, hoc eſt, Dyſtri; notantes uſque ad „ vigeſimamprimam Lunam, nè in aliam „ hebdomadam incidat dies Lunæ quartus „ decimus; & errore oborto, per ignoran„ tiam bis in anno Paſcha peragamus, aut „ diem Reſurrectionis Domini Noſtri Jeſu „ in alio die celebremus, præterquam in „ Dominico ſolo. „ *Hactenus Auctor Apoſtolicarum Conſtit.*

97. Porrò ſi quæ Teſtimonia quærimus ex antiquis monumentis, non adeò genuinia ut communiter recepta ſint; duo extrahere poſſumus ex Epiſtolia Ignatii Martyris, unum in ea quæ circumfertur data ad Magneſianos §. 9. ubi habetur: „ Ac poſt „ Sabbatum, omnis Chriſti amator Domi„ nicum celebret diem, Reſurrectioni con„ ſecratum Dominicæ, reginam maximam „ omnium dierum, quam exſpectans, Pro„ pheta dicebat; *In finem pro octava*; in „ qua mors eſt devicta, quam negant filii „ perditionis, inimici Salvatoris. „ Alterum ex Epiſtola, quam legimus data ad Philippenſes, §. 14. ubi apertè dicitur. *Si quis cum Judæis celebrat Paſcha, aut Symbola Feſti illorum recipit, particeps eſt eorum, qui Dominum occiderunt, & Apoſtolos ejus.* Et conformiter ad hæc ſancitum legimus in Canone VIII. Apoſtol. juxta verſionem Dionyſii Exigui apud Cotelerium: *Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, Sanctum Paſchæ diem ante vernale æquinoctium cum Judæis celebraverit; abjiciatur.*

98. Itaque ex antiquis Eccleſiarum monumentis magis conſtat contrarium, quàm id quod pretendunt Audiani ex Apoſtolicis Conſtitutionibus per eos citatis, quas quidem dubiæ fidei extitiſſe, non tamen contemnendas ſcribit Epiphanius loc. cit. ſub eodem num. 10. In iis enim quæ circumferuntur Conſtitutionibus, nedum non præcipitur, verùm prohibetur cum Judæis Paſcha celebrari. Immò ſtantibus etiam verbis allegatis ab Audianis, intentum non probare demonſtrat Epiphanius: nam non dicitur, Paſcha celebrandum quo tempore celebrant qui in Circumciſione ſunt, ſed qui ex Circumciſione ſunt Fratres, ideſt Chriſtiani ex Judæis: aliter enim Judæi in circumciſione manentes Paſcha celebrabant, aliter ex Judæis converſi ad Chriſtum, & ideo Auctor præfatarum Conſtitutionum, ut abiiceret illam conſuetudinem celebrandi Paſcha cum Judæis, dicit celebrandum eſſe eo tempore, quo celebrabant Judæi ad Chriſtum converſi: „ Non enim, *ait Epiphanius*, „ præcipiunt, quo tempore Fratres veſtri, „ qui in circumciſione ſunt, ſed qui ex „ circumciſione prodierunt. Cum iis ita„ que Paſcha peragite. Non præcipiunt, „ quo tempore fratres veſtri, qui in circum„ ciſione ſunt, ſed qui ex circumciſione „ prodierunt, ut illos ipſos declarent, qui „ ad Eccleſiam à circumciſione tranſierint, „ ex eo deinceps tempore Duces & Autho„ res futuros, utque ad aliorum authori„ tatem adjungerent ſe ſe, ne alii alio tem„ pore obeundum ſibi Paſcha crederent. „ *Hactenus Epiphanius.*

Certè

99. Certè non modica eura fuit Eccleſiæ primitivæ, ut error circa tempus celebrandi Paſcha ab Orbe Chriſtiano prorſus eliminaretur: propter ergo tot, & tam diverſas opiniones in hac ſubortas materia, & præcipuè Tefferadicatitarum, & Quartodecimanorum, ut ſuperius adnotavimus, de hac non minus, ae de Arii hæreſi pertractandum Sancta Eccleſia decrevit. Hujus rei eauſâ coacta ſuit Oecumenica & magna Nicæna Synodus: nam tantæ gravitatis viſa quaſi fuit hæc controverſia, ae illa ab Ario excitata. Nam non minus Eccleſia in varias erat diſciſſa partes occaſione Arianæ hæreſis, quàm temporis celebrandi Paſcha. Teſtatur hoc S.Athanaſius, in Epiſtola ad Epiſcopos in Africa data, inquiens: „ Si eauſam Nicæni Conventus à cauſis eorum, qui poſtea coierunt diſcernere velis, invenies Nicænam Synodum rationabili cauſâ coactam fuiſſe, reliquas autem per ſimultatem, aut contentionem, & vim conflatas eſſe. Illa enim ob Arianam ſectam, & controverſiam Paſchatis celebrata fuit, eò quòd Syri, Cilices, & qui in Meſopotamia degunt, nobiſcum diſſentiebant in temporibus Paſchæ eelebrandi, quód eodem die cum Judæis celebrabant. Sed gratia Domino noſtro, quia & de Fide, & de Sacro illo Feſto, in concordiam itum eſt. „ Eaque fuit cauſa Nicæni Concilii. Idem pariter repetit in Epiſtola de Synodis Arimini, & Seleuciæ, ubi & cauſam ejuſdem Nicænæ Synodi refert. Ait enim: „ Nicæna Synodus non temerè habita eſt, ut quæ habeat graviſſimos uſus, & legitimam rationem. Syri etenim, Cilices, Meſopotamiani in cauſa Feſti claudicabant, & jam tum Ariana hæreſis, quæ contra Eccleſiam inſurrexerat, ſuos propugnatores habebat, qui ipſam defenderent, & qui piis inſidias facerent; Euſebianos ſcilicet. Atque ea cauſa fuit, cur univerſus Orbis in conſilium coiret, ut & eodem die ubique Feſtum celebraretur, & hæreſis quæ ſuppullulaverat, anathemate percuteretur: quòd & factum eſt. *Hæc Athanaſius*.

100. Definitionem porrò Concilii Nicæni unà cum ſuis rationibus refert Conſtantinus Magnus in Epiſtola data ad Eccleſias de Synodo Nicæna apud Euſebium lib. 3. de Vita Conſtantini cap. 17. & ſeq. In ea itaque ita ſcribit: „ Ubi eùm de Sanctiſſimo etiam Paſchæ die quæſitum fuiſſet, communi omnium ſententiâ decretum eſt, eam Feſtivitatem uno eodemque die ab omnibus ubique celebrari oportere. Quid enim pulchrius, quid honeſtius nobis eſſe poſſit, quàm ut hæe Feſtivitas, à qua ſpem immortalitatis accepimus, uno eodemque ordine, & certâ ratione ab omnibus inoffensè obſervetur?

101. Indè primam ſubuectit eauſam, ne ſeilicet in hujus Sacratiſſimi Feſti celebritate cum perfidis, ac ſceleratis Judæis, Catholici convenirent. „ Ac primùm, *inquit*, quidem viſa eſt omnihus res eſſe prorſus indigna, ut in Sanctiſſimæ hujus Solemnitatis celebratione, conſuetudinem ſequeremur Judæorum; qui eùm manus ſuas nefario ſcelere contaminarint, meritò impuri homines cæcitate mentis laborant. Quippe rejectâ illorum conſuetudine, poſſumus rectiori ordine, quem à primo paſſionis die ad hæc uſque tempora ſervavimus, ad futura etiam ſæcula hujus obſervantiæ ritum propagare. Nihil ergo nobis commune ſit cum inimiciſſima Judæorum turba. Aliam enim viam à Servatore accepimus. Propoſitus eſt Saeratiſſimæ Religioni noſtræ curſus legitimus, & honeſtua. Hunc unanimi conſenſu retinentes, ab illa turpiſſima Societate, & conſcientia nos abſtrahamus, fratres ehariſſimi. Eſt enim profectò abſurdiſſimum, quod illi magnificè jactant, nos abſque ipſorum Magiſterio hæc commodè obſervare non poſſe. Quidnam verò illi rectè ſentire poſſint, qui poſt necem Domini, poſt illud parricidium mente capti, non ratione, ſed præcipiti impetu feruntur, quocunque innatus furor ipſos impulerit.

102. Secundam verò ſtatim affert rationem: quia nimirum, corruptâ quoque ab ipſis Judæis exactâ regulâ celebrandi Paſcha juxta Moſis Legem, aliquando eodem anno bis Paſcha eelebrari contingebat. Nè ergo & Catholici eundem ſectarentur errorem, rectum non fuerat ſequi illorum regulam. „ Hinc eſt, *ſubjungit Conſtantinus*, quòd ne in hac quidem parte veritatem ipſam perſpiciunt; adeòut à convenienti emendatione longiſſimè aberrantes, uno eodemque anno duo Paſchata eelebrent. Quid ergo eſt cur iſtos ſequamur, quos conſtat graviſſimo erroris morbo laborare? Nam uno eodemque anno geminum Paſcha facere nunquam profectò ſuſtinebimus. Verùm etiamſi quæ dixi minimè ſuppeteret, veſtræ tamen ſolertiæ eſt, id eurare omnibus modis atque optare, ne Sanctitas animarum veſtrarum in ullius rei ſimilitudine, cum nequiſſimorum hominum moribus ſociari & eommiſceri videatur. Illud præterea conſiderandum eſt, nefas eſſe ſi in tanti momenti negotio, & in hujuſmodi religionis Solemnitate, diſſenſio reperiatur. Unum enim libertatis noſtræ Feſtum diem, hoc eſt diem Sacratiſſimæ paſſionis, Servator noſter nobis reliquit, unamque eſſe voluit Catholicam Eccleſiam, eujus membra licèt variis locis diſperſa ſint, uno tamen ſpiritu, Dei ſcilicet voluntate, ſoventur.

103. Tertiam item allegat rationem, quia

quia nimirùm non rectè ſe gererent Chriſtiani, ſi non uno eodemque tempore ubique, atque in univerſis Chriſtiani Orbis Eccleſiis, idem Feſtum celebraretur, aliàs enim uno & eodem die, aliqui de Solemnitate in conviviis & lætitia gauderent, alii verò in Jejunio, & animæ amaritudine eundem diem tranſigerent. Gauderent utique qui Paſcha celebrarent, in mæſtitia verò ſe gererent, qui adhuc Paſcha celebrandum ultra illum diem expectarent. „ Conſideret, quæſo, *inquit*, Veſtræ Sanctitatis ſolertia, quàm grave ſit & indecorum, iiſdem diebus alios quidem Jejuniis intentos eſſe, alios verò convivia celebrare: & poſt dies Paſchæ, alios quidem in Feſtivitatibus, & animorum remiſſione verſari, alios verò definitis vacare Jejuniis. Hoc itaque convenienti emendatione corrigi, & ad unam eandemque formam redigi Divina vult Providentia, quemadmodum omnes meo quidem Judicio intelligitis.

104. Denique ultima, quam affert ratio in eo ſtat, ut quæ ſunt pauciores Eccleſiæ, univerſis Orbis Eccleſiis conformari ſe debeant, & cùm magna Eccleſiarum pars in rectam, juxta Apoſtolicam traditionem abeat ſententiam, in eandem conſpirare neceſſe eſt cæteras Eccleſias. „ Proinde, *ait*, cùm hoc ita emendari oporteret, ut nihil nobis commune eſſet, cum illorum Domini interfectorum & parricidarum conſuetudine; cùmque hic ordo decentiſſimus ſit, quem omnes tam Occidentalium, quàm Meridionalium, & Septemtrionalium Orbis partium Eccleſiæ, ac nonnullæ quoque Orientalium ſervant; idcircò id æquum rectumque eſſe omnes judicaverunt, quod & vobis placitum eſſe ſpopondi, ut ſcilicet quod in Urbe Roma perque omnem Italiam, Africam, Ægyptum, per Hiſpaniam, Gallias, Britannias, Lybias, per univerſam Achajam, per Aſiam, & Ponticam Diœceſim, per Ciliciam denique concordi ſententiâ obſervatur, id veſtra quoque prudentia libentibus animis amplectatur. Illud nimirum attendens, non modò majorem eſſe numerum Eccleſiarum in locis ſuprà memoratis; verùm etiam æquiſſimum eſſe, ut omnes in commune id velint, quod ſtricta ratio exigere videtur, nec ullam cum Judæorum peritia ſocietatem habere. Atque ut ſummatim, ac breviter dicam, *placuit communi omnium judicio, ut Sanctiſſimæ Paſchæ Feſtivitas, uno eodemque die celebraretur*. Neque enim decet in tanta Sanctitate aliquam eſſe diſſonantiam: præſtatque eam ſequi ſententiam, in qua nulla eſt alieni erroris, ſceleriſque ſocietas, atque communio. „ *Hactenus Conſtantinus*.

105. Conſtat ex allatis quàm craſsè erraverit Socrates lib. 5. hiſt. cap. 22. aſſerens in Concilio Nicæno ſub Conſtantino Magno nullum decretum editum de Paſcha, nihilque immutatum, relictis omnibus ſecundùm proprium ritum, hortatis dumtaxat paucioribus, ut cum multis ſe accomodarent. Verba ejus ſunt: „ Neque enim, ut quidam calumniati ſunt, Concilium Conſtantini temporibus habitum Feſtivitatem iſtam commutavit. Etenim Conſtantinus ipſe ad eos ſcribens, qui hujus Feſti celebratione inter ſe diſſidebant, hortatur, ut cùm ipſi pauciores ſint, alios ſequantur, qui ſunt numero plures. „ Hæc Socrates, addens verba deprompta ex Epiſtola Conſtantini, quæ ad rem ſuam facere videntur, omiſſis reliquis quæ contraria demonſtrant. Nam ex contextu totius Epiſtolæ, & ex iis quæ ſupra retulimus liquet decretum fuiſſe in Nicæna Synodo, ne Paſcha cum Judæis celebraretur, ſed uno atque eodem tempore univerſi Fideles illud celebrarent. *Placuit communi omnium Judicio, ut Sanctiſſimæ Paſchæ Feſtivitas uno eodemque die celebraretur*, quæ verba indicant decretum Concilii. Sed Socrates homo Novatianus, ſeu ſapiens Novatianiſmum, decipi vult; & inter ea quæ adiaphora ſunt, reponere intendit & hanc de Paſchale controverſiam quemadmodum ſentiebant Novatiani. Cæterum ſubſequentia Conſtantini verba in prælaudata Epiſtola abſque ulla ambiguitate definitionem Concilii declarant: nam ſubjungit: „ Quæ cùm ita ſint, cœleſtem gratiam, & plane Divinum mandatum libenter ſuſcipite. Quidquid enim in Sanctis Epiſcoporum Conciliis geritur, id omne ad Divinam referendum eſt voluntatem. Quamobrem ubi ea quæ geſta ſunt, dilectis fratribus noſtris intimaveritis, ſupradictam rationem, & Sanctiſſimi diei obſervantiam, ſuſcipere, & conſtituere debetis. „ *Hactenus Conſtantinus*.

106. Porrò laudata S. Athanaſii teſtimonia idem confirmant, & decretum editum de tempore celebrandi Paſcha diſertè demonſtrant: id quod etiam clariſſimè indicant, quæ adjungit in Epiſt. de Synodis Arimini & Seleuciæ, ubi tradit in decreto fidei à Patribus Concilii Nicæni nihil fuiſſe adjectum, nec dictum: *Viſum eſt* bene verò in decreto de Paſchate. „ Syri in aliorum ſententiam producti ſunt, *inquit*, & Ariani hæreſim decreverunt pro Antichriſti præcurſatrice habendam eſſe, & ſcriptis contra eam editis placits ſua promulgarunt, ſed tamen cùm tot ac tanti viri eſſent, nihil tale quale iſti, qui nonniſi tres aut quatuor ſunt, auſi fuerunt facere. Siquidem nec conſulem, nec menſem, nec diem addiderunt, ſed in negotio Paſchatis non abhorruerunt ab iſtiuſ-

„ modi

„ modi appendice. Ibi enim placuit ut adderetur, *Viſum eſt*, ut omnes obtemperarent. De fide verò non ſcripſerunt, *Viſum eſt*, ſed, *Ad iſtum modum credit Catholica Eccleſia*, & ſtatim confeſſio ipſa credendi adjuncta eſt. „ *Hæc Athanaſius teſtis oculatus*.

107. Item, S. Epiphanius in hæreſ. 70. num. 9. ita definitum in Concilio Nicæno pariter affirmat, dicens: „ Sane illud fatendum nobis eſt, duo quædam maxima per Religioſiſſimum, ac Beatiſſimæ memoriæ Conſtantinum à Deo eſſe præſtita. Quorum primum fuit: ut Oecumenica Synodus colligeretur, ac Fidei ſumma Nicæę explicata proponeretur, & Epiſcoporum qui convenerant ſubſcriptione confirmaretur, adeout Ario profligato, vera omnibus Fides ac ſincera prædicaretur. Alterum fuit celebrandi Paſchatis, ad ſtabiliendam noſtrum omnium concordiam emendata ratio. „ Addo & Ambroſii Teſtimonium ad Epiſcopum Æmiliæ de Paſchatis celebritatis ratione ſcribens: „ Non mediocris eſſe ſapientiæ diem celebritatis definire Paſchalis, & Scriptura Divina nos inſtruit, & Traditio Majorum, qui convenientes ad Synodum Nicænam, inter illa Fidei & vera ita admiranda decreta, etiam ſuper celebritate memoratâ, congregatis peritiſſimis calculandi, decem & novem annorum collegere rationem, & quaſi quendam conſtituère circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gignetur. „ *Hactenus Ambroſius*. Hujus Cycli meminit Epiphanius in hæreſ. 70. cit. adversùs Andianos, de quo & nos, Deo favente, aliqua dicemus in Commentariis in eandem Audianorum hæreſim.

108. Id porrò quod in magna Synodo Nicæna definitum oſtendimus, roboratum quoque legimus diverſis in Conciliis Provincialibus, & Nationalibus; quarè in Concilio Romano III. ſub Sylveſtro Papa celebrato anno Domini CCCXXV. in quo Acta magnæ Synodi recepta & confirmata fuere, inter alia ſalubriter decreta, de celebrando Paſcha ſic ſtatutum fuit: „ Omnibus Epiſcopis, & Presbyteris præceptum eſt, Paſchę obſervantiam cuſtodire à Luna XIV. uſque ad XXI. itaut Dominicus dies eoruſcet. Et dixerunt Epiſcopi: Placet.

109. Deinde, Anno CCXI. celebratum fuit ab Euſebianis, Pontificatum tenente Julio I. adversùs S. Athanaſium, Conciliabolum, in quo S. Athanaſius ab Arianorum, ſive Euſebianorum factione depoſitus injuſtè fuit. Attamen de Paſcha celebrando ad formam definitionis Concilii Nicæni, Canonem 1. Epiſcopi condiderunt ſub hiſce verbis; „ Omnes, qui auſi fuerint diſſolvere diffinitionem Sancti & Magni Concilii, quod apud Nicænam congregatum eſt, ſub præſentia piiſſimi & venerabilis Principis Conſtantini, de ſalutifera Solemnitate Sacratiſſimi Paſchæ; excommunicandos, & de Eccleſia pellendos eſſe cenſemus, ſi tamen contentioſiùs adversùs ea, quæ bene ſunt decreta perſtiterint. Et hæc quidem Laicis dicta ſint. Si quis autem eorum, qui præeſſe noſcuntur Eccleſiæ, aut Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, poſt hanc definitionem tentaverit ad ſubverſionem populorum, Eccleſiarumque perturbationem, ſeorſim colligere & cum Judæis Paſcha celebrare; Sancta Synodus hunc alienum jam hinc ab Eccleſia judicavit, quod non ſolùm ſibi, ſed & pluri-mis cauſa corruptionis, & perturbationis extiterit. Nec ſolùm tales à Miniſterio removet, ſed etiam illos, qui poſt damnationem hujuſmodi communicare tentaverint; damnatos autem omni quoque extrinſecus honore privari, quem Sancta regula & Sacerdotium Dei promernit. *Hactenus Canon*. Et eſt notatu dignum, quòd cùm in Nicæna Synodo, principaliter contra Arianam hæreſim definitum fuerit, & inde de Paſcha; iſti Euſebiani parvifacientes Sacroſancti Concilii definitionem adversùs hæreſim Arianam, tanti poſtea exiſtimarint decretum de Paſchate celebrando, ut illius obſervantiam ſub graviſſimis pœnis, & cenſuris demandarent.

110. Inſuper Patres Concilii Carthag. III. ſub Syricio Papa celebrati circà annum Domini CCCXCVII. nè aliquis error irreperet in hujuſmodi Feſti celebratione, decreverunt ut omnes Epiſcopi per Africam, ab Eccleſia Carthaginenſi formam & regulam celebrandi Paſcha quotannis acciperent. Sic Can. I. „ Placuit ergo in principio propter errorem, qui ſæpe ſolet oboriri, ut omnes Africanæ Provinciæ Epiſcopi obſervationem Paſchalem ab Eccleſia Carthaginenſi vellent accipere „ Et in Concilio Cartag. IV. anno ſequenti celebrato Can. LXV. Decretum fuit, ut omnes uno eodemque die Paſcha celebrarent. *Paſchæ ſolemnitas uno die, & tempore celebranda*. Et in Concilio V. pariter Cartag. eodem anno celebrato, Can. VII. *Placuit ut dies venerabilis Paſchæ formatarum ſubſcriptione omnibus intimetur*.

111. Cæterum conſuetudinem perantiquam fuiſſe, & jam ante Concilium Nicænum, ut dies celebrandi Paſchatis univerſis Eccleſiis ab Epiſcopo Romano indiceretur, probat Canon. I. Concilii Arelatenſis I. ſub Sylveſtro Papa celebrati circa annum Domini CCCXLV. ubi Patres hujus Concilii ſignificantes B. Sylveſtro ea quæ ab ipſis communi conſenſu decreta fuerant, ſic in Can. I. ſcripſerunt: „ De obſervatione Paſchæ Domini, ut uno die, & tempore per omnem Orbem obſervetur, & juxta conſuetudinem literas ad omnes Tu dirigas.

112. Ve-

112. Verùm in Concilio Nicæno, ut juxta definitionem ſuam ſemper Paſcha celebraretur, ne ex vario modo ſupputandi tempora error aliquis obreperet, & compertum eſſet quantâ Ægyptii pollerent peritiâ in inveſtigando Lunæ curſu, placuit Patribus, ut Alexandro tunc Alexandrino Epiſcopo committeretur cura, quatenus ſecum adhibitis viris in arte calculandi motus Solis, & Lunæ peritiſſimis, tempus deſignarent individuamque Dominicam conſignarent, in qua Paſcha quot annis juxta Concilii definitionem, celebrari oporteret. Id quod præſtitit Alexander, & qui ei poſtea in regimine illius Eccleſiæ Catholici Epiſcopi ſucceſſerunt. Totum hoc docet B. Leo Magnus in Epiſtola ad Marcianum Auguſtum data 45. novæ edit. aliàs 64. quæ ſic ſe habet.

Leo Epiſcopus Marciano Auguſto.

113 „ Tam multis documentis per omnes
„ Chriſti Eccleſias fides veſtræ pietatis inno-
„ tuit, ut ſi quid ſollicitudinum pro communi
„ Religione generatur, meritò veſtrum quæ-
„ ratur auxilium. Et quia memor diſpenſa-
„ tionis mihi creditæ, neceſſe habeo curas
„ meas, etiam in ea quæ ſunt futura præ-
„ mittere, non improbè cupio clementiæ ve-
„ ſtræ ſtudiis adjuvari, ut in ea obſervan-
„ tia, quæ certâ ſemper ratione variatur,
„ nihil poſſit erroris incurri. Paſchale ete-
„ nim Feſtum, quo Sacramentum ſalutis hu-
„ manæ maximè continetur, quamvis in pri-
„ mo ſemper menſe celebrandum ſit, ita ta-
„ men eſt Lunaris curſus conditione muta-
„ bile, ut plerumque Sacratiſſimæ diei am-
„ bigua occurrat electio, & ex hoc fiat
„ plerumque quod non licet, ut non ſimul
„ omnis Eccleſia, quod nonniſi unum eſſe
„ oportet, obſervet. Studuerunt itaque San-
„ cti Patres occaſionem hujus erroris aufer-
„ re, omnem hanc curam Alexandrino Epi-
„ copo delegentes, quoniam apud Ægyptios
„ hujus ſupputationis antiquitus tradita eſſe
„ videbatur peritia, per quam qui annis ſin-
„ gulis dies prædictæ Solemnitatis eveni-
„ ret, Sedi Apoſtolicæ indicaretur, cujus
„ ſcriptis ad longinquiores Eccleſias judi-
„ cium generale percurreret.

114. Sed S: M: Theophilus Alexandrinæ
„ Eccleſiæ Epiſcopus, cùm hujus obſerva-
„ tionis annos centum numero collegiſſet,
„ ſeptuageſimiſexti anni Paſchale feſtum, lon-
„ gè aliter quàm alii decreverant, tenendum
„ eſſe conſtituit. Nàm à primo Auguſtæ me-
„ moriæ Theodoſii Senioris Conſulatu, ſuc-
„ cedentem ſibi Sacræ obſervantiæ ordinem
„ ponens, ut longioris temporis ratio ejus li-
„ teris teneretur adſcripta, cujus comple-
„ xionis ſeptuageſimus & quartus eſt annus,
„ in qua pridie Idus Aprilis Sanctum Pa-
„ cha celebravimus: ſequenti verò anno
„ pridie Nonas Aprilis eadem, propitio
„ Deo, erit habenda Feſtivitas, ſicut regula-
„ riter centenariæ annotationis ordo decla-
„ rat: ſed in anno, qui erit ſeptuageſimus
„ ſextus, Paſchæ dies invenitur adſcriptus,
„ quem à paſſione Domini nullius exempli,
„ nullius conſtitutionis admittit auctoritas.
„ Nam octavum Kalendarum Majarum ab
„ eo cognoſcimus præfinitum, qui nimis
„ limitem antiquæ conſtitutionis excedit,
„ cùm alii quintum decimum Kalendarum
„ Majarum, legitimum ſpatium ſit præfi-
„ xum, intra quod omnium varietatum ne-
„ ceſſitas concludatur, ut Paſcha Domi-
„ nicum, nec priùs poſſimus habere, nec tar-
„ diùs. Quod enim in decimum, & in no-
„ num Kalendarum Majarum, videtur non-
„ nunquam perveniſſe Feſtivitas, quadam ra-
„ tione defenditur. Quia etſi dies Reſurre-
„ ctionis ultra terminum videtur exiſſe, dies
„ tamen Paſſionis limitem poſitum non in-
„ venietur egreſſus. Ad octavum autem
„ Kalendarum Majarum Paſchalem obſervan-
„ tiam perducere, nimis inſolens & aperta
„ tranſgreſſio eſt.

115. „ Quis ergo in illa, ut dixi, cen-
„ tenaria ſupputatione Theophili, ſeptuage-
„ ſimus ſextus annus diem Paſchæ, contra
„ morem Eccleſiaſticum ſtatuiſſe monſtratur,
„ & non leviter delinquitur, ſi in principio
„ Sacramenti veritas, & unitas ab univer-
„ ſali Eccleſia non tenetur; obſecro Clemen-
„ tiam Veſtram, ut ſtudium veſtrum præſta-
„ re dignemini, quatenus Ægyptii, vel ſi
„ qui ſunt alii, qui certam hujus ſupputa-
„ tionis videntur habere notitiam, ſcrupu-
„ lum hujus ſollicitudinis abſolvant, ut in
„ eum diem generalis obſervantia dirigatur,
„ qui nec paternarum conſtitutionum nor-
„ mam relinquat, nec ultrà præfixos termi-
„ nos evagetur. Quidquid autem Pietas Ve-
„ ſtra de hac conſultatione cognoverit, ad
„ meam jubeas mox notitiam pervenire, ut
„ in Divinis Myſteriis nulla diſſonantiæ cul-
„ pa naſcatur. Data decimoſexto Kalendas
„ Julii, Opilione viro Clariſſimo Conſule.

116. Ex hac ergo Epiſtola manifeſtum fit, curam ſupputandi tempus celebrandi Paſchæ Epiſcopis Alexandrinis demandatam fuiſſe, quibus incumbebat certiorare Epiſcopum Romanum, cujus erat ad alias Eccleſias quotannis diem hujus Solemnitatis deſignare. Hoc idem tradit Beda in lib. de Ratione Temporum cap. 42. & Cyrillus Alexandrinus apud Paulum Feroſempr. par. 1. lib. 1. Hinc eſt quòd Lucius Pſeudo-Epiſcopus Alex., qui poſt Athanaſium Arianorum fretus auxilio, per intruſionem Sedem Epiſcopalem tenuerat uſque ad Theodoſium Principem, auſus fuit & ipſe Paſchales ſcribere Epiſtolas, eaſque mittere ad Romanum Epiſcopum, ut Epiſcoporum illius Eccleſiæ Catholicorum mos fuerat. Quarum Epiſtolarum meminit S. Hieronymus in lib. de Scrpt.

in Lucio, de quo ſcribit : *Extant ejus ſolemnes de Paſcha Epiſtolæ, & pauci variarum Hypotheſeon libelli*. Verùm Epiſcopus Romanus Lucium contempſit, ejuſque Epiſtolas Paſchales minimè recipere voluit.

117. Deinde eandem curam datam Epiſcopis Alexandrinis demonſtrant Paſchales libri Theophili Alexandrini, in quorum ſine legitur indicta Paſchalis illius anni dies, etenim libro 1. ait: „ Incipient dies Qua„ drageſimæ à trigeſima die menſis Mechir, „ Et Hebdomadam ſalutaris Paſchæ celebra„ bimus quintâ die Menſis Pharmuti, finien„ tes Jejunia ſecundùm Evangelicas tradi„ tiones veſpere Sabbati decimâ die Phar„ muti, & inluceſcente ſtatim Dominicâ „ Feſta celebremus undecimâ die ejuſdem „ menſis, jungentes & ſeptem reliquas heb„ domadas Sanctæ Pentecoſtes. *Et lib.* 2. „ Habentes Quadrageſimæ exordium, ab „ octavo die menſis, qui ſecundùm Ægy„ ptios vocatur Phamenoth, & ipſo præben„ te vires attentiùs jejunemus, Hebdomo„ dæ Majoris ideſt Paſchæ venerabilis, die „ tertiadecimâ menſis Pharmuthi funda„ menta jacientes, itâ dumtaxat, ut juxta „ Evangelicas traditiones finiamus Jejunia, „ intempeſtâ nocte octavodecimo die ſupra„ dicti menſis Pharmuthi, & altero die, „ qui Dominicæ Reſurrectionis eſt Symbo„ lum, ideſt nonodecimo ejuſdem menſis „ verum Paſcha celebremus, adjungentes his „ ſeptem reliquas hebdomadas, in quibus „ Pentecoſtes Feſtivitas texitur. *Et lib.* 3. In„ cipient Sanctæ Quadrageſimæ Jejunia, ab „ undecima die Phamenoth, & hebdomadæ „ Dominicæ Paſſionis ſextadecimâ die Men„ ſis Pharmuthi. Et finiemus Jejunia ve„ ſpere Sabbati vigeſimâ primâ die ejuſdem „ menſis Pharmuthi, & ſequenti die Do„ minicâ Paſcha celebrabimus, vigeſimâ & „ ſecundâ die ejuſdem menſis: poſtque jun„ gemus ſeptem hebdomadas S. Pentecoſtes. *Hactenus Theophilus*. Cyrillus inde Epiſcopus Alexandrinus ſcripſit triginta homilias, in quibus & tempus, & dies Paſchatia celebrandæ indicebatur.

118. Idem porrò Theophilus adhuc Clericus, in rerum Cœleſtium cognitione apprimè peritus, Cyclum confecit decemnovennalem, ad inveniendas Lunas quartaſdecimas & diem Paſchatia, continentem periodum annorum 437. auſpicando à primo conſulatu Theodoſii Senioris, anno nimirum Domini CCCLXXX. ut indicat S. Leo in prælaudata Epiſtola, & notat Beda lib. de Ratione Temporum. At Cyrillus poſtea Alexandrinus, cùm Theophili Cyclum longiorem exiſtimaret, alium Cyclum confecit, & illum Theophili ad nonaginta & quinque annorum ſpatium contraxit, quinque tantùm Cyclis decenovennalibus explicatis: cujus exemplo Iſidorus Hiſpalenſis, ut liquet ex lib. 6. Etymol. cap. 17. ſuum quoque Cyclum confecit. Poſtea idem fecerunt Proſper Aquitanicus, & Victorinus Gallus ſub Hilario Romano Pontifice, ſed cùm erraſſet Victorinus, ejus errores Victor Capuanus, editis ſuis Cyclis, correxit. De quo Sigebertus, in ſua chronographia ad annum 528. ſcribit: *Victor Capuanus Epiſcopus, qui Cyclos Paſchales ſcribens, Victoris errores redarguit*.

119. At poſtea Dionyſius cognomento Exiguus, ſive parvus, Abbas Romanus, Victorinum & Proſperum imitatus, Cyclum longiſſimum texuit annorum 532. ſub Conſulatu Philoxeni, & Probi Junioris, anno nimirum Domini DXXV. Indictione III. ut notat Myrçus in Chronic. Belgic. Is enim, ex utroque Cyclo Theophili & Cyrilli Alexandrini in unum ſubductis, ſuum conflavit Cyclum Paſchalem: quoniam ex Cyclo Solari 28. annorum, & Lunari 19. ſi unus numerus per alterum ducatur, conflabitur *D*ionyſii Cyclus, quo ſpatio decurſo, quoniam ex Cyclo Solari omnis varietas manat, Feſta omnia ad eaſdem præcisè Sedes revocantur, nihilo addito, ſubtractove. Dionyſium poſtea Beda imitatus, & poſt Bedam alii plurimi, novos Cyclos Paſchales condiderunt: neque tamen eâ diligentiâ efficere potuerunt, ut non in multis annis Eccleſiæ inter ſe, in Paſchatis celebratione diſcreparent.

120. Etenim poſt Concilium Nicænum, anno videlicet Domini CCCXXX. ab Orientalibus Paſcha peractum eſt XIII. Kal. Majas, ideſt die XIX. Aprilis; Latini verò celebrarunt die XXII. Martii.

121. Anno CCCXLI. Græci Paſchá celebrarunt die pariter XIX. Aprilis: Latini verò die XXII. Martii.

122. Anno CCCXLIX. Græci idem Feſtum celebrarunt die XXIII. Aprilis: Latini die XXVI. Martii.

123. Anno CCCLXXXIX. Græci celebrarunt Paſcha die XX. Aprilis, Latini die XXIV. Martii.

124. Anno porrò CCCLXXXVII. Alexandrini indixerunt Paſcha die XXV. Aprilis, at Latini celebrandum putabant die XVIII. ejuſdem menſis. Hanc tamen controverſiam dirimere conatus eſt S. Ambroſius, ut liquet ex ejus Epiſtola 83. data ad Epiſcopos per Æmiliam conſtitutos, ubi tradit Regulam celebrandi Paſcha, inquiens: „ Hæc „ Lex Paſchæ nobis ſervanda eſt, ut non „ quartamdecimam obſervemus in die Reſur„ rectionis, ſed in die magis paſſionis, aut „ certè aliis proximis ſuperioribus diebus. „ Quia Reſurrectionis celebritas die Domi„ nicâ celebratur, Dominicâ autem jejunare „ non poſſumus, quia Manichæos etiam ob „ iſtius diei jejunia, verè damnamus. *Et* „ *paulò poſt*. Ergo non ſolum Paſſionis diem,

„ ſed

„ ſed etiam Reſurrectionis obſervari oportet „ à nobis, ut habeamus & amaritudinis & „ lætitiæ diem, illâ jejunemus iſtâ reficiamur. „ Unde ſi inciderit, ſicut futurum eſt pro- „ ximè, quartadecima Luna menſis primi „ die Dominicâ, quia neque Dominicâ je- „ junare debemus, neque tertiadecimâ Lu- „ nâ die Sabbati incidente jejunium ſolvere, „ quod maximè die paſſionis eſt exhibendum, „ in altera hebdomada celebritas Paſchæ eſt „ differenda. Siquidem ſequitur quintadeci- „ ma Luna, quâ paſſus eſt Chriſtus, & erit „ ſecundâ feriâ: tertiâ quoque feriâ erit „ ſextadecima Luna, quâ Domini caro in „ ſepulchro quievit, cùm quartâ etiam fe- „ riâ ſeptimadecima Luna futura ſit, quâ „ Dominus reſurrexit. Cùm igitur triduum „ illud Sacrum in hebdomadam proximè „ concurrat ultimam, intra quod triduum „ & paſſus eſt, & quievit, & reſurrexit, „ de quo triduo ait, *Solvite hoc templum*, „ *& in triduo reſuſcitabo illud*; quid nobis „ poteſt moleſtiam dubitationis afferre?

125. Deinde ſubjungit quæ in contrarium afferre poterant, quibus ſuâ reſponſione ſatisfacit, inquiens: „ Si ea res ſcru- „ pulum movet, quia quartadecimâ Lunâ „ non celebramus ipſum diem, vel Paſſionis „ vel Reſurrectionis, ipſe Dominus non quar- „ tadecimâ Lunâ paſſus eſt, ſed quintade- „ cimâ, & ſeptimadecimâ reſurrexit. Quòd „ ſi movet, quia quartamdecimam Lunam „ tranſeuntes, quæ die Dominicâ incidit, „ hoc eſt XIV. Kal. Maii, ſequenti Domi- „ nicâ inſtaurandam celebritatem ſuademus; „ authoritas exſtat hujuſmodi. Nam tem- „ poribus paulò ſuperioribus, cùm incidiſſet „ XIV. Luna menſis primi in Dominicam „ diem, ſequenti alterâ Dominicâ celebrata „ Solemnitas eſt. Octuageſimo autem anno, „ & nonageſimotertio ex die Imperii Dio- „ cletiani, cùm quartadecima Luna eſſet „ IX. Kal. Aprilis, nos celebravimus Paſcha „ pridie Kalendas Aprilis. Alexandrini quo- „ que & Ægyptii, ut ipſi ſcripſerunt, cùm „ incidiſſet quartadecima Luna, & vigeſimo „ & octavo die Pharmutii menſis, celebra- „ verunt Paſcha quintâ die Pharmutii men- „ ſis, quæ eſt pridie Kal. Aprilis, ac ſic „ convenere nobiſcum. Rurſus nonageſimo „ & tertio anno à die Imperii Diocletiani, „ cùm incidiſſet quartadecima Luna in quar- „ tumdecimum diem Pharmutii menſis, quæ „ eſt V. Idus Aprilis quæ erat Dominicâ, „ die, celebratum eſt Paſcha Dominicâ „ Pharmutii vigeſimo & primo die, qui fuit „ ſecundùm nos XV. Kal. Maii. Unde cùm „ & ratio ſit, & exemplum, nihil ſuper hoc „ movere nos debet.

126. Poſt hæc ſubjungit, quòd cùm præcepto Moſis Paſcha celebrandum ſit menſe primo, qui dicitur menſis novorum, videtur contra Divinum inſtitutum Paſcha celebrandum menſe ſecundo, cui difficultati ſatisfacit, docens menſem non eſſe attendendum juxta vulgarem calculationem noſtram, ſed ſecundùm conſuetudinem peritorum, nimirum ab Æquinoctio verno; unde ait, initium ſumere à Kalend. Aprilis, & finire XI. Kalendas Maii, ideſt incipere die XXI. Martii, & terminare die XXI. Aprilis, intra quod temporis ſpatium ſæpe Paſcha celebratur. „ Incipit autem menſis, „ *inquit*, non ſecundùm vulgarem uſum, ſed „ ſecundùm conſuetudinem peritorum, ab „ æquinoctio, qui dies eſt XII. Kal. Apri- „ lis, & finitur XI. Kal. Maii. Inde maxi- „ mè intra hos triginta & unum dies, ſæpe „ celebrari Paſchæ dies.

127. Subjungit poſtea, anno præterito Paſcha celebratum fuiſſe XI. Kal. Maii, nimirum die XXI. Aprilis, ac proinde trigeſimo die menſis novi, computando initium ab æquinoctio, ſcilicet à XII. Kal. Aprilis, ſive à XXI. ejuſdem menſis; unde concludit non eſſe mirandum, ſi proxima Paſcha celebranda erat trigeſimo die menſis Pharmutii; ideſt XXV. Aprilis. „ Sed cùm ante bien- „ nium, *ait*, celebraverimus Paſchæ Domi- „ nicam XI. Kal. Maii, hoc eſt trigeſimo „ die menſis, ſecundùm noſtram ſcilicet cal- „ culationem, moveri non debemus, ſi & „ proximè trigeſimo die Pharmutii menſis, „ celebraturi ſumus Paſchæ Dominicam.

128. Cæterum ſi quis exiſtimaret diem XXV. Aprilis ſpectare ad menſem ſecundum, quia inter XXI. Aprilis ubi deſinit menſis primus, & XXV. ejuſdem tres intercedunt dies, conſiderare debet inquit, quòd quartadecima Luna quæ quæritur, quartodecimo Kal. Maii erit, ideſt intra præſcriptum menſis numerum: „ Lex autem, „ *ait*, diem paſſionis exigit intra primum „ novorum debere celebrari. Satisfactum eſt „ igitur ſecundùm plenitudinem Lunæ, cui „ ad complendum menſem ſuperſunt tres „ alii dies. Non ergo in alterum menſem „ recidit, quando intra eundem menſem, „ qui primus eſt, Paſcha celebrabitur. „ Computat S. Doctor dies Lunares menſis, non Solares, ac ideo vult, quòd etſi XXV. Aprilis juxta curſum Solis ſpectet ad menſem ſecundum, attamen ſpectato curſu Lunæ, qui maximè conſideratur pro celebranda Paſcha, ſpectat ad menſem primum, quia dum XIV. Luna incidit in diem XVIII. Aprilis ſcilicet in XIV. Kal. Maii, die XXV. Aprilis eſt Luna XXI. quo die Paſcha celebrari poteſt, cùm præfata dies adhuc ſpectet ad menſem primum, ſecundùm curſum Lunæ, immò & ſuperſint adhuc tres dies ejuſdem menſis primi Lunaris. Hæc & alia docet Ambroſius in prælaudata Epiſtola.

129. Anno inde CCCCIII. orta eſt altera controverſia, nam Alexandrini diſtulerunt Paſchæ celebritatem ad IV. Kal. Apri- lis,

lia, ideſt ad diem XXIX. menſis Martii, at Innocentius I. Papa contendebat celebrandum XI. Kalendas Aprilis, ideſt die XXII. Martii, ne differendo in Dominicam ſequentem celebraretur Lunâ XXIII. quòd erat inauditum. Exſtat de hac re Epiſtola XI. ejuſdem Innocentii I. data ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem, uhi ait. „ Has ergo lite-
„ ras de ratione Paſchali alteriua (dico fu-
„ turi anni) præſcripſi. Nam quum ante diem
„ undecimum Kalendarum Aprilium penè
„ Luna XVI. colligatur (nam quippiam mi-
„ nus eſt) itemque quum in ante diem
„ quartum Kalendarum earundem veniat
„ XXIII. exiſtimavi XI. Kalendarum memo-
„ ratarum die, Feſta Paſchalia celebranda:
„ quoniam in vigeſimatertia Luna, nullum
„ Paſcha unquam, ante hoc Paſcha factum
„ eſſe cognoſcimua. Sententiæ meæ expo-
„ ſui, atque edixi tenorem. Jam prudentię
„ tuæ erit, conſors mihi frater, cum una-
„ nimia, & conſacerdotibus noſtris, hanc
„ ipſam rem in Synodo religioſiſſima tra-
„ ctare, ut ſi nihil diſpoſitioni noſtræ re-
„ ſultat, nobia pleniſſimè apertèque reſcri-
„ baa, quò deliberatam Paſchalem diem,
„ jam literis ante ut moris eſt, ſervan-
„ dam ſuo tempore præſcribamus. „ *Hactenus Innocentius*. Ex qua Epiſtola indicatur etiam adhuc viguiſſe conſuetudinem illam, ut Romanus Epiſcopua longiores Eccleſiaa certioraret de tempore celehrandi Paſcha.

130. Anno verò CCCCXV. ſub Papa Zoſimo & Conſulatu XI. Honorii Imperatoris, Flavii Conſtantii II. pariter de die Paſchatis diſceptatum eſt: nam Latini celebrandum cenſebant die XXV. Martii, cùm Luna XIV. ſignata fuiſſet die XVIII. Martii. Id quòd non placebat Alexandrinis, nam incómmodum eis videbatur eam Lunam primam putare, cujus plenilunium ante æquinoctium veniret; unde celebrandum diſtulerunt uſque ad X. Kal. Majaa, ideſt XXII. Aprilis. Unde Alexandrinorum ſententia Miraculo comprobata fuit. Ita Sigebertus in Chronographia, ad annum CCCCXVII. inquiens: „ Quidam Occiden-
„ tales ultimo anno Cycli decemnovennalis
„ pro Emboliſmo communem annum tenen-
„ tes, ac per hoc in Paſcha celebrando ab-
„ errantea, Divino Miraculo ad veritatem
„ revocantur. In una enim Italiæ Eccleſia,
„ ubi annuatim Sabbato Sancto Paſchæ,
„ horâ baptizandi ſolebat aqua Divinitus
„ manare, & ſtatim ex ſe ſe redire, nullo
„ deductorio penitus apparente, nunc tem-
„ poriua juſto, ideſt VIII. Kalendas Aprilia
„ Paſcha celebrantea, aqua non emanans ex-
„ pectatione totiua diei ac noctis fefellit:
„ legitimo autem die Paſchæ, horâ bapti-
„ zandi aqua ſolito emanans X. Kal. Maii
„ Paſcha debere celebrari oſtendit. „ *Hæc Sigebertus*.

131. Ejuſdem Occidentalium erroris, ac miraculi meminit Paſchaſinus in Epiſtola ad S. Leonem Papam inter Epiſtolas S. Leonis novæ edit. 3. ubi ſub cap. 2. inter alia ſcribit: „ Nè cùm hanc vitamus, incuerramus
„ errorem, ſicut evenit tempore Beatæ Re-
„ cordationis Domini mei, prædeceſſoris
„ Apoſtolatus veſtri Zozimi, anno Conſu-
„ latua Honorii Auguſti XI. & Conſtantii II.
„ Tunc enim cùm declinaretur, ne X. Kal.
„ Maii dies Paſchæ teneretur, celebratum
„ VIII. die Kal. Aprilis, ideſt, pro Embo-
„ liſmo communis eſt annotatua, & error
„ graviſſimus eſt ortus, in tantùm, ut my-
„ ſterio certo, quòd dono Sancti Spiritus
„ miniſtratur, quod veritas probaretur. Quod
„ propterea credidi exponendum, quia lo-
„ cus ipſe etiam Sancto, atque à me vene-
„ rando fratri meo Libano Diacono notiſ-
„ ſimua eſt. Cujus Myſterii Miraculum, ta-
„ le eſt.

132. „ Quædam viliſſima poſſeſſio Me-
„ litlnas appellatur, in Montibua arduia ac
„ Sylvis denſiſſimis conſtituta, illicque per-
„ parva, atque vili opere conſtructa eſt Ec-
„ cleſia. In cujus Baptiſterio nocte Sacro-
„ ſanctâ Paſchali, baptizandi horâ, cùm
„ nullus canalis, nulla ſit fiſtula, nec aqua
„ omninò vicina, fons ex ſe repletur, pau-
„ ciſque qui fuerint conſecratia, cùm de-
„ ductorium nullum habeat, ut aqua vene-
„ rat ex ſe ſe diſcedit, (*ſive deſcendit.*)
„ Tunc ergo, ſicut ſupra diximus, ſub San-
„ ctæ memoriæ Zozimo, cùm apud Occi-
„ dentalea error ortus fuiſſet, conſuetis le-
„ ctionibus nocte Sanctâ diſcuſſia, cùm Pre-
„ abyter ſecundùm morem baptizandi ho-
„ ram requireret, uſque ad lucem aquâ non
„ veniente, non conſecrati, qui baptizandi
„ fuerant, receſſerunt. Ut ergo hreviter
„ narrem, illâ nocte, quæ luceſcebat in diem
„ Dominicam, X. die Kal. Maii fons ſacer
„ horâ competenti repletus eſt. Evidenti er-
„ go miraculo claruit, Occidentalium par-
„ tium fuiſſę errorem. „ *Hactenus Paſchaſinus*.

133. Anno CCCCLV. ſub S. Leone Magno altera exorta legitur controverſia, eo enim anno Alexandrini Paſcha celebrandum promulgarunt VIII. Kal. Maii: Romani verò, nè primi menſis fines deſcriptoa à Patribua tranſgrederentur, malebant præcedenti Dominicâ fieri XV. Kal. Maii, quo die Alexandrini Lunam XIV. deſignabant incidere. Hac ergo occaſione ſcripſit S. Leo Epiſtolam ad Marcianum Auguſtum, quam ſupra retulimus ſuh num. 112. ſcripſit quoque eodem tempore ejuſdem erroria occaſione alteram Epiſtolam ad Julianum Epiſcopum, minimè ad Eudoxiam, ut quidam mendoſi codices præſeferunt, eſt enim in nova edit. Epiſt. 95. quæ ita ſe habet.

Leo,

Leo, Juliano Epiſcopo.

134. „ Sanctæ memoriæ Theophilus ad
„ Auguſtum Theodoſium ſeniorem ſcribens,
„ per centum annos, à primo prædicti Prin-
„ cipis Conſulatu, digeſſit ordinem Feſti,
„ cujua inſtructionia ſeptuageſimus quartua
„ nunc annus evolvitur; quo, Opilione
„ Conſule, pridie Idus Aprilis celebrata eſt
„ Sacra Solemnitas: unde ſequenti anno,
„ pridie nonaa Aprilis esdem Feſtivitas ra-
„ tionabiliter conſequetur. Sed annus, qui
„ erit ſeptuageſimus ſextus, memorati Epi-
„ ſcopi annotationem habere cognoſcitur,
„ quæ à totius antiquitatis exemplo, & ab
„ omni authoritate Patrum diſcordat. Siqui-
„ dem in VIII. Kalendarum Majarum Do-
„ minicum Paſcha tranſtulerit, præfinitos
„ antiquitus limites nimia audenter exce-
„ dens, cùm in die quintodecimo Kalenda-
„ rum Majarum Paſchalem Solemnitatem,
„ ſicut conſtituerunt alii, potuerit annota-
„ re. Unde quia non mediocris mihi ſolli-
„ citudo generatur, nè apud Ægyptios hæc
„ perſuaſio roboretur, ad Chriſtianiſſimum
„ & Clementiſſimum Principem ſcripta di-
„ rexi, quibua cauſam ſcrupuli diligenter
„ expoſui, & ſuppliciter poſtulavi, ut ope-
„ ram ſuam, quemadmodum conſuevit, Re-
„ ligionis cultui dignanter impendat: ut
„ eos, qui hujus ſupputationis perfectam
„ videntur habere notitiam, in unum ju-
„ beat convenire, & diligenter inquirere,
„ ne fortè hæc definitio teneatur, & hic
„ exceſſus, qui prioribus videtur repugna-
„ re temporibus, noſtræ conniventiæ, vel
„ negligentiæ deputetur, & fiat in noſtria
„ diebus, quod nunquam ante præſumptum
„ eſt. Quia verò oportet fraternitatem tuam
„ curæ iſtius mecum eſſe participem, & ne
„ quid tale accidat præcavere, crebriùs re-
„ ligioſiſſimo, & fideliſſimo Principi digna-
„ re ſuggerere, ut indiſſimulanter jubeat
„ Ægyptios admonere, nè in ſummæ Feſti-
„ vitatis die, aut diſſentione aliquâ, aut
„ tranſgreſſione peccetur. Quidquid autem
„ de hac re diligentior ſollicitudo repererit,
„ citò ad notitiam meam Glorioſiſſimus Im-
„ perator jubeat pervenire, quia & ad ipſius,
„ & ad omnium ſalutem pertinet, ut Dei
„ cultus nullo errore lædatur. Data XVI.
„ Kal. Julii, Opilione viro clariſſimo Con-
„ ſule. „ *Hactenus S. Leo*. Data eſt hæc
Epiſtola anno Domini CCCCLIII. quo an-
no deſignatur Conſulatus Opilionis, & Vin-
comali.

135. De eadem re ad eundem Julianum
ſcripſit anno ſequenti, nimirum Domini
CCCCLIV. ſub Conſulatu Studii, & Ætii,
in qua inter alia, iterum de Paſchate cele-
brando anno CCCCLV. repetit, inquiens:
„ De præſentis anni Paſcha nulla dubitatio
„ eſſe nobis potuit, ſed de futuro quæſivi-
„ mua, quòd Theophilus Alexandrinæ Ur-
„ bis Epiſcopus, VIII. Kalendarum Maja-
„ rum die, quod nunquam ita à tempore
„ Dominicæ Reſurrectionis celebratum eſt,
„ credidit adſcribendum. Unde ſollicitiùa
„ congruit hoc requiri, ut omnia occaſio
„ tollatur erroris. Nam in noſtris Annali-
„ bua XV. Kal. Majarum die aptiſſimè à Pa-
„ tribus Noſtris, & conſtitutus legitur, &
„ celebratus. Ac ne vel apud nos, vel apud
„ Orientalea naſcatur ex hac parte diverſi-
„ tas, hoc inſtantiùa noſtro nomine cum
„ Chriſtianiſſimo Principe agere tua digne-
„ tur dilectio, quamvis & ipſe Clementiſ-
„ ſimua Princepa ſe inquiſitione ſollicitiſſimâ
„ curam hanc Ægyptiis delegaſſe, ſuia Epiſto-
„ lia dignatus ſit indicare. „ *Hæc Leo*, &
eodem anno iterum, in altera Epiſtola ad
eundem Julianum, idem repetit inquiens.
„ De futuro Paſchate, ut ſæpe jam ſcripſi
„ eſto ſollicitus, & Clementiſſimo Principi
„ meo nomine opportuniùs intimato; ut
„ quid ſibi reſcriptum ſit faciat certiorem,
„ quoniam imminent dies, ut noſſe poſſimus
„ quem diem Formatis adſcribere debeamus,
„ & omnium ex hac parte ſuſpicio evidentiùs
„ poſſit abſolvi. Data VII. Idus Martii,
„ Ætio, & Studio viris Clariſſimis Conſu-
„ libus.

136. Agitatâ porrò controverſiâ, &
diligentur diſcuſſo dubio, juſſu Marciani
Auguſti in Eccleſia Alexandrina ſub Prote-
rio Patriarcha, reſolutum fuit Cyclum Theo-
phili Alexandrini non fuiſſe mendoſum,
Paſcha vero Anno CCCCLV. celebrandum
eſſe VIII. Kalendas Majas die Dominico jux-
ta calculum Alexandrinum, minimè XV. kal.
Majaa, ut Romani cum S. Leone cenſebant.
Ita habetur in Epiſtola Proterii Alexandri-
ni data ad Leonem Papam, inter Epiſtolas
S. Leonia novæ edit. poſt centeſimamtertiam.
Etenim cap. 3. ſic ſcribit Proterius: „ Quia
„ ergo in Solemnitate futura Paſchali per
„ octavam indictionem, XXII. die Domini-
„ co Pharmothi menſis novorum, qui eſt
„ XV. Kalendaa Majas, occurrerit XIV. Lu-
„ na die Dominico, in ſeptimanam differre
„ convenit ſubſequentem. Habentes enim
„ intra eam triduanum Myſterium, hoc eſt
„ XV. Lunam, quando Crucifixus eſt Chri-
„ ſtus, quartædecimæ cohærentem, nec non
„ & ſextamdecimam, & ſequentem ſeptima-
„ nam decimam; viceſimo quidem octavo
„ die menſis Pharmothi, qui eſt IX. Kal.
„ Majaa jejunia ſolvemus veſpere Sabbato-
„ rum, ſequenti verò luceſcente Dominico
„ XXIX. die menſis ipſius Pharmothi, qui
„ eſt VII. Kal. Majas, Feſtivitatem ſinceriſ-
„ ſimè celebrabimus.

137. „ Nam & priſcis temporibua, ſi
„ quando die Dominico XIV. Luna reper-
„ ta eſt, in ſequentem ſeptimanam eſt di-

„ lata

„ lata Feſtivitas, ſicut in octuageſimonono,
„ & nonageſimotertio anno à Diocletiani
„ probatur Imperio. Sic enim & tunc Bea-
„ tiſſimi Patres noſtri feciſſe declarantur.
„ In octuageſimo quidem anno nono ab Im-
„ perio Diocletiani, ſuperſtite B. Memorię
„ Patre noſtro, & Epiſcopo Athanaſio cùm
„ XIV. Luna Paſchalis XXVIII. die menſis
„ Phaminoth, ideſt IX. Kal. Aprilium die
„ perveniſſet, die Dominico, in ſubſequen-
„ tem tranſlatum eſt hebdomaden: itaut
„ quintâ die menſis Pharmothi, hoc eſt Pri-
„ die Kal. Aprilium celebraretur Paſcha Do-
„ minicum. In nonageſimo autem tertio an-
„ no ab Imperio ejuſdem Diocletiani, cùm
„ XIV. Luna Paſchalis XIV. die menſis
„ Pharmothi, qui eſt V. Idus Aprilis, die
„ Dominico contigiſſet, in ſequentem item
„ ſeptimanam dilatio facta eſt, itaut Domi-
„ nicum Paſcha XXI. die menſis Pharmothi,
„ qui eſt XVI. kal. Majarum ſolemniter age-
„ retur. In centeſimo quoque tertio anno
„ ab Imperio præfati Diocletiani, cùm Lu-
„ na Paſchalis XIV. Pharmothi XXIII. die,
„ qui eſt XIV. kal. Majarum eſſet die Do-
„ minico ſuperventura, iterum ſeptimana
„ quæſita eſt, & Dominicum Paſcha XXX.
„ die menſis ipſius Pharmothi, qui eſt VII.
„ kal. Majarum, conſtat eſſe celebratum, pro-
„ pter anguſtiam temporis imminentem. Item
„ cum in centeſimo ſexageſimo anno à Dio-
„ cletiani imperio XIV. Luna Paſchalis Phar-
„ mothi XXIII. die, qui eſt XIV. kal. Ma-
„ jarum, occurrerit tertiâ feriâ ſeptimanæ,
„ & Dominicum Paſcha XXVII. die menſis
„ ipſius Pharmothi, qui eſt IX. kal. Maja-
„ rum, tunc celebraſſe meminimus.

138. „ Neceſſe eſt igitur, & in ducen-
„ centeſimo quinquageſimo quinto anno à
„ Diocletiani Imperio, in futuro Paſchali
„ Feſto Indictionis octavæ, XXII. die Phar-
„ moth, qui eſt XV. kal. Majarum, Luna
„ XIV. occurrente die Dominico, in pro-
„ ximam ſeptimanam juxta præcedentem
„ formam convenienter extendi, ut XXIX.
„ die menſis Pharmothi, qui eſt VIII. kal.
„ Majarum Dominicum celebremus Paſcha,
„ propter apprehendentem rurſus anguſtiam,
„ ſicut Patres noſtri fecerunt, decimaquar-
„ tas Lunas occurrentes die Dominico, dif-
„ ferentes. Nam ſi XXII. die menſis Phar-
„ mothi, qui eſt XV. kal. Majarum, Lunâ
„ XIV. ſicut dixi ſæpius, occurrente die
„ Dominico Paſcha celebremus, inveniemur
„ pridie, ideſt, Sabbato XXI. die menſis
„ ejuſdem, qui eſt XVI. kal. Majar. XIII.
„ Lunâ tunc exiſtente, non rite Jejunia ſol-
„ vere. Nec enim in XIII. Luna comeditur
„ Paſcha. Unde quia XXII. die menſis Phar-
„ mothi, qui eſt XV. kal. Majar. Domini-
„ co die XIV. Lunâ contingit, non autem
„ convenit die Dominico jejunare, quia
„ hoc Manichæorum eſt proprium, conſe-
„ quens eſt in proximam tendere ſeptima-
„ nam, intra quam, ut diximus habemus
„ & XV. Lunam quando crucifixus eſt,
„ & XVI. Lunam ſimul & XVII. quando re-
„ ſurrexit à mortuis: itaut XXVIII. die
„ menſis Pharmothi, qui eſt IX. kal. Ma-
„ jarum veſpere Sabbati Jejunia pro more
„ ſolvamus, & ſequente Dominico XXIX.
„ die menſis ipſius, qui eſt VIII. kal. Ma-
„ jarum Feſtum Paſchale celebremus. Illud
„ etiam neceſſariò vobis innoteſcimus, quòd
„ & in futuro CCLXV. anno ab Imperio
„ Diocletiani XIV. Lunâ rurſus occurren-
„ te XXIII. die menſis Pharmothi, qui eſt
„ XIV. kal. Majarum, Dominicum Paſcha
„ XXVIII. die menſis ipſius, qui eſt VII.
„ kal. Majarum, Deo præſtante celebrabitur.
Hæc & alia Proterius, ſcribit ad Leonem Pa-
pam in prælaudata Epiſtola.

139. Anno porrò CCCCLXV. ſub Hi-
lario Pontifice iterum nova ſuborta fuit de
Paſchate controverſia, cùm enim XIV. Lu-
na in die Sabbathi incideret, Alexandrini
die proximo Martii XXVII. Paſcha perege-
runt. At Romani differendum putarunt in
alteram ſequentem Dominicam, ne mora
Chriſti ante Lunam XIV. celebraretur: Quòd
S. Ambroſius in Epiſtola à nobis ſupra re-
lata vitandum præceperat, cùm Chriſtus
XV. Lunâ fuerit occiſus, & XVII. reſurre-
xerit. Cujus rei cauſa data cura fuit ab
Hilario Victorino Capuano, ut novos ca-
nones, novoſque Cyclos deſcriberet, quod
cùm feciſſet, & non ſine variis ac diverſis
erroribus, ut ſupra etiam adnotavimus,
Anno DXXVI. ut notat Marianus Scotus
in Chronic. vel ut conſignat Myræus anno
DXXV. ſub Conſulatu Probi, & Piloxeni,
Joanne Papâ, & Anaſtaſio Imperatore, Dio-
nyſius Abbas Romanus, cognomento Exi-
guus, ſive parvus novos Cyclos contexuit,
& Canones ad formam Alexandrinorum,
quos optimè reſtituit. Et omiſſo profano
annorum calculo, numerare cœpit à Chriſti
Incarnatione. Quæ æra, ſeu Epocha à Dio-
nyſio primùm inventa, paulatim ab univer-
ſo Orbe Chriſtiano, idque potiſſimum ſub
anno DCCL. in uſum recepta fuit, cùm
antea ſolis Conſulum, Imperatorum, aut
Regum Franciæ annis omnia deſignarentur.

140. Poſt Dionyſianum calculum vete-
res contentiones ceſſarunt, licèt nonnullæ
magis leves adhuc ſubortæ legantur. Etenim
notat Sigebertus, In ſua Chronographia ſub
anno DLXXIII. inter Francos, & Hiſpanos
ortam fuiſſe controverſiam de die celebran-
di Paſcha, Hiſpanis illam celebrantibus XII.
kal. Aprilis, Francis verò XIV. kal. Majas,
Miraculo comprobante rectiùs ſe egiſſe Fran-
cos. „ Hiſpani & Franci, *inquit*, de Paſcha
„ celebrando diſſentiunt, Hiſpanis XII. kal.
„ Aprilis, Francis verò XIV. kal. Maii Pa-
„ ſcha celebrantibus. Sed Francos rectè ce-

„ le-

„ lebraſſe per hoc Divinitus claruit, quòd „ fontes in Hiſpania, qui in Sabbato Sancto Paſchæ ad baptizandum, ſponte Divinitus repleri ſolent, non in Hiſpanorum, ſed in Francorum Paſcha repleti ſunt. Meminit hujus diſcrepantiæ Gregorius Turonenſis lib. 5. hiſt. Francor. cap. 17. quamvis annum non deſignet, inquiens: „ Eo „ anno dubietas Paſchæ fuit. In Galliis verò nos cum multis Civitatibus XIV. kal. „ Majas Sanctum Paſcha celebravimus. Alii „ verò cum Hiſpanis XII. kal. Aprilis, Solemnitatem hanc tenuerunt: tamen, ut „ ferunt, fontes illi, qui in Hiſpaniis nutu „ Dei complentur, in noſtro Paſcha repleti „ ſunt. „ *Hæc Gregorius*. Joannes Mariana loco ſupra cit. exiſtimat hoc accidiſſe anno DLXXXIII. At Myræus conſignat ſub anno DXXVII. qui erat Childeberti Junioris annus II. referens Bucherium ad Canonem Paſchalem Victorii.

141. Alterius quoque controverſiæ in Gallia ſubortæ meminit idem Gregorius Turonenſis lib. 10. cap. 23. his verbis. „ In hoc „ autem anno tantus terris nocturno tempore ſplendor inluxit, ut mediam putares „ diem. Sed & globi ſimiliter ignei per „ noctis tempora ſæpius per Cœlum cucurriſſe, Mundumque illuminaſſe viſi ſunt. „ Dubietas Paſchæ fuit ob hoc, quod in „ Cyclo Victor, Luna XV. Paſcha ſcripſit „ fieri. Sed nè Chriſtiani, ut Judæi ſub „ hac Lunâ hæc Solemnia celebrarent, addidit, Latini autem Lunâ XXII. Ob hoc „ multi in Galliis XV. Lunâ celebraverunt, „ nos autem XXII. Inquiſivimus autem ſtudiosè. Sed fontes Hiſpaniæ qui Divinitus „ implentur, in noſtrum Paſcha repleti ſunt. *Hactenus Gregorius*. Hoc contigiſſe anno DLXXXVIII. adnotatur in margine. Sed Mariana exiſtimat accidiſſe anno DXCIII. quo anno II. kal April. Lunam XV. Galli numerabant.

142. Cùm enim paulatim abolita fuerit conſuetudo illa indicendi quotannis à ſolo Romano Pontifice Paſchale tempus, factum eſt, ut intra eandem Latinam Eccleſiam ſubortæ fuerint diſcrepantiæ aliquæ in hac materia. Ideo in Concilio Bracarenſi II. de Anno DLXXII. ſub Joanne Papa celebrato Can. VI. decretum fuit ut in Concilio Provinciali quotannis celebrato indiceretur dies Paſchæ futuræ: „ Placuit, ut poſtquam omnia in Concilio Sacerdotum fuerint ordinata, illud omnibus modis obſervetur, „ ut ſuperventurum ipſius anni Paſcha, „ quoto kalendarum die, vel quotâ Lunâ „ debet ſuſcipi à Metropolitano Epiſcopo „ nuncietur. Quod cæteri Epiſcopi, vel reliquus Clerus breviculo ſubnotantes, unuſquiſque in ſua Eccleſia adveniente Natali die Domini, adſtanti populo, poſt „ lectionem Evangelicam nunciet.

143. Cauſam porrò harum controverſiarum in eadem Eccleſia Latina dederat diverſitas laterculorum, ſive Cyclorum, propter diverſas calculationes ab ipſis Auctoribus conſignatas, ut notarunt Patres Concilii Toletani IV, celebrati anno Domini DCLXXI. proinde Can. V. decreverunt ut ante tres menſes Epiphaniorum, Metropolitani Epiſcopi literis invicem ſe monerent, ut concorditer eodem diem ab Univerſis Hiſpaniarum Eccleſiis Paſcha celebraretur: „ Solet in Hiſpaniis de Solemnitate Paſchali „ varietas exiſtere prædicationis: diverſa enim „ obſervantia laterculorum Paſchalis Feſtivitatis, interdum errorem parturit. Proindè placuit, ut ante tres menſes Epiphaniorum, Metropolitani Sacerdotes literis „ invicem ſe inquirant: ut communi ſententiâ edocti, diem Reſurrectionis Chriſti, & comprovincialibus ſuis inſinuent, „ & uno tempore celebrandum annuncient.

144. Cæterum cauſas controverſiarum inter Eccleſiam Latinam, & Græcam circa diem celebrandi Paſcha refert Joannes Mariana lib. de die Mortis Chriſti cap. 8. Quarum prima fuit, quòd Alexandrini à Luna XV. uſque ad XXI. quacunque Lunâ ex eo numero dies Dominica incidiſſet, Paſcha celebrabant: nàm cùm Judæi Divino præcepto eos dies azimorum obſervarent, conſentaneum Alexandrinis videbatur, ut dies Paſchæ non ultra porrigeretur. At Latini veteres à Luna XVI. uſque ad XXII. diem Dominicum Paſchatis peragebant, ut tradit Beda lib. de Ratione Temp. cap. 49. Etenim vitare conſueverant, nè ſi Luna XV. in diem Dominicum incidiſſet, unà cum Judæis Paſcha celebrarent, quæ in cauſa fuit majoris partis controverſiarum, quas ſupra recenſuimus. Cui malo remedium præbuerunt Dionyſius Exiguus, & Beda in ſuis laterculis, ſeu cyclis Paſchalibus, confectis ad inſtitutum Alexandrinorum, quem ordinem poſtea ſecuta eſt univerſa Eccleſia Latina, etiam poſt emendationem Gregorianam, nàm anno MDCLI. càm Luna XV. fuerit die XXI. Aprilis à die Dominica, ipſo die cum Judæis Paſcha celebratum invenitur.

145. Altera cauſa fuit, quòd Alexandrini oppoſitionem Lunæ, idest Lunam XIV. ſemper in ipſo Æquinoctii die incidentem, aut deinde obſervabant, adeout ſi Luna XIV. incidiſſet ante æquinoctium, non eâ Lunâ pro regula celebrandi Paſcha utebantur, ſed expectabant ſequentem Lunam, & poſt XIV. Lunæ proximæ ſequentis Paſcha celebrabant. Latini verò etiamſi Luna XIV. incidiſſet ante æquinoctium, modò proximâ Dominicâ poſt æquinoctium incideret, in eo menſe Paſcha figebant ut notat idem Beda cap. 60., & hæc cauſa fuit illius controverſiæ, ſubortæ Anno CCCCXVII. ſub Zoſimo Papa, de qua ſupra.

Ter-

146. Tertia cauſa fuit, (quæ ab hac ſecunda originem trahit) quoniam Alexandrini primum menſem Lunarem Paſchate deſignando incohabant VIII. Martii, finiebant V. die Aprilis, nempe ab VIII. Idus Martii uſque ad Nonas Aprilis: etenim Luna quæ incoharet intra præfatos dies, illam ad Paſcha deſignandum idoneam judicabant. Latini porrò initium Lunæ primi menſis conſtituebant à die V. Martii uſque ad ſecundam Aprilis, prout idem Beda refert cap. 49. Et hoc erat magni diſcriminis cauſa, cùm ſæpe accidiſſet, ut menſis quem Latini primum numerabant, Alexandrini ſecundum, & quem Alexandrini primum, Latini ſecundum dicerent.

147. Deinde, Lunas quartaſdecimas, ex hoc principio, Alexandrini numerabant à die XXI. Martii ſcilicet XII. kal. Aprilis, uſque ad XVIII. Aprilis, ideſt ad XIV. kal. Maii. At Latini à die XVIII. Martii uſque ad XV. Aprilis conſiderabant. Et ita diſcrimen quoque oriebatur in Paſchatis terminis deſignandis; nam Veteres Latini cùm poſt æquinoctium ad celebrandum Paſcha dies tantùm triginta deſignarent, quem primum menſem hac conſideratione vocabant, ut ait Ambroſius in Epiſtola ſupra relata: Sive à XII. kal. Aprilis uſque ad XI. kal. Maii, ideſt, à XXI. Martii ad XXI. Aprilis, juxta computum S. Ambroſii, ſive XI. kal Aprilis uſque ad XI. kal. Maii, ut computat Theophilus Cæſarienſis, vel ut aliis placet ab XI. kal. Aprilis uſque ad XII. kal. Maii, Alexandrini quinque dies adjecere, Paſcha celebrantes à XII. kal. Aprilis ideſt à XXI. Martii, uſque ad VII. kal, Maii, videlicet uſque ad XXV. Aprilis. Hinc factum eſt, ut Alexandrini, & Latini de tota ſumma inter ſe diſcreparent, illi ſæpe culpantes Latinos quòd ante æquinoctium XIV. Lunam tenerent, à veteri Judæorum inſtituto maximè diſcrepantes; Iſti verò Alexandrinos reprehendebant, quòd menſe ſecundo Paſcha celebrarent.

148. Denique præcipua diſſentiendi cauſa, & omnium controverſiarum fons fuit Cyclus decemnovennalis, qui cùm Lunæ motui deſerviat, non ab eodem initio Alexandrini, & Latini numerabant, neque eandem ponebant unitatem. Nam eo anno quo Alexandrini primum ſui Cycli numerum, ſive unitatem ponebant, ibi Latini ſui Cycli, qui idem eſt Hebræorum, numerabant XVIII. atque adeò anno primo Chriſti, qui Cycli Alexandrini erat II., in Cyclo Latinorum & Hebræorum erat XVIII. quo fit ut non eoſdem annos Emboliſmicos, hoc eſt treſdecim menſium facerent. Præſertim Cycli Alexandrini numero VIII. & IX. qui anni Emboliſmici illis erant, Latinis verò communes, unde diſcrepabant permaximè in celebratione Paſchatis, celebrantibus illud Alexandrinis in fine Aprilis, Latinis verò ferè in Martio. Et ita contentiones & rixæ, eò vel maxime quòd Latinis etiam anni VI. & XVII. in ſuo Cyclo fuerint Emboliſmici, quibus annis reſpondentes in Alexandrino Cyclo, I. & IX. erant communes.

149. De hujuſmodi annis Emboliſmicis ſcribit Paſchaſinus Lilybetanus Epiſcopus ad S. Leonem Papam, conſultus ab eodem Pontifice occaſione controverſiæ inter Latinos, & Alexandrinos tunc exortæ, inter opera S.Leonis poſt Epiſt. 2. novæ edit. Ubi ait:
„ Diutino itaque tractatu, vel ratiocina-
„ tione id verum invenimus, quòd ab Ale-
„ xandrinæ Eccleſiæ Antiſtite Beatitudini
„ Veſtræ reſcriptum eſt. Nam cùm Romana
„ ſupputatio, quæ Cyclo concluditur, cu-
„ jus ipſe, de quo agitur, erit ſexageſi-
„ mustertius annus, qui Cyclus cœpit à
„ Conſulatu Antonini, & Siagrii, nobis
„ dubietatem afferret, eò quòd VII. kal.
„ Aprilium die, dies Dominica, & Luna
„ XXI. incurreret, & iterum IX. kalend.
„ Majarum die (ut rei veritas habet) Do-
„ minica dies & Luna XIX. obveniret: In
„ hoc ambiguo fluctuantes, ad Hebræorum
„ hoc eſt, Legalem ſupputationem nos con-
„ vertimus, quæ cùm à Romanis ignoratur,
„ facilè errorem incurrunt.

150. „ Cœpit ergo Ogdoas à Conſula-
„ tu virorum Clariſſimorum Ætii iterum,
„ & Sigeſvulti, quæ clauditur anno, de
„ quo quæſtio videtur exorta. Talis ratio
„ hæc eſt. Priores duo ſunt anni commu-
„ nes, tertius Emboliſmalis, quartus &
„ quintus communes, ſextus Emboliſmalis,
„ ſeptimus communis, octavus Emboliſma-
„ lis. Pervidet ergo Apoſtolatus veſtri pru-
„ dentia, octavum annum Ogdoadis fieri
„ aliter non poſſe, niſi Emboliſmum tenea-
„ mus. Quòd ſi voluerimus illud quod ſu-
„ periùs diximus, ideſt quod primum in-
„ currit Paſcha ſeptimo kalendarum Apri-
„ lium die celebrare, communem annum fa-
„ ciemus, & incipiet omnis deinceps ſubſe-
„ quentium annorum ſupputatio vacillare.

151. „ Et ne hoc quod expoſui, Bea-
„ titudini Veſtræ obſcuritatem aliquam af-
„ ferat, ſuggerimus communes annos, apud
„ Hebræos duodecim tantum Lunas, hoc
„ eſt dies CCCLIV. habere, Emboliſmos
„ verò Lunas treſdecim habere, hoc eſt
„ dies CCCLXXXIV. Neceſſitate ergo
„ Emboliſmi cogimur id tenere quod lon-
„ gius eſt, nè à vero deviare videamur.
„ Neque nobis aut novum, aut erraticum vi-
„ deatur, cùm dies paſſionis XI. kal. Maii
„ occurrat, à qua (ſicut Græcis videtur)
„ Paſcha nomen accepit: licèt Hebrææ lin-
„ guæ Interpretes tradant Paſcha tranſitum
„ diei, quod tamen idem Joannis Evangeli-
„ ſtæ dicto firmatur, quo ait cùm de Paſ-
„ ſione loqueretur: *Cùm veniſſet hora, ut*

„ tran-

Digitized by Google

„ *tranſiret Jeſus de hoc Mundo ad Patrem*. „ Non ergo nos dies uns longiùs poſita terreat, nè cùm hanc vitamus incurramus errorem, ſicut evenit tempore Beatæ recordationis Domini mei, prædeceſſoris Apoſtolatus veſtri Zoſimi, anno Conſulatus Honorii Auguſti XI. & Conſtantii II. Tunc enim, cùm declinaretur ut ne X. kalend. Maii dies Paſchæ teneretur, celebratum VIII. die kal. Aprilis, ideſt pro Emboliſmo communis eſt annotatus, & error graviſſimus eſt ortus, in tantùm ut Myſterio certo, quod dono Sancti Spiritus miniſtratur, hæc veritas probaretur. „ *Hactenus Paſchaſinus*.

152. Ad hæc addi poteſt & altera contentionis cauſa, orta nimirùm ex eo, quòd plerique ipſum conjunctionis diem primum Lunæ numerarent, quod videntur Galli feciſſe anno DXCIII. de quibus ſupra adnotatum eſt. At Alexandrini ut ex Cyrillo tradit Paulus Foroſ. par. 1. lib. 5. cap. 2. proximum conjunctionis diem primum adnumerabant, ac fermè XIV. Lunam vocabant, quæ reverà XVI. erat, nempe quo die occidente Sole, eodem momento Luna oritur in noſtro Emiſphærio, quod intra XIV. diem contingere non poteſt, ſed intra XV. nonnunquam etiam XVI. cùm Luna nimirùm poſtremis primæ diei horis aſcendit, id quod confirmat Beda lib. de Rat. Temp. cap. 41. etſi diſſentiat Paulus Foroſomp. par. 1. lib. 1. cit. & lib. 12.

COLLATIO

Hujus Hæreſis, cum Hæreſi quorundam Evangelicorum.

153. LINDANUS in ſuo Dubitantio hunc errorem à Sabbatariis renovatum refert. Et Stanislaus Reſcius in Centuria, eoſdem vocat Paſchatitas. Ex officina Lutheri Sabbatarios & Paſchatitas, præfatum errorem hauſiſſe ſcribit idem Reſcius, & inſuper notat Dominicus Gravina tom. 1. de Præſcript. in Methodica Analyſi, & in Catalog. hæreſ. ſub lit. S. Nam Lutherus in lib. de Conciliis conatur perſuadere Principibus, Feſtum Paſchatis inter immobilia Feſta computandum, & in quamvis diem incidere queat, ſicut dies Natalis Domini & Apoſtolorum, celebrandum. Et addit Eccleſiam judaizare, & nimis ſuperſtitiosè agere, ſicut & Patres Nicænos ſe egiſſe, quòd plenilunium Martii diem Paſchatis in diem Dominicum collocaverint. Subjungit Gravina, Carolſtadium nullum Feſtum admiſiſſe niſi Sabbatum: & idem notat etiam Florimundus Remundus lib. 2. cap. 15. num. 3. in Sabbatariis, quorum ſectam natam dicit anno 1539. qui tantùm obſervare Sabbatum volebant, penitùs contempto die Dominico. Certè quotquot Anabaptiſtæ ſunt qui judaizant, in Sabbato colendo concordant cum Teſſeraſcedecatitis, ſivè Quartodecimanis hæreticis.

CAPUT VIII.

SIVE XXX.

De Alogianis, ſive Alogis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1. A*LOGIANI propterea ſic vocantur, ut tanquam ſine verbo*. Logos *enim Græcè* Verbum *dicitur, quia Dei Verbum recipere noluerunt, Joannis Evangelium reſpuentes, cujus nec Apocalypſim recipiunt: Has videlicet Scripturas negant eſſe ipſius.*

COMMENTARIUS HISTORICUS.

2. A LOGIANI *propterea ſic vocantur*) Meminerunt hujus hæreſis Epiphanius in Panario lib. 2. hæreſ. 31. Damaſcenus in lib. de hæreſ. Philaſtrius pariter de hæreſ. ſub Apoſt. cap. 13. licèt ſuppreſſo nomine. Iſidorus lib. 8. Etymolog. Nicetas Choniat. lib. 4. Theſaur. Orthod. lib. 2. de Inſtit. Cleric. cap. 58. & alii Scriptores, qui hæreticorum contexuerunt Catalogum. Alogianos porrò prodiiſſe poſt Cataphrygas, Quintillianos, & Quartodecimanos notat Epiphanius in præcit. hæreſ. 31. num. 1., & ſub num. 3. dictos vult Alogianos, veluti à Verbo alienos. *Quamobrem* inquit, *cùm Verbum à Joanne prædicatum reſpuant, Alogi, hoc eſt, à Verbo alieni, nuncupandi ſunt.*

3. De ejuſdem ſectæ Auctore nil certi apud Scriptores memoriæ proditum invenitur. Sunt autem qui exiſtimant fuiſſe Theodotum Bizantinum Coriarium, de quo plura ſcribit Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 27., & quem à Victore Papa excommunicatum refert Theodoretus lib. 2. hæret. fabul. Verùm hæc opinio non poteſt conſiſtere cum textu S. Auguſtini, qui in altera ſeparata hæreſi agit de Theodotianis ab hoc Theodoto ſic appellatis. Si enim Theodotus hujus ſectæ extitiſſet author, non in duas hæreſes ſecerniſſet Alogos, & Theodotianos. Et ideo S. Epiphanius, qui pariter diſtinguit Alogos à Theodotianis, dùm de iſtis agit in hæreſ. 54. num. 1. Appendicem fuiſſe ſcribit Alogorum hæreſis: *Theodotus*, inquit, *iterum neſcio quis emerſit, velut appendix quædam illius hæreſis, quam Alogorum nomine comprehendimus*. Si ergo appendicem dicit hæreſis Alogorum, ſequitur priorem fuiſſe hæreſim Alogorum, illâ quæ fuit Theodoti: ergo Theodotus non potuit fuiſſe Alogorum Auctor, & Princeps.

4. Alii hujus ſectæ principatum tribuunt Artemoni cuidam, cujus meminit Euſebius lib. 5. hiſtor. cap. 28. qui Chriſtum merum hominem eſſe dicebat, ut idem Euſebius ſcribit: cui opinioni adhæret Lambertus Danæus in lib. de hæreſibus cap. 30. ubi etiam tradit Theodotum, quem etiam falsò Theodotionem appellat, auditorem fuiſſe Artemonis. At neque hæc opinio veritatem aliquam præſeferre poteſt. Conſtat enim ex Euſebio loco mox cit. Theodotum præceptorem extitiſſe Artemonis, non è converſo. Etenim ſub initio cap. 28. dum agit de Artemonis hæreſi, adversùs quam quendam Anonymum ſcripſiſſe tradit. Et cùm præfatæ hæreſis ſectatores jactarent priſcos Eccleſiæ Patres, ab Apoſtolis uſque ad Zepherinum, eandem recepiſſe doctrinam, refert eundem Anonymum ſic refutaſſe, „ quomodo, *inquiens*, ens non pudet hujuſmodi „ calumniam adversùs Victorem concinnare, „ cùm certò ſciant Theodntum Coriarlum, „ qui defectionis illius Deum abnegantia, „ parens & auctor fuit, primuſquè Chriſtum eſſe nudum hominem aſſeruit, per Victorem à Communione Eccleſiæ ejectum „ fuiſſe. Nam ſi, ut ajunt, Victor eadem „ ſentiebat, quæ illorum docet impietas, „ cur Theodotum opinionis illius auctorem „ ab Eccleſia removit? „ *Hactenus Anonymus.* Itaque ſi Artemonis hæreſis auctor fuit Theodotus, non hic ab illo, ſed ille ab iſto proceſſit: ergo ſi Alogi anteriores fuerunt Theodoto, à fortiori & Artemoni: ergo Arte-

mon

mon Alogorum hæreſis neqnaquam extitit Princeps.

5. Proinde putarim qnoſdam obſcuri nominis viros, antiquam Ebionis, Cerinthi, præcedentiumque hæreticorum hæreſim adversùm Chriſti Divinitatem reaſſumpſiſſe, & evulgaſſe ferè circa Victoris tempora, quam poſtea ſectatum Theodotum & inde Artemonem, majorem in Eccleſiam excitaſſe tumultum, adeout Victor Papa juſtè commotus, proceſſerit ad excommunicandum Theodotum, totamque ſectam proſcribendam. Qua de cauſa non diù proprium retinuit nomen, dicta poſtea hæreſis Theodotianorum. Hinc circa tempora Victoris Papæ, Pepuzianorum, Teſſeraſcedecatitarum, ſivè Quartodecimanorum, hanc hæreſim emerſiſſe crederem.

COMMENTARIUS

Dogmaticus.

6. QVia *Dei Verbum*) Alii legunt, Domini Verbum, alii verò, *Deum Verbum*, & fortè rectiùs, quia non negabant Alogiani omninò aliquod non eſſe Dei Verbum, cùm conſtet eſſe loquutum: ſed negabant Deum Verbum, ideſt Verbum Deum eſſe. Hinc Damaſcenus ſecundùm verſionem Cotelerii tom. 1. Monum. Eccleſ. Græcæ: „ Alogi à nobis nominati, Evangelium, & Apocalypſim Joannis reiiciunt; „ eò quòd ipſi non admittant Denm Verbnm, „ qui à Patre profectus eſt, eſtque æternus. *Et Iſidorus lib. 8. Etymol.* Alogii, *inquit*, vocantur tanquam ſine verbo. *Logos* enim Græcè, Latinè *Verbum* dicitur. „ Deum enim Verbnm non credunt, reſpuentes Joannis Evangelinm, & Apocalypſim. Itaque de mente quoque S. Auguſtini Alogi negabant Deum Verbum, & ſic Epiphanius, *cùm Verbum à Joanne prædicatum reſpuant*. Hæc ergo prima eorum hæreſis fuit, negare Deum Verhum, & Chriſtum purum, & nudum hominem conſtituere.

7. Cùm porrò huic hæreſi ex adverſo pugnare dignoſcerent Joannis Evangelium, illud unà cum Apocalypſi reſpuerunt, aſſerentes nequaquam opera Joannis eſſe, & à Beato Apoſtolo exarata, ſed Cerinthi hæretici. Non enim audebant palam tanto Apoſtolo contradicere, proinde potiùs dicebant Apoſtoli non eſſe Evangelium, quàm eo admiſſo ejus dictis repugnare. Sic Epiphanius num. 3. inquiens: „ Pudet enim palam B. Joanni contradicere; quòd, & ipſum inter Apoſtolos fuiſſe numeratum, & à Domino præcipuè dilectum non dubitent; qui, & Sacra Myſteria pro rei dignitate patefecit, & ſupra Domini pectus incubuit. Quare aliam damnandorum Apoſtoli ſcriptorum cauſam commenti ſunt. Negant hæc Joannis „ eſſe, & Cerintho tribuunt; neceſſe digna putant, quæ ab Eccleſia probentur.

8. Notat inſuper eandem hæreſim Philaſtrius, qui, ut vertit Cotelerius in notis in lib. de hæreſ. Damaſceni tom. 1 Monnm. Eccleſ. Græcæ pag. 775. ait: „ Poſt hos ſunt Hæretici, qui & Evangelium Joannis, & Apocalypſim ipſius non accipiunt: & cùm non intelligant virtutem Scripturæ, nec deſiderant diſcere, in hæreſi permanent pereuntes, ut etiam Cerinthi illius Hæretici audeant dicere; & Apocalypſim ibidem, non B. Joannis Evangeliſtæ & Apoſtoli, ſed Cerinthi hæretici, qui tunc ab Apoſtolis Beatis hæreticus manifeſtatus, abjectus eſt ab Eccleſia. „ *Hæc Philaſtrius.* Et ita adnotant cæteri Patres, & Scriptores. Et ita Alogorum hæreſes ad duo dumtaxat reducuntur capita, nimirùm.

I. Verbum Deum non eſſe, nec Chriſtum verum Deum, ſed purum & nudum hominem.

II. Joannis Evangelium, & illius Apocalypſim, non eſſe Joannis, ſed Cerinthi.

COMMENTARIUS

In Hæreſim I.

9. VErbum *Deum non eſſe*) Prima hujus hæreſis ſemina projecerunt Ebionitæ, & Cerinthiani, de quibus locuti ſumus in prima parte in ſuis reſpectivè Commentariis. Alii quoque fuerunt, ut ibidem notavimus, qui Chriſtum Dominum ac Salvatorem noſtrum, antequam inter homines verſaretur, non ſubſtitiſſe in propriæ perſonæ differentia, nec propriam ſed paternam dumtaxat Divinitatem in ſe reſidentem habere, ut refert Euſebius lib. 6. hiſtor. cap. 33. Paulus quoque Epiſcopus Samoſateuus, ut ſuo loco dicemus, eandem ingreſſus eſt ſemitam; ſic & Arius ſuam excogitavit hæreſim negando filium Deum eſſe, & Patri conſubſtantialem: quam poſtea ſuo Alcorano inſeruit Mahumetes, & retinentuniverſi Mahumetani. Sed adversùs hanc hæreſim plura jam allata ſunt in prima parte, & diffuſiùs ſermo redibit dùm agemus adversùs Arianos, ideo hic repetere omittimus.

COMMENTARIUS

In Hæreſim II.

10. J*Oannis Evangelium*) S.Epiphanius convincit Alogos, Evangelium præſatum non eſſe Cerinthi, ex eo quia doctrinam continet everſivam hæreſis ejuſdem Cerinthi. „ Quì enim fieri poteſt, *inquit*, ut hæc à Cerintho ſcripta ſint, quæ Cerintho potiſſimùm repugnant? Hic enim recentem, ac nudum hominem eſſe Chriſtum aſſeruit. Contrà Joannes perpetuò fuiſſe Verbum, atque è Cœlo delapſum, & carnem eſſe factum pronunciat. „ Hæc Epiphanius, & teſtatur S.Hieronymus in lib. de Scriptor. in Joanne, directè S. Apoſtolum Evangelium ſuum ſcripſiſſe, rogatum ab Epiſcopis Aſiæ, adversùs hæreſim Ebionis & Cerinthi. „ Noviſſimus omnium, *inquit*, ſcripſit Evangelium, rogatus ab Aſiæ Epiſcopis, adversùs Cerinthum alioſque hæreticos, & maximè tunc Ebionitarum dogma conſurgens, qui aſſerunt Chriſtum ante Mariam non fuiſſe. „ *Hæc D.Hieronymus*.

11. Cæterum Euſebius lib.3. hiſt. cap.25. Joannis Evangelium inter eas adnumerat Scripturas omnium conſenſu receptas. Et cap. 24. agens de ordine Evangeliorum, cauſas recenſet cur Evangeliſtæ, inter quos Joannes, Evangelium ſuum ſcripſerint. Idem ex Irenæo repetit lib. 5. cap. 8. & denique lib. 6. cap. 25. de quatuor Evangeiiis, citat Origenem in primo lib. expoſit. in Evangel. Matthæi hæc dicentem: „ Sicut ex traditione accepi de quatuor Evangeliis, quæ ſola in univerſa Dei Eccleſia, quæ ſub Cœlo eſt, citra controverſiam admittuntur. Primum ſcilicet Evangelium ſcriptum eſſe à Matthæo, priùs quidem publicano, poſtea verò Apoſtolo Jeſu Chriſti, qui illud Hæbraico Sermone conſcriptum, Judæis ad fidem converſis publicavit. Secundum fuiſſe accepimus Evangelium Marci, qui prout Petrus ipſi expoſuerat, in literas retulit. Atque idcircò Petrus in Epiſtola Catholica, eum filium ſuum agnoſcit his verbis: *Salutat vos electa Dei Ecclesia, quæ eſt in Bàbylone, & Marcus filius meus*. Tertium Evangelium Lucæ, quod à Paulo commendatur, in gratiam Gentilium conſcriptum. Poſtremum verò Evangelium Joannis. „ *Hactenus Origenes apud Euſeb. loc. cit.*

12. Porrò Irenæus lib. 3. adverſ. hæreſ. cap. 11. horum quatuor Evangeliorum rationem aſſignans, ait: „ Quoniam enim quatuor Regiones Mundi ſunt in quo ſumus, & quatuor Principales Spiritus, & diſſeminata eſt Eccleſia ſuper omnem terram, columna autem & firmamentum Eccleſiæ eſt Evangelium & Spiritus vitæ, conſequens eſt quatuor habere eam columnas undique flantes incorruptibilitatem, & vivificantes homines. „ Hanc eandem cauſam afferre videtur etiam S. Auguſtinus in lib.1. de Conſenſu Evangeliſtarum, inquiens: „ Iſti quatuor Evangeliſtæ univerſo terrarum Orbe notiſſimi, & ob hoc ſortaſſe quatuor, quoniam quatuor ſunt partes Orbis terræ, per cujus univerſitatem Chriſti Eccleſiam dilatari ipſo ſui numeri Sacramento declararunt.

13. Deinde B. Hieronymus in Epiſtola ad Paulinum quatuor hæc Evangelia, quatuor de Paradiſo exeuntibus adſimilat fluminibus, dùm ait: „ Rurſus per illos quatuor, Eccleſiam inſtar Paradiſi quatuor flumina eructare, quatuorque angulos, & annulos habere, per quos, quaſi Arca Teſtamenti, & cuſtos legis Domini, lignis immobilibus vehitur. „ *Hæc Hieronymus*, qui poſtea ſubjungit eſſe quoque figurata per quatuor animalia deſcripta in Apocalypſi, ac in Ezechielis volumine, de quibus Seduliua Presbyter cecinit.

Hoc Matthæus agens, hominem generaliter implet:
Marcus ut alta fremit, vox per deſerta Leonis:
Jura Sacerdotii Lucas tenet ore Juvenci:
More volans Aquilæ, verbo petit aſtra Joannes.
Quatuor hi Proceres unâ te voce canentes,
Tempora ceù totidem latum ſparguntur in Orbem.

14. Idem S. Hieronymus in lib. de ſcriptoribus agens de Joannis ſcriptis, præter cauſam ſupra relatam conſcribendi Evangegelium, adversùs nimirum Cerinthi hæreſim & Ebionitarum, aliam quoque conſignat, inquiens: „ Sed, & aliam cauſam hujus ſcripturæ ferunt, quòd quum legiſſet Matthæi, Marci, & Lucæ volumina, probaverit quidem textum hiſtoriæ, & vera eos dixiſſe firmaverit, ſed unius tantùm anni, in quo & paſſus eſt, poſt carcerem Joannis hiſtoriam texuiſſe. Prætermiſſo itaque anno, cujus acta à tribus expoſita fuerant; ſuperioris temporis, antequam Joannes clauderetur in carcerem, geſta narravit, ſicut manifeſtum eſſe poterit his, qui diligenter quatuor Evangeliorum volumina legerint.

15. Confirmantur hæc ex iis, quæ habet Euſebius lib. 3. hiſt. cit. cap. 24. ubi primùm de Joannis ſcriptis verba faciens, ait: „ Iàm verò ejuſdem Apoſtoli ſcripta, quæ

„ om-

Digitized by Google

„ omnium conſenſu ei adſcribuntur recenſe-
„ amus. Et primò quidem Evangelium ipſi-
„ us vniverſis per Orbem Terrarum Eccleſi-
„ is notiſſimum, ſine ulla dubitatione ſuſci-
„ piendum eſt. „ Et poſt plura agens de
aliis Evangeliſtarum ſcriptis Evangeliis, ſub-
jungit: „ Proinde Joannes quidem res à
„ Chriſto geſtas, priuſquam Joannes Bapti-
„ ſta cuſtodiæ mancipatus fuiſſet, Evange-
„ lio ſuo complectitur, reliqui verò tres
„ Evangeliſtæ res Chriſti geſtas, ex quo
„ Baptiſta conjectus eſt in Carcerem, per-
„ ſequuntur. Quod quicumque attentiùs
„ obſervaverit, nequaquam Evangelia inter
„ ſe diſſidere poſthac exiſtimabit: quippe
„ cùm Joannis quidem Evangelium initium
„ Actuum Chriſti, cætera autem Evange-
„ lia ſequentis temporis hiſtoriam conti-
„ neant, & ſeriem quidem ipſam generis
„ Chriſti ſecundùm carnem, ut pote à Mat-
„ thæo & Luca priùs traditam, Joannes
„ meritò prætermiſit. Ab ipſa verò ejus di-
„ vinitate ſumpſit initium, quippe quæ à
„ Spiritu Sancto ipſi, tanquam præſtantiori
„ fuiſſet reſervata.

16. Alogorum autem fundamentum erat diſcordantia Evangelii Joannis ab Evangeliis Matthæi, Marci, & Lucæ. Nam Joannes prætermittit Joannis Baptiſtæ Conceptionem, B. Virginis Annunciationem, Chriſti nativitatem in Bethlehem, Circumciſionem, Magorum adventum cum muneribus ad Chriſtum, Pueri fugam in Ægyptum, Infantium cædem, reditum Jeſu ex Ægypto in Nazareth, Pueritiæ exercitium ſub parentibus, Joannis Baptiſtæ Baptiſma ejuſque Conciones, Chriſti Jejunium, & Diabolicas in deſerto tentationes, & alia, de quibus alii Evangeliſtæ ſcripſerunt.

17. Deinde Joannes ſcribit primum Chriſti miraculum factum eſſe in Cana Galilææ, cùm deficiente vino ad nuptias, aqua converſa eſt in vinum, nam ait: *Hoc enim initium ſignorum Jeſu in Cana Galilææ*. At Lucas aliud narrat miraculum longè ante à Chriſto adhuc puero factum, cùm anno duodecimo ætatis ſuæ monſtravit Divinam Sapientiam ſuam in medio Doctorum ſedens, & diſputans magno omnium audientium ſtupore. Et ſimiliter Joannes refert ſecundum Chriſti miraculum, cùm paralyticum Centurionis filium ſanavit: quando Lucas multa alia miracula ante hoc facta à Chriſto deſcribit. Denique Joannes duo à Chriſto celebrata Paſchata commemorat, cùm unius dumtaxat cæteri Evangeliſtæ mentionem fecerint. Hæc itaque Alogi arguebant, apud Epiphanium in hæreſ. 51. ut probarent Joannis Evangelium, minimè eſſe à tanto Apoſtolo exaratum.

18. At idem Epiphanius reſpondet inſulſa eſſe hujuſmodi argumenta: „ Ete-
„ nim Sanctiſſimus hic Evangeliſta, *ait nu.* 19.
„ ordine ac ſucceſſione quartus, ac tametſi
„ primus eſſet omnium, ſcribendi tamen
„ tempore poſtremus, quæ ante ſe preclarè
„ erant aliorum operâ digeſta repetere no-
„ luit, ſed ante ea, quæ jam dicta fuerant,
„ quæ non erant dicta propoſuit. Matthæus
„ quidem ab Abrahamo ſcribendi initio fa-
„ cto, poſt incunabula Chriſti, & alterum
„ à Natali ejus annum, narrationem perte-
„ xuit. Marcus verò ab Anno XV. Tiberii,
„ circumſcriptis medii temporis rebus ge-
„ ſtis, exorſus eſt. At Lucas altiùs iſta re-
„ petens, ab eo tempore cœpit, quod Chri-
„ ſti ortum anteceſſit, & tam hujus quàm
„ Joannis, in Mariæ atque Elizabeth utero
„ conceptum expoſuit.

19. „ Joannes denique poſtremus acce-
„ dens altiſſimè omnium narrationem arceſ-
„ ſit, & quæ Chriſti temporariâ illâ gene-
„ ratione priora ſunt, ſtabilire ac munire
„ inſtituit. Spiritalia enim fermè ſunt, quæ
„ ille memoriæ commendavit; cum quæ ad
„ Corpus attinerent, abundè eſſent aliorum
„ ſcriptis corroborata. Quamobrem Spirita-
„ lem de Divino illo dono narrationem ag-
„ greditur, quod initio carens omni ab
„ cœleſti in nos Patre transfuſum eſt, & de
„ hujus conſilio, ac voluntate in Beatam
„ Virginem illapſum, atque in Virgineo
„ ejus gremio cum carne conjunctum. Cæ-
„ teri porrò ita iiſdem illis conſentanea di-
„ xerunt, ut id quod erat neceſſe, po-
„ tiſſimùm ſpectarent. Joannes verò, ejus
„ quod ſibi propoſuerat, rationem habuit.
„ Ita fit, ut ex quatuor Evangeliis, eorum
„ quæ ad Chriſti carnem, & ad Divinita-
„ tem attinent, accurata nobis veritas ac
„ certiſſima conſtet. „ *Hæc Epiphanius*. Et
hoc idem notavimus ex Euſebio ſupra cit. ſub num. 15.

20. Neque ulla eſt contradictio inter Joannem & Lucam, ex quo Joannes dicat primum ſignum Jeſum feciſſe in Cana Galilææ, cùm Lucas alia ante hoc deſcribat ſigna. Nam Joannes non dicit illud fuiſſe primum omninò ſignum, ex eo tempore quo Chriſtus natus, ſed primum ſignum poſt receptum Baptiſmum, hoc eſt poſtquam in Jordane à Joanne baptizari voluit, & poſtquam diſcipulos aſſumpſerat. Sic idem Epiphanius notat ſub num. 31. ubi ait: „ Sed ubi ma-
„ jora illa, perfectioraque miracula, prædi-
„ cationis ſuæ tempore eſt aggreſſus. *Hoc*,
„ inquit, *primum ſignum fecit Jeſus in Cana*
„ *Galilææ*. Non ante Baptiſmum, ut ſæpe
„ dixi, ſed tum primùm id accidit, poſt-
„ quam à tentatione reverſus eſt, tertiâ die
„ poſt biduum illud, quo ambo apud ipſum
„ hæſere Joannis Diſcipuli, qui & audierunt
„ illum & ſecuti ſunt. Statim enim bi-
„ duum, quo apud illum iſti commorati
„ ſunt, ſubiicit. *Et abiit in Galilæam, &*
„ *inveniens Philippum dixit; Sequere me.*
„ Deio-

„ Deinde. *Tertiâ die Nuptiæ ſactæ ſunt in*
„ *Cana Galilææ.* „ Hæc Epiphanius. Et ſe-
cundùm eundem ordinem, Paralytici curatio-
nem appellat Joannes ſecundum Miraculum,
dum ait, cap. 2. *Hoc iterum ſecundum ſecit*
ſignum, cùm veniſſet à Judæa in Galilæam.

21. Ad illud verò de unico Paſchate,
commemorato ab aliis Evangeliſtis, & duo-
bus à S. Joanne, reſpondet S. Epiphanius,
non duo ſed tria Paſchata eſſe à Joanne
commemorata, adjuncto illo Paſchate in quo
Chriſtus paſſus eſt. „ Nec illud, *inquit*,
„ ineptiſſimi homines animadvertunt; non
„ duo ſolùm in Evangelio Paſchata com-
„ prehendi, ſed ad priora illa duo tertium
„ accedere, in quo Salvator eſt paſſus; ut
„ omninò tria ſint toti illi prædicationis
„ tempori tribuenda. „ Deinde hoc probat
ex computo annorum à Chriſto nato ad an-
num primum ſuæ prædicationis, inquiens:
„ Etenim ſtatim, ut à Jordane digreſſus eſt,
„ *erat*, ut à Luca ſcriptum eſt, *Jeſus in-*
„ *cipiens eſſe quaſi annorum XXX.*, *filius ut*
„ *putabatur Joſeph, qui fuit Eli*. Anno
„ quippe Auguſti Imperatoris XLII. Natus
„ eſt Chriſtus, qui erat XXIX., ex quo
„ Romani ſibi Judæos adjunxerant. Siqui-
„ dem Auguſtus XIII. annis imperavit, an-
„ tequam Judæa penitùs eſſet Romanis ad-
„ juncta. Quanquam poſt annos ferè, quàm
„ imperare cœperat, plus minus quatuor,
„ fœdus inter Romanos ac Judæos initum
„ fuerat, auxiliaque ſubmiſſa. Quin &
„ Procurator in Judæa conſtitutus, ac non-
„ nihil tributorum quinque propemodum
„ annis indictum, donec Romanorum di-
„ tioni ceſſit penitùs, & omnino vectiga-
„ lis eſt facta, cùm jam Principes è Tribu
„ Judæ defeciſſent, & Herodes ex Genti-
„ bus, ſed tamen Proſelytus, Regnum obti-
„ neret.

22. „ Poſtea verò Chriſtus Bethlehemi
„ Judææ natus eſt, & ad auſpicandam præ-
„ dicationem prodiit, quo tempore Chriſti
„ Duces planè deſierant; qui quidem ad
„ Alexandrum uſque Principem, & Saali-
„ nam, quæ & dicta eſt Alexandra, per-
„ ſtiterunt. Ea verò cuncta ab eo tempore
„ cœpere, quo Chriſtus Bethlehemi natus
„ eſt; anno totius Imperii Auguſti XLII.
„ qui erat nonus à Procuratione Antipatri
„ Herodis parentis, cùm Romanos inter
„ ac Judæos amicitia foret, ac nonnulla Tri-
„ buta penderentur, & quarto jam anno
„ Herodes eſſet ab Auguſto præpoſitus. Qui
„ cùm annos in ea adminiſtratione quatuor
„ exegiſſet, Antipater verò illius Pater quin-
„ que ferè Procurationis perſunctus eſſet,
„ tandem Judæa prorſus Romanorum pote-
„ ſtati ceſſit, ad Herodis annum XXXIII.
„ Auguſti verò XLII. cùm, ut diximus,
„ Judæa eſſet omnis occupata, ac jam XXIX.
„ annis Romanis facta vectigalis, poſtquam
„ & Antipater Herodis parens Procuratio-
„ nem geſſit, & Herodes poſt illum Judææ
„ Rex ab Auguſto creatus eſt.

„ I. Acta hæc ſunt Octavio Auguſto XIII.
„ & Silano Coſſ. ſecundùm quos hi dein-
„ ceps extitere Conſules.
„ II. Lentulus, & Piſo II.
„ III. Lucius Cæſar, & Paulus.
„ IV. Vinucius, & Varus.
„ V. Lamia, & Servilius Nōmius.
„ VI. Magnus Pompejus, & Valerius.
„ VII. Lepidus, & Aruntius.
„ VIII. Cæſar, & Capito.
„ IX. Creticus, & Nerva.
„ X. Camillus, & Quintilianus.
„ XI. Camerinus, & Sabinus.
„ XII. Dolabella, & Sylvanus.
„ XIII. Lepidus, & Taurus.
„ XIV. Flaccus, & Sylvanus.
„ XV. Sexti duo.
„ XVI. Pompejus Magnus, & Apulejus.
„ XVII. Brutus, & Flaccus.
„ XVIII. Taurus, & Libo.
„ XIX. Craſſus, & Rufus.
„ XX. Tiberius Cæſar II., & Druſus Germa-
„ nicus II.
„ XXI. Silanus, & Balbus.
„ XXII. Meſſala, & Gratus.
„ XXIII. Tiberius Cæſar III., & Druſus Ger-
„ manicus III.
„ XXIV. Agrippa, & Balbus.
„ XXV. Pollio, & Verus.
„ XXVI. Cethegus, & Varus.
„ XXVII. Agrippa II., & Lentulus Galba.
„ XXVIII. Getulicus, & Sabinus.
„ XXX. Craſſus, & Piſo.
„ XXX. Silanus, & Nerva.

23. „ Annos babes abſolutos XXX. Nos
„ autem Conſulatus iſtos ſingillatim ideo
„ percenſere ſtuduimus, ut lectores intelli-
„ gant nihil in Sacro veritatis dogmate
„ commentitium eſſe, ſed ab Eccleſia quàm
„ accuratiſſimè univerſa prædicari. Quis
„ enim ad hanc Coſſ. ſeriem, quâ nihil cer-
„ tius eſt, oculos adiiciens, non eos con-
„ demnet, qui in annorum numero ab Evan-
„ geliſtis expreſſo, diſcrepantiam eſſe ullam
„ exiſtimant? Propterea nimirum, & prio-
„ res illæ Hæreſes interciderunt, quæ illas
„ Aeonum triginta fabulas confixerant, cæ-
„ teraque id genus ex tricenario Salvatoris
„ annorum numero Allegoricè deduxerant,
„ quibus ad Aeonum ac Principatuum nu-
„ gas illas deſcribendas abuterentur.

24. „ Anno quippe ab Incarnatione
„ adventuque ſuo XXXIII. conſtat unige-
„ nitum Dei filium eſſe paſſum. Qui tametſi
„ pati per ſe ſe nihil poſſet, utpote Ver-
„ bum Dei de Cœlo delapſum, nihilominus
„ ſuſceptâ pro nobis carne mortem perpeti
„ voluit, ut mortis adversùm nos Chiro-

„ gra-

„ graphum ſolveret. Quò circa poſt eoa „ Coſſ. qui in annum illius XXX. incidunt, „ par aliud Coſſ. ſequitur, Germinorum „ duorum; deinde Rufi, ac Rebellionis. „ Quibua ſucceſſere Coſſ. Vinicius, & Longinus Caſſius; ſub quibus Salvator paſſus „ eſt A. D. XIII. Kal. April. Ex quo illorum „ omnium convincitur error, & certiſſima „ veritatia doctrina monſtratur, non duo „ ſolùm in Scripturis Paſchata, ſed & tria re„ periri.

25. „ Cùm enim Januario menſe natua „ eſſet VIII. Idus Januar., qui eſt apud Roma„ noa Januarii diea VI. Ægyptiis porro Tybi „ XI., Syris ſive Græcia Audynæi VI., Cy„ priis ſive Salaminiis quinti menſis dies „ V., Paphiis Julii XIV., Apud Arabea verò „ Aleom XXI., Cappadocibus Atartæ XIII., „ Hebræis Tebeth XIII., Athenienſibus Mæ„ macterionis VI., omnes illoa, quos ſupra „ recenſuimua, XXIX. integros Conſulatua „ percurrit. Sub trigeſimo deinde Conſula„ tu, menſe X. ad Joannem acceſſit, ab eo„ que baptizatus eſt, anno à Natali ſuo „ XXX. Athyr, ſecundùm Ægyptioa XII. „ VI. Idua Novembr. Græcia verò Dii VIII. „ Salaminiis, ſive Conſtantienſibus, tertii „ Choeac VI. Paphiis Apogonici XVI. Ara„ bibua Angalthabaith XXII. Macedonibus „ Apellæi XVI. Cappadocibus Aratatæ XV. „ Athenienſibua Metagitnionia VII. Hebræis „ Marcheſuvan VII. Cui quidem ſententiæ „ Lucæ quoque ſuffragatur Evangelium, in „ quo iſta leguntur: *Erat autem Jeſus in„ cipiens quaſi annorum XXX., Filius ut pu„ tabatur Joſeph.* Poſt hæc à XII. die Athyr „ prædicavit annum acceptabilem Domino. *Hæc omnia Epiphanius.*

26. At occaſione hujua doctrinæ, opere pretium eſt nonnulla adnotare, quæ ſpectant ad verum diem, menſem, & annum Natalis D. N. Jeſu Chriſti, ac cjus Sacratiſſimæ paſſionis, nihil tamen de noſtro definiendo, ſed aliorum opiniones dumtaxat referendo, ut lector eam ſibi deligat, quam juxta proprium captum probabiliorem exiſtimet. Nam valde difficile eſt, aliquid certi definire, cùm quamplures Doctiſſimi viri, ac etiam Patres Eccleſiæ non facilè concordare inter ſe comperiantur, in omnibus quæ ad præfatum ſpectant tempus, aliter ac aliter definientes.

27. Et primò quò ad diem Natalis, Epiphanius mox cit. in ea eſt ſententia, Dominum natum eſſe VIII. Idua Januarii, ideſt die VI. Januarii, unde Ægyptii Feſtum Nativitatis D. N. Jeſu Chriſti celebrant die VI. Januarii, quæ apud nos eſt dies qua Feſtum Epiphaniæ celebramus. Hanc tamen opinionem refellit S. Hieronymus lib. 1. in Ezechielem cap. 1. ſuper illa verba: *Factum eſt Verbum Domini ad Ezechiel filium Buzi*, ubi ait: „ Illud quoque intelligendum, quòd „ in trigeſimo ætatis ſuæ anno Dominus ad „ Baptiſma venerit in quarto menſe, qui „ apud nos vocatur Januarius, & eſt in an„ ni primus exordio, præter Niſan menſem „ novorum, in quo Paſcha celebratur. Apud „ Orientalea enim populoa, poſt collectio„ nem frugum, & torcularia, quando deci„ mæ deferebantur in Templum, October „ erat primua menſia, & Januariua quartus. „ Quintam autem diem menſis adjungit, ut „ ſignificet Baptiſma, in quo aperti ſunt „ Chriſto Cœli: & Epiphaniorum dies huc„ uſque venerabilis eſt, non ut quidam pu„ tant, Natalis in carne; tunc enim abſcon„ ditus eſt, & non apparuit. Quod huic „ tempori congruit, quando dictum eſt. „ *Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi com„ placui.* „ *Hactenus S. Hieronymus.*

28. Et hunc morem ſervatum eſſe in Ægypto celebrandi diem Natalia Domini, eodem quo celebratur Feſtum Epiphaniæ, ideſt VI. die Januarii, teſtia eſt Caſſianus Collat. 10. cap. 2. inquiena: „ Intra Ægypti regionem „ mos iſte antiquâ traditione ſervatur, ut „ peracto Epiphaniorum die, quem Provin„ ciæ illiua Sacerdotes, vel Dominici Ba„ ptiſmi, vel ſecundùm carnem Nativitatis „ eſſe definiunt, & idcircò utriuſque Sacra„ menti Solemnitatem non bifariè, ut in oc„ ciduis Provinciis, ſed ſub una diei hujus „ Feſtivitate concelebrant, Epiſtolæ Ponti„ ficia Alexandrini per univerſas dirigantur „ Ægypti Eccleſias, quibua & initium qua„ trageſimæ, & dies Paſchæ non ſolùm per „ Civitates omnes, ſed etiam per univerſa „ Monaſteria deſignetur. „ *Hæc Caſſianus*, quem etiam citat Iſidorus lib. 1. de offic. Eccleſ. cap. 26. ubi ait: „ Refert autem „ Caſſianus apud Ægyptios Nativitatis diem, „ & Epiphaniorum Solemnitatem, non bifa„ rie, ut in occiduia Provinciis, ſed unius „ diei Feſtivitate celebrari. „ Hinc Gennadiua in libro de Script. ſive in Catal. Virorum Illuſtrium ſcribit Timotheum Epiſcopum, certè Alexandrinum, recitaſſe orationem Natalis Domini in die Epiphaniæ: *Timotheus Epiſcopus*, inquit, *compoſuit librum de Nativitate Domini ſecundùm carnem. Credit in Epiphania factam.* Et ſane non alia de cauſa, niſi quia eodem die utrumque Feſtum calebrari conſuetum erat.

29. Porrò Zonaras tom. 3. Annalium agens de Juliano, refert ingreſſum ejua in Eccleſiam die Natalia Domini, quem Ammianus Marcellinus appellat diem Epiphaniæ lib. 21., de eodem agens Juliano. Nam Zonaras ait: *Ipſe verò Natali Salvatoris die Eccleſiam ingreſſus, cùm adoraſſet, quò ejuſdem cum Militibus religionis eſſe videretur, diſceſſit.* Ammianus verò ſcribit: *Feriarum die, quem celebrantes Menſe Januario Chriſtiani Epiphaniam dictitant, progreſſus in eorum Eccleſiam, ſolemniter Numine orato diſceſſit.* Ex quibus manifeſtum fit, eodem die conſueviſſe Orientales,

tales, & præcipuè Ægyptios, celebrare Do-
mini Natalem, atque Epiphaniam.

30. Cæterum S. Joannes Chryſoſtomus,
erraſſe Orientales oſtendit, conſundendo Epi-
phaniæ diem, cum die Natalis Domini. Ete-
nim in homilia de Nativitate Domini, ait:
„ Nos ergo dicimus, quia hodie Chriſtus
„ natus eſt, in Epiphaniis renatus eſt. Vos
„ ſtruite nobis generationem, & regenera-
„ tionem; Vos qui dicitis in Epiphaniis na-
„ tum. Quando ergo accepit Baptiſmum,
„ niſi verum eventum dicitis, ut in eadem
„ die, & natus ſit, & renatus. Prædicatio-
„ ni noſtræ etiam Creatura conſentit: Mun-
„ dus ipſe Teſtis vocis noſtræ. „ Et ideo Iſido-
rus lib. 6. Originum cap. 18. ad evitandam
confuſionem exortam ex voce Epiphaniæ,
duplieem diſtinguit Epiphaniam, inquiens:
„ Duæ ſunt autem Epiphaniæ. Prima, in qua
„ natus Chriſtus, Paſtoribus Hebræorum An-
„ gelo nunciante apparvit: ſecunda, in qua
„ ex Gentium populis Stella indice præſe-
„ pis cunabula Magos adoraturos exhibuit.
Hoc pacto quoque Ruffinus duas videtur
diſtinxiſſe Epiphanias, dum Gregorii Nazi-
anzeni orationi 39. præfixit Titulum, *De
ſecundis Epiphaniis*. Et Nicetas in Notis ad
eandem orationem, dicit Theophaniam eſſe
Divinitatis, Natalem verò Humanitatis:
Theophania, inquit, *eſt Divinitatis*: *Nati-
vitas, Humanitatis*. Immò S. Ambroſius tom. 3.
ſerm. 18. de S. Epiphania, Nativitatem quo-
que, ſecundam Epiphaniam appellat, in-
quièns: „ Ratio enim exigit, ut poſt diem
„ Natalis Dominici, licèt interpoſitis annis,
„ eodem autem tempore, hæc Feſtivitas ſe-
„ queretur, quam & ipſam Feſtivitatem Na-
„ talem appellandam puto. Tunc enim na-
„ tus hominibus, hodie renatus eſt Sacra-
„ mentis: tunc per Virginem editus, ho-
„ die per Myſterium generatus.

31. Proinde communis priſcorum Pa-
trum ſententia eſt, Chriſtum Dominum na-
tum eſſe VIII. kalendas Januarias, ideſt die
XXV. Decembris in ſolſtitio hyemali, pro-
ut ſoliſtitium adnotatum ſuerat à Julio Cæ-
ſare, & Octaviano Auguſto, ut referunt
Plinius, & Columella. Ad quòd tempus al-
ludit S. Auguſtinus ſerm. 21. de Sanctis
dùm ait: „ Si ergo intelligimus Myſterium,
„ ſratres Mei, Joannes homo eſt, Chriſtus
„ Deus eſt. Humilietur homo, ut exalte-
„ tur Deus, ſecundùm illud, quod de Do-
„ mino ipſe Joannes dixit. *Illum oportet
„ creſcere*, *me autem minui*. Ut humiliaretur
„ homo, hodie natus eſt Joannes, quo in-
„ cipiunt decreſcere dies. Ut exaltetur De-
„ us, eo die natus eſt Chriſtus, quo in-
„ cipiunt creſcere dies. „ Et in ſermone 22.
de Tempore, qui eſt 18. de Navitate Do-
mini. „ Elegit ſibi, *inquit*, in qua naſce-
„ retur, diem, qui fecit omnem diem, &
„ non ſine gratia prælationis cæteris eſt die-
„ bus habendus hic dies, in quo Deus in
„ hominem docetur fuiſſe permotus. Denique
„ ex hodierno dies accepit incrementum, &
„ agumenta ſumit curſus ſui, qui electus
„ eſt ad gloriam Dei naſcituri. Conceptus
„ eſt in æquinoctio verno, & natus eſt ſol-
„ ſtitio hyberno. Et quâ die eſt conceptus
„ in utero Virginis, in ipſa reſurrexit ab
„ inſeris cum gloria paſſionis. Et in Con-
„ ceptu tamen, & in Nativitate ejus, dies ac-
„ cepit incrementum, & naſcente verà luce,
„ lucis & diei augumentatur officium.

32. Die porrò XXV. Decembris aper-
tis verbis natum ſcribit in pſal. 132. ſuper
illa verba: *Sicut ros Hermon*, *qui deſcendit
ſuper Montem Sion*, ubi ait. „ Hominis
„ diſpenſatio minor, minorque fiebat, quæ
„ ſignificatur in Joanne. Dei diſpenſatio in
„ Domino noſtro Jeſu Chriſto creſcebat,
„ quod & Natalibus eorum oſtenditur.
„ Nam ille natus eſt, ſieut tradit Eccleſia,
„ VIII. kalendas Julias, cùm jam incipiunt
„ minui dies: Dominus autem natus eſt VIII.
„ Kalendas Januarias, quando jam dies in-
„ cipiunt creſcere. Et hanc eſſe Eccleſiæ
Traditionem ſcribit idem Sanctus Doctor
lib. 4. de Trinit. cap. 5. inquiens: „ Nec
„ immeritò in ædificatione corporis Domi-
„ nici, in eujus figura Templum à Judæis
„ deſtructum, triduò ſe reſuſcitaturum eſſe
„ dicebat, numerus ipſe ſenarius pro anno
„ poſitus intelligitur. Dixerunt enim: Qua-
„ draginta, & ſex annis ædificatum eſt Tem-
„ plum, & quadragies ſexies ſeni, fiunt du-
„ centi ſeptuaginta ſex. Qui numerus die-
„ rum eomplet novem Menſes, & ſex dies,
„ qui tanquam decem Menſes parientibus
„ fœminis imputantur: Non quia omnes ad
„ ſextum diem poſt nonum Menſem perve-
„ niunt, ſed quia ipſa perfectio corporis Do-
„ mini tot diebus ad partum perducta com-
„ peritur, ſicut à Majorihus traditum ſuſci-
„ piens Eccleſiæ cuſtodit Auctoritas. VIII.
„ enim Kal. Aprilis conceptus ereditur,
„ quo & paſſus: ità monumento novo, quo
„ ſepultus eſt, ubi nullus erat mortuorum
„ poſitus, nec ante nee poſtea, congruit
„ uterus Virginis quo conceptus eſt, ubi
„ nullus ſeminatus eſt mortalium. Na-
„ tus autem traditur VIII. Kal. Janua-
„ rias. Ab illo ergo die uſque ad iſtum, com-
„ putari ducenti ſeptuaginta & ſex reperiun-
„ tur dies, qui Senarium numerum quadra-
„ gies ſexies habent. „ *Hactenus S. Augu-
ſtinus*.

33. Confirmat fuiſſe Apoſtolieam tradi-
tionem, præallegato die Dominum natum,
Chryſoſtomus in ſua de Nativitate Domi-
ni Homilia, ubi ait: „ Alii putant quòd
„ in Epiphaniis naſcitur. Non damnemus
„ aliorum opinionem, noſtram ſequimur
„ doctrinam. Unuſquiſque in ſuo ſenſu abun-
„ dat. Et forſitan revelabit unicuique Do-
„ mi-

Digitized by Google

„ minus. Et illi, qui dicunt tunc naſci Salvatorem, & nos qui hodie dicimus naſci, unum Dominum colimus, unum Infantulum ſuſcipimus. Sed videamus, quia rationabilius ratio noſtra non reprehendit alios, ſed nos probat: non ſunt noſtra, quæ loquimur, Majorum ſententia eſt, univerſus Mundus contra hujus Provinciæ opinionem loquitur. Dicat aliquis: hic Chriſtus natus eſt; ergo magis illi ſciunt qui longè, quàm iſti qui prope ſunt? Vobis qui dixerunt? Qui ſunt in iſta Provincia; utique Apoſtoli Petrus, & Paulus, & cæteri Apoſtoli. Vos ejeciſtis, nos ſuſcepimus. Petrus, qui hìc fuit cum Joanne, qui hic fuit cum Jacobo, nos in Occidente docuit: & veſtri igitur & noſtri, Apoſtoli magiſtri ſunt. „ *Hæc Chryſoſtomus*.

34. Præterea apud Orientales celebratum fuiſſe Feſtum Nativitatis Domini, die XXV. Decembris qui eſt dies XXIX. menſis Choeac, tempore Concilii Epheſini; liquet ex Titulo Homiliæ Pauli Emiſeni, quæ extat par. 3. Concilii Epheſini cap. 31. qui ita ſe habet: *Homilia Pauli Epiſcopi Emiſeni, habita vigeſimonono die menſis Choeac in magna Alexandriæ Eccleſia, præſente B. Cyrillo, de Nativitate Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti*. Et quòd eo die, quo fuit recitata præfata homilia, crederent Dominum Jeſum natum, ipſamet Homiliæ verba demonſtrant. Nam inquit ibi Emiſſenus: „ Opportunum eſt hodierno die veſtram pietatem hortari, ut Sacrum quendam nobiſcum chorum conſtituatis, unàque cum Sanctis Angelis exclamemus: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas*. Nam hodie Puerulus nobis natus eſt, in quo univerſa viſibilis, inviſibiliſque Creatura ſolidam ſalutis ſpem obtinet. Hodie ſupernaturale Puerperium editur, & Virginis nuptiarum experta ſolvitur Partus.

35. Extat inſuper teſtimonium Auctoris Apoſtolic. Conſtitutionum lib. 5. cap. 13. dicens: „ Dies Feſtos obſervate, fratres; ac primùm quidem diem Domini Natalem, qui à vobis celebretur vigeſimaquintâ noni menſis. Poſt hunc diem, dies Epiphaniæ ſit vobis maximè honorabilis, in quo Dominus nobis Divinitatem ſuam patefecit. „ *Hæc ibi*. Computatur menſis nonus numerandus ab Aprili, tanquam à primo menſe Eccleſiaſtico non civili, cujus initium ſumitur ab æquinoctio verno, adeout major pars primi menſis, idest Niſan, complectatur Aprilis dies. Et ideo Auctor operis Imperfecti in cap. 24. Matthæi verſ. 22. ait: „ Ab æquinoctio vernali duodecimi menſis, incipiunt paulatim tepeſcere aëres per ſingulos dies, uſque ad menſem tertium, & dies fieri noctibus longiores. Item ab æquinoctio autumnali menſis ſeptimi incipiunt paulatim iterum frigeſcere aëres per ſingulos dies, & noctea fieri longiorea diebus, uſque ad menſem nonum, quando celebratur Chriſti Natalis.

36. Joannes Baptiſta Cotelerius in Notis ad cap. 13. cit. lib. 5. Apoſtolic. Conſtit. plura ad rem noſtram affert, nos verò nonnulla ſubiiciemus, quæ ex ineditis codicibus eruditus vir hauſit. Et primò id quod refert ex Chronologiis Mss. in codice Regio 1474. In una ergo ſcriptum eſſe ait: „ Sciri debet, quòd Annunciatio facta eſt Anno 5505. die Dominica Martii XXV. Nativitas verò Domini noſtri Jeſu Chriſti contigit anno 5506. Decembris XXV. At ejuſdem Domini Crucifixio evenit anno 5539. circulo Lunæ X. Solis autem circulo XXIII. Erat porrò Paſcha Judæorum Martii XXIV. die Sabbati. „ Alteram porrò Chronologiam in codice ejuſdem Bibliothecæ num. 1819. hæc alia præſeferre ſcribit. „ Id verò ab omnibus ſciendum eſt, quòd XXV. menſis Decembris, anno à Creatione Mundi 5506., acciderit Incarnatio Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Natus autem eſt die ſecundâ, horâ decimâ noctis illuceſcente die tertiâ. Et cùm eſſet annorum XXX. baptizatus eſt à Joanne VI. Januarii menſis, hora VII. diei. Ac poſt Baptiſma jejunavit XL. dies; atque ſuſtinuit tentari à Diabolo, XIV. Februarii menſis. Obtigit autem ſalutaris Paſſio Domini anno 5539. Cæterum cuncti anni vitæ Chriſti in carne, XXXIII. Die Martii XXIII. Cruci affixus eſt, XIV. Lunæ die, in Paraſceve & Judæorum Feſto, horâ VI., Reſurrexitque XXV. ejuſdem menſis, horâ VI. noctis, & aſſumptus eſt in Cœlos III. Maii, horâ nonâ diei, poſt quadraginta dies à Reſurrectione ſua.

37. Deinde quandam narrationem refert pariter ex Mss. depromptam, quæ ita ſe habet: „ Priori tempore Chriſtiani uno eodemque die, celebrabant Chriſti Nativitatem, & Lumina. Scripſit autem Patriarcha Hieroſolymitanus Juvenalis ad Julium Papam Romanum ea de re: non poſſum unâ die, conferre me ad Bethlehem, & ad Jordanem. Etenim Jordanis diſtat ab Urbe Hieruſalem, ad Orientem milliaribus 25. Sancta verò Bethlehem ad Auſtrum Civitatis milliaribus ſex: nec poſſum eâdem die duo Feſta peragere. Rogo itaque Sanctitatem tuam, Pater, ut ſcruteris commentaria & des nobis in accurata diſquiſitione per ſcriptum tuum, Venerande, ejus rei notitiam, quo die natus ſit Chriſtus Dominus, & quo die baptizatus. Probè enim ſcimus, Commentarios ab initio libros, è Hieroſolymis Romam delatos fuiſſe, per Titum & Veſpeſianum. His literis acceptis Julius Papa Romæ, inveſtigavit Commentarios, in-

„ venitque quòd XXV. Decembris natus
„ eſt Dominus Noſter Jeſus Chriſtus, &
„ poſt annos triginta à Nativitate ſua, ba-
„ ptizatus eſt à Joanne in Jordane fluvio
„ ſextâ menſis Januarii. „ *Hæc & alia ibi*. Et
quamvis hæc narratio nullo fulciatur teſtimo-
nio, videaturque apocrypha; attamen de-
monſtrat, quantùm veritas ei adhiberi po-
teſt, Chriſtum natum XXV. Decembris die.

38. Denique, ut alia ab eodem Cotele-
rio relata omittam, afferam dumtaxat, id
quod refert de Armeniorum Anathematiſ-
mis. Etenim inter multa, quæ Armenii in
Fidei profeſſione anathematizare ſolent, hunc
recenſent Anathematiſmum, nimirum: *Si
quis non celebrat Annunciationem XXV. Mar-
tij, & XXV. menſis Decembris Chriſti Nativi-
tatem; Anathema ſit.* Falsò ergo quidam exiſti-
mant natum in Æquinoctio autumnali; neque
ſubſiſtit eorum ratio in eo fundata, quòd non
potuerint Paſtores menſe Decembri nocte
vigilare ſuper gregem, propter rigorem hye-
mis; cùm tamen conſtet Lucæ 2. tunc vigi-
laſſe, *Paſtores erant in regione eadem vigi-
lantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper
gregem ſuum*. Nam Judæa regio non eſt
adeò frigida, quin poſſint Paſtores etiam in
hyeme, cuſtodire gregem nocte per Montes
& Campos, cùm propter ejus temperiem in
Paſchate primitiæ frugum demeſſæ offerren-
tur. Conſtat etiam in Agro Romano, toto
hyemis tempore permanere pecudes in Cam-
pis ſub dio, ibidemque adeſſe Paſtores eas
cuſtodientes: cùmque Hieroſolyma meri-
dionalior ſit Româ, non erit incredibile,
menſe Decembris nocte Paſtores ſub dio vi-
gilaſſe cuſtodientes gregem ſuum. Et Cice-
ro lib. 1. de Divinit. num. 94. refert Cili-
ces, Arabes, & Phrygas Paſtores peragra-
re ſolitos montes, & campos non ſolùm
æſtate, ſed etiam in hyeme cum pecudibus.
Arabes, inquit, *& Phryges, & Cilices,
quòd paſtu pecudum maximè utuntur, cam-
pos & monteis hyeme, & æſtate peragrantes,
propterea faciliùs cantus avium, & volatus
notaverunt*.

39. De feria porrò in qua natus ſit Do-
minus, diverſæ quoque ſunt opiniones, pro-
babilior autem eſt natum die Dominico. Sic
Rupertus Tuitienſis Abbas lib. 3. de Divin.
Offic. cap. 16. inquiens: „ Dominicâ nocte
„ natum eſſe Chriſtum, probabile eſt, quam-
„ vis Sacra Evangelii de hoc hiſtoria ta-
„ cuerit. Namque ſi per regulam computi
„ retrò percurras, invenies ejus anni, quo
„ natus eſt, concurrentes quinque, quos
„ addens regularibus Decembris ſeptem,
„ vel (ut compendioſius fiat) regularibus
„ Januarii tribus, invenies diem illum, quo
„ Decembrem inchoamus, quintam fuiſſe fe-
„ riam, & eum, quo Januarium, primam,
„ ideſt diem Dominicam, ſublatis videli-
„ cet ſeptem ex eo numero, qui regula-
„ ribus, & concurrentibus compoſitis ac-
„ creſcunt. Cùm autem December quintâ
„ feriâ, vel Januarius inchoatur primâ, ne-
„ ceſſe eſt diem Natalis Domini, qui poſt
„ Kalendas Decembris XXV. & ante Ka-
„ lendas Januarii eſt VIII. primam feriam,
„ ideſt diem exiſtere Dominicam. Nocte
„ ergo Dominicâ natus eſt Chriſtus, con-
„ ſonante mirabilium ſuorum ordine, ut
„ quo die dixit, *fiat lux, & facta eſt lux*,
„ *ejuſdem diei nocte exoriretur in tenebris*
„ *lumen rectis corde, & viſitaret nos Oriens*
„ *ex alto, illuminare his, qui in tenebris*
„ *ſunt, & in umbra mortis*. Nocte verò
„ congruè natus eſt, ut ipſo ortus ſui
„ tempore, ad illuminandam noctem no-
„ ſtram ſe advenire ſignaret. „ *Hactenus
Rupertus*.

40. Idem adnotat Hippolytus Thebanus
in ſuo Chronic. ab Henrico Caniſio edi-
to, relat. tom. 9. Bibliothec. Veter. Patrum
edit. Col. de Anno 1618. par. 1. pag. mihi
1006. in eoque ſcriptum legitur. *Hoc igi-
tur pacto naſcitur Dominus Noſter Jeſus Chri-
ſtus Imperii Auguſti XLII., menſe Decembri
XXV., die prima, noctis horâ X.* Extat etiam
antiquum Teſtimonium ſub nomine can. VIII.
ſextæ Synodi, ad calcem ejuſdem Concilii
apud Binium, ubi dicitur. „ Diel verò Do-
„ minici (quia in eo Deus lucem condi-
„ dit, in eo Manna in Eremo pluit, in eo
„ naſci dignatus eſt, in eo Stella Magis
„ refulſit, in eo de quinque panibus, &
„ duobus piſcibus quinque millia hominum
„ pavit, in eo Baptiſmum in Jordane à Joan-
„ ne ſuſcepit, in eo ipſe pius Redemptor
„ humani generis, ſponte pro ſalute noſtra
„ à mortuis reſurrexit, in eo Spiritum San-
„ ctum ſuper Diſcipulos infudit) tanta de-
„ bet eſſe obſervantia, ut præter orationes,
„ & Miſſarum ſolemnia, & ea quæ ad veſcen-
„ dum pertinent, nihil aliud fiat.

41. Accedit Joannes Lucidus in opere
de Emendat. Tempor. lib. 7. de Tempore
Vitæ Chriſti, cap. 2. ſcribens: „ Herode re-
„ gnante in Judæa anno Regni ejus XXXII.
„ qui fuit primus annus legitimi principa-
„ tus ejus, cùm prius triginta & uno ty-
„ rannicè regnaſſet, ut Philo teſtatur. Tunc
„ ergo ablatum erat regnum, & ducatus de
„ Juda, juxta Patriarchæ Jacob prophetiam.
„ Incohaverat Maria vitæ ſuæ annum quin-
„ tumdecimum, quando peperit Chriſtum
„ in hyemali ſolſtitio, VIII. Kalendas Ja-
„ nuarii, hoc eſt die XXV. Decembris,
„ mediâ videlicet nocte præcedente ortum
„ Solis diei Dominicæ. „ *Hæc Luci-
dus*, id quod probat ex litera Dominicali
currente eo anno. Et idem docent S. Anto-
ninus par. 4. ſum. titul. 15. cap. 9. Vigue-
rius lib. 20. §. 9. Barradius tom. 1. lib. 7.
cap. 6. Hervartus in Chronol. cap. 247. & alii
plurimi Scriptores.

Major

42. Major difficultas eſt de Anno, quo natus creditur, qua in re variæ olim ſuerunt Scriptorum ſententiæ. Ricciolius in ſua Chronologia Reformata tom. 1. lib. 7. cap. 1. agens de Annis Mundi conditi, ejuſque ætatibus, uſque ad Epocham Chriſti, diverſas inter ſe diſcordantes opiniones recenſet: aitque, ex Joſepho Hebræo, & ſecundùm computum ætatum ab ipſo digeſtum, Chriſtum natum anno ab Orbe condito, 5555., ſecundùm calculum Suidæ Anno 6000., juxtà Rabbinos recentiores Anno 3760., ex Clemente Alexandrino Anno 5624., ex Nicephoro Conſtantinopolitano Anno 5700., ex Euſebio Cæſarienſi Anno 5200., ex D. Hieronymo, & Beda Anno 3952., ex Quinto Julio Hilarione Anno 5497. Juxta Calculum S. Juliani Archiepiſcopi Toletani, ſequendo editionem LXX. Interpretum 5200., & ſequendo editionem Hebraicam Anno 3834., ex S. Iſidoro Hiſpal., & Luca Tudenſi Anno 5336., ex Benedicto Aria Montano Anno 3849., ex Joſepho ſcaligero Anno 3950., ex Davide Origano Anno 3949., ex Ubbone Emmio Anno 3950., ſecundùm calculum Petavii Anno 3983., juxta computum Gordoni Anno 3880., ex Saliano anno 4052., ex Auguſtino Torniello anno 4052., ſecundùm calculum Cornelii à Lapide anno 3952., ex Joanne Georgio Hervarto anno 3952., ex Henrico Philippo Anno 4040., ex Jacobo Tirino anno 4000., ex Iſaac Voſſio Anno 5590., inde addit calculum ſuum, & juxta Hebraicam, & Vulgatam editionem, computat ab Orbe condito ad Chriſtum natum annos 4180. & ſecundùm edit. LXX. Interpretum annos 5634. Ad extremum vero numerat opiniones diverſorum Doctorum ſeptuaginta: unde apparet quàm difficile ſit diffinire verum, & certum annum Epochæ Chriſti à Mundo condito.

43. Porrò ſub cap. 2. tradit, ex Hiſtoria Divina ſecundùm vulgatam & Hebraicam editionem, probabiliùs eſſe ab initio Mundi ad initium Epochæ Chriſti ſuiſſe annos 4184., certum verò eſſe, non ſuiſſe in hac hypotheſi plures quàm 4330. nec pauciores quàm 3705. Et cap. 3. ait juxta editionem LXX. Interpretum, ſimul cum humana hiſtoria, probabiliùs eſſe ab initio Mundi, ad initium Epochæ Chriſti fuiſſe annos 5634., certum tamen eſſe non fuiſſe hac in hypotheſi plures quàm 5904., nec pauciores quàm 5054. Et denique ſub cap. 5. concludit, ſibi probabiliùs videri Mundum à Deo creatum eſſe anno ante Epocham Chriſti 5634. adeout Chriſtus cenſeatur natus anno Mundi 5634. Cæterum Joannes de Leyba Epiſcopus Almerienſia in ſua Univerſali Chronologia ad S. D. N. CLEMENTEM XI. edita anno 1701. non mediocri labore conatus eſt conciliare calculum annorum Mundi uſque ad Epocham Chriſti, ſecundùm hæbraicam & vulgatam editionem, cum editione LXX. Interpretum; ac ita definire computum annorum, quem in Romano Martyrologio ſequitur S. Romana Eccleſia, ut Dominus Noſter Jeſus Chriſtus, æternus Deus, æternique Patris Filius natus ſit ex Maria Virgine, factus homo Anno à Creatione Mundi quinquies milleſimo centeſimo nonageſimo nono. 5199.

44. De Anno Juliano, quo natus eſt Chriſtus octo inveniuntur opiniones: prima vult natum ad extremum anni Juliani XL. Et ita Kleperus ait in Sylva & Eclogis Chronologicis pag. 108. & lib. de Natali Chriſti cap. 5. & alii adnotantea Conſulatum Lelii Balbi, & Antiſtii Veteris.

45. Secunda opinio eſt Laurentii Suslygæ Polani in Theſibus de anno ortus, & mortis Chriſti, quam priùs docuerat Joannes Dekerius, quæ definit Chriſtum natum ſub finem anni Juliani XLI. Coſſ. Octaviano XII. & Cornelio Sulla.

46. Tertia opinio eſt Sulpitii Severi lib. 2. hiſtor. Sanctæ, qui tradit natum Dominum anno Juliano XLII., Sabino & Ruffino Coſſ.

47. Quarta opinio affirmat natum anno XLIII. Juliano, Coſſ. Cornelio Lentulo, & Valerio Meſſalino: quam opinionem primus docuit Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum, eumque ſecuti ſunt plures, adeout nonnulli putent eſſe probabiliorem.

48. Quinta opinio eſt S. Epiphanii in hæreſ. 51. ſupra cit. qui ut vidimus, docet Chriſtum natum anno Juliano XLIV., Auguſto III., & M. Plauſio Silvano Coſſ., quam opinionem Tirinus in Chronico Sacro probabilem exiſtimat.

49. Sexta opinio ſtatuit Chriſtum natum anno Juliano XLV. Coſſ. Cornelio Lentulo, & Calpurnio Piſone: eam tradit Dionyſius Exiguus, ita & Beda lib. de Ratione temporum, Joannes Lucidus de Emendat. temporum, & alii.

50. Septima vero opinio, quam ſequitur Joannes Georgius Hervartus in ſua nova Chronologia cap. 247. & 264. aſſerit Chriſtum natum anno Juliano XLVI. Quam multi Recentiores ſequuntur.

51. Denique octava opinio eſt Pauli de Middelburgo Epiſcopi Foroſompronienſis in Summa lib. 13. cap. 5. & 6. qui docet Chriſtum natum eſſe biennio integro tardiùs, quàm vulgò ſupponatur in Epocha Chriſtianorum.

52. His ſtantibus, ſequendo Chronologiam Auberti Myræi, videtur Chriſtum natum anno Juliano XLV. id quod per Conſules ab eodem Myræo conſignatos liquet. Etenim primum annum Julianum conſignat in Annum Urbis Conditæ DCCIX. Quo anno firmat Conſules Cæſarem Dictatorem IV. & Cajum Fabium Maximum, cui ob ejus mortem, ſuffectum conſignat M. Æmilium Lepidum.

Magiſtrum Equitum: & natum inde Dominum vult die XXV. Decembris, hoc eſt ad extremum anni Urbis conditæ DCCLIII. Coff. Coſſo Cornelio Lentulo, Cn. F., & Lucio Calpurnio Piſone, Cn. F., adeout enumerando Conſulatus à Cæſaris Dictatoris Conſulatn IV. uſque ad Conſulatum Lentuli, & Calpurnii, inveniatur ſumma annorum Julianor. XLV., hoc nimirum Pacto,

I.

53. Cæſar Dictator IV.
C. Fabius Maximus. Moritur eique ſufficitur
M. Æmilius Lepidus Magiſter Equitum,

II.

C. Julius Cæſar Dictator V.
M. Antonius.
M. Æmilius Lepidus Magiſter Equitum,

III.

C. Vibius Panſa Capronianus.
Attalus Hirtius. C.F.
His cæſis ſuffecti ſunt,
C. Octavius Cæſar, & Q. Pedius.

IV.

M. Æmilius Lepidus II.
L. Munatius Plancus. L.F.

V.

P. Servilius Iſauricus II.
L. Antonius Marci Triumviri frater.

VI.

Cn. Domitius Calvinus II. M.F.
C. Aſinius Pollio C.F.

VII.

L. Martius Cenſorinus.
C. Calviſius Sabinus.

VIII.

Appius Claudius Pulcher C.F.
C. Norbanus Flaccus C.F.

IX.

M. Vipſanius Agrippa L.F.
L. Caninius Gallus L.F.

X.

L. Gellius Publicola.
M. Coccejus Nerva.

XI.

Sex. Pompejus S.F.
L. Cornificius L.F.

IX.

M. Antonius M.F. II.
eodem die ei ſuffectus eſt,
L. Sempronianus Atratinus.
L. Scribonius Libo L.F. *Octaviani Auguſti, & Sexti Pompei Socer*.

XIII.

C. Cæſar Octavianus II.
L. Volcatius Tullus L.F.

XIV.

Cn. Domitius Ahenobarbus.
C. Soſius.

XV.

C. Cæſar Octavianus III.
M. Meſſalla Corvinus M.F.

XVI.

C. Cæſar Octavianus IV.
M. Licinius Craſſus M.F.

XVII.

C. Cæſar Octavianus V.
Sex. Apulejus Sexti F.

XVIII.

C. Cæſar Octavianus VI.
Marcus Vipſanius Agrippa II. L.F.

XIX.

C. Cæſar Auguſtus VII.
M. Vipſanus Agrippa III.

XX.

C. Cæſar Auguſtus VIII.
T. Statilius Taurus II.

XXI.

C. Cæſas Auguſtus IX.
M. Junius Silanus.

XXII.

Imp. Cæſar Auguſtus X.
Cn. Calpurnius Piſo Cn.F.

XXIII.

Cæſar Auguſtus XI.
Cn. Calpurnius Piſo Cn.F.

XXIV.

M. Claudius Marcellus Aeſerninus M.F.
L. Arruntius Nepos L.F.

XXV.

Q. Æmilius Lepidus.
M. Lollius.

XXVI.

M. Apelejus Nepos Sex.F.
P. Silius Nerva P.F.

Q. Sen-

Digitized by Google

XXVII.
Q.Sentius Saturninus.
Q.Lucretius Viſpillo, *aliàs* Viſpalio. Q.F.

XXVIII.
P.Cornelius Lentulus Marcellinus. Q.F.
Cn. Cornelius Lentulus L.F.

XXIX.
Cajus Turnius. C.F.
C.Junius Silanus. C.F.

XXX.
L.Domitius Ahenobarbus Cn. F. Cn. N.
P.Cornelius Scipio. P.F.P.N.

XXXI.
M.Livius Druſus, *aliàs* M. Druſus Libo.
L.Calpurnius Piſo L.F.

XXXII.
M.Licinius Craſſus M.F.
Cn. Cornelius Lentulus Cn.F.

XXXIII.
Tiberius Claudius Nero Tib.F.
P.Quintilius Varus Sex.F.

XXXIV.
M.Valerius Meſſala Barbatus.
P.Sulpitius Quirinus.

XXXV.
Paulus Fabius Maximus Q.F.
Q.Ælius Tubero Q.F.

XXXVI.
Julius Antoninus Africanus M.F.
Q.Fabius Maximus Africanus.Q.F.

XXXVII.
Cl.Druſus Nero Tib.F.
L.Quintius Criſpinus T.F.

XXXVIII.
C.Marcius Cenſorinus.
C.Alinius Gallus C.F.

XXXIX.
Tiberius Claudius Nero Tib. F.II.
Cn.Calpurnius Piſo Cn. F.II.

XL.
D.Lælius Balbus D.F.
C.Antiſtius Vetus C.F.

XLI.
Auguſtus Cæſar XII.
L.Cornelius Sulla, *aliàs*, Sylla.

XLII.
C.Calviſius Sabinus II.
L.Paſſienus Ruffus.

XLIII.
Cn.Cornelius Lentulus L.F.
M.Valerius Meſſalinus, *aliàs*, Meſſala M.F.

XLIV.
Auguſtus Cæſar XIII.
M.Plautius Silvanus.
Suffectus, C.Caninius.

XLV.
Coſſus Cornelius Lentulus Cn.F.
L.Calpurnius Piſo Cn.F.

XLVI.
C.Cæſar Auguſtus XIV.
L.Æmilius Paulus L.F.

54. Natus eſt Dominus die XXV.Decembris, ideſt labente anno XLV. Juliano, Coſſo Cornelio Lentulo, & L. Calpurnio Coſſ. Cùm porrò poſt ſex dies incipiat novus annus Kal. ſcilicet Januarii, ſub Conſulatu Auguſti XIV. & L. Æmilii Pauli, à quo anno æram ſuam & calculum incipit Eccleſia Romana computare, hinc fit quòd ab anno XLVI. Juliano computetur Chriſti Epocha, & proinde licèt natus ſit anno Juliano XLV. labente, computatio ſit ab anno XLVI. tunc imminente, à quo integer vulgaris, ſeu Dionyſianus annus integer, primus Chriſti auſpicatur, licèt reverà natus ſit anno XLV. Juliano labente. Quæ omnia ex Calculo Auberti Myræi deducuntur. Et quidem probabilior eſt hæc opinio, natum ſcilicet anno XLV. Juliano labente, quam ſequuntur Dionyſius Exiguus, Beda de Ratione Tempor. Joannes Lucidus de emendat. Tempor. Et in Chronic. lib. 2. cap. 14. Georgius Syncellus in Coronide, Petrus Pitatus in Kalendario, Petrus Aliacenſis, Joannes Stoeflerus, Nicolaus Cujanus, Rogerius, Bacchon, Canpanus, & Clavius in ſuo computo Eccleſiaſtico, & Kalendarii Correctione, Salmeron tom. 1. Prolog. 38. aſſert. 6. Et ut alios omittam, Petavius lib. 12. de Doctrina Temporum cap. 6. ubi concludens ait: „ Ad ſummam, ut huic de anno Natalis Chriſti diſputationi modum aliquem ſtatuamus, nobis ita ſentiendum videtur: ſepoſitâ quidem Joſephi, Dionis, & id genus Antiquorum authoritate Scriptorum, communem Æram hâc unicâ ratione poſſe defendi, Chriſtum enim natum tueri poſſumus anno Juliano XLV. Lentulo, & Piſone Conſulibus, biennio poſt Baronianam Epocham. „ *Hæc Petavius.*

55. Hic porrò annus erat Urbis condi-

tæ

tæ DCCLIII., ab interfecto Cæſare Anno XLII., & à Cæſaria nece calculando imperium Octaviani Auguſti, erit annus ejuſdem Octaviani XLII. Verùm numerando initium Imperii Octaviani, ab anno Juliano III., hoc eſt ab anno ſequenti poſt Cæſaris necem, erit annus Imperii Auguſti XLI. Patres tamen vulgò dicunt annum XLII., numerando annos ab anno ſecundo Juliano, & ipſius Cæſaris nece, ut obſervat Petavius in Notis ad hæreſ. 51. Epiphanii.

56. Circa annum Baptiſmi Chriſti Domini, duæ extant probabiliores opiniones. Prima eſt, baptizatum fuiſſe anno ætatis ſuæ XXX. completo, ineunte anno XXXI. Altera eſt, quæ aſſerit Baptizatum anno XXIX. completo, ineunte anno XXX. Conſentiunt autem omnes baptizatum eſſe die 6. Januarii, proinde qui dicunt baptizatum Anno trigeſimo completo, cùm annus compleatur die XXV. Decembris, totidem ſuperſunt dies,quot decurrunt uſque ad diem VI. Januarii. Ratio hujus diſcrepantiæ oritur ex verbis Lucæ cap. 3. ubi agens de Joannis prædicatione, & Chriſti Baptiſmo ait: *Et ipſe Jeſus erat incipiens quaſi annorum triginta*. Quæ ab aliquibus explicantur, quaſi Dominus eſſet ætatis annorum XXIX., inchoato trigeſimo; quamvis alii explicent de anno XXX. completo.

57. Et quidem Ignatius in Epiſtola ad Trallianos in ea videtur fuiſſe opinione, ut baptizatus fuiſſet anno XXX. completo, dùm ſcribit §. 10. *Expletiſque tribus annorum decadibus, verè baptizatus eſt à Joanne, non autem opinione*. Cùm verò Critici interpolatam velint hanc Epiſtolam, ubi præallegata verba leguntur; ideo audiendus eſt S. Joannes Chryſoſtomus homil. 10. in cap. 3. Matthæi, erga cujus initium ait: *Et cujus*, inquies, *rei gratia poſt triginta annos Jeſus venit ad Baptiſma iſtud, cùm legem erat veterem ſoluturus?* Cùm ergo dicat poſt triginta, completum jam trigeſimum explicat: quomodo & verba Auguſtini lib. 15. de Trinit. cap. 26. intelligenda ſunt, dum ait: *Abſurdiſſimum eſt, ut credamus eum, cùm jam triginta eſſet annorum (ejus enim ætatis à Joanne baptizatus eſt.)* Sed & Euſebius lib. 1. hiſtor. cap. 10. non dicit abſolutè Chriſtum baptizatum anno trigeſimo completo, ſed circiter, inquiens: *Servator ac Dominus Noſter Jeſus Chriſtus, anno ætatis circiter trigeſimo ad Joannis lavacrum acceſſit*. Licèt Ruffinus in ſua verſione prorſus omittat adverbium illud *circiter*, nam textum Euſebii ita legit: „ Cùm etiam „ Judææ Tetrarchæ haberentur Herodes, & „ Lyſanias, & Philippus, Dominum & „ Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum fuiſ„ ſe annorum triginta, quando ad Joannem „ baptizandum advenit. Tunc etiam ini„ tium Evangelicæ prædicationis inſtituit. *Hæc ibi*. Cùm porrò initium prædicationis conſtituat in Chronic. ſub anno trigeſimo primo, ſit de Euſebii mente, ut baptizatus fuerit anno trigeſimo completo. Etenim ſub anno XXXI. juxta verſionem Ruffini habet: *Jeſus Chriſtus Filius Dei ſalutarem cunctis prædicans viam, & Miracula, quæ in Evangelio ſcripta ſunt, facit*. Et Scaliger ſub eodem anno legit: *Jeſus Chriſtus Filius Dei, Diſcipulos ſuos Divinis imbuens Sacramentis, ut univerſis Gentibus converſionem ad Deum nuncient, imperat*. Si ergo dum baptizatus eſt initium ſuæ prædicationis inſtituit, & initium ſuæ prædicationis inſtituit anno trigeſimo primo; ergo baptizatus eſt anno trigeſimo completo, inchoato trigeſimo primo.

58 Clarius Cedrenus in Compendio hiſt. „ Anno, *inquit*, Tiberii Cæſaris XV. Indi„ ctione primâ, ab Joanne baptizatus eſt in „ amne Jordane, XIII. die anni ætatis ſuæ „ XXXI. ſextâ die Januarii menſis. „ *Hæc Cedrenus*. Favet & S.Bernardus in Sermone 1. de Epiphania, dicens Chriſtum tempus triginta annorum exegiſſe dum à Joanne baptizaretur: „ Cùm enim jam Chriſtus, „ *inquit*, triginta annorum tempus exegiſ„ ſet in carne, qui ſecundùm Divinitatem „ idem ipſe eſt, anni ejus non deficiunt, „ inter populares turbas ad Baptiſmum „ Joannis advenit. „ *Ita S. Bernardus*. Et Albinus Flaccus in lib. de Divinis officiis, cap. *De Baptiſmo Domini*, ait: „ Expletis „ Chriſti quaſi triginta annorum curriculis, „ venit in Jordanem ad Joannem, ut bapti„ zaretur ab eo, anno videlicet XV. Tibe„ rii Cæſaris, ſub Valeriano, & Aſiatico „ Conſulibus. „ Quid quid tamen ſit de veritate horum Conſulum, ejus opinio eſt, ut Chriſtus baptizatus ſit expletis annis triginta.

59. Ita pariter intelligendus eſt Epiphanius in hæreſ. 51. num. 24. dum ait: *Sub trigeſimo deinde Conſulatu, menſe X. ad Joannem acceſſit, ab eoque baptizatus eſt, Anno à Natali ſuo XXX.*, ideſt à primo Conſulatu ſub quo natus eſt, ſub trigeſimo baptizatum dicit, expletis annis XXX. Id quod evincitur ex alio Epiphanii textu in hæreſi 66. quæ eſt Manichæi, num. 50., ubi diſertis verbis declarat poſt annos triginta eſſe baptizatum: „ At verò Chriſtus, *inquit*, „ poſt ſuum in hunc Mundum adventum „ Anno XV. Tiberii Cæſaris prædicationem „ exorſus eſt, poſt annum à Nativitate tri„ geſimum, qui in quinquies milleſimum ac „ quingenteſimum nonum annum conditi „ Orbis incidit; eſtque trigeſimus, ut dixi, „ ætatis illius annus. „ *Hactenus Epiphanius*. Cui accedit Auctor Sermonis de Epiphania Hieronymo adſcripti, inter D.Hieronymi opera, qui in Exordio ait: „ Græci „ Epiphaniam vocant, & hoc ideo, quia

„ Do-

„ Dominus noſter, & Salvator hodie appa- „ ruit in Tenebris. Licèt enim olim natus „ ex Maria, triginta jam annorum expleſ- „ ſet ætatem; tamen ignorabatur à Mundo, „ eo tempore cognitus eſt, quo ad Joannem „ Baptiſtam, ut in Jordane baptizaretur, „ advenit, & vox de Cœlo Patris intonan- „ tis audita eſt. „ *Hactenus hic Auctor*.

60. Cæterum qui aliam tuentur opinionem, aſſerentes Chriſtum baptizatum eſſe anno XXIX. completo, XXX. dumtaxat inchoato, nituntur & Teſtimonio Lucæ cap. 3. cit. *Et ipſe Jeſus erat incipiens quaſi annorum triginta*; & etiam teſtimoniis Clementis Alexandrini, & Irenæi, aliorumque pariter ex antiquis. Nam Clemens lib. 1. Stromat. versùs finem ait: „ Natus eſt autem „ Dominus noſter XXVIII. anno, cùm pri- „ mùm juſſerunt cenſum, deſcriptionemve „ fieri, tempore Auguſti. Quod autem hoc „ verum ſit, ſic ſcriptum eſt in Evangelio „ ſecundùm Lucam: Anno autem XV. Ti- „ berii Cæſaris factum eſt Verbum Domi- „ ni ſuper Joannem Zachariæ filium. Et „ rurſus in eodem: Erat Jeſus veniens ad „ Baptiſma, quaſi triginta annorum. Et „ quod anno ſolo oporteret eum prædicare, „ hoc quoque ſic ſcriptum eſt: Annum ac- „ ceptabilem Domini prædicatum miſit me. „ Hoc & Propheta dixit, & Evangelium. „ Quintodecimo ergo anno Tiberii, & quin- „ todecimo Auguſti, ſic implentur triginta „ anni uſque ad tempus quo paſſus eſt. *Hæc Clemens Alexandrinus*. Et Irenæus lib. 2. adversùs hæreſes cap. 49. ſumpto fundamento ex prælaudatis Lucæ verbis ait: „ Ad „ Baptiſmum enim venit nondum qui tri- „ ginta annos ſuppleverat, ſed qui inci- „ peret eſſe quaſi triginta annorum. Ita „ enim, qui ejus annos ſignificavit Lucas, „ poſuit: Jeſus autem erat quaſi incipiens „ triginta annorum, cùm veniret ad Baptiſ- „ mum. „ *Hæc Irenæus*.

61. Sed quamvis hæc opinio ſuâ non careat probabilitate, attamen qui ſequuntur primam opinionem fatentur verba S. Lucæ poſſe optimè pro eadem opinione explicari; eò vel maximè ſi dictio illa *quaſi* explicetur, quatenus importet idem ac *ferè*, aut *circiter*: quæ particulæ adjunctæ numeris, paulò plus vel minus ſignificant, dum non conſtat ratio præciſa numeri. Et ita ſenſus verborum Evangeliſtæ: *Erat incipiens quaſi annorum triginta*, optimè explicatur per hoc, erat incipiens *ferè*, ſive circiter annorum triginta, hoc eſt, plus minuſve annorum triginta, quo pacto Joan. cap. 6. ſcriptum habetur: *Diſcubuerunt ergo viri numero quaſi quinque millia*. Ubi illud *quaſi* accipitur pro *ferè*, prout Lucas cap. 9. eandem narrans hiſtoriam ſcribit: *ferè quinque millia*. Et Ideò Juſtinus Martyr in Dial. cum Tryphone, hæſitans de certo numero annorum, quo Chriſtus ad Baptiſmum venit, non obſtantibus Lucæ verbis, ait: *Triginta plus minus annis manens, donec prodiit Joannes præ eo*. Immò eadem illa dictio *Quaſi* aliquando in Scriptura ſumitur ac *Fermè* ſive *Planè* quemadmodum ſumitur apud Joan. cap. 1. *Gloriam quaſi Unigeniti à Patre*. Et Job. cap. 2. *Quaſi una de ſtultis mulieribus locuta es*. Clemens porrò Alexandrinus plura ibi dicit, quæ cum veritate non conſiſtunt, præcipuè cùm dicat Chriſtum unum dumtaxat annum prædicationis egiſſe. Irenæus quoque non videtur ſibi conſtans, nam in eodem capite ſuperiùs dicit, Chriſtum exiſtentem annorum triginta veniſſe ad Baptiſmum: *triginta quidem annorum exiſtens cùm veniret ad Baptiſmum*. Nec dici ſane poteſt exiſtens triginta annorum, qui ſolùm per paucos dies attingit annum trigeſimum. Et cùm ibi Irenæus videatur plura non ſibi cohærentia affirmare, ideo non deſunt Eruditi, qui aſſerant præfatum capitulum 39. Irenæi eſſe interpolatum, nec totum ejuſdem Sancti genuinum, continereque plura adjecta ab aliquo Interpolatore, ut infra adnotabimus.

62. Ad hæc verò addunt qui primam opinionem ſequuntur, Eccleſiam Romanam ita crediditiſſe, & proindè Fabianum Papam ut habetur diſt. 78. cap. Si quis, præcepiſſe tradunt neminem ordinandum in Presbyterum, qui trigeſimum ætatis ſuæ annum non expleverit: *Si quis trigeſimum ætatis ſuæ annum non impleverit, nullo modo presbyter ordinetur, etiamſi valde ſit dignus*. Idem de Epiſcopis ſancitum legitur in Concilio Lateranenſi, ut habetur in cap. Cùm in cunctis, de Electo & elect. poteſt. *Ut nullus in Epiſcopum eligatur, niſi qui jam trigeſimum annum ætatis exegerit*. Et non alia de cauſa, niſi quia Chriſtus anno trigeſimo abſoluto prædicare incœperat, & baptizatus fuerat; Quæ ratio allegatur à Patribus Concilii Neocæſar. cap. XI. *Presbyter ante trigeſimum ætatis ſuæ annum nullatenus ordinetur: nam Dominus noſter trigeſimo ætatis ſuæ anno baptizatus eſt, & ſic cœpit docere*.

63. De Annorum numero prædicationis Chriſti, ab ejus Baptiſmo ad ſuam uſque Sacratiſſimam Paſſionem, atque Reſurrectionem, adhuc Scriptores diverſa ſcribunt. In primis Clemens Alex. lib. 1. ſtromat. cit. tradit unum dumtaxat annum prædicationis Chriſtum exegiſſe, & inde Cruci affixum, inquiens; „ Et quod anno ſolo opor- „ teret eum prædicare, hoc quoque ſic ſcri- „ ptum eſt: *annum acceptabilem Domini præ-* „ *dicatum miſit me*. Hoc Propheta dixit, & „ Evangelium. Quintodecimo ergo anno „ Tiberii, & quintodecimo Auguſti, ſic „ implentur triginta anni uſque ad tempus „ quo paſſus eſt. „ *Hæc Clemens*, & confirmat Tertullianus in lib. adversùs Judæos,

ubi

ubi ait: „ Poſt enim Auguſtum, qui ſupervixit poſt Nativitatem Chriſti, Anni XV. efficiuntur, cui ſucceſſit Tiberius Cæſar, & imperium habuit annis XXII. Menſibus ſeptem, diebus viginti; hujus XV. anno imperii paſſus eſt Chriſtus, annos habens quaſi XXX. quum pateretur. „ *Ita Tertullianus*. Sed & Lactantius eandem ſecutus eſt opinionem lib. 4. Divin. Inſtit. cap. 10. inquiens: „ Exinde Tetrarchas habuerunt uſque ad Herodem, qui fuit ſub Imperio Tiberii Cæſaris, cujus anno XV ideſt duobus Geminis Conſulibus, ante diem ſeptimam Kalendarum Aprilium Judæi Chriſtum Cruci affixerunt. „ *Hactenus Lactantius*, & ſuffragatur Africanus apud S. Hieronymum in Commentar. ſuper cap. 9. Danielis. Etiam S. Auguſtinus lib. 18. de Civit. cap. 54. ſcribit paſſum Dominum, ſub duobus geminis Conſulibus: „ Mortuus eſt ergo Chriſtus, inquit, duobus Geminis Conſulibus, VIII. Kalendas Aprilis. Reſurrexit tertià die, ſicut Apoſtoli ſuis etiam ſenſibus probaverunt. „ *Hæc Auguſtinus*. Cùm verò duo Gemini Conſulatum geſſerint anno XV. Tiberii Cæſaris, ex conſequenti infertur eo anno paſſum eſſe Dominum.

64. At hæc opinio refutatur ex ipſa Evangelica hiſtoria. Certum enim eſt Anno XV. Tiberii Cæſaris acceſſiſſe ad Baptiſmum Joannis, & initium ſumpſiſſe ſuæ prædicationis: ab eo tempore ad ipſius uſque paſſionem, ſaltem tria Paſchata peracta ab eo leguntur expreſsè in Sanctis Evangeliis. Etenim poſt ejus Baptiſmum, ac Jejunium quadraginta dierum, & tentationem interfuit Nuptiis in Cana Galilææ, quibus celebratis, ait Joannes cap. 4. *Deſcendit Capharnaum ipſe, & Mater ejus, & fratres ejus, & Diſcipuli ejus, & ibi manſerunt non multis diebus. Et prope erat Paſcha Judæorum, & aſcendit Jeſus Hieroſolymam*. Hoc fuit primum Paſcha poſt baptiſmum, & ſuæ prædicationis initium. Poſtea idem Evangeliſta, enarratâ hiſtoriâ Mulieris Samaritanę, & ſanati Paralytici, ſtatim cap. 5. ſubjungit: *Poſt hæc erat dies feſtus Judæorum, & aſcendit Jeſus Hieroſolymam*, ubi & ſanitati reſtituit Languidum degentem XXXVIII. annis in infirmitate ſua. Et hoc Feſtum Paſcha Judæorum extitiſſe, ſcribit Irenæus lib. 2. adverſùs Hæreſes cap. 39. inquiens: „ Et poſt hæc iterum ſecundâ vice aſcendit in diem Feſtum Paſchæ in Hieruſalem, quando Paralyticum, qui in natatoria iacebat XXXVIII. annos, curavit, jubens ut ſurgeret. „ Sic quoque explicant Janſenius, Toletus, Cornelius à Lapide, & alii. Hinc Rupertus Abbas in cap. 5. Joan. ait: „ Hic Evangeliſta Paſchale Feſtum non apertè exprimit, dum dicit indefinitè: *Erat dies Feſtus Judæorum, & aſcendit Jeſus Hieroſolymam*, ſed ex ſuperioribus Feſtum Paſchæ fuiſſe intelligitur. „ Ex ſuperioribus quidem, quia cap. 4. verſ. 35. ait: *Nonne vos dicitis; quòd adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit? Ecce dico vobis levate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt ad Meſſem*. Cùm porrò Meſſis in Palæſtina inciperet à Paſchali tempore, ſequitur quòd Feſtum, quod proximo cap. 5. nominat, fuerit Paſcha.

65. Deinde cap. 6. ubi fit mentio de ſaturatis turbis famelicis, indicat etiam tunc proximum fuiſſe alterum Judæorum Paſcha, inquiens: *Poſt hæc abijt Jeſus trans Mare Galilææ, quod & Tiberiadis, & ſequebatur eum multitudo magna, quia videbant ſigna, quæ faciebat ſuper his, qui infirmabantur. Subijt ergo in Montem Jeſus, & ibi ſedebat cum Diſcipulis ſuis. Erat autem proximum Paſcha, dies Feſtus Judæorum*. Et hoc certè eſt alterum Paſcha, de quo explicitè loquitur Joannes. Et denique cap. 13. meminit alterius Paſchatis, dum ait: *Ante diem Feſtum Paſchæ, ſciens Jeſus quia venit hora ejus, ut tranſeat ex hoc Mundo ad Patrem*; in quo paſſus eſt, & de quo mentionem faciunt cæteri Evangeliſtæ. Ex quibus palam fit à Baptiſmo uſque ad ejus paſſionem, plura interceſſiſſe Paſchata, tria certè abſque ulla controverſia. Sed quatuor colliguntur ut jam probatum eſt, comprehenſo ultimo illo Paſchate in quo paſſus eſt. Si ergo baptizatus eſt Anno XV. Tiberii Cæſaris, nullatenus dici poteſt eodem anno eſſe paſſum.

66. Irenæus verò lib. 2. cit. cap. 39. videtur velle Chriſtum Dominum paſſum eſſe propè quinquagenarium, quia cùm venerit per ſemetipſum ſalvare omnes; „ Ideò, *inquit*, per omnem venit ætatem, & infantibus infans factus Sanctificans infantes, in parvulis parvulus Sanctificans hanc ipſam habentes ætatem, ſimul & exemplum illis pietatis effectus, & juſtitiæ, & ſubjectionis. In Juvenibus Juvenis, exemplum Juvenibus fiens, & Sanctificans Domino. Sic & Senior in Senioribus, ut ſit perfectus Magiſter in omnibus, non ſòlùm ſecundùm expoſitionem veritatis, ſed ſecundùm ætatem Sanctificans ſimul & Seniores, exemplum ipſis quoque fiens: deinde & uſque ad mortem pervenit, ut ſit primogenitus ex mortuis, ipſe primatum tenens in omnibus, princeps vitæ, prior omnium, & præcedens omnes. *Et paulò infra*. Quia autem triginta annorum ætas primæ indolis eſt Juvenis, & extenditur uſque ad quadrageſimum annum, omnis quilibet confitebitur, à quadrageſimo, aut quinquageſimo anno, declinat jam in ætatem Seniorem, quam habens Dominus noſter docebat, ſicut Evangelium, & omnes Seniores teſtan-

„ tur,

„ tur, qui in Aſia apud Joannem diſcipu- „ lum Domini convenerunt, idipſum tra- „ didiſſe eis Joannem. „ *Hactenus Irenæus*. Cui opinioni accedit & altera, quæ docet Chriſtum vixiſſe annos XLVI. ut refert S. Auguſtinus lib. 2. de Doctrina Chriſtiana cap. 28.

67. Verùm ab omni veritate aliena eſt opinio Irenæi, nec non altera quoque relata à S. Auguſtino; unde Feu-ardentius in notis ad hunc locum Irenæi, exiſtimat Irenæum impetu ipſo refellendi Gnoſticos, qui annum triceſimum primum, illum non exceſſiſſe dicebant, in partem contrariam delatum eſſe. Alii verò dicunt deceptum Irenæum ex falſa Traditione accepta à Papia, vel aliquo alio ex Aſiæ presbyteris, adjunctâ non rectâ intelligentiâ textus Joannis cap. 8. verſ. 57. *Quinquaginta annos nondum habes & Abraham vidiſti?* Mihi tamen magis arridet opinio illorum, dicentium præfatum locum non eſſe genuinum Irenæi, ſed adjectum ab aliquo interpolatore, nec ſine evidenti ratione, aliàs ſibimetipſi eſſet contrarius. Nam ſuperiùs numerat à Chriſti Baptiſmate uſque ad paſſionem tria Paſchata, & in tertio Paſchate diſertis verbis paſſum dicit: „ Deinde, *ait*, cùm Lazarum ſuſci- „ taſſet ex mortuis, & inſidiæ fierent à Pha- „ riſæis, ſecedit in Ephren Civitatem, & „ inde ante ſex dies Paſchæ veniens in Be- „ thaniam ſcribitur, & de Bethania aſcen- „ dens in Hieroſolymam & manducans Pa- „ ſcha, & ſequenti die paſſus. Quoniam „ autem tria hæc Paſchatis tempora, non „ ſunt unus annus, omnis quilibet confite- „ bitur: Et ipſum autem menſem, in quo „ & paſſus eſt Dominus, non duodecimum, „ ſed primum eſſe, qui omnia ſe ſcire ja- „ ctant, ſi neſciunt, à Moyſe poſſunt diſcere. *Hæc Irenæus*, & hoc loco abſolutum putarim genuinum Irenæi textum, reliqua verò quæ ſubiiciuntur, cùm his contraria apertiſſime ſint, non eſſe Irenæi. Quomodo enim concordare poſſunt duo hæc, Chriſtum paſſum eſſe tertio à Baptiſmate Paſchate, jam baptizatum anno XXX. ſuæ ætatis ſecundùm Evangelium, & paſſum eſſe prope quinquagenarium? Nè ergo de contradictione evincatur S. Doctor, dicendum venit ea, quæ de quinquageſimo anno præfato textui adjecta leguntur, non eſſe Irenæi.

68. Pro veriore, & probabiliori ſententia circa tempus Paſſionis Domini, tradit S. Auguſtinus in lib. 2. de Doctrina Chriſtiana cap. 18. eſſe humanam hiſtoriam cum Evangelio concordandam, quia multi ex ignorantia hiſtoriæ decepti ſunt. „ Quid „ igitur, *inquit*, de ordine temporum tranſ- „ actorum indicat ea, quæ appellatur hi- „ ſtoria, plurimùm nos adjuvat ad Sanctos „ libros intelligendos, etiamſi præter Eccle- „ ſiam puerili eruditione diſcatur. Nam & „ per Olympiades, & per Conſulum nomi- „ na, multa ſæpe quæruntur à nobis, & igno- „ rantia Conſulatus, quo natus eſt Domi- „ nus, & quo paſſus eſt, nonnullos coëgit „ errare, ut putarent quatraginta ſex an- „ norum ætate paſſum eſſe Dominum, quia „ per tot annos ædificatum eſſe Templum, „ dictum eſt à Judæis, quod imaginem Do- „ minici corporis habebat. Et annorum qui- „ dem ferè triginta baptizatum eſſe, reti- „ nemus auctoritate Evangelicâ. Sed po- „ ſtea quot annos in hac vita egerit, quan- „ quam textu ipſo actionum ejus animadver- „ ti poſſit, tamen nè aliunde caligo dubi- „ tationis oriatur, de hiſtoria Gentium col- „ lata cum Evangelio, liquidiùs certiùſque „ colligitur. „ *Hactenus S. Auguſtinus*.

69. Verùm & ipſe lapſus eſt in errorem lib. 18. de Civit. cap. 54. ubi ait Chriſtum paſſum duobus Geminis Conſulibus, cùm ita ſequatur paſſum eſſe Anno XV. Tiberii, nam eo anno conſignati habentur præfati Conſules apud Tacitum lib. 5. Annalium, ſub quibus Conſulibus refert ultimum diem clauſiſſe Juliam Auguſtam Tiberii Matrem, ætate extremâ, annorum videlicet 82. ſive 86. Hoc ergo manifeſtum fit ex ipſorum Conſulum ſerie, à Chriſto nato ad annum uſque trigeſimum: nam diximus natum ſub Coſſ. Cornelio Lentulo Cn. F., & L. Calpurnio Piſone, Anno Urbis Conditæ DCCLIII., à quibus Conſulibus incipiendo ſupputationem, ad annum uſque XV. Tiberii, inveniemus triginta Conſulatus, videlicet.

I.

70. Coſſus Cornelius Lentulus Cn. F.
L. Calpurnius Piſo Cn. F.

Sub his Conſulibus die XXV. Decembris, natum Dominum diximus, anno Juliano XLV. labente.

II.

C. Cæſar Auguſtus XIV.
L. Æmilius Paulus L. F.

Hoc anno incipit annus integer Chriſti, ſecundùm Epocham vulgarem Dionyſii Exigui, initio anni deducto à Kalendis Januariis, quâ ærâ ſive calculo utitur Eccleſia Romana.

III.

P. Vinicius Nepos M. F.
P. Alfenius Varus P. F.

IV.

Lucius Ælius Lamia L. F.
M. Servilius Geminus M. F.

V.
Sex. Ælius Catus, *aliàs*, Catuus Q.F.
C.Sentius Saturninus C.F.

VI.
L. Valerius Meſſala Valeſius, Potiti F.
Cn.Cornelius Ciuna Magnus.

VII.
M.Æmilius Lepidus L.F.
C.Aruutius Nepos L.F.

VIII.
Q.Cæcilius Metellus Creticus,
L.Licinius Nerva Silanus.

IX.
M.Furius Camillus M.F.
Sex.Nouius Quiutilianus C.F.

X.
P.Sulpitius Csmerinus Q. F.
C.Poppejus Sabiuus Q.F.

XI.
P.Cornelius Dolabella P.F.
C.Julius Silanus.

IX.
M.Æmilius Lepidus Q.F.
T.Statilius Taurus T.F.

XIII.
Tiberius Germanicus Cæſar (*Druſi Germanici F.*
C.Fontejus Capito C.F.

XIV.
C.Silius Nepos, *aliàs* Cæçina C.F.
L.Munatius Plancus M.F.

XV.
Sex. Pompejus Sex.F.
Sex. Apulejus Sex.F.

Sub his Conſulibus Cæſar Auguſtus Nolæ in Campania moritur die XIX. Auguſti, cui ſuccedit Claudius Tiberius Auguſti privignus,

XVI.
Claudius Druſus Cæſar, *Tiberij Imp.F.*
C.Norbanus Flaccus L.F.

XVII.
T.Statilius Siſenna Taurus T.F.
L.Scribonius Libo L.F.

XVIII.
C.Cælius Rufus.
L.Pomponius, *aliàs* Pompejus Flaccus,

XIX.
C.Tiberius Nero Cæſar III.
Germanicus Cæſar II.

XX.
M.Julius Silanus (*Socer Caligulæ Imp.*
L.Norbanus Balbus, *vel*, Flaccus.

XXI.
M.Valerius Meſſala (*Valerii Meſſalini Pater*.
M.Aurelius Cotta.

XXII.
Tiberius Cæſar Auguſtus IV.
Druſus Cæſar, *ejuſdem Tiberij Filius* II.

XXIII.
C.Sulpitius Galba.
D.Haterius Agrippa.

XXIV.
C.Aſinius Pollio, *Aſinij Galli F. Pollionis N.*
C.Antiſtius Vetus.

XXV.
Sex. Cornelius Cethegus.
L.Vitellius Varro, *aliàs*, Viſellius.

XXVI.
Cn. Lentulus Iſauricus: *aliàs Coſſus Cornelius*.
M.Aſinius Agrippa, *Aſinij Galli F. Pollionis N.*

XXVII.
Cn.Cornelius Lentulus Gætulicus, Gætulici F.
C.Calviſius Sabinus. *Hic Traces domuit*,

XXVIII.
M.Lucinius Craſſus, *aliàs*, Licinius.
L.Calpurnius Piſo.

XXIX.
Ap.Junius Silanus, (*Conſocer Claudij Imp.*
P.Silius Nerva.

C.Ru-

Digitized by Google

XXX.
C. Rubellius Geminus.
C. Fuſius Geminus, *aliàs Rufus, ſivè Rufinus*.

Hic eſt annus XV. Tiberii Cæſaris, & ſub his Conſulibus baptizatus eſt Chriſtus, initiumque habuit ejus prædicatio. Qui ergo paſſum dicunt ſub his Conſulibus, neceſſe eſt aſſerant paſſum anno XV. Tiberii Cæſaris, ætatis ſuæ anno XXX.

71. Epiphanius autem hanc impugnans opinionem in hæreſi 51. Alogorum, ſub num. 22. recenſitis Conſulibus, paulo poſt ſubjungit: „ Anno quippe ab Incarnatione, adventuque ſuo XXXIII. conſtat unigenitum filium Dei eſſe paſſum. Qui tametſi pati per ſe ſe nihil poſſet, utpote Verbum Dei de Cœlo delapſum, nihilominus ſuſceptâ pro nobis carne Mortem perpeti voluit, ut mortis adversùm nos Chirographum ſolveret. Quò circa poſt eos Conſules, qui in annum illius XXX. incidunt, par aliud Conſulum ſequitur, Geminorum duorum deinde Rufi, ac Rubellionis: quibus ſucceſſere Conſules Vinicius, ac Longinus Caſſius; ſub quibus ſalvator paſſus eſt A. D. XIII. Kal. April. Ex quo illorum omnium convincitur error, & certiſſima veritatis doctrina monſtratur, non duo ſolùm in Scripturis Paſchata, ſed & tria reperiri. *Hæc Epiphanius*.

72. Sed non ſine manifeſto errore, nam diſtinguit in primis Conſulatum duorum Geminorum à Conſulatu Rufi, & Rubellionis, cùm tamen conſtet eoſdem eſſe duos Geminos, ac Rufum, & Rubellionem; & hos eoſdem cognominatos Geminos notat Tacitus lib. 5. Annalium, in cujus initio ait: *Rubellio, & Fuſio*, (aliàs Rufo) *Coſſ. quorum utrique Geminus cognomentum erat, Julia Auguſta mortem obiit*. Non ergo duos Conſulatus, ut placet Epiphanio, duo Gemini, & Rubellio & Rufus, conſtituere poſſunt, ſed unum dumtaxat: unde ſi vult Chriſtum Dominum paſſum eſſe in medio conſulatu eo, qui poſt Rubellionis conſulatum ſucceſſit, ſequitur paſſum XXXI. vel XXXII. ſuæ ætatis anno, non XXXIII. ut ipſe firmare contendit. Deinde nemo eſt qui aſſerat paſſum Dominum XIII. Kal. Aprilium, ideſt die XIX. Martii ut vult Epiphanius, nam Paraſceve Paſchæ paſſum tradunt Sacra Evangelia, ac ideo poſt æquinoctium vernum, juxta præſcriptum Moſis de tempore celebrandi Paſchatis, unde ante diem XXI. Martii non poterant Judæi Paſcha celebrare, ac proinde non potuit pati die XIX. Martii, ſi paſſum conſtat Paraſceve Paſchæ.

73. Duæ ergo extant probabiliores opiniones de anno quo paſſus eſt Dominus; quas cæteris omiſſis conſiderabimus: una, quæ docet Chriſtum Dominum paſſum eſſe anno ætatis ſuæ XXXIII. jam exacto; altera, quæ tradit paſſum anno XXXIII. nondum exacto. Pro prima opinione diverſa Patrum teſtimonia, & rationes afferri ſolent; nec caret ſuis patronis ſecunda.

74. Itaque Chriſtum paſſum eſſe, completo ætatis ſuæ anno XXXIII., inchoato à tribus menſibus anno XXXIV., ideſt à die XXV. Decembris uſque ad diem Mortis ſuæ; indicare videtur Euſebius diverſis in locis. Nam lib. 1. hiſt. cap. 10. definiens univerſum tempus prædicationis Chriſti, ait integrum non continere quadriennium: „ Refert porrò, *inquit*, Divina Scriptura totum prædicationis ſuæ tempus, ſub Anna & Caipha Pontificibus illum exegiſſe: id ſcilicet ſignificans, temporis ſpatio quo illi Sacerdotium adminiſtrarunt, univerſam Chriſti prædicationem terminatam fuiſſe. Cùm ergo ab Annæ Pontificatu exorſus, ad Caiphæ Pontificatum docere perſtiterit, vix hoc temporis intervallo quadriennium integrum continetur. „ *Hæc Euſebius*, & probat ex numero Pontificum, qui ab Anna uſque ad Caipham Sacerdotio functi fuerant, ſecundùm tradita à Joſepho lib. 18. Antiq. Si ergo non integro quadriennio, triennio jam exacto, & cum baptizatus fuerit anno XXX. ſuæ ætatis jam completo, ſequitur paſſum eſſe anno jam abſoluto XXXIII., inchoato XXXIV. Et in lib. 8. de Demonſtratione Evangelica, expendens Danielis prophetiam, ait: „ Erit igitur hebdomada annorum una, omne tempus quod cum Apoſtolis ſuis verſatus eſt, tum antequam paſſus eſt, tum poſtquam de Morte ad Vitam revenit: nam quòd antequam ſit paſſus, per tres annos & ſemis, omnibus & Diſcipulis, & non Diſcipulis ſe ipſum exhibuerit, palam ex iis, quæ ſcripta ſunt de ipſo, proditum eſt.

75. Denique, in Chronico notat Chriſtum natum Anno IV. Olympiadis CXCLV. paſſum verò anno IV. Olympiadis CCII. At ab anno IV. Olympiadis CXCLV. ad annum IV. Olympiadis CCII. numerantur anni integri XXXIII. Hinc Euſebius de Chriſti Morte ſub præcitata Olympiade ſcribit. „ Jeſus Chriſtus ſecundùm Prophetias, quæ de eo fuerant prolocutæ, ad paſſionem venit anno Tiberii XVIII. quo tempore etiam in aliis Ethnicorum Commentariis, hæc ad verbum ſcripta reperimus: *Solis facta defectio, Bithynia terræmotu concuſſa, & in Urbe Nicæa ædes plurimæ corruerunt*. Quæ omnia his congruunt, quæ in Paſſione Salvatoris acciderant. Scribit verò ſuper his & Phlego, qui Olympiadarum egregius ſupputator eſt, in tertiodecimo libro ità dicens: *Quarto autem anno CCII. Olym-*

„ *piadit, magna & excellens inter omnes,*
„ *quæ ante eam acciderant, defectia ſolis fa-*
„ *cta: Dies horâ ſextâ in tenebroſam noctem*
„ *verſus, ut Stellæ in Cœlo viſæ ſint, ter-*
„ *ræque motus in Bithynia Nicææ Urbis mul-*
„ *tas ædes ſubverterit*. Hæc ſupradictus vir. *Ita Euſebius*. Deinde ſubjungit, ex Joannia Evangelio conſtare, Dominum tribus annis prædicaſſe.

76. Sed, & Theodoretua in cap. 9. Danielis expendens verba illa, *confirmabit autem pactum hebdomadâ unâ*, notat Chriſtum tres circiter annos cum dimidio prædicaſſe. „
„ Quòd ſi quis etiam tempus percipere cu-
„ piat, *inquit*, ex Evangelio Joannis cogno-
„ ſcetur. Cùm enim annos circiter tres cum
„ dimidio prædicaſſet Dominus, Sanctoſque
„ ſuos Diſcipulos doctrinâ, & Miraculis con-
„ firmaſſet, tunc paſſua eſt. „ Dicit circiter, quia non integrum dimidium anni prædicavit ſupra annoa tres, licèt Auctor Operis imperfecti in Matthæum, rotunde dicat Chriſtum tribus annis, & ſex menſibus docuiſſe. Tamen ſex menſes integri numerari non poſſunt, neque ſi addatur tempus, quod poſt ſuam Reſurrectionem adhuc Apoſtolos docuit, uſque ad ejus aſcenſionem in Cælum. Accuratiùs S. Hieronymua in cap. 42. Ezechielia, ſcribit: „ Dominus triginta an-
„ norum venit ad Baptiſmum, & hic ipſe
„ Propheta in principio voluminis annum
„ poſuit triceſimum, qui tricenteſimus, &
„ triceſimus numerus additis tribus, & parte
„ tertiâ completur. „ *Hæc Hieronymus*.

77. Suffragatur Beda lib. de Temporum ratione cap. 40. ubi agens de ætate & Paſſione Domini, ait: „ Habet enim, niſi fallor
„ Eccleſiæ fides, Dominum in carne paulò
„ plua minua quàm XXXIII. annia, uſque
„ ad ſuæ tempora paſſionis vixiſſe: quia vi-
„ delicet XXX. annorum fuerit baptizatus,
„ ſicut Evangeliſta Lucas teſtatur, & trea
„ ſemis annos poſt Baptiſma prædicaverit.
„ *Subjicit inde*. Sancta ſiquidem Romana
„ & Apoſtolica Eccleſia, hanc ſe fidem tene-
„ re & ipſis teſtatur indiculis, quæ ſuis
„ in Cereis annuatim inſcribere ſolet, ubi
„ tempua Dominicæ paſſionia in memoriam
„ populia revocana, numerum triginta ſem-
„ per & tribus annis minorem, quàm ab
„ ejus Incarnatione Dionyſius ponat, adno-
„ tat. Denique anno ab ejus Incarnatione
„ juxta Dionyſium DCCI. Indict. IV. fra-
„ tres noſtri, qui tunc fuere Romæ, hoc
„ modo ſe in Natali Domini in Cereis S. Ma-
„ riæ ſcriptum vidiſſe, & inde deſcripſiſſe
„ referebant: A' Paſſione Domini Noſtri Jeſu
„ Chriſti, anni ſunt DLXVIII. „ *Hæc Beda*.

78. Propter hujus numeri Myſterium Urbanus Papa in ſua Bulla Jubilæum Univerſale, quod priùs celebrari Romæ conſueverat anno centeſimo, inde quinquageſimo, ad triceſimum tertium annum reduxit, inquiena: „ Nos conſiderantes, quòd numero
„ hujuſmodi XXXIII. qui fuerunt tempua
„ vitæ noſtri Salvatoria, quibus converſa-
„ tus in Mundo, miro clauſit ordine ſui mo-
„ ras incolatus, plurima etiam alia, & gran-
„ dia Divinarum Scripturarum Myſteria ada-
„ ptari poſſunt; & ut jugia Salvatoria, &
„ eorum, quæ pro ſalute humani generis
„ geſſit, & verbis docuit, & exemplia, ſit
„ memoria, de Fratrum noſtrorum conſilio,
„ & ſupradictis, & aliis juſtis de cauſia ad
„ XXXIII. reducimua Jubilæum. „ *Hactenus Urbanus*. Et hæc quidem opinio in Eccleſia Romana eſt magia plauſibilia, quam multi abſque hæſitatione ulla ſequuntur.

79. Altera verò opinio de Chriſto paſſo anno XXXIII. currente nondum expleto, ſuos etiam habet patronoa, & præcipuè Aſtronomos, ſive in calculandi arte peritos. Etenim iſti ſupponentea tanquam certum Chriſtum paſſum Feria VI. in plenilunio Paſchali, concludunt non potuiſſe evenire anno XXXIV. inchoato vitæ Chriſti. Nam ſecundùm Dionyſii Tabulam, nunquam ab anno primo Chriſti uſque ad quadrageſimum, inveniri poteſt Lunâ XV. in menſe Martio, VIII. Kal. April. incidere in diem Veneris; & ideo multi ex hoc aberrarunt. Paulus enim Foroſompr, videna plenilunium Lunæ primi menſis incidere in Fer. VI. anni Chriſti XXXVI. die XXX. Martii, concluſit eo anno Chriſtum paſſum. Sed Joannes Lucidus adnotans plenilunium prædictum incidiſſe in feriam VI. die III. Aprilis anni Domini XXXIII. currentis, eo die & anno paſſum voluit. Inextricabilia ſane controverſia.

80. Alfonſua Salmeron Prolegom. 38. de vera Chriſti ætate, firmans ſententiam de Morte Chriſti anno ſuæ ætatia XXXIII. abſoluto, per tres fere menſea inchoato anno XXXIV; conciliare contendit contradictionem exortam ex calculo Aſtronomico, ex quo videtur eo anno Luna XV. incidiſſe in diem XXIII. Martii, in feriam III. non autem VI., dicens: ex antiquis Hebræorum Traditionibua conſtare, Menſis initium apud illos non computari ab ipſo novilunio, verùm ab ipſius Lunæ cornicularis apparitione: idcircò conſueviſſe veteres Judæos tempore novilunii homines mittere ſuper Altiſſimos Montes, quo ejs novæ Lunæ aſpectum ſignificarent, ut Menſium initia auſpicari poſſent. Eo ergo anno, inquit Salmeron, ex Aſtronomicis obſervationibus, novilunium primi Menſia fuit circa ſolis occubitum IX. die Martii, quare XV. Luna fuit XXIII. ejuſdem Martii. Prima autem Lunæ apparitio fuit circiter per duos, vel trea dies, uno diei quadrante adducto, itaut ex Majorum Traditione Judæi Menſem inchoaverint XI. vel XII. die Menſia Martii: quare XV. dies Menſia extitit XXV. vel XXVI. Martii, quo die Luna XVIII. erat inchoata veſpere præcedenti, iſ-

que

que dies fuit feria VI. diei Veneris, & ſic omnia conſonant.

81. Subjungit inde inquiens, vel dicendum eſt, quòd, ut Albertus Magnus ſuper Epiſtolam Dionyſii ad Polycarpum oſtendit, Anno XXXIV. vitæ Chriſti Labente in XXV. Martii incidit XV. Luna & dies Veneris; propterea, qui aliter per novas tabulas computant, valdè falluntur, quia non ſunt ipſorum tabulæ in omnibus certæ, & veræ. Nam Ptolomæus correxit ſuperiores aliorum Tabulas; & Alphagranus illas Ptolomæi; Alphonſus Rex Caſtellæ, eas, quas Alphagranus condiderat. Neque facile eſt ab Eccleſiæ ſenſu recedendum, ob unius vel alterius computationem. Hæc omnia Salmeron.

82. Ricciolius verò in ſua Chronol. Reform. Tom. 1. lib. 8. cap. 9. firmat ex Sanctorum Patrum conſenſu, ab Eccleſia recepto, Chriſtum paſſum eſſe, feria VI. die immediatè Sabbatum præcedente. Sed qua menſis die, cap. 10. Solùm diverſas recenſet opiniones inter ſe diſcrepantes, conſtituentes Chriſti mortem à XX. die Martii uſque ad XVI. diem Aprilis, adeout quidam velint paſſum die XX. Martii, alii XXI., alii XXIII., & ſic de reliquis uſque ad eos, qui aſſerunt paſſum die XVI. Martii. Quibus recitatis, ſubjungit: quòd licèt certum ſit Chriſtum paſſum eſſe feria VI. in Feſto azymorum, & diem Feſtum Azymorum fuiſſe illam diem XV. Niſan, ſive plenilunium civile, quod primum incidit poſt Æquinoctium Vernum, incertum tamen eſt, quænam dies apud Judæos tempore Chriſti deputata fuerit Æquinoctio civili in Kalendario Faſtiſve Judaicis, & præterea incertum eſt quâ methodo, tunc Judæi determinarent Neomeniam primi menſis Niſan, à qua pendebat determinatio decimæquartæ diei pro eſu Agni Paſchalis, & decimæquintæ pro Feſto azymorum. Et ex hac incertitudine videtur nihil certi poſſe concludi de menſis die, quo paſſus ſit. Tamen ſub cap. 12. poſtea firmat hanc concluſionem. „ Chriſtus Dominus paſſus eſt ac mortuus „ anno vulgari Chriſtianæ Epochæ, & Kalendarii Romani XXXIII. Olympiadis CCII. „ Anno IV. exeunte, Julianoque LXXVIII. „ Tiberii XIX. Conſulibus Sergio Sulpicio „ Galba, & Lucio Cornelio Scilla, anno ætatis ſuæ XXXIII. labente, quod eſt probabiliùs, vel XXXIV. labente, quod non eſt „ improbabile. „ *Hæc Ricciolius*.

83. Et ſanè ſi ponatur paſſus anno XIX. Tiberii ſequitur ut paſſus ſit quarto Conſulatu poſt Conſulatum duorum Geminorum: etenim poſt Conſulatum C. Rubellii Gemini, & C. Fuſii, ſive Rufi Gemini, Conſules fuerunt

Anno XVI. Tiberii.
M. Vinicius Quartinus, *progener Tiberij*.
C. Caſſius Longinus.
Anno XVII. Tiberii.
Tiberius Nero Auguſtus V.
L. Ælius Sejanus.

Hoc anno Sejanus etſi Conſul, Tiberii literis ad Senatum accuſatus, miſerrimè cum tota ſua ſtirpe, carnificis manu periit. Cujus loco in Conſulatu ſuffectus eſt C. Memmius Regulus, & loco Tiberii Fulcinus Trio; adeout hoc anno quatuor habeantur Conſules. Aubertus Myræus ſub his Conſulibus Chriſtum paſſum conſignat, anno ſuæ ætatis XXXI. neſcio tamen qua ratione fultus, cùm oſtent tria certa Paſchata, deſignata ab Evangeliſta Joanne, quæ in ſua prædicatione à tempore Baptiſmatis Salvator peregerat. Poſt ergo Conſulatum Tiberii, & Sejani, ac Suffectorum conſignantur.

Anno XVIII. Tiberii.
Cn. Domitius Ahenobarbus, *Neron. Imp. Avus*.
A. Vitellius Nepos.
M. Furius Camillus Scribonianus, *Suffectus*.

Anno XIX. Tiberii.
Servius Sulpitius Galba, *poſt Imp.*
L. Cornelius Sulla, *aliàs*, Scilla.

Sub his ergo Conſulibus paſſum Dominum dicit Ricciolius, qui paſſum vult anno XIX. Tiberii, ſuæ ætatis anno XXXIII. labente. Si autem dicatur paſſum eſſe anno ætatis ſuæ XXXIV. labente, ſequitur paſſum anno XX. Tiberii, Conſulibus Paulo Fabio Perſico, aliàs, Priſco, & L. Vitellio Nepote. Hæc itaque omnia hactenus adducta ex aliorum ſententia. Nihil nos andemus firmare aut de noſtro aſſerere, ubi & Doctiſſimi viri plurimùm inſudarunt, nec tamen quid certum in omnibus, atque indubitatum ſtabilire potuerunt. Si qua mea eſſet ſententia, non alia certe ab ea, quam ſequitur in ſuis Kalendariis S. Romana Eccleſia.

COL-

COLLATIO

Hujus Hæreſis, cum Hæreſi quorundam Recentiorum Evangelicorum.

84. SIXTUS Senenſis lib. 7. Biblioth. ſcribit Anabaptiſtas eundem errorem reaſſumpſiſſe. „ Et nunc, *inquit*, „ Anabaptiſtæ noſtrorum temporum defendunt, negantes Evangelium Joannis apud nos haberi integrum, inviolatum, & intactum, ſicut ipſum olim „ primus ejus author conſcripſit. „ Eraſmus quoque in notis ad cap. 8. Joannis videtur & ipſe fateri Evangelium Joannis eſſe falſatum, cùm dicat hiſtoriam Mulieris adulteræ, quæ habetur cap. 8., eſſe adjunctam vero textui Joannis, immò eſſe fabuloſam. De Apocalypſi verò cum Alogis ſentire videtur Lutherus apud Bellarminum lib 1. de Verbo Dei cap. 19. nam in quadam præſatione ad lib. Novi Teſtamenti, ait, ſe Apocalypſim neque pro Prophetico, neque pro Apoſtolico libro recipere, ſed ſimilem judicare lib. 4. Eſdræ: cui ſententiæ ſe ſubſcribere, notat idem Bellarminus, Brentium, & Kemnitium.

CAPUT IX.

SIVE XXXI.

De Aditis, ſive Adamianis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1. *ADAMIANI ex Adam dicti, cujus imitantur in Paradiſo nuditatem, quæ fuit ante peccatum: Unde & Nuptias averſantur, quia nec priuſquam peccaſſet Adam, nec priuſquam dimiſſus eſſet de Paradiſo, cognovit uxorem. Credunt ergo, quòd nuptiæ futuræ non fuiſſent, ſi nemo peccaſſet. Nudi itaque Mares Fæminæque conveniunt, nudi lectiones audiunt, nudi orant, nudi celebrant Sacramenta; & ex hoc Paradiſum ſuum arbitrantur Eccleſiam.*

COM-

COMMENTARIUS HISTORICUS.

2. ADAMIANI *ex Adam dicti*) De Adamianis agit Epiphanius hæreſ. 52. quos adſimilat Talpæ, ſed ſine Auctoris nomine. In Indiculo tamen lib. 2. num. 6. à quodam Adamo inſtitutos autumat. *Adamiani*, inquit, *ab Adamo neſcio quo vivente ſic dicti, ridiculum potiùs quàm veriſimile dogma profitentur*. S. Auguſtinus verò Auctoris nomen præterit. Sed Theodoretus lib. 1. hæret. fabul. Sectæ hujus Principem facit Prodicum, quem dicit ſecutum eſse Epiphanem Carpocratia filium, nam poſt Epiphanem immediatè de Prodico ſubjungit: *Eum verò ſecutus Prodicus, eorum, qui Adamitæ dicuntur, hæreſim inſtituit*: & hunc Decreta Carpocratis confirmaſse fatetur, inquiens: *Is apertè & palàm ſcortari, adjecit Decretis Carpocratis*.

3. Verùm, ſemel quòd hujus hæreſis princeps conſtituatur Prodicus, in ea collocanda non videtur ab Epiphanio, neque ab Auguſtino obſervata temporis ratio, cùm non ad Alogorum ætatem, ſed magis ad Gnoſticorum tempora, & Valentini eſset referenda: Etenim teſte Clemente Alexandrino lib. 3. Stromat. cap. 3. edit. Pariſienſis de anno 1612. apud Laurentium Somnium, etiam illi qui à Prodico exierunt, ſe Gnoſticos dici volebant: *Talia autem*, inquit, *ſtatuunt Prodici quoque aſſeclæ, qui ſe ipſos falſo nomine vocant Gnoſticos*. Immò Tertullianus conjungit hunc Prodicum cum Valentino, in Scorpiaco adversùs Gnoſticos cap. ult., ubi Rhenanus in notis advertit ideò eos ſimul conjungere, quia ambo fuerant Gnoſticorum Sectæ Principes. Et hac fortè de cauſa Iſidorus lib. 8. Etymol. cap. 5. Statuit Adamianos ante Cajanos, & Sethianos immediatè poſt Archonticos, quem poſtea ſecutus eſt Honorius Auguſtodunenſis in lib. de hæreſibus, & ante ipſum Rhabanus Maurus lib. 2. Inſtit. Cleric. cap. 58. Jacobus etiam Gualterius in ſua Tabula Chronol. Sæcul. 2. cap. 33. in eodem loco, nimirum immediatè poſt Archonticos, eoſdem collocat. Hinc Ricciolius in ſua Chronologia Refor. cap. 3. catal. 2. ſub anno CLXXV. Prodicum cum Adamitis conſignat, inquiens: *Prodicus Adamitarum Auctor, qui nudi in cavernis cùm Mulierculis ſe miſcebant, pluresque Deos introducebant, & Martyrij neceſſitatem negabant*.

4. Turpiſſimis fuiſſe moribus notat S. Auguſtinus, dùm ait inter ſe hujus hæreſis fautores nudos convenire, nudos orare, nudos lectiones audire, nudoſque Sacramenta celebrare. Et Epiphanius, in hypocauſtis Eccleſias ſuas, ſive potiùs latibula, aut cavernas, extruere conſueviſſe refert, ignem ſubter applicando, ad eos evaporandos, ac fovendos, qui in illud cubiculum conveniebant, nam ante ingreſſum ſe nudabant, ut ſic nudi ſua peragerent Myſteria: „ In ingreſſu, *inquit Epiphanius*, veſtimentorum „ Cuſtodes præ foribus Capſariorum inſtar „ appoſiti ſunt: Tum intrantium quiſque „ tàm vir, quàm fœmina foris veſtibus exuens ſe ſe toto corpore, perinde ut ex utero Matris exiit, nudus ingreditur. Sed qui „ Principes inter illos habentur, & Magiſtri, peræquè nudi conſident, alii in ſuperiore loco, alii in inferiore, promiſcuè „ ac paſſim.

5. Promiſcuè coiſſe addit Theodoretus, inquiens: „ Mulieres enim eſſe communes „ conſtituit: quamobrem non ſolùm in conviviis publicis, candelæ lumine paulò longiùs remoto, in quancumque inciderat, „ cum ea unuſquiſque coibat, ſed etiam „ Myſtica initia ejuſmodi incontinentiam „ exiſtimabant, *Hæc Theodoretus*, qui refert Clementis Alexandrini teſtimonium: nam in lib. 3. Strom. cit. ait. *Sunt autem qui etiam publicam venerem, pronunciant Myſticam communionem*. Et poſt aliqua ſubjungit: „ oh Impietatem! etiam voces Domini ementiuntur, iſti intemperantiæ communicatores fratreſque libidinis, non ſolùm probrum Philoſophiæ ſed etiam totius vitæ, qui veritatem, quantùm in ejs „ ſitum eſt, adulterant ac corrumpunt vel „ potiùs defodiunt, qui omnium hominum „ infeliciſſimi, carnis & coitus conjunctionem, eſſe pronunciant Sacram Communionem, & eam exiſtimant deducere ad Regnum Dei. In fornices quidem, & proſtibula deducit hæc communio, & ejus „ cum ei fuerint participes, ſues, & hirci. „ In majori autem ſpe apud eos fuerint, quæ „ in Lupanari proſtant Meretrices, impudenter quoslibet qui volunt admittentes. *Hæc Clemens*. Et ut oſtendat ſe de Adamitis à Prodico exortis loqui, poſt alia plura ſubjungit: „ Talia autem ſtatuunt Prodici quoque aſſeclæ, qui ſe ipſos falſo „ nomine vocant Gnoſticos, ſe ipſos quidem dicentes eſſe naturâ filios primi Dei. „ Nobilitate autem, & libertate abutentes, „ vivunt ut volunt. Volunt autem libidinosè, ſe nullâ re teneri arbitrati, ut Domini Sabbati, & qui ſint quovis genere „ ſuperiores, filii Regales. Regi autem, inquiunt, Lex ſcripta non eſt. „ *Hactenus Clemens*.

6. Sed altiùs originem repetendo, hanc turpiſſimam ſectam inter Ethnicos primùm exortam, crediderim à Prodico inter Chriſtianos renovatam, nam ſimilem in Hetruria à quodam Græculo inſtitutam narrat Livius Decad. 4. lib. 9. versùs initium, inquiens: „ Græcus ignobilis in Hetruriam „ primùm venit, nulla cum arte earum,

„ quas

„ quas multas ad animorum, corporumque
„ cultum nobis eruditiſſima omnium Gens
„ invexit, ſed Sacrificulus & Vates: nec
„ is, qui apertâ Religione propalam, &
„ quæſtum, & diſciplinam profitendo, ani-
„ mos horrore imbueret, ſed occultorum
„ antiſtes Sacrorum. Initia erant, quæ pri-
„ mo paeis tradita ſunt; deinde vulgari
„ cœpta per viros, mulieresque: additæ
„ voluptates Religioni, vini & epularum,
„ quò plurium animi illicerentur; cùm vi-
„ num animos & nox, & miſti Fœminis Ma-
„ res, ætatis teneræ majoribus, diſcrimen
„ omne pudoris extinxiſſent, corruptelæ pri-
„ mùm omnis generis fieri cœptæ, cùm ad
„ id quiſque, quò naturâ pronioris libidi-
„ nis eſſet, paratam voluptatem haberet.
„ Nec unum genus notæ, ſtupra promiſcua
„ ingenuorum, fœminarumque erant, ſed
„ falſi teſtes, falſa ſigna, teſtimoniaque, &
„ judicia ex eadem officina exibant. „ *Hæc Livius*, ſubjungens poſtea eandem labem ex Hetruria Romam quoque velut contagione morbi penetraſſe, ſed detectam ſub Poſthumio Conſule repertos fuiſſe ad numerum ſeptem circiter millium virorum, & mulierum refert, eidem ſectæ adhærentium: ſed graviter ex Senatus Conſulto, tum in capita, tum in complices eſſe animadverſum.

7. Aliquid etiam ſimile de Cynicis Philoſophis narrat S. Auguſtinus lib. 14. de Civit. cap. 20., qui non erubeſcebant, licèt cum uxoribus, ubicumque coire, etiam in vico, in via, palamque in platea. „ Hoc illi, *in-*
„ *quit*, Canini Philoſophi, hoc eſt, Cynici,
„ non viderunt, proferentes contra huma-
„ nam verecundiam, quidquid aliud, quàm
„ Caninam, hoc eſt, immundam, impu-
„ dentemque ſententiam: ut ſcilicet, quo-
„ niam juſtum eſt, quod fit in uxore, pa-
„ lam non pudeat id agere: nec in Vico,
„ nec in Platea qualibet conjugalem concu-
„ bitum devitare. „ *Hæc Auguſtinus*. Hinc Tullius ipſe lib. 1. de officiis num. mihi 148. reprobat atque damnat hanc Cynicorum turpem conſuetudinem, inquiens: „ Cyni-
„ corum verò ratio, tota eſt eiicienda. Eſt
„ enim inimica verecundiæ, ſine qua nihil
„ rectum eſſe poteſt, nihil honeſtum. Eos
„ autem, quorum vita perſpecta in rebus
„ honeſtis, atque magnis eſt, bene de Re-
„ publica ſentientes, ac benè meritos, ac
„ merenteis, aliquo honore, aut imperio
„ affectos, obſervare, & colere debemus. Notat Vives ad cap. 20. lib. 14. de Civit. Principes hujus ſectæ extitiſſe Antiſthenem Socratis Diſcipulum, Diogenem Sinopæum, Cratem Thebanum, & Menippum Phœnicium. Verùm S. Auguſtinus totam hujus turpitudinis cauſam refert in Diogenem, non tamen diu duraſſe fatetur, ſed pudorem naturalem hujus erroris viciſſe opinionem.
„ Vicit tamen, *ſubjungit*, pudor naturalis
„ opinionem hujus erroris. Nam etſi perhi-
„ bent hoc aliquando gloriabundum feciſſe
„ Diogenem, ita putantem ſectam ſuam no-
„ biliorem futuram, ſi in hominum memo-
„ ria inſignior ejus impudentia figeretur;
„ poſtea tamen à Cynicis fieri ceſſatum eſt,
„ pluſque valuit pudor, ut erubeſcerent
„ homines hominibus, quàm error, ut ho-
„ mines canibus eſſe ſimiles affectarent. *Hactenus S. Auguſtinus*.

8. Sed ad Adamianorum iſtituta redeundo, S. Epiphanius refert inter illos quoſdam fuiſſe, qui continentiam, & Virginitatem affectabant, licèt & ipſi nudi Sacra munia obirent: „ Nonnulli, *inquit*, ex eo-
„ rum numero ſunt, qui ſcilicet Continen-
„ tes appellantur, idque præſeferunt, ac
„ virgines habentur, ſeque ipſos hunc in
„ modum decipiunt. Jam verò lectiones,
„ ac reliqua id genus obeunt. „ Addit porrò conſueviſſe ab eorum eiicere Conventu, quotquot in aliquam culpam labi cognoverint, exemplo Adami qui propter eſum de ligno vetito, ejectus fuerat de Paradiſo, nam Paradiſum Eccleſiam ſuam dicebant.
„ Quòd ſi quis, *ait*, ut dicere ſolent, in
„ culpam lapſus eſſe videatur, hunc in Con-
„ ventum ſuum minimè amplius recipiunt,
„ Adamum enim illum eſſe dicunt, qui de
„ ligno comederit, atque è Paradiſo, hoc
„ eſt Eccleſia ſua, exterminandum judicant:
„ nam Eccleſiam ſuam Paradiſum eſſe ſta-
„ tuunt, ſe ipſos verò Adamum & Evam. *Hæc Epiphanius*. Qui & ridiculam hanc appellat hæreſim, de qua an agere debuerit, diù ſe dubitaſſe ſcribit. Et ſane pauci de ea ſcribunt, unde veriſimile eſt citò fuiſſe extinctam.

COMMENTARIUS

Dogmaticus.

9. UNde *& Nuptias adverſantur*) hoc dogma Adamitarum, ſive Adamianorum refert Auguſtinus, nimirum quòd nuptias damnaverint. Explicite Epiphanius in Indiculo tantùm hujus meminit hæreſis, minimè in hæreſi 52. ubi diffuſe de ea agit. Itaque ſub numero 6. Indiculi lib. 2. tom. 1. ait: *Monachorum, & continentium inſtituta ſectantur, nuptiaſque condemnant*. Non quod cælibem vitam ducerent, quemadmodum Monachi, cùm conſtet ex Theodoreto obſcœniſſimos extitiſſe, ſed quòd voluerint licitum eſſe promiſcuum concubitum, ac mulieres eſſe communes; certe Nuptiis adverſabantur, nam nuptiæ unam uni obſtringunt, nec communis eſſe poteſt nupta mulier. Etiam ad dogma pertinet, quòd vellent imitandam eſſe Adami nuditatem, & nonniſi nu-

dis

dis eſſe in Eccleſiam ingrediendum, Sacraque peragenda Myſteria.

10. Tertullianus in Scorpiaco adversùs Gnoſticos cap. ult., Valentino & Prodico commune fuiſſe dogma tradit, non eſſe pro Chriſto moriendum, Martyrium verò prorſus contemnendum: „ Quòd ſi jam, *inquit*, „ tunc Prodicus, aut Valentinus adſiſteret, „ ſuggerens: non in terris eſſe confitendum „ apud homines, quòd nec Deus humanum „ ſanguinem ſitiat, nec Chriſtus vicem paſ„ ſionis, quaſi & ipſe de ea ſalutem confe„ cuturus expoſcat, ſtatim audiſſet à Servo „ Dei, quod audierat Diabolus à Domino: „ *Recede Satana, ſcandalum mihi es. Scriptum* „ *eſt: Dominum Deum tuum adorabis, &* „ *illi ſoli ſervies.* „ Clemens verò Alexandrinus lib. 7. Stromatum pag. mihi 712. ſupracit. edit. Dogma etiam Prodici fuiſſe refert, Deum non eſſe orandum. *Hic mihi*, inquit, *venit in mentem quorundam, qui diverſa ſentiunt, nempe Prodici hæreſis ſectatorum, Dogmatum, quæ inducunt non eſſe orandum*. Inde lib. 3. Stromat. refert in hac Adamianos fuiſſe dementia, ut dicerent ſe liberos eſſe, regales filios, nulli legi ſubjectos. *Voluut autem libidinosè, ſe nullâ*, inquit, *re teneri arbitrati, ut Domini Sabbati, & qui ſunt quovis genere ſuperiores, filii regales. Regi autem inquiunt, Lex ſcripta non eſt*. Itaque ſumma Prodici, & Adamianorum hæreſum eſt.

I. Nuptias eſſe prorſus damnandas.
II. Non eſſe pro Chriſto ſubeundum Martyrium.
III. Dari homines nulli legi ſubjectos.
IV. Deum non eſſe orandum.

Quæ verò dicunt de ſuo Paradiſo, & quòd nudi Sacra peragere debeant, & alia hujuſmodi ad Adæ imitationem, prorſus ridicula ſunt & inania. „ Cur igitur, *ait Epi*„ *phanius*, ſubter cubiculum illud ignem „ excitant, ne frigore infeſtentur? Adamus „ & Eva neque in hypocauſto degebant, „ neque ardore ullo, atque æſtu premeban„ tur, nec ullum eis frigus erat moleſtum: „ ſed puriſſimo aëre fruebantur, ac mirificè „ à Deo temperato, qui nec frigoris atro„ citate vehementior, nec moleſtiſſimo in„ cendii ardore violentus immineret. Victus „ iiſdem ambroſia erat à Deo parata, de„ nique ad omnem erat voluptatem jucundi„ tatemque factus. Ita, ut neque algori, „ neque æſtui, quemadmodum diximus, eſ„ ſent obnoxii. At illi, cùm iſtiuſmodi neceſ„ ſitatibus vitæ expoſiti ſint, omninò ridiculi „ ſunt. „ *Hæc & alia Epiphanius*.

COMMENTARIUS

In Hæreſim I.

11. Nuptias eſſe prorſus damnandas) Hæc fuit priſcorum hæreticorum dogma, hoc docuit Saturninus, ut vidimus par. 1. cap. 3. in Commentar. ad hæreſ. VI. Hoc ex conſequenti dixerunt qui mulierum communitatem admiſerunt, ut Simoniani, Menandriani, Nicolaitæ, Gnoſtici omnes, & alii, de quibus pariter egimus in prima parte. Hoc denique tradiderunt, Tatiani, Severiani, Marcioniſtæ, Encratitæ, & alii plures; ſed diverſa de cauſa, ut ſuis reſpective in hæreſibus obſervavimus. Adamiani verò aliam peculiarem rationem excogitarunt, quam in textu refert S. Auguſtinus: nam ideo, ait, Nuptias averſari, quia Adam, & Eva, nec priùs quàm peccaſſent, nec priùs quàm dimiſſi eſſent de Paradiſo, copulati fuerint; credentes quòd nuptiæ futuræ non fuiſſent, ſi nemo peccaſſet. Sed quàm falsò hæc commenti ſint, liquet ex cap. 2. Geneſis, & Matthæi cap. 19. quibus in locis manifeſtum ſit, primas nuptias à Deo inſtitutas, inter Adamum & Evam, in Paradiſo, & in ſtatu Innocentiæ, & ante primorum parentum lapſum fuiſſe celebratas. *Vide tamen pag.* 226.

COMMENTARIUS

In Hæreſim II.

12. Non eſſe pro Chriſto) Hæc propria fuit Gnoſticorum hæreſis, ut diximus par. 1. cap. 6. Comment. in hæreſim VIII. licèt ante Gnoſticos etiam Baſilides eandem docuerit, ut vidimus in ejus hæreſi IX. Valentiniani pariter idem aſſeverarunt, ut in eorum hæreſi XV. in eadem par. 1. cap. 11. vidimus. Optimè ergo Tertullianus commune hoc dogma facit Valentini, & Prodici cap. ult. Scorpiaci. Cauſam verò cur Martyria parvifaciant, refert ibidem Tertullianus, quòd ſcilicet Deus humanum ſanguinem non ſitiat. Sed idem Tertullianus in eodem Scorpiaco diffusè probat Scripturarum teſtimoniis neceſſitatem Martyrii, quod vult eſſe præceptum à Deo, & eodem præcepto quo præcipitur fidei Confeſſio, quo prohibetur Idolatria. Proindè colligenda ſunt, quæ in prima parte retulimus adversùs eandem hæreſim.

COMMENTARIUS

In Hæreſim III.

13. D*Ari homines nulli legi ſubjectos*) à Valentino hanc hæreſim hauſiſſe Prodicum indubium eſt, cùm præcipuè de ejus ſchola prodierit. Valentinus enim tria hominum genera excogitaverat, ut vidimus par. 1. cap. 11. hæreſ. VII., nimirum Animalium, Carnalium, & Spiritualium, & tertii generis ſuos fuiſſe ſectatores fabulabatur, ſcilicet Spirituales, quibus certè ſine labore ſalutem repromittebat, eiſque impune quodcumque facere permittebat, ſic Epiphanius in hæreſi 31. num. 7. inquiens: „ Ex quibus, primum ſe ordinem facere dictitant, uti & Gnoſticos, qui neque laboris ullius indigeant, præterquam cognitionis, appellationiſque Myſteriorum, quæ penes illos ſunt, & quiduis impunè facere pro arbitrio poſſe, fieri enim non poſſe, quin omninò eorum Ordo, utpotè ſpiritalis, ſalutem obtineat. „ *Hæc Epiphanius*. Hujuſmodi ergo doctrinâ imbutus Prodicus, ſuos Adamianos docuit nulli legi eſſe ſubjectos, licere eis in omnibus ſuâ uti libertate, & impune omnia pro libito agere.

14. Adversùs hanc dementiam, ſive magis impietatem nonnulla adnotat idem Clemens Alexandrinus, lib. 3. Stromat. cit. inquiens: „ Primum quidem, quòd non faciant omnia quæ volunt: multa enim eos prohibebunt, etſi cupiant & conentur. Quin etiam quæ faciunt, non faciunt ut Reges ſed ut maſtigiæ, clanculum enim committunt adulteria, timentes ne deprehendantur, & vitantes ne condemnentur, & metuentes, nè ſupplicio afficiantur. Quomodo autem res eſt libera, intemperantia & turpis ſermo? *Omnis enim qui peccat, eſt ſervus*, inquit Apoſtolus. Sed quomodo vitam ex Deo inſtituit, qui ſeipſum dedititium præbuit cuivis concupiſcentiæ, cùm dixerit Dominus, *Ego autem dico ne concupiſcas?* Vult autem quis ſuâ ſponte peccare, & fert decretum ut adulteria committat, voluptatibuſque & deliciis ſe expleat, & aliorum violet matrimonia? Cùm etiam aliorum, qui inuiti peccant miſereamur, ſi in externum Mundum venerint, qui in alieno non fuerint fideles, eis fides non habebitur. Afficit autem hoſpes aliquis Cives contumeliâ, & eis injuriam facit; non autem ut peregrinus utens neceſſariis, vivit Cives non offendens. Quomodo autem cùm eadem faciant, quæ qui odio habentur gentibus, propterea quod non faciant ea, quæ dicta ſunt legibus, nempe iniqui, & incontinentes, & avari, & adulteri, dicunt ſe ſolos Deum noſſe? Oporteret eos enim etiam cùm alienis adſunt rectè vivere, ut reverà regiam virtutem oſtendant. Jam verò & humanis legiſlatoribus, & Divinæ legi odio habentur, cùm iniquè & præter leges vivere inſtituerint. Is certè qui Scortatorem confodit, à Deo pius eſſe oſtenditur in Numeris. *Et ſi dixerimus*, inquit Joannes in Epiſtola, *quòd Societatem habemus cum eo, nempe Deo, & in tenebris ambulamus; mentimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce, Societatem habemus cum ipſo, & Sanguis Jeſu Filii ejus emundat nos à peccato*. Quomodo ergo ſunt hi, hujus Mundi ſeu Sæculi hominibus meliores, qui vel peſſimis hujus Mundi ſunt ſimiles? Sunt enim, ut arbitror, ſimiles naturâ, qui ſunt factis ſimiles. Quibus autem ſe eſſe cenſent nobilitate ſuperiores, eos debent etiam ſuperare moribus, ut vitent nè includantur in Carcere. „ *Hæc Clemens* adversùs hanc Prodici, & Adamianorum inſaniam.

COMMENTARIUS

In Hæreſim IV.

15. D*Eum non eſſe orandum*) Notat Clemens Alex. lib. 7. Stromat. hanc hæreſim à Philoſophis Cyrenaicis primùm emerſiſſe. „ Ne ergo, *inquit*, de hac ſua impia ſententia, tanquam nova, & aliena hæreſi ſe efferant, ſciant eam quidem priùs fuiſſe acceptam à Philoſophis, qui dicuntur Cyrenaici. „ *Hæc Clemens*, qui lib. 2. Stromat. dicit, Cyrenaicos philoſophos Epicurum ſecutos, aſſeruiſſe primum naturæ bonum eſſe voluptatem. *Epicurus quidem*, inquit, *& Cyrenaici, id quod eſt primum naturæ proprium, & conveniens, dicunt eſſe voluptatem*. Cujus ſectæ Principem Ariſtippum fuiſſe tradunt voluptatis amatorem, de quo idem Clemens lib. 2. Pædag. cap. 8. ſcribit: „ Jam verò novi etiam quæ dixerit Ariſtippus Cyrenæus: Molli ac luxurioſæ vitæ erat deditus Ariſtippus: is ejuſmodi Sophiſticam proponebat orationem. *Equus, qui unguento ungitur, in Equi virtute non læditur, nec Canis unguento delibutus, in virtute Canis*. „ Erat ergo voluptuoſus, deliciis & carnis voluptatibus deditus; ſed hoc quia in ipſa voluptate ſummum conſtituebat bonum. Deum ergo in ſua ſententia minime orandum, ſi alium Deum non agnoſcebat præter ipſam voluptatem.

16. Certum ergo eſt eos, qui Deos eſſe negabant, ut præter Ariſtippum, Diagoras Melius, & Theodorus Cyrenaicus ſentiebant, in ea fuiſſe ſententia, ut vanum & inutile

eſſet

eſſet preces fundere . Sed hujus opinionis
minime fuiſſe Prodicum, ſuoſque Adsmia-
nos crediderim, cùm non conſtet Deum ne-
gaſſe. Itaque magis videtur adhæſiſſe opi-
nioni illorum Philoſophorum , qui conceſsâ
Deorum exiſtentiâ , negabant tamen in eis
curam de nobis. Et horum meminit Cice-
ro in lib. 1. de Natura Deorum in initio,
ubi ait; *Sunt enim Philoſophi, & fuerunt,
qui omninò nullam habere cenſerent humana-
rum rerum procurationem Deos* . Cùm ergo
ita ſtstuendo omnem providentiam ſupernam
denegarent , neceſſe eſt aſſeruiſſe , inutiles
eſſe preces ſundere , Deumque orare . Ex-
clamat tamen Cicero adversùs hujuſmodi
Philoſophantes , inquieus : „ Quorum ſi ve-
„ ra ſententia eſt, quæ poteſt eſſe Pietas?
„ quæ Sanctitas? quæ Religio? Hæc enim
„ omnis , purè ac cstè tribuenda Deorum
„ Numini , ita ſunt, ſi animadvertuntur ab
„ his, & ſi eſt aliquid à Diis immortali-
„ bus hominum generi tributum. Sin autem
„ Dii, neque poſſunt nos juvare, nec vo-
„ lunt, nec cursnt omninò, nec quid sga-
„ mus animsdvertunt , nec eſt quod ab
„ his ad hominum vitam permanere poſſit;
„ quid eſt , quòd ullos Diis immortslibus
„ cultus, honores, preces sdhibeamus? In
„ ſpecie autem fictæ ſimulationis, ſicut re-
„ liquæ virtutes, ita pietas ineſſe nou po-
„ teſt, cùm qua ſimul & Sanctitatem , &
„ Religionem tolli neceſſe eſt: quibus ſubla-
„ tis, perturbatio vitæ ſequitur, & magna
„ conſuſio . Atque haud ſcio , an pietate
„ adversùs Deos ſublatâ , fides etism , &
„ ſocietas humani generis , & una excel-
„ lentiſſima virtus, juſtitia tollatur. „ *Hæc
Cicero* .

17. Et ſanè quævis Natio, quantumvis
Barbsra ſemper credidit hæc inferiora à ſupe-
rioribus regi , precibus & Sacrificiis Nu-
mina placari, auxiliaque petentibus præberi,
adeout neque ab humano Sanguine ſe abſti-
nuerint , cùm crederent homsnis victimis
Deos poſſe placari. Sic apud Rhodios ad
diem Julii ſextum primò hominem Saturno im-
moiabant, & quidem innocentem , quamvis
poſtea mutato ritu, pepercerint Innocenti-
bus, & unum ex damnstis in Sacrificium
adhiberent. Salaminæ quoque Menſe Martio
eadem de csuſs , Agraulo Cecropis Nymphæ-
que Agrauli filiæ hominem mactabant . He-
liopoli item Ægypti Junoni tres unâ die Sa-
crificabant Juvenes. In Chio , ac Tenedo In-
ſulis diſcerptum hominem Bscco offerebant:
quemadmodum & Lacedemonii eundem Mar-
ti immolare conſneverant. Phœnices inſuper,
ubi graviùs ſive bello, ſive fame, ſive etiam
æſtu laborarent, neceſſariorum ſuorum ali-
quem Saturno communibus addictum ſuffra-
giis immolsbant. Et ut ſummatim dicam ,
Curetes pueros Ssturno in Sacrificium of-
ferebant, Leodiceni Syri Palladi Virginem
msctabant, ſimili Sacrificio utentibùs etiam
Carthaginenſibus in Lybia, Dnmatii in Ara-
bis ſingulis annis oblatum puerum ſub ara
ſepeliebant. Hæc omnia ex Porphyrio apud
Euſebium lib. 4. de Præparat. Evangelica
cap. 16.

18. Præter hæc, alia quoque ſubnectit ex-
empla ſimilium Sacrificiorum, inquiens: „
„ Thracas, Scitaſque prætereo; quemadmo-
„ dum Athenienſes Erechthei Praxitheæque
„ filiam cæciderint, nihil dico. Illud autem
„ quis neſcit, Magua in Urbe, hominem
„ circa Jovis Latiaris ferias hodieque macta-
„ ri? *Et rurſus*. Ex quo, *inquit*, ad æta-
„ tem uſque noſtram, non tantùm vel in Ar-
„ cadia, ſolemni Lupurcalium feſto, vel Car-
„ thagine Saturno populus univerſus homi-
„ nes immolat , ſed etiam certo ſtatoque
„ redeuntis anni circulo, ad uſurpationem ve-
„ teris fixæque legibus memoriæ, Aras ci-
„ vili ſemper ac Domeſtico cruore perfun-
„ dunt. *Hæc ex Porphyrio*. Deinde alia
plura ſubjungit ex Philone in volumine de
Phœnicum hiſtoria , ſub his nimirùm ver-
bis : „ Apud Veteres in more poſitum erat ,
„ ut in ſummis Reipublicæ calamitatibus ,
„ penes quos aut Civitss aut Gentis im-
„ perium eſſet, ij Liberorum ſuorum chsriſ-
„ ſimi, ultoribus Dæmonibus jugulati, ſan-
„ guine quaſi pretio , publicum exitium ,
„ interitumque redimerent. Qui verò tùm
„ ad Sscrificium devovebantur, eos Myſti-
„ cis quibuſdam Cęremoniis jugulabant. *Hæc,
& alia Philo*.

19. Tantum potuit horum , etſi vana ;
impiaque Religio, ut nec humano parcerent
ſsnguini , quoties putsrent Deos poſſe pla-
cari. Quotquot ergo Numins adeſſe, quæ
hæc inferiora regerent , crediderunt, conati
ſunt precibus atque Sacrificiis etiam cru-
delibus, eorum expoſcere suxilia. Theo-
phraſtus tamen apud eundem Euſebium cit.
cap. 14. hujuſmodi Sacrificia, imò, & om-
nium snimsntium Sscrificiorum genera pror-
ſus damnat , utpote à Dæmonibua, non à
ſummo Deo petita. „ Gliſcente paulatim,
„ *inquit*, in Sacrificiorum ſuorum primitiis
„ hominum ſcelere, iuvecta tandem eſt ia-
„ digniſſimarum victimsrum plena crude-
„ litatis uſurpstio, ſic ut denunciatæ nobis
„ antea Diræ, nunc demum exitum ſortitæ
„ videantur, poſteaquam bomines , & ju-
„ gulare, & aras cruentare cœperunt , ex
„ quo ſemel famis, ac bellorum neceſſitate
„ compulſi, cædibus ac ſanguine manus in-
„ feciſſent. Itaque Numen utriuſque rei in-
„ dignitate commotum , juſtas ab homini-
„ bus pœnas expetiit , quod alii quidem
„ Athei extiterint, alii malè ſentientes ve-
„ riùs quàm in Deos impii , quippe qui
„ vulgarem, nihilque noſtrâ meliorem Deo-
„ rum eſſe naturam arbitrati ſunt. Quo
„ factum etiam fuerit, ut illi nullum omni-

„ nò Sacrificium fecerint, hi verò improba „ fecerint, victimis uſi nefariis. „ *Hæc Theophraſtus*, qui tamen non omne Sacrificium ſuſtulit, ſed animatorum dumtaxat, cùm poſtea ſubjungat: „ Et ſane; ea tantùm Sacrificare par eſt, quorum Sacrificium nulli „ perniciem afferat: nihil enim eſt, quod „ æquè ac Sacrificium, ab omni aliorum detrimento vacare debeat.

20. Apollonius quoque Tyanæus ab eodem Euſebio relatus loc. cit. cap. 13. omne Sacrificium ſuſtulit, etiam labiorum preces; mente tamen Deum orandum præcipit. Ait enim: „ Equidem ſic exiſtimo, juſtis eum „ veriſque Religionis officiis Numen colere, „ ſibique per ſe ſe propitium illud ac ſecundum præ cæteris hominibus habere poſſe, „ ſi Deo quidem illi quem Principem diximus, quippe & unus eſt, & longo à reliquis intervallo ſejunctus, ſecundùm quem „ utique cæteros cognoſci neceſſe eſt, nihil „ unquam ſacrificarit, ignem non accenderit, nec eorum, quæ ſenſibus uſurpantur, quicquam plane conſecrarit; (utpote „ qui rei nullius indigeat, non modo noſtræ, ſed nec eorum etiam, à quibus plurimùm naturæ dignitate ſuperamur: cùmque adeo nihil ſit eorum, quæ à Terra, vel Aëre quoquo modo procreentur, animalque nullum, ab utroque nutritum, quod ſi tanti naturam Numinis attendamus, non labis genus aliquod „ videatur) Sed tantùm excellentem illam, „ ac præſtantem orationem ei ſemper obtulerit, (eam autem intelligo, quæ nequaquam ore profertur) atque ab Eo, qui „ rerum omnium eſt Optimus, eo quod ſimiliter in nobis optimum eſt, interprete, „ bona poſtularit. Illud autem mens eſt, „ quæ nullius operam inſtrumenti deſiderat. „ Hæc igitur ſi audimus, nihil plane ſummo illi, ac rerum omnium Moderatori Deo „ Sacrificandum eſt. „ *Hactenus Apollonius*.

21. Non ergo orandum negat, licèt ſolà mente orare Deum, ſatis eſſe exiſtimet, neque quiſpiam ex antiquis omnem orationem ſuſtulit, ſemel quòd Deum eſſe, aut falſa Numina curam horum inferiorum habere crediderit. Nefanda ex humano ſanguine Sacrificia cordati homines, etſi Ethnici ſuſtulerunt, loco hominum animalia ſubſtituentes; ut fecerunt Diiphilus apud Cyprios, bovem ſubſtituens; Amaſis apud Ægyptios, homines Cereos adhibendos precipiens vice verorum; Apud Cretenſes & Curetes Hadrianus Imperator, ſeverà lege mandans ut ab humano ſanguine in Sacrificiis ſe abſtinerent, ut apud Euſebium cit. cap. 16. palam oſtenditur. At non omnia Sacrificia ad Deos placandos ſuſtulerunt Principes, neque preces fundendas cohibuerunt, ſaltem mente ſi non voce, ut Apollonio ſoli placuit, cùm mos uſitatus fuerit apud cæteros voce quoque exorandos Deos. Hinc Pythagoræi altà voce ad Deum fundere preces conſueverunt, teſte Clemente Alexandrino lib. 4. Stromatum pag. mihi 548. ubi ait: „ Quid ergo ſibi volentes Pythagoræi, jubent cum voce precari? non quòd, ut „ mihi quidem videtur, exiſtimarint Deum „ non poſſe exaudire eos, qui tacitè loquuntur, ſed quòd juſtas vellent eſſe preces, quas non veretur quis fundere multis eam ſcientibus. „ Fortè contra peſſimam illam ſectam Cyrenaicorum, omnem ſuſtulentium orationem, talia juſſerat Pythagoras. Id quod & confundere debuerat Prodicum, ejuſque Aſſeclas, qui ſimilia Cyrenaicorum placitia renovarunt.

22. Magiſter noſter, ipſe Salvator Dominus Jeſus quid aliud docuit niſi orandum? Lucæ cap. 18. verſ. 1. dicit. *Oportet ſemper orare, & non deficere*. Et cap. 21. verſ. 36. *Vigilate itaque omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis*. Proinde Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromat. pag. mihi 711. dicit. „ Jubemur autem colere, „ & honorare eundem, quem & Verbum „ eſſe, & Servatorem, & Ducem habemus „ perſuaſum, & per ipſum, Patrem, non „ ſelectis diebus, ut aliqui alii, ſed continenter per totam vitam hoc agentes, & „ & modis omnibus. Certè Genus electum, „ per præceptum juſtificatum, *Septies*, inquit, *laudem dixi tibi*. Unde nec in definito loco, neque in Templo ſelecto, „ neque diebus aliquibus Feſtis, & præſtitutis, ſed per totam vitam is, qui eſt „ præditus cognitione, in omni loco, etiamſi „ per ſe ſit ſolus, etſi habuerit al'quos, qui „ ſimiliter crediderunt, Deum honorat, hoc „ eſt, agit gratias propter rectæ vitæ cognitiones. *Et paulò poſt ſubjungit*: Per „ totam ergo vitam diem Feſtum agentes, „ ubique & omni ex parte Deum ad perſuaſi, laudantes agros colimus, laudantes „ navigamus, & in omni alio vitæ inſtituto „ ut decet ex arte verſamur.

23. Hæc eſt veri Diſcipuli Domini & Apoſtoli Pauli doctrina docentis Epheſios cap. 6. verſ. 18. *Per omnem orationem, & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu*. Et inſtruens Coloſſenſes cap. 4. verſ. 2. *Orationi*, inquit, *inſtare vigilantes in ea in gratiarum actione; orantes ſimul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis oſtium Sermonis, ad loquendum Myſterium Chriſti*. Proinde idem Clemens loc. cit. pag. mihi 717. „ Quin „ etiam, *inquit*, decet eum omnes orationes „ & probe facere, & cum probia. Eſt enim „ lubricum, ac periculoſum unà adſcribi cum „ peccatis aliorum. Unà ergo cum iis qui „ recentiùs crediderunt, is qui eſt cogni-

„ tio-

„ tione prædītus, de iis precabitur, de qui-
„ bus unà etism agere convenit. Univerſa
„ autem ejus vita eſt quidem celebris ac
„ Sanctus dies Feſtus. Atque ei quidem
„ Sacrificia ſunt ipſæ preces, & laudes, &
„ quæ ante cibum fiunt Scripturarum le-
„ ctiones; pſalmi autem, & hymni, dum
„ cibus ſumitur: ante quam eatur cubitum,
„ quin etiam noctû, rurſus orationes. Per
„ eas ſe ipſum unit Choro Divino, ex me-
„ moria continua in memoriæ ſemper man-
„ danda poſitus contemplatione.

24. Deus ergo vult ſuis bona ſua dare, & quid donsre vult, ab æterno utique ſtatuit; ſed petentibus, & orantibus dare ſua Dona decrevit: ideo monet Matthæi cap.7. *Petite & dabitur vobis, quærite & invenietis, pulſate & aperietur vobis: omnis enim qui petit accipit, & qui quærit invenit, & pulſanti aperietur*. Et cap.13. verſ.22. *Omnia quæcumque petieritis in Oratione credentes accipietis*. Et Marci cap. 11. verſ.24. *Propterea dico vobis, omnia quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & evenient vobis*. Hinc Jacobus in Epiſtola Catholica cap.4. verſ. 2. dicit eos non recipere Dei dona, vel quia non poſtulant, vel quia malè poſtulant. *Non habetis*, inquit, *propter quòd non poſtulatis: petitis & non accipitis, eo quòd malè petatis*. Non tamen eſt ideò intelligendum, ut omninò nihil donet ſi non petatur; plura enim ſtatuit nonniſi petentibus dare, etſi aliqua etiam non petentibus ex ſua benignitate donet. Ideo Sanctus Auguſtinus lib.2. de Dono perſeverantiæ cap. 16. ait:
„ Sunt etiam qui propterea vel non orant,
„ vel frigidè orant, quoniam Domino dicente
„ didicerunt, ſcire Deum quid nobis neceſ-
„ ſarium ſit, priuſquam petamus ab eo.
„ Num propter tales hujus ſententiæ, ve-
„ ritas deſerenda, aut ex Evangelio delen-
„ da putabitur? Immò cùm conſtet Deum,
„ alia etiam non orantibus, ſicut initium fi-
„ dei; alia nonniſi orantibus præparaſſe,
„ ſicut uſque in finem perſeverantiam; pro-
„ fectò, qui ex ſe ipſo hanc ſe habere pu-
„ tat, non orat ut habeat. Cavendum eſt
„ igitur, nè, dum timemus ne tepeſcat hor-
„ tatio, extinguatur oratio, accendatur
„ elatio.

25. Nec ſolùm verbo orandum docuit Salvator, verùm & exemplo: nam ſcribit Lucas cap.6. verſ.9. *Factum eſt autem in illis diebus, exiit in Montem orare, & erat pernoctans in oratione*. Oratione porrò ſe ad pugnam ante pſſionem ſuam præparavit, Diſcipuloſque ſuos ut orarent unà ſimul monuit, ut idem Lucas narrat cap.22. verſ.40. *Orate ne intretis in tentationem. Et ipſe avulſus eſt ab eis, quantùm jactus eſt lapidis, & poſitis genibus orabat*. Quemadmodum & alii referunt Evangeliſtæ. Qui ergo Chriſtiani ſunt, Chriſtique Diſcipuli, in orationibus ſe exercere debent: imitari eos oportet veſtigia illius. Sic Sancti Patres etiam Veteris Teſtamenti, dum in Chriſtum futurum ſpem ponebant ſuam, inceſſanter Deum orabant: Sic Apoſtoli majorem temporis partem orationibus inſumebant: & ſic Sancti omnes & Deo electi, ab oratione non ceſſabant. Illi ergo qui temporalia, & voluptuoſa hujus Sæculi ſectantur, Deo militant, & orationibus Deum precantur, ſunt genus regale, Regis filii; non impuri Adamisni omnem exercentes immunditiam. Notat bene Clemens Alex. lib.7. Stromat. cit. pag. mihi 711. ubi ait.
„ Hic
„ ergo homo, qui eſt verè regalis, Sacer-
„ dos, Sanctus Dei, quod quidem nunc
„ quoque ſervatur apud eos, qui ſunt Do-
„ ctiſſimi ex barbaris, genus Sacerdotale ad
„ regnum provehentes: hic ergo nequaquam
„ ſe tradit confuſæ turbæ dominæ theatro-
„ rum. Quæ autem dicuntur, & fiunt, &
„ videntur voluptatis illicientis gratiâ, ne
„ in ſomnis quidem admittit. Neque ergo
„ eas quæ uſu percipiuntur voluptates, nec
„ eas quæ in aliis fruendis capiuntur va-
„ rietates; ut ſumptuoſos & magnificos ſuf-
„ fitus qui odoratum alliciunt, aut con-
„ dimenta ciborum, & quæ ex variis vinis
„ ſentiuntur delicias guſtum ineſcantes, ne-
„ que odoriferas ex variis floribus contextu-
„ ras, quæ per ſenſum animsm effœminant;
„ ſed honeſtum rerum omnium uſum ad
„ Deum ſemper referens, & cibi, & potus,
„ & unctionis, univerſorum Datori offerens
„ primitias, gratias agens, & per donum,
„ & unctionem, & per verbum ei datum ad
„ convivales epulas rarò veniens, niſi quòd
„ amicitiam, concordiamque, & conſenſio-
„ nem profitetur convivium, ut veritas
„ ei perſuaſerit. Eſt enim ei perſuſum Deum
„ omnia ſcire, & audire, nec vocem ſo-
„ lùm, ſed etiam cogitationem. „ *Hactenus Clemens*.

26. Eſt itaque oratio, ut ait Baſilius orat. in Juditam, boni cujuſdsm petitio, quæ à piis ad Deum effunditur: vel ut ait Gregorius Nyſſenus orat. 2. de orat. Dominica, eſt petitio bonorum, quæ Deo cum ſupplicatione offertur, aut converſatio, ſermocinatio cum Deo: ſive ut tradit Chryſoſtomus homil. 30. in Geneſ. eſt colloquium cum Deo: aut, ut ait Damaſcenus lib. 3. de fide orthod. cap. 14. eſt aſcenſio mentis in Deum, aut decentium à Deo petitio. Hinc D. Thom. 2. 2. quæſt. 83. art. 1. ait: *Oratio eſt actus rationis practicæ, voluntatis deſiderium explicantis, & ab alio aliquid poſtulantis*. Licèt enim tum ratio, tum voluntas ad orationem concurrant, eſt tamen propriè actus rationis, cùm ſit petitio, ideſt intimatio, ſive locutio, quæ certè ad intelligentiam pertinet; ſed quia non ordinatur ad cognitionem, ſed ad impetrationem, ideo eſt actus rationis practicæ: concur-

currunt enim in oratione intellectus & affectua: hic bonum quo caret deſiderando, ille deſiderium illud explicando, & proponendo: nam ſi quod voluntas deſiderat ſit in noſtra poteſtate, non exprimitur ab intellectu, ſive ratione, per modnm poſtulantis, ſed per modum imperantis; ſi verò in noſtra non ſit poteſtate, ſed in aliena, tum exprimitur per modum poſtulantia, quo ſenſu propriè dicitur oratio.

27. Adeſt oratio quæ publica dicitur, ea enim fit à Miniſtris in Eccleſia in Sacrorum Myſteriorum Miniſtratione, de qua Paulus 1. ad Timoth. cap. 1. *Obſecro igitar primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in ſublimitate ſunt, ut quietam, & tranquillam vitam agamus, in omni pietate, & caſtitate.* Quæ verba expendena S. Auguſtinus in Epiſtola 59. ad Paulinum ait: „ Multa quippe „ hinc dici poſſunt, quæ improbanda non „ ſint, ſed eligo in hia verbis hoc intelligere, quod omnis, vel penè omnis frequentat Eccleſia, ut precationes accipiamus dictaa, qnas facimua in celebratione „ Sacramentorum, antequam illud, quod „ eſt in Domini menſa incipiat benedici: „ orationes, cùm benedicitur, & ſanctificatnr, & ad diſtribuendum comminuitnr, „ qnam totam petitionem ſere omnia Eccleſia Dominicâ oratione concludit. „ *Hæc Auguſtinus.* Adeſt & altera oratio quæ ſecreta dicitur, quam ſcilicet unuſquiſque pro ſuo libito, quovis tempore, & loco facit. De hac idem Paulns loco cit. verſ. 8. ſcribit: *Volo ergo viros orare in omni loco, levantes puras manus, ſine ira & diſceptatione.* Ubi Ambroſius ait. „ Sic tamen in omni „ loco orandum præcipit, ut competena locua intelligatur, non utique in inopportuno aut ſordido loco: quippè cùm non prohibeat Dominus vnlgò orare, ſed hoc monet, ne in ſola Eccleſia pntarent orandum. *Hæc Ambroſius*, nec diſſimilia notat Chryſoſtomus dum præſatum Pauli locum exponit, ubi ait: „ Non igitur unius loci orationem anguſtiis clauſit, verùm id ſolam „ imperavit fugiendam ſtultiſſimam vanitatem, orandumque omnibus in locis Patrem ex intimo cordia affectu. At verò „ Paulua, ut Judaicæ obſervationis in orando „ dementiam conſutaret, ait: *In omni loco attollentes puras manus.* „ *Hæc Chryſoſtomus.* Cùm ergo non liceret Judæia niſi uno in loco, nempe in Templo, Deum adorare, Paulua contrariam abſervantiam docet: „ Nam quemadmodnm, *ſubjungit S. Doctor*, „ pro omnibus orationes fieri jubet, quippe cùm & pro omnibus mortuus ſit Chriſtus, ita & omnibus in locis orare optimum eſt, ut jam hujuſmodi obſervatio „ non in locia ſit, verùm in ipſo orationia „ affectu. „ *Hactenus Chryſoſtomus.*

28. Ad hanc orationem ſpectant ea quæ Chriſtus docet Matthæi cap. 6. verſ. 6. *Tu autem cùm oraveris intra in cubiculnm tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum in abſcondite, & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.* Hoc itaque docuit, non qnòd non liceat viro Chriſtiano extra cubiculum ſuum orare, ſed nè in orando ſimilis efficeretur Phariſæis publicè orantibua, ut ſic orantes viderentur ab aliis, orationem ipſam oſtentantea, de quibus ſuperiùa dixit: *Et cùm oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearnm ſtantes orare, ut videantur ab hominibus.* Hanc oſtentationem eliminare volens, docet Diſcipuloa in cubiculo orare clauſo oſtio: & ne quia pntaret, propter hujuſmodi verba non licuiſſe Chriſtianis alibi orare, Paulua dicit licere in omni loco orare, *levando puras manus*, ideſt abſque ullo phariſaico oſtentationis ſuco, nt optimè advertit Chryſoſtomua loco mox cit. Sed ubicumque hæc fiat oratio, cùm non ſit illa quæ fit à Sacerdotibus in Sacramentorum adminiſtratione, non ad publicam ſed ad privatam reducitur orationem.

29. Alia porrò oratio Mentalis eſt, alia Vocalia, alia ſimul Mentalis, & Vocalia. ſolà mente, & ſine ulla vocis expreſſione fit mentalis oratio; vocalis verò dum voce precatur, & poſtulatur. Ambaa has tangit Clemena Alex. lib. 7. ſtrom. cit. pag. mihi 717. dum ait: „ Sed nec ea quæ fit ore utitur „ verboſâ precatione, ut qui quæ petere à „ Domino oporteat, didicerit. In omni ergo loco orabit, ſed non ut apertè populo appareat. Is verò dùm & ambulatione utitur, & ſermone, & quiete, & lectione, & iis quæ fiunt exratione, omni modo precatur, & ſi in ipſiua animæ „ penetralibus ſolùm cogitaverit, etiam inenarrabilibua gemitibua Patrem invocaverit: Ille autem propè adeſt eo loquente. „ *Hæc Clemens Alex.*

30. Sed, & Mente orandum Deum Apollonius Tyaneus etiam docuit in libro de Sacrificiis apud Euſeb. lib. 4. Evangelic. Præparat. cap. 13. nàm quamvis Ethnieua talia tamen ſcripſit: „ Cùmque adeo nihil ſit eornm, quæ à Terra, vel aëre quoquo modo procreentur, animalque nullum, ab „ utroque nutritum, quod, ſi tanti natnram Numinia attendamus, non labia genua aliquod videatur: Sed tantùm excellentem illam, ac præſtantem orationem ei „ ſemper obtulerit (eam autem intelligo, „ quæ nequaquam ore profertur) atque ab „ Eo, qui rerum omnium eſt Optimua, eo „ qnod ſimiliter in nobis optimnm eſt, interprete, bona poſtularit. Illud autem „ mens eſt, quæ nulliua operam inſtrumenti deſiderat. Hæc igitur ſi audimus, ni-

„ hil

„ hil plane ſummo illi, ac rerum omnium
„ moderatori Deo Sacrificandum eſt. *Hæc*
„ *Apollonius*: rectè quidem ſi non omnem
aliam orationem etiam vocalem de medio
ſuſtuliſſet. Nam oratio Mentalis utique præ-
ſtantiſſima eſt, & utiliſſima, cùm Deus ſa-
tis intelligat quid velimus, quidve petamus,
etiamſi ſolà mente noſtra exprimantur deſi-
deria: & nos ipſi nonnunquam toto ictu cor-
dis Dei aures meliùs attingimus, cùm ab
omni ſtrepitu corporis vacamus, quàm ſi vo-
ce ſimul & corde orare velimus. Sic do-
cet S. Ambroſius lib. 6. de Sacram. cap. 4.
inquiens: „ Qui in ſilentio orat, fidem de-
„ fert, & confitetur, quòd Deus ſcrutator
„ cordis, & renum ſit, & orationem tuam
„ ante ille audiat, quàm tuo ore fundatur.

31. Porrò etiam Porphyrius hanc agno-
vit veritatem, Deum nimirum mente colen-
dum, ut enim refert prælaudatus Euſebius
eodem lib. cap. XI. ſic ſcribit: „ Nihil enim
„ ex materia conflatum eſt, quod idem non
„ ei, qui ab omni materia ſejunctus eſt, im-
„ purum continuò fuerit. Quare ne ipſa
„ quidem deceat oratio, ſive quæ cum voce
„ conjungitur, ſive quæ latet interius, ſi
„ perturbatione aliquâ mentis inquinetur:
„ ſed potiùs caſto ſilentio, ſanctiſque co-
„ gitationibus de illo ſuſceptis, eum religio-
„ ſè veneremur. Æquum enim verò eſt, ut
„ vitæ cum Deo ſimilitudine coniunctis,
„ ſublimem ipſi ac cæleſtem inſtituti no-
„ ſtri rationem, velut Sanctiſſimum Sacri-
„ ficium offeramus, quæ ſimul etiam &
„ hymni loco ſit, & ſalutem noſtram con-
„ tineat. Sic ergo ſummi Numinis contem-
„ platione, animo ab omni perturbatione
„ vacuo ſuſceptâ, hujuſmodi Sacrificium
„ peragitur. *Hactenus Porphyrius*, qui
„ quamvis Chriſtianæ Religioni averſus, ta-
men orandum Deum fatetur purâ mente, &
caſto ſilentio; quòd ſi voce quoque, nullâ
tamen exiſtente mentis perturbatione, ut ef-
ficax, Diiſque grata reddatur.

32. Pruinde ſola vocalis oratio, quæ non
eſt mentali conjuncta, vix dicetur oratio.
Vera ergo oratio, aut ſolà mente ad Deum
conversà fit, aut ſi voce, non tamen ſine
mentis elevatione ad Deum. Vult enim De-
us diligi ex tuta mente, ex tota anima, ex
toto corde, unde ad Deum converſi per ora-
tionem, ſi ſolà voce Deum deprecantur, mens
autem & cor longe ſunt à Deo, infructuo-
ſa eſt oratio. Sic Judaicus populus aliquan-
do orabat, de qua oratione reprehenſus acri-
ter à Deo fuit, per Iſaiam Prophetam cap. 29.
dicentem in Dei perſuna: *Populus hic labiis*
me honorat, cor autem longè eſt à me. Qua-
re Euſebius loc. cit. cap. 10. ait: „ Nos
„ igitur, qui unum illum hujus univerſi Præ-
„ ſidem ac Moderatorem Deum colere, &
„ convenienti ritu, adeoque ipſum chariſſima-
„ rum beatarumque Virtutum exemplo ve-
„ nerari didicimus, nec terreni quicquam,
„ aut mortui, nec ſaniem, aut cruorem, nec
„ id genus alia corruptioni obnoxia, & in
„ materiam immerſa obtrudimus: ſed po-
„ tiùs hoc in votis habemus unum, ut men-
„ te ab omni improhitate ſyncerâ; corpo-
„ re caſtitatis ac temperantiæ cultu, qui lon-
„ ge omnem veſtium ornatum ſuperat, de-
„ corato; ſanâ, Deoque dignâ doctrinâ;
„ quodque omnium præcipuum eſt, puro,
„ integroque animi ſenſu, traditam à Serva-
„ tore noſtro pietatem, ad mortem uſque tue-
„ amur.

33. Notat etiam S. Auguſtinus in Epi-
ſtol. 121. ad Probam cap. 8. non eſſe oran-
dum multiloquio, tanquam eo fiat ut ex-
audiamur, quò loquaciores ſumus, cùm eum
oremus qui novit, ſciens utique quid nobis
neceſſarium ſit, antequam petamus. Et oran-
dum Deum dicit cap. 9. in fide, ſpe, & cha-
ritate. *In ipſa ergo Fide*, inquit, *Spe*, *&*
Charitate, continuato deſiderio ſemper oramus.
Et infra cap. 10. ſubjungit: „ Abſit enim
„ ab oratione multa loquutio, ſed non de-
„ ſit multa precatio, ſi fervens perſeverat
„ intentio. Nam multùm loqui, eſt in oran-
„ do, rem neceſſariam ſuperfluis agere ver-
„ bis. Multùm autem precari, eſt ad eum,
„ quem precamur, diuturnâ, & piâ cordis
„ excitatione pulſare. Nam plerumque hoc
„ negotium plus gemitibus, quàm ſermoni-
„ bus agitur, plus fletu, quàm affatu. Po-
„ nit autem lacrymas noſtras in conſpectu
„ ſuo, & gemitus noſter non eſt abſcondi-
„ tus ab eo, qui omnia per verbum condi-
„ dit, & humana verba non quærit. „ Non
debet ergo vocalis oratio eſſe ab affectu
cordis disjuncta, immò voce uti aliquando
oportet, ut eâ mediante mentem noſtram ad
Deum revocemus. Optimè idem Sanctus Do-
ctor cap. 9. ſcribit. „ Sed ideo ab aliis cu-
„ ris atque negociis, quibus ipſum deſide-
„ rium quodammodò tepeſcit, certis horis
„ ad negocium orandi mentem revocamus,
„ verbis orationis nos ipſos admonentes, in
„ id quod deſideramus intendere, ne quod
„ tepeſcere cœperat, omninò frigeſcat, &
„ penitùs extinguatur, niſi crebriùs inflam-
„ metur.

34. Itaque utilis eſt oratio vocalis, quâ
nos ad devotionem excitamur, & mediâ
voce cor ad Deum dirigimus: excitati por-
rò ea mediante erumpimus in externum aſ-
fectum: juxta illud Davidis pſal. 83. *Cor*
meum, & caro mea exultaverunt in Deum
vivum: & pſal. 15. *Lætatum eſt cor meum,*
& exultavit lingua mea. Denique hac me-
diante oratione, non ſolùm corde, ſed etiam
corpore debitæ ſervitutis obſequium Deo
præſtamus, unde Oſeas Propheta cap. ult.
ait: *Omnem aufer iniquitatem, & reddemus*
vitulos labiorum noſtrorum. Eſt etiam hu-
juſmodi oratio nedum utilis, verùm & ne-
ceſ-

ceſſaria, dum Dei vel majorum præcepto jubemur, ſive publicè ſive privatim certas recitare preces. Semper tamen ut utilis, & fructuoſa ſit, neceſſe eſt ut cum voce conjuncta habeatur mens converſa ad Deum, prout dictum eſt.

35. Fructus verò orationis ſunt ſatisfactio, meritum, & impetratio: eſt enim oratio opus bonum, & laborioſum, immò & pœnale, proinde erit ſatisfactoria, quemadmodum quodcumque opus bonum pœnale, atque laborioſum ſatisfactorium eſt. Cùm porrò animæ oranti merces ſit repromiſſa, meritoria quoque erit oratio. Hæc duo ex Evangelico textu Matthæi cap. 6. manifeſta ſunt, dum dicitur: *Et cùm oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, ut videantur ab hominibus: amen dico vobis receperunt mercedem ſuam. Tu autem cùm oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.* En merces repromiſſa animæ oranti ut oportet; ſatisfactoria ergo & meritoria erit oratio, opus enim cui repromiſſa eſt merces, meritorium eſt & inde ſatisfactorium. Eſt inſuper & impetratoria, quia oratione impetratur peccatorum remiſſio. Exemplum exhibet Salvator in parabola de Publicano, & Phariſæo, ſimul in templo orantibus apud Lucam cap. 18. Orabat enim Publicanus, ſubmiſſis oculis, pectus ſuum percutiens, & dicens: *Deus propitius eſto mihi peccatori*, & impetravit remiſſionem peccatorum, nam ſtatim ſubjungit: *Dico autem vobis, deſcendit hic juſtificatus in Domum ſuam ab illo.* Et in oratione Dominica idem Salvator docens diſcipulos ſuos orare Matthæi cap. 6. inter alias petitiones admonet, ut petant peccatorum remiſſionem per illa verba: *Dimitte nobis debita noſtra.*

36. Sunt porrò & alli orationis fructus, quaſi ſecundarii. Nam oratio mentem illuſtrat, unde David pſal. 33. ait: *Accedite ad eum, & illuminamini.* Sic Moſes ex Dei colloquio recedens, frontem mirificâ fulgentem luce gerebat, omnis enim anima orans ut oportet, colloquia cum Deo frequentat. Spem inſuper alit, & fiduciam, Charitatem auget, mentem inflammat, & ad majora recipienda dona capaciorem reddit, gignit rerum temporalium contemptum, auget timorem caſtum, & humilitatem. Incredibilem inſuper delectationem parit, cùm anima orans guſtare incipiat, *quàm ſuavis ſit Dominus.* Multiplices, & fere innumeri ſunt orationis fructus, ut facilè ex Patrum lectura quiſpiam ſcire poterit. Impia ergo eſt Adamianorum & Prodoci doctrina, aſſerentium non eſſe Deum orandum, Athea magis, quàm Chriſtiana.

COL-

COLLATIO
Hæreſum quorundam Evangelicorum Recentiorum, cum Hæreſibus Prodici, & Adamianorum.

37. TOTAM hanc Sectam peſſimi viri ab inferis revocarunt, etiam nomine ipſo reaſſumpto Adamitarum, de qua nova ſecta exorta primùm in Hollandia, ſic ſcribit Stanislaus Reſcius in Centur. verbo Adamitæ.
„ Adamitæ noſtri hujus ſæculi, aſſeclæ ſunt & imi-
„ tatores Adamæorum, quos Epiphanius ad lectiones,
„ & preces, nudos olim accedere conſueviſſe teſta-
„ tur. Eam autem hæreſim in Hollandia primùm, & præcipuè Amſterdami,
„ circa annum Domini MDXXXV. ab Adamo quodam Paſtore renovatam, &
„ ſuſcitatam, Lyndanus reſtatur. Sectâ ſunt Anabapriſtæ, non ſolùm Catholi-
„ cis, ut habet Hoſius, ſed etiam Lutheranis maximè omnium inimici. Chri-
„ ſtum, ajunt, nil aliud fuiſſe, quàm verum hominem, & alterum Adam:
„ naturâ Deum negant. Nudi plerumque per hortos oberrant, in quo ſe Adæ
„ nuditatem, & innocenriam imitari gloriantur. De nuptiis variè ſentiunt,
„ alii plene damnant, alii promiſcuo ſe concubitu polluunt. Tales phanatico
„ Spiritu, ait Lyndanus, vidit Amſterdamus noſtra, cùm homines loco ho-
„ neſtiſſimo nati, & rebus lautis opulentiſſimi, per Hollandiam nudi curſita-
„ rent: quorum etiam nonnulli fuere tam inſani capitis, ut conſcenſis arbori-
„ bus nudi, Cœleſtem panem fruſtrà expectantes, in rerram præ fame decide-
„ rent. Semineus Bullingerus, quamvis Evangelicus Scriptor, eò tamen inſa-
„ niæ redactos fuiſſe teſtatur, ut & linguarum dona ſibi pollicerentur &
„ novum è Cœlo Manna expectarent. „ *Hæc Reſcius*, addens hujuſmodi ſectam etiam in Poloniam penetraſſe, & in oppido Ruſſiæ Rakouu domicilium aliquandiu tenuiſſe, & Sponſalia in hortis celebrare conſueviſſe ſub arborum ramis, exiguis foliis præcinctos.

38. Fraticelli quoque hæretici, de quibus idem Reſcius, in morum turpitudine Adamianos imitati ſunt. Etenim „ In locis abditis, *inquit*, cætus ſuos ali-
„ cubi cogebant, in quibus Divinæ laudes cantabantur. Ad eas invitatę ſunt
„ quæque ſpecioſiores virgines, & viduæ: finitis circà mediam noctem laudi-
„ bus, Sacrificus altâ voce commonebat binos debere, maſculum ſcilicet, &
„ fœminam, Sancto invocato Spiritu, in copulam carnalem commiſceri. Quo
„ dicto luminibuſque extinctis, quilibet ſibi proximam mulierem comprimebat,
„ & ſi ex tali concubitu mulier poſtea peperiſſet, infans genitus in eandem ſpe-
„ luncam deferebatur, & per ſingulorum fratrum manus, tamdiu, totieſque
„ tradebatur, quòuſque animam exalabat. Ille verò in cujus manibus expirabat,
„ maximus ab illis Pontifex habebatur.

39. De Fratribus Amoris, aliud hæreticorum genus, & quidem Calviniſtarum, pariter ſimilia ſcribit, in verbo *Fratres Amoris*, ubi ait: „ Præter varias
„ Fratrum Amoris, Anabaptiſtarum, & Arheorum (nam omnes ferè hæreſes
„ in Atheiſmum degenerant, & ex mulris fidibus, ut quidam dixit, tandem
„ nulla fides fit) nova etiam rigidorum Calviniſtatum ſecta, qui Puritani ap-

Digitized by Google

„ pellantur , Scriptis , & Concionibus vulgares proteſtantes exagitare cœperunt. Habent autem iſti pleraque cum Fraticellis communia, multa peculiaria, nocturnos conventûs agunt, extinctis luminibus promiſcuos concubitus exercent.

COLLATIO

Hæreſis I. & II.

40. PLures ex Recentioribus extiterunt, qui honeſtas nuptias damnarunt, Sancto adverſantes Matrimonio, ut vidimus par. 1. Collat. hæreſ. VI. Saturnini, & IX. De Libertinis quibuſdam, quos primi generis appellat Stanislaus Reſcius in Centur. Scribit quòd laudent promiſcuos concubitus, modò alter altero ſit contentus. Et qui liberi fratres appellantur, etiam communes uxores illos habuiſſe tradit, verbo *liberi Fratres*. Porrò Martyrio adverſati ſunt quotquot ex Recentioribus adnotavimus in Collatione hæreſis XIII. Simonis Magi, & Baſilidis IX, quos recenſere iterum otioſum duximus.

COLLATIO

Hæreſis III.

41. ANabaptiſtæ illi nuncupati Liberi fratres, in ea fuerunt ſententia, ut nulli legi ſe eſſe obſtrictos cenſerent, ut enim ait Lindanus in ſuo Dubitantio, Liberos ſe dicebant, velut non ſubjecti Principum legibus: „ Liberorum fratrum ſectam Anabaptiſticam, *ait Reſcius*, ita deſcribit Lindanus. Liberos dicunt, qui libertatem ab obedientia Principum, à decimis, à cenſibus, atque redditibus faciunt. *Et poſt pauca*. Hi ſe ſe poſt Anabaptiſmum negant poſſe peccare. Quinimmò arrogantiæ typo tumidi, eò perfectionis ſe ſe ſimulant pervenire, ut non ſolùm Deo ſimiles ſe ſe jactitent, ſed ſcribant etiam ſe ſe jam indigetatos, hoc eſt Deificatos. „ Munceriani inſuper ferè eundem renovarunt errorem, dum Muncero duce omnem Magiſtratum abrogarunt. De hoc enim Muncero Stanislaus Reſcius in Centur. ait: „ Jactabat hic Divinitus ſibi traditum Gedeonis gladium, quo compelleret omnes ad inſtaurandum novum Chriſti Regnum. Quamobrem, & totam fere commovit Germaniam, Ruſticos in exitium Dominorum armavit, propoſitâ ſpe dulciſſimæ libertatis. „ Accedunt & Illuminati qui emerſerunt anno Domini MDCXXIII. in Hiſpalenſi Civitate, de quibus ſcripſit Stephanus Falces Archiepiſcopus Brundufinus, apud Dominicum Gravinam lib. 1. de Viſion. cap. 6. ubi Eorum recenſens errores, inter alios docuiſſe refert: *Non eſſe obediendum Prælato, Patri, vel Superiori aliquid jubenti, quod ab oratione exturbet.*

COL-

Digitized by Google

COLLATIO

Hæreſis IV.

42. SCribit Georgius Hornius in ſua hiſt. Eccleſ. Period. 1. Art. 1. num. 56. etſi Auctor Evangelicus, quoſdam extitiſſe in nonnullis Parochiis, ut Elslyæ in Cantabrigia, & Alberyæ in Hartfordia, qui omnem pſalmorum decantationem eliminarunt, & alibi preces abrogarunt. Fratres Amoris, de quibus ſupra, eundem errorem reaſſumpſerunt: nam quidam eorum, ut tradit Reſcius, ferè cum Adamianis & Prodico „Orationem Dominicam reiiciebant, „ propter illud: *Scit Pater veſter, quòd his opus habetis*, & qui orationem re„ citat, Dei providentiam infamat.

43. Notat Andreas Philopater in Reſponſione ad Edictum Reginæ Elizabethæ, promulgatum Londini die 29. Novembris anno Domini MDXCI. Sect. 5. ſub num. 311. novos in Anglia Evangelicos, in peſſum dediſſe quamlibet orationem, ipſam Reginam Elizabetham nunquam viſam fuiſſe orare, nec illos qui in ejus aula verſabantur Evangelici. De Comite Lincenſtrenſi Evangelicorum Mecœnate, refert ſe accepiſſe à quodam illius famulo, qui multis annis eidem Comiti in cubiculo inſervierat, nunquam orantem perſpexiſſe, vel unam tantùm Dominicam orationem recitantem. Immò ſubjungit, quòd cùm hæretici quidam quendam carcerem repentè ingreſſi, Sacerdotem, qui captivus detinebatur, genibus flexis orantem inveniſſent, magna cum voce exclamantes, percontati fuerint, an Magus fortaſſe eſſet, & an illis exorciſmis Dæmones adjuraret. Tantùm abeſt ab hæreticorum mente orandi conſuetudo.

CAPUT X.
SIVE XXXII.
De Elceſæitis, & Sampſæitis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1. *ELCESÆOS, & Sampſæos hic tantùm ordine ſuo commemorat Epiphanius, quos dicit à quodam Pſeudopropheta eſſe deceptos, qui vocabatur Elci, ex cujus genere duas Mulieres tanquam Deas ab eis perhibet adoratas. Cætera Ebionæis tenere ſimilia.*

COMMENTARIUS HISTORICUS.

2. ELcesæos, & *Sampſæos*) Eadem una hæc hæreſis duobus appellatur nominibus, dicitur enim Elceſæorum, ſive Elceſaitarum, & Sampſæorum, ſive Sampſeitarum. Theodoretus lib. 2. hæret. fabul. appellat Elceſaitss, ſic & Euſebius lib.6. hiſt. cap. 38. Ita pariter Nicephorus Calixtus lib. 5. hiſt. cap. 24. & Origenes homil. in pſal. 82. Sed Nicetas cum Auguſtino & Epiphanio lib. 4. Orthod. fidei, vocat eos Sampſæos, & Elceſæos. Iſidorus hanc hæreſim, quemadmodum & Honorius Auguſtodunenſis, & nonnulli alii. Dictos verò Sampſæos à puritate quam affectant, exiſtimat Nicetas: *Sampſæi vocantur*, inquit, *quaſi puri Hebraicâ linguâ*. Non tamen deſunt qui aſſerant vocem illam eſſe magis Arabicam, & Ægyptiacam, quàm Hebraicam: cùm tamen lib. 1. Eſdræ cap. 4. verſ. 23. fiat mentio cujuſdam Scribæ nomine *Sampſai*, non videtur Sampſæorum nomen alienum à lingua Syriaca.

3. Dicuntur quoque Elceſæi, non ab Elei ut in noſtro textu legitur, forte ex librariorum errore, ſed ab Elxai, quem nonnulli *Elceſaum* nominant, ſed nullibi apud Epiphanium, apud quem ſemper legitur Elxai, tum in hæreſi XIX. quæ eſt Oſſenorum, ſive in hæreſi XXX. quæ eſt Ebionæorum, ſive in propria Sampſæorum, & Elceſæorum hæreſi, quæ eſt LIII. Nec deſunt qui exiſtimant, etiam corruptè legi apud Epiphanium *Elxai*, cùm legendum velint *Elceſai*. Quidquid tamen ſit, an Elxai, aut Elceſsi, ſive Elci, dicendum ſit, hoc unum certum eſt, non à ſecta dictos eſſe Eleeſæos, ſive Elceſaitas, ſed ab Auctoris nomine, ut obſervat Petavius in notis ad hæreſim XIX. Epiphanii adverſùs Scaligerum.

4. Ab Oſſenorum hæreſi prodiiſſe Sampſæorum, & Elceſæorum hæreſim, Auctor eſt Epiphanius in præcit. Hæreſi 19. Fuerunt enim Oſſeni hæretici in Judaiſmo, nam Judæi genere & religione erant, & in Judaiſmo ſectam novam introduxerunt, præcipuè in regione Nabatææ, Ituraææ, Moabitidis, & Arelitidis, ultra Vallem ſalſuginoſam, in qua quidem regione habitabant, ut idem Epiphanius notat: & ſic dictos vult à Firmitate, & Soliditate: *Oſſenorum porrò genus iſtud*, inquit, *ſi nomen interpretere, idem eſt ac firmum, & ſolidum*. Cui ſectæ poſt Chriſtum, & ſub Trajani imperio ſe conjunxiſſe *Elxai* ſive *Elceſæum*. ſubjungit: *Ad hos poſtea Elxai ſe quidam aggregavit, imperante Trajano, poſt adventum Chriſti Domini*. Et ita liquet Epiphanium in hæreſi 53., in recenſendâ hac hæreſi non ſervaſſe ordinem temporis, ſicut nec Auguſtinus ſecutus Epiphanium.

5. Non ergo rectè juxta ordinem temporum, collocanda eſt poſt Adamianos hæreſis hæc, cùm longè antea emerſerit; unde nec Ricciolius in ſua Chronologia Reformata par. 3. catal. 2. verum tempus deſignavit illius, cùm eam conſignet ſub anno Domini CCXL. Nec Jacobus Gualterius in ſua Tabula Chronol., recenſens eandem hæreſim inter eas, quæ ſæculo tertio emerſerunt, ut videre eſt in Collatione veterum Errorum

ter-

Digitized by Google

tertii ſæculi, cum recentioribus Calvinianę ſectæ hæreticis cap. 9. Si enim imperante Trajano Elxai ſe aggregavit Oſſenis, tunc primùm cæpit labente ſæculo I. & ineunte II., anno nimirum Domini XCIX., quo Nerva ultimum clauſit diem, eodem Nerva IV. & eodem Ulpio Trajano II. Coſſ. Imperavit enim Trajanus uſque ad annum Domini CXVII. quo anno, Quinctio Nigro, & T. Vipſanio Aproniano Coſſ. Selinunti Ciliciæ deceſſit è vita, ut notat Myræus in Chronic. Belgico. Si ergo imperante Trajano Elxai ſe aggregavit Oſſenis, ſequitur hanc hæreſim emerſiſſe ineunte ſæculo II. hoc eſt inſra Domini annos C. & CXVII. adeout nec ante annum centeſimum, nec poſt annum centeſimum decimum ſeptimum potuerit emerſiſſe.

6. Hic ergo Elxai, ſive Elceſæus, ſuit quidem genere Judæus, moribus perditus atque improbus, ut idem Epiphanius ſcribit in hæreſi XIX. Sanctam Dei Legem corrupit, nova quædam veluti prophetico ſpiritu ſibi Divinitus revelata ſubintroduxit, & librum quemdam propheticum, ut ſabulabatur, compoſuit, quo faciliùs in errorem incautos induceret. Hæc omnia in præcitata hæreſi refert Epiphanius ubi de Elxai loquens ait: „ Qui cùm falſò Prophetam ſe diceret, librum quemdam velut prophetico ſpiritu afflatus edidit, Divinâ ſcilicet ſapientiâ plenum. Hujus præterea fratrem Jexeum nomine commemorant. Cæterum homo ille moribus perditus, atque impoſtor ſuit. Nàm cùm genere ac ſectâ Judæus eſset, ad legis præſcriptum minimè vită ſuam accommodavit, ſed alia omnia loco ejus ohtruſit, ac ſectatores ſuos in tranſverſum adduxit.

7. Progreſſu temporis eundem Elxæum, ſe Ebionæis ſive Ebionitis conjunxiſſe, novaque de Chriſto dogmata in eandem ſectam introduxiſſe, refert idem Epiphanius in hæreſi XXX. ſub num. 3., ubi de Ebione & Ebinnæis verba faciens, ait: „ Ac ſuſpicari ſanè licet, ab eo tempore, quo ſe illis Elxæus adjunxit, falſus quidam Propheta, qui apud Sampſænos, & Oſſenos, atque Elceſæos extitit, ab eodem edoctos confictum de Chriſto, ac Spiritu Sancto neſcio quid effutire cœpiſſe. „ Etenim in hæreſi 53. ſcribit Oſſæos, ſive Oſſenos, Ebionæos, & Nazaræos uſos ſuiſſe prophetico illo, ſivè rectiùs pſeudoprophetico libro Elxai: „ Utuntur, *ait*, hoc eorum libro, & Oſſæi, & Ebionæi, & Nazaræi, ut non ſemel antea dixi: ſed Sampſæi potiſſimùm illo utuntur, qui cùm nec Chriſtiani ſint, nec Judæi, nec Gentiles, medii cujuſdam generis, ſivè potiùs nihil omnino ſunt. „ Neminit porrò alterius libri editi à Texæo Elxai fratre, quo maximè Elceſæi utebantur. *Quin etiam* ſubjungit Epiphanius, *alium habere ſe librum prædicant, quem fratri Elxai tribuunt.*

8. Porrò hujus Sectę aſſeclæ duas maximè venerabantur ſœminas, quas loco Dearum habebant, ut in textu loquitur S. Auguſtinus. Et Epiphanius in hæreſi 53. de Sampſæis, & Elceſæis ſcribit: „ Jactant enim illi conditorem Sectæ ſuæ ac magiſtrum Elxæum, è cujus ſtirpe duas ad hoc tempus mulierculas, tanquam Deas adorabant, quod ex benedicto ſemine eſſent oriundæ. Quarum una, ut ſubjungit, Martho, altera nominabatur Marthana, ſive ut placet Nicetæ, Maltha una, Malthana altera. Immò, & in tanta veneratione ſuiſſe habitas dicit, ut ſi quò proficiſcerentur, pulverem pedum earum, ſalivam inſuper, & ſputa, benedictionis loco ſibi ſumerent. „ Ambas illas, *ait Epiphanius*, quoties domo progreſſæ aliquò ſe conferrent, ingens hominum multitudo comitabatur, qui non modò pedum pulverem, ſed, & ſputa morborum ad remedia colligentes, non ſine magno ludibrio, ad amuleta & phylacteria reſervabant.

9. Maximè hæc Secta invaluit in ea regione quæ Peræa dicitur, ultra Salſum ſive Mare mortuum ad torrentem Arnon, & in ulteriore tractu Ituraæ, ac Nabatride, ut notat pariter S. Epiphanius, ubi & Oſſeni plurimùm prævaluerunt, ex eodem Epiphanio in hæreſi 19. Perduraſſe verò hanc ſectam uſque ad Epiphanii ætatem, videtur ipſe Epiphanius indicare in hæreſi 19. ubi. §. 2. ait, ad Conſtantium uſque Imperatorem, ea in Regione præfatas fœminas de ſtirpe Elxai, loco Numinum veneratas ſuiſſe: „ Ad uſque Conſtantium Imperatorem Marthus neſcio, inquit, quæ, ac Marthana ſorores de Elxai ſtirpe, in illorum Regione Numinum inſtar, ob eam Originis dignitatem habitæ ſunt. Subjungit deinde Marthanam, adhuc ſua ætate ſuperſtitem ſuiſſe. *Harum Marthus, inquit, non ita pridem exceſſit è vita; Marthana in hanc diem ſuperſtes eſt.* Immò Damaſcenus in lib. de hæreſibua ſua ætate extitiſſe innuit, dum ait: „ Sampſæi, & Elceſæi etiam nunc Arabiam, quæ in ſuperiore Mortui Maris parte ſita eſt, incolunt. Eos quidem Elces pſeudopropheta decepit, quem etiam hodie Martha, & Marthina mulieres propinquitate attingunt, in Dearumque numero & parte, propter prænotionem habentur & adorantur. Eadem autem quæ Ebionæi aſſerunt. „ *Hac Damaſcenus*. Putarim quidem, ſalvo meliori doctiorum judicio, hanc ſectam poſt ſuam primam originem ſub Elxæo, pluries primùm ſepultam, revixiſſe, & proinde attigiſſe Epiphanii ætatem, qui vixit ſub Theodoſio Juniore; quòd ſi, & uſque ad ætatem Damaſceni, certè longo duravit tempore, nàm vixit Damaſcenus ſub Leone Iſauro Imperatore, & Gregorio II. Papa, ſub quibus

bus

bus ſcripſit Orationes pro defenſione Sacrarum Imaginum adversùs eundem Leonem circà annum Domini DCCXXI., & ſub Conſtantino Capronymo plura propter Catholicam fidem paſſus eſt.

COMMENTARIUS

Dogmaticus.

10. D*Uas Mulieres*) S. Auguſtinus nullum peculiare Elceſæitarum dogma recenſet, niſi quòd duas fœminas de ſtirpe Elxai, ut Deas venerantur, in cæteris autem convenire cum Ebionæis. *Ex cujus Genere duas mulieres tanquam Deas ab eis perhibet adoratas. Cætera Ebionæis tenere ſimilia*, ait in textu S. Doctor. Verùm nonnulli errores ab aliis recenſentur, & primo ab Origene Homilia in pſal. 82. apud Nicephorum Calixtum lib. 5. hiſt. cap. 22. ubi ait: „ Advenit quidam hoc tempore „ vir arrogans, & elatus, qui ſententiam flagitioſam prorſus, & impiam, quæ dicitur Helceſaitarum promulgat, nuper admodum in Eccleſias inductam. Ea quàm perniciosa profiteatur, exponendum vobis putavi, ne quos ad quædam fidei „ noſtræ dogmata abroganda, tranſverſos „ abripiat. Utitur univerſæ Scripturæ veteris, & Evangelicæ authoritatibus. Apoſtolum in ordinem redigit, atque adeò „ prorſus abolet. Docet quoque liberum „ permiſſumque eſſe fidem abnegare: quòd „ qui fidem ſtabilem in animo conceptam „ habeat, ore quidem neceſſitate adductus „ abjuret, corde verò minimè. Et librum „ circumferunt, quem è Cœlo decidiſſe „ ajunt: audientemque, & credentem ei, „ noxarum remiſſionem, aliam ab ea, quàm „ Chriſtus Jeſus inſtituerit, accipere affirmant. „ *Hactenus Origenes apud Nicephorum*.

11. Similia tradit Theodoretus lib. 2. hæret. ſabul. & alia quoque adjungit: nam dicit, quòd ad univerſorum Principium, nobiſcum conſentire: nam unicum ingenitum omnium Opificem, eſſe univerſorum Principium fatebantur: „ Quò ad univerſorum „ quidem Principium attinet, *inquit*, nobiſcum conſentiunt. Unum enim ingenitum dicunt, & eum vocant omnium Opificem. „ Deinde de Chriſto non recte ſenſiſſe ſtatim ſubjungit, cùm dicit: „ Chriſtum „ autem non unum dicunt, ſed hunc quidem infernè, illum verò supernè, & eum „ olim in multis habitaſſe: poſtremò autem deſcendiſſe. Jeſum autem aliquando „ quidem ex Deo eſſe dicit, aliquando autem vocat Spiritum, quandoquidem autem Virginem matrem habuiſſet, in aliis „ autem ſcriptis ne hoc quidem. Rurſus „ autem eum etiam dicit tranſire in alia „ corpora, & in unoquoque tempore diverſè oſtendi.

12. Epiphanius porrò hanc hæreſim ita recenſet, inquiens: „ Chriſtum verbo tenus „ confitentur, quem Creaturam eſſe putant, „ & identidem apparere. Ac primùm Adami „ corpus ſabricaſſe, rurſumque, cùm ei viſum eſt induere. Ei Chriſto nomen eſſe. Nicephorus verò loco ſupra cit. ejuſdem meminit hæreſis, quam ſic explicat: „ Unum „ ſiquidem & ipſi rerum omnium Conditorem aſſerunt: non unum autem Chriſtum, ſed plures, & diverſos: Ac unum „ quidem ſurſum eſſe, alium autem deorſum: quem in multis antea inhabitaſſe, „ deindè verò etiam in Mariæ filio Jeſu incoluiſſe dicunt. Jeſum verò aliquando ex „ Deo eſſe, aliquando Matrem habuiſſe Virginem referunt: nonnunquam autem nè „ hoc quidem ajunt, Spiritum porrò ipſum „ quoque tranſcorporari, atque in diverſa „ ingredi Corpora, & unoquoque tempore „ variè exhiberi ſentiunt. „ Compendioſius Nicetas: *Chriſtum Creaturam eſſe, atque in Adam formatum fuiſſe fabulantur, cujus Corpus pro ſuo arbitratu indueret, poſteaque exueret*.

13. Circa dogma quod adverſatur fidei Confeſſioni, ſic Euſebius lib. 6. hiſt. cap. 38. ex eodem Origene ait: „ Docet præterea „ indifferentem rem eſſe Chriſtum abnegare, & eum qui ſapit, ore quidem tenus „ in ipſo diſcrimine negaturum eſſe, ſed „ non ex animi ſententia. „ Verùm Epiphanius in hæreſi XIX. hanc eandem hæreſim recenſet, & exemplum allegatum ab Elxæo pariter recitat, inquiens: „ Quos etiam ſimulatores eſſe docuit; cùm ullum negaret eſſe crimen, ſi quis perſecutionis tempore Idola veneretur, dummodò minimè „ id ex animo faciat, aut ſi quid ore tenus, non item animo profiteatur. Adducit ad hujus rei teſtem veterator, Phineem „ quendam Sacerdotem è Levitico genere, „ de Aaronis ac veteris illius Phinees ſtirpe, qui regnante Dario, in captivitate Babylonica Suſis adoratâ Dianâ periculum „ capitis effugit. „ *Hæc Epiphanius*, quæ iterum repetit ſub num. 3. ubi ait: „ Primùm quòd negare Deum ſuos ſequaces „ edocuit, cùm execrandorum Idolatriæ Sacrorum per ſimulationem participes eſſe „ ſuaſit. Tum luculentiùs iiſdem impoſuit; „ cum ore tenus ejerari poſſe fidem, nec „ in eo crimen ullum eſſe dixit.

14. Portentoſa inſuper de eodem Domino noſtro Jeſu Chriſto, ac Spiritu Sancto excogitaverat: nam idem Epiphanius ſub num. 4. ejuſdem hæreſis XIX, hæc alis ſcribit: „ Deinde Chriſtum veluti vim quandam deſcribit, cujus & menſuras exponit;

„ nit; longitudinis Schoenos XXIV. hoc eſt „ milliaria XCVI. Latitudinis Schoenos VI. „ milliaria XXIV. Nec minus portentosè „ de craſſitudine nugatur, deque pedibus, „ ac cæteris omnibus fabulam pertexit. Ad „ hæc Spiritum Sanctum eſſe demonſtrat, „ ſexu fœminam, ac Chriſti ſimilem, in„ ſtar Simulacri ſupra nubem, atque inter „ Montes duos ſtantem. „ *Hæc Epiphanius*, qui in hæreſi XXX. num. 17. notat Elxeum hanc dementiam, & ſomnium introduxiſſe inter Ebionæos: & in hæreſi 53. num. 1. in fine eandem repetit fabulam inquiens: „ Ei „ Chriſto nomen eſſe; hujus Sororem Spi„ ritum eſſe Sanctum, muliebri videlicet „ ſpecie. Utrumque verò, tam Chriſtum, „ quàm Spiritum Sanctum nonaginta ſex „ milliariorum altitudine, viginti quatuor la„ titudine conſtare. „ *Hactenus ibi*.

15. Continentiæ porrò adverſabantur Elceſaitæ, ſic edocti à ſuo Principe Elxeo, de quo Nicetas ait: „ Cæterum continentiæ „ adverſabatur, Virginitatemque exoſus, „ nubere cogebat. *Et Epiphanius hæreſ.* 19. „ *num.* 1. Præterea, *inquit*, Virginitatem „ odit, continentiam damnat, & ad ineun„ das nuptias compellit. „ Theodoretus verò lib. 2. hæret. fabularum ſcribit eoſdem hæreticos uſos fuiſſe invocationibus Dæmoniorum, Incantationibus, atque etiam Aſtrologiæ Judiciariæ maximè fuiſſe addictos: „ Incantationibus autem, *inquit*, & Dæ„ monum invocationibus, & baptiſmatibus, „ hi quoque uſi ſunt in Elementorum con„ feſſione. Aſtrologiam autem, & Magi„ cam, & Mathematicum errorem ample„ ctebantur, & ſe ipſos prognoſticos ap„ pellabant. „ *Hæc Theodoretus*. Idem refert Nicetas.

16. Notat Epiphanius hunc hæreticum docuiſſe, non licere conversâ ad Orientem facie preces fundere, orandum autem eſſe conversâ facie versùs Hieroſolymam: „ Ad „ Orientem converſo vultu, *ait*, precari „ prohibet, negatque intentos in eam par„ tem nos eſſe oportere, ſed Hieroſolymam „ versùs undequaque proſpicere. Ut qui „ ad Orientem Hieroſolymam reſpiciunt, „ in eam ad occaſum faciem obvertant; „ qui verò ad Occidentem ſiti ſunt, eo„ dem ad Orientem vergant: ſic etiam Se„ ptentriones contueantur qui ad Auſtrum „ objacent: Auſtrum verò, qui ſupra illam „ Septentrionibus ſunt propinquiores: quò „ undique Hieroſolymitanam in Urbem uni„ verſorum ora conjecta ſint. *Addit inde*. „ Sacrificia penitùs condemnat, & à Deo „ aliena eſſe pronunciat, ſimulque negat „ illa unquam Deo in Lege, vel Patribus „ oblata.

17. Docuit inſuper ſuos verba orationis, ſed valde diverſa ab iis, quæ Salvator docuit Diſcipulos ſuos Matthæi cap. 6. Inaniſſima verba ex Hebraica lingua deprompta, recitanda ſuis orantibus propoſuit, quæ ut tradit Epiphanius in hæreſi XIX. cit. num. 4. hæc erant: *Abas*, *Anid*, *Moib*, *Nochile*, *Daaſim*, *Ane*, *Daaſim*, *Nochile*, *Moib*, *Anid*, *Abar*, *Selam*. Tota ergo oratio his ſolis conſtabat verbis, quæ ab Epiphanio interpretata, ſenſum hunc continere refert, nimirum: „ Tranſeat abjectio à Pa„ tribus meis propagata, condemnationis „ ipſorum, & conculcationis ipſorum, & „ laboris ipſorum, conculcatione in con„ demnatione per Patres meos, ex abjectio„ ne, quæ præteriit in Apoſtolatu perfe„ ctionis. Quæ omnia in illo ipſo perfecta „ ſunt; cujus vis omnis atque fraus in ni„ hilum eſt redacta. „ Deinde idem Epiphanius præfata verba de verbo ad verbum ſic exponit. „ *Abar* tranſeat; *Anid*, Abjectio; „ *Moib*, à Patribus meis propagata; *No*„ *chile*, condemnationis ipſorum; *Daaſim*, „ & conculcationis ipſorum; *Ane*, & labo„ ris ipſorum; *Daaſim*, proculcatione; „ *Nochile*, in condemnatione; *Moib*, per „ Patres meos; *Anid*, ex abjectione; *Abar*, „ quæ preteriit; *Selam*, Apoſtolatu perfe„ ctionis.

18. Denique ex eodem Epiphanio habemus præcepiſſe eundem hæreticum, per Salem, ac Terram, Panem, Cœlum, Æthera, Ventumque, velut Numina dejerare. Interdum verò ſeptem alios definiviſſe Teſtes, Cœlum nimirum, Aquam, & Spiritus Sanctós orationis Angelos, Oleum, Salem, & Terram. Et in hæreſi 53. refert Elxai Sectatores, in magna veneratione habuiſſe Aquam. „ Aquam, *inquit*, magnopere ve„ nerantur, ac propemodum inſtar Numi„ nis habent, quòd ab ea propagatam eſſe „ vitam aſſerunt. „ Et ideo in hæreſi 19. ſub num. 3. refert quæ Elxeus docuerat, circa elementa Aquæ & Ignis, inquiens: „ Aquam „ idem ſcitam, ac bonam eſſe definit; Ignem „ verò alienum quiddam, his verbis: Filii, „ nolite ad ignis ſpeciem accedere, erratis „ enim, & iſtud ipſum error eſt. Nam cum „ illum in propinquo videas, abeſt tamen „ longiùs. Cavete igitur ne ad ejus ſpe„ ciem acceſſeritis; quin potiùs ad aquæ „ vocem accedite. „ *Hæc ex Epiphanio*. Summa ergo hæreſum, ſivè errorum Elceſæitarum, & Sampſæorum hæc eſt.

I. Licitum eſſe liberumque, fidem externè negare urgente perſecutione.

II. Chriſtum puram eſſe Creaturam, immò & duos, unum ſurſum, deorſum alterum.

III. Virginitatem nullius eſſe pretii, cunctos cogendos ad ineunda matrimonia.

IV. Incantationibus uti, item Judiciariam

riam Aſtrologiam exercere licitum eſſe.

V. Non licere orare, facie ad Orientem converſâ.

VI. In Juramento, loco Dei adhibendos eſſe in Teſtes, Aquam, Terram, Salem, Cœlum, Æthera, atque Ventum.

VII. Quodlibet Sacrificium ingratum eſſe Deo, & Patres nullo modo Sacrificia obtuliſſe.

Hæc ſunt præcipua Elceſæitarum dogmata. quæ verò de Spiritu Sancto, ac Chriſti dimenſione dicebant, ſunt potiùs irridenda, quàm refutanda. Theodoretus lib. 2. hæret. fabularum, ſcribit Origenem hanc hæreſim refutaſſe, ſcripſiſse quoque adversùs eandem Alcibiadem Apamæum.

COMMENTARIUS

In Hæreſim I.

19. **L**Icitum eſſe) Hæc fuit impiiſſima Simonis Magi doctrina & impietas, de qua locuti ſumus parte 1. cap. 1. Commentar. in hæreſ. XIV., ubi & plura adversùs eam tum ex Evangelicis ſcriptis, tum ex Patrum teſtimoniis deprompta retulimus. Qui verò denegant Martyrium pro Chriſto ſubeundum, in eandem quoque deſcendunt impietatem: non enim confitenda fides erit coram perſecutoribus, ſi ant Martyrium bonum non eſt, aut à Deo non præceptum, aut non volitum: & cùm Confitentibus coram perſecutoribus Chriſtum, inſtet Martyrium; ſi hoc fugiendum, neque Chriſtus erit confitendus, ſed magis negandum. Quod quàm impium ſit quàm alienum à veritate, diffuſiſſimo Tractatu oſtendit Tertullianus in Scorpiaco adversùs Gnoſticos, & nos ſupra diverſis in locis. Nec diſſimilis eſt Priſcillianiſtarum ſententia, quâ definiunt licere mentiri ipſo ore, veritate in corde tamen retentâ, juxta illud pſal. XIV. ab ipſis in falſum ſenſum translatum: *Qui loquitur veritatem in corde ſuo*. Recte eos reprehendit S. Auguſtinus in lib. de Mendacio cap. 2. Si ergo licet in corde loqui veritatem, in ore mendaci, licebit & coram perſecutoribus, retentâ in corde veritate, mendacium ore proferri, ut ita intus Chriſtianus ſit, maneatque, foris verò Paganus evadat.

20. At hæc opinio, & ſententia, ait S. Auguſtinus loc. cit: „ Sanctos Martyres exhonorat, immò verò aufert Sancta omnino Martyria. Juſtiùs enim, ſapientiùſque facerent ſecundùm iſtos, ſi perſecutoribus ſuis non ſe confiterentur eſſe Chriſtianos, „ nec eos ſuâ confeſſione facerent homicidas: ſed potius mentiendo & negando quod erant, & ipſi ſaluum haberent carnis commodum, cordiſque propoſitum; & illos conceptum animo ſcelus implere non ſinerent. Non enim proximi eorum erant in fide Chriſtiana, ut cum eis deberent loqui veritatem in ore ſuo, quam loquebantur in corde ſuo, ſed ipſius veritatis inſuper inimici. Si enim Jehu, quem ſibi inter cæteros ad exemplum mentiendi prudenter videntur intueri, ſervum Baal ſe eſſe mentitus eſt, ut ſervos ejus occideret: quantò juſtiùs ſecundùm iſtorum perverſitatem, tempore perſecutionis ſervos Dæmonum ſe mentirentur ſervi Chriſti, ne ſervi Dæmonum ſervos occiderent Chriſti, & ſacrificarent Idolis nè interficerentur homines? Quid enim eis obeſſet ſecundùm egregiam doctrinam mendaciloquorum, ſi Diaboli cultum mentirentur in corpore, quando Dei cultus ſervabatur in corde? ſed non ſic intellexerunt Apoſtolum Martyres veri, Martyres ſancti. Viderunt quippe, tenueruntque, quod ſcriptum eſt: *Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*. Et, *in ore eorum non eſt inventum mendacium*. „ Hactenus S. Auguſtinus.

21. Sic ergo Priſcillianiſtas oppugnat S. Doctor: nàm ad inconveniens reducit eorum opinionem, quâ licitum faciebant in ore mendacium, retentâ in corde veritate. Hoc autem dato, ſequitur contra Evangelicam doctrinam, id quod Simon Magus, & Elceſaitæ, & alii ejuſdem farinæ aſſerebant, licitum nimirum ore fidem abjurare, ipſâ tamen in corde retentâ, ut ſic negando externè, mortem effugiat ille, qui confitendo, mortem certò eſt ſubiturus. Hinc alibi S. Doctor, ſcilicet in lib. de Fide, & Symbolo cap. 1., hoc irrefragabile, & certiſſimum firmat dogma, dicens: *Salvi eſſe non poſſumus, niſi ad proximorum ſalutem nitentes, fidem ore profiteamur, quam etiam corde geſtamus*.

22. Diabolicam porrò hanc eſſe doctrinam, docet Tertullianus in Apologetico cap. 27. & à Diabolo inſtillatam in impiorum mentibus; nam introducit eos qui dicunt dementiam eſſe non Sacrificare Idolis, quoties Sacrificando tormenta evadere poſſunt, eoſque non aliâ ratione redarguit, niſi dicendo Diabolicam hanc eſſe doctrinam: „ Sed quia, inquit, dementiam exiſtimant, quòd cùm poſſimus, & ſacrificare in præſenti, & illæſi abire, manente apud animum propoſito, obſtinationem ſaluti præferamus. Datis ſcilicet conſilium, quo vobis abutamur. Sed cognoſcimus unde talia ſuggerantur, quis totum hoc agitet, & quomodo nunc aſtutia ſuadendi, nunc duritia ſæviendi ad conſtantiam noſtram deji-

„ cien-

„ ciendam operetur. Ille ſcilicet Spiritus
„ Angelicæ, & Dæmoniacæ paraturæ, qui
„ noſter ob divortium æmulus, & ob Dei
„ gratiam invidus, de mentibus veſtris ad-
„ versùs nos præliatur.

23. Deinde Cyprianus in libro de La-
pſis, ne dùm illos perfidiæ redarguit Chri
ſtianos, qui tormentorum metu ad Idola fle-
ctuntur, quamtumvis externè; verùm &
illos quoque, qui à Judicibus numeratâ pe-
cuniâ libellos accipiunt, nè in Judicium in
cauſa fidei trahantur, & ſeveriſſimæ pœni-
tentiæ addictos eſſe pronunciat: „ Nec ſibi,
„ inquit, quominus agant pænitentiam,
„ blandiantur, qui, ſi neſandis Sacrificiis
„ manus non contaminaverunt, libellis tamen
„ conſcientiam polluerunt. Et illa profeſſio
„ denegantis, conteſtatio eſt Chriſtiani,
„ quòd fuerat abnegantis; feciſſe ſe dixit,
„ quidquid alius fatendo commiſit. Chri-
„ ſtus in præceptis ſuis dicit: *Qui confu-*
„ *ſus me fuerit, confundetur eum filius ho-*
„ *minis*: & Chriſtianum ſe putat, qui Chri-
„ ſtianus eſſe confunditur, aut veretur? Quo-
„ modo poteſt eſſe cum Chriſto, qui ad
„ Chriſtum pertinere, aut erubeſcit, aut
„ metuit? minus planè peccaverit non viden-
„ do Idola, nec ſub oculis circumſtantis,
„ atque inſultantis populi ſanctitatem Fidei
„ prophanando, non pollvendo manus ſuas
„ ſuneſtis Sacrificiis, nec ſceleratis cibis ora
„ maculando. Hoc eo proficit, ut ſit minor
„ culpa, non ut innocens conſcientia. Fa-
„ ciliùs poteſt ad veniam criminis perveni-
„ re; non eſt tamen immunis à crimine. Nec
„ ceſſet in agenda pænitentia, atque in Do-
„ mini miſericordia deprecanda; nè quod
„ minus eſſe in qualitate delicti videtur,
„ in neglecta ſatisſactione cumuletur. „ *Ha-*
ctenus Cyprianus.

24. Præterea, conſtantia ipſa Martyrum
in confeſſione Fidei, manifeſtè peſſimam hanc
Elceſaitarum refellit doctrinam. In tormen-
tis enim conſtituti, quamvis atrociſſimis,
nunquam nec quidem verbum protuliſſe con-
ſtat. quod negantis ſuſpicionem vel mini-
mam induceret. Hoc enim attendens Ter-
tullianus in Apologetico cap. 2., ſic Tyran-
nos alloquitur: „ Itaque nec in illo ex ſor-
„ ma malorum judicandorum agitis erga nos,
„ quòd ſolis negantibus tormenta ad con-
„ fitendum, ſolis Chriſtianis ad negandum,
„ cùm ſi malum eſſet, nos quidem negare-
„ remus; vos verò confiteri tormentis com-
„ pelleretis. „ Inverſo ſane judicio ſe cum
Chriſtianis geſſiſſe Tyrannos, dicit: nam
torquentur Rei, ut veritatem ſateantur, &
negantibus tormenta ſubiiciuntur, ut con-
fiteantur: verùm contrarium cum Chriſtia-
nis eveniebat, confitentes quidem ad Mar-
tyrium ducebantur, negantes dimitteban-
tur; quia veritatem ſatebantur, nec mentiri
eis licebat, nec impunè apud Deum negare
eis permiſſum erat, ideo ad tormenta, ad
cruces, ad beſtias trahebantur.

25. Subjungit poſtea Tertullianus: „ Vo-
„ ciferatur homo: Chriſtianus ſum. Quod
„ eſt, dicit: tu vis audire, quod non eſt.
„ Veritatis extorquendæ Præſides, de no-
„ bis ſolis mendacium elaboratis audire.
„ Hoc ſum, inquit, quod quæris, an ſim.
„ Quid me torques in perverſum? Confi-
„ teor, & torques? Quid faceres, ſi nega-
„ rem? Plane aliis negantibus non facile
„ fidem accommodatis: nobis ſi negaveri-
„ mus, ſtatim creditis. Suſpecta ſit vobis
„ iſta perverſitas, ne qua vis lateat in oc-
„ culto, quæ vos adversùs formam, adver-
„ sùs naturam judicandi, contra ipſas quo-
„ que leges miniſtret. Niſi enim fallor, le-
„ ges malos erui jubent, non abſcondi: con-
„ feſſos damnari præſcribunt, non abſolvi:
„ hoc Senatus conſulta, hoc Principum
„ mandata definiunt. Hoc imperium, cujus
„ Miniſtri eſtis, Civilis non Tyrannica do-
„ minatio eſt. Apud Tyrannos enim etiam
„ tormenta pro pœna adhibentur: veſtram
„ illis ſervate legem uſque ad confeſſionem.
„ Si confeſſione præveniantur, vacabunt.
„ Sententiâ opus eſt, debito pœnæ nocens
„ expungendus eſt, non eximendus. Deni-
„ que nemo illum geſtit abſolvere: non li-
„ cet hoc velle, ideò nec cogitur quiſquam
„ negare.

26. Hæc autem omnia ſatis oſtendunt
non licuiſſe unquam Chriſtianis, de ſua pro-
feſſione & fide interrogatis negare, cùm non
confeſſionem extorquere Tyranni curarent,
quemadmodum ſecundùm leges, Reis extor-
quenda erat, ſed negationem: & quia non
negabant interrogati, contra omnia Jura tor-
quebantur. Unde ſubjungit Tertullianus:
„ Chriſtianum hominem omnium ſcelerum
„ reum, Deorum, Imperatorum, Legum,
„ Morum, Naturæ totius inimicum exiſti-
„ mas, & cogis negare ut abſolvas, quem
„ non poteris abſolvere, niſi negaverit.
„ Prævaricaris in leges. Vis ergo neget ſe
„ nocentem, ut eum facias innocentem. Et
„ quidem invitum jam, nec de præterito
„ reum. Unde iſta perverſitas? ut etiam
„ illud non recogitetis: Sponte Confeſſo
„ magis credendum eſſe, quàm per vim ne-
„ ganti; vel ne compulſus negare, non ex
„ fide negarit: & abſolutus, ibidem poſt
„ Tribunal de veſtra redeat æmulatione ite-
„ rum Chriſtianus. „ *Hactenus Tertullianus*,
qui & alia ad rem ſcribit in lib. de Idolatria
cap. 14. in lib. de Pœnitentia cap, 5. & paſſim
alibi.

27. Sed Elceſæitæ exemplum Phinees
ſub Dario immolantis Dianæ in medium
producunt, ut in cauſa Religionis oſtendant
licitum eſse externè falſam ſimulare Reli-
gionem, verâ fide in corde retentâ. Alii
verò afferunt exemplum Jehu, qui ut occi-

deret univerſos Sacerdotes Baal, ſimulavit ſe eſse cultorem Baal, immò & plus quàm fuerat Achab. Iterum & exemplum Naaman Syri, cui permiſerat Eliſæus Propheta genua flectere in Templo Remmon, dum adſiſtere cogebatur Regi Syriæ ibidem adoranti, cujus erat Princeps Militiæ.

28. Cæterum commentitium eſt allegatum ab Elceſaitis exemplum, & omnino ſabuloſum, nuſquam enim in Sacris literis Veteris Teſtamenti ſcriptum quidquam tale reperitur. Nec ſub Dario Rege coactos Judæos ſuiſse ut Dianæ ſacrificarent ullâ hiſtoriâ proditum legimus, exceptâ lege de non orando Deum niſi ad mandatum ipſius, nihil aliud in cauſa Religionis egiſse Darium invenitur. Quâ ſtante lege in ſolum Danielem, inſtantibus Regni Satrapis & invito Rege, aliqualiter animadverſum prodit ipſa Danielis prophetia cap. 6. Itaque apud ipſos Judæos firmum dogma fidei ſemper ſuit, non licere falſam ſimulare Religionem, qua de cauſâ ſub Antiocho Illuſtri plurimi ex Judæis, nolentibus ad ritus Gentium tranſire, diros cruciatus, & Martyria paſſi ſunt, ut tradit Machabæorum hiſtoria lib. 2.

29. Immò in eadem hiſtoria factum memorabile legitur cap. 6. de Eleazaro Scriba, homine ſene, qui renuit guſtare carnes immolatitias, & externè ſimulare ritus Gentium, quamvis rogatus ab Amicis, ut hac viâ mortem ſibi imminentem evaderet, conſtantiſſimè reſpondens hoc ſibi minimè licuiſſe, taleque quid perpetrando æternæ damnationi fieri obnoxium. Etenim ſub præcit. cap. 6. verſ. 20. de eo hæc Sacra profert Hiſtoria. „Intuens autem, quemadmodum
„ oporteret accedere, patienter ſuſtinens,
„ deſtinavit non admittere illicita propter
„ vitæ amorem. Hi autem, qui aſtabant
„ iniquâ miſeratione commoti propter anti-
„ quam viri amicitiam, tollentes eum ſe-
„ cretò rogabant afferri carnes, qnibus ve-
„ ſci ei licebat, ut ſimularetur manducaſ-
„ ſe, ſicut Rex imperaverat de Sacrificii
„ carnibus, ut hoc facto à morte liberare-
„ tur, & propter veterem viri amicitiam,
„ hanc in eo faciebant humanitatem. At
„ ille cogitare cœpit ætatis, ac ſenectutis
„ ſuæ eminentiam dignam, & ingenitæ no-
„ bilitatis canitiem, atque à puero optimæ
„ converſationis actus, & ſecundùm Sanctæ
„ & à Deo conditæ Legis conſtituta, reſpon-
„ dit citò dicens, præmitti ſe velle in infer-
„ num; Non enim ætati noſtræ dignum eſt,
„ inquit, fingere; ut multi adoleſcentium,
„ arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum,
„ tranſiſse ad vitam Alienigenarum, & ipſi
„ propter meam ſimulationem, & propter
„ modicum corruptibilis vitæ tempus deci-
„ piantur, & per hoc maculam atque exe-
„ crationem meæ ſenectuti conquiram. Nam
„ etſi in præſenti tempore ſuppliciis hominum
„ eripias, ſed manum Omnipotentis nec
„ vivus, nec deſunctus effugiam. Quam-
„ obrem fortiter vitâ excedendo, ſenectute
„ quidem dignus apparebo; adoleſcentibus
„ autem exemplum ſorte relinquam, ſi prom-
„ pto animo, ac ſortiter pro Graviſſimis, &
„ Sanctiſſimis Legibus honeſtâ morte perſun-
„ gar." *Hactenus Eleazar*.

30. Utique Jehu ſimulavit ſe eſſe cultorem Baal, nam lib. 4. Reg. cap. 10. ſic Jehu locutum eſſe fertur: *Achab coluit Baal parùm, ego autem colam eum amplius. Nunc igitur omnes prophetas Baal, & univerſos Servos ejus, & cunctos Sacerdotes ipſius vocate ad me. Nullus ſit qui non veniat. Sacrificium enim grande eſt mihi Baal. Quicumque defuerit non vivet. Porrò Jehu faciebat hæc inſidioſè, ut diſperderet cultores Baal*. Pro hujuſmodi facto laudatur Jehu, immò & à Deo remuneratur, dicente Scripturâ: *Quia ſtudioſè egiſti quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo feciſti contra Domum Achab; Filij tui uſque ad quartam generationem ſedebunt ſuper Thronum Iſrael*. Numquid ergo propter ſimulationem præmium meruit & laudem? Abſit, hoc Scriptura non dicit, ſed qnia paruit Deo præcipienti, ut deſtrueret univerſam Domum Achab, cujus obedientiæ intuitu meruit temporalem quandam remunerationem. Cæterum Scriptura ipſa de impietate etiam illum redarguit: dum ait: *Delevit itaque Jehu Baal de Iſrael: verumtamen à peccatis Jeroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael non receſſit, nec dereliquit vitulos aureos, qui erant in Bethel, & in Dan*. Et poſtea ſubjungit. *Porrò Jehu non cuſtodivit ut ambularet in lege Domini Dei Iſrael in toto corde ſuo: non enim receſſit à peccatis Jeroboam qui peccare fecerat Iſrael*.

31. Non ergo laudatur de mendacio & ſimulatione, nec quia decepit cultores Baal præmiatur, cùm Scriptura non dicat, ſed quia mandatum Dei de delenda Domo Achab obſervavit. Quia tamen in aliis impius, ab ipſa Scriptura condemnatur. Hinc S. Auguſtinus ſup. cit. ſub num. 20. in libro contra mendacium ad Conſentium cap. 2. hoc factum Jehn obſervat, quod in ſui patrocinium ſautores Mendaciorum adducere conſueverant, nec imitandum eſſe à Sanctis viris pronunciat, nec imitatum fuiſſe notat, inquiens. „Illum verò Jehu, mendacio impio
„ & Sacrificio ſacrilego, occidendos impios
„ & ſacrilegos inquirentem, non imitaren-
„ tnr, nec ſi de illo qualis ſuiſſet, eadem
„ Scriptnra taeuiſſet. Cùm verò Scriptum
„ ſit, enm rectum cor non habuiſſe cum
„ Deo, qnid ei profuit, quùd pro nonnul-
„ la obedientia, quam de Domo Achab om-
„ nino delenda, pro cupiditate ſuæ domi-
„ nationis exhibuit, aliquantam mercedem
„ tranſitoriam Regni temporalis accepit? Ad
„ ſen-

Digitized by Google

„ ſententiam potiùs veridicam Martyrum defendendam, te frater hortor ut ſtes adversùs mendaces, non mendacii doctor, ſed veritatis aſſertor. „ *Hactenus S. Auguſtinus*.

32. Neque Naamano Syro permiſit Eliſęus ſimulare falſam Religionem, non enim Naaman poſtulavit facultatem adorandi Idolum, ſed munus ſuum dumtaxat exercendi cum Rege, & Domino ſuo in Templo Remmon, hoc eſt ſuſtinendi illum coram Idolo procumbentem, & ſe inclinandi aut procumbendi unà cum Rege, quem ex officio ſuſtinere illum debuerat inclinantem, & procumbentem. Verba Naaman lib. 4. Regum cap. 5. ſunt: *Hoc autem ſolum eſt, de quo depreceris Dominum pro ſervo tuo, quando ingredietur Dominus meus Templum Remmon ut adoret, & illo innitente ſuper manum meam, ſi adoravero in Templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoſcat mihi Dominus ſervo tuo pro hac re*. Annuit Eliſæus taliaque agere ei permittens dixit, *Vade in pace*. Optimè Lyranus hunc locum exponens ait: „ Habebat iſte Naaman officium ſuſtentandi Regem, quia ſicut Reginæ modò per Milites ſuſtentantur, ità ſimiliter tunc temporis Reges per Principes magis ſibi propinquos. Iſtud autem non erat illicitum de natura ſua, æqualiter enim poterat fieri extra Templum Idoli, ſicut & intra. Sicut ſi aliqua puella Chriſtiana capta à Saracenis, eſſet obſequio alicujus Dominæ deputata ad exportandam caudam ſive veſtem, non videretur illicitum quòd eam portaret intra Phanum Mohomethi, ſicut & extra: dum tamen hoc non faceret in reverentiam Mahomethi, ſed ſolùm intendens ſuum officium exequi. Et hoc petebat Naaman ab Eliſæo, ſcilicet quòd idem officium, quod licitè faciebat Domino ſuo extra Phanum Idoli, poſſet ſibi facere intra, non ad aliquam Idoli reverentiam, ſcilicet ne incurreret Domini ſui offenſam. Et hoc conceſſit Eliſæus, quia non erat illicitum. „ Hactenus Lyranus. Et Tyrinus explicat illa verba, *ſi adoravero*, id eſt, *me incurvavero*, ſeu *Corpus inclinavero*, quaſi diceret, *Liceat quæſo mibi dum Rex meus Benadad ſe ſe curvabit ad adorandum Idolum excelſum, tùm non in obſequium Idoli, ſed Regis mei, etiam me incurvare, quia Rex mibi ſolet inniti partim commodi ſui, partim decoris gratiâ. Non ergo vult Naaman cooperari ad adorationem Idoli, ſed ad ſolam curvationem phyſicam Regis*. Hæc Tyrinus.

33. Et hæc omnia confirmat Tertullianus in libro de Idololatria cap. 16. ubi ait: „ Quoniam ità malis circumdedit ſæculum Idolatria, licebit adeſſe in quibuſdam, quæ nos homini, non Idolo officioſos habent. Planè ad Sacerdotium, ad Sacrificium vocatus non ibo (proprium enim Idoli officium eſt) ſed neque conſilio, neque ſumptu, aliàve operâ ejuſmodi fungar. Si propter Sacrificium vocatus adſiſtam, ero particeps Idolatriæ; ſi me alia cauſa coniungit Sacrificanti, ero tantùm ſpectator Sacrificii. *Et immediatè poſt cap. 17. ſubjungit*: Cæterum quid facient Servi, vel Liberti fideles, item Officiales ſacrificantibus Dominis vel Patronis vel Præſidibus ſuis adhærentes? Sed ſi merum quis Sacrificanti tradiderit, imò ſi verbo quoque aliquo Sacrificio adjuverit, Miniſter habebitur Idolatriæ. Hujus regulæ memores, etiam Magiſtratibus, & Poteſtatibus officium poſſumus reddere ſecundùm Patriarchas, & cæteros Majores qui Regibus Idololatris uſque ad finem Idololatriæ apparuerunt. „ *Hactenus Tertullianus*. Neque ex hoc quòd Naaman Syrus rogaverit Eliſęum ut veniam à Deo pro tali opere poſtularet, ſequitur actionem illam fuiſſe in ſe malam, & ab Eliſæo diſpenſatam, ſive permiſſam. uam ut ait Lyranus, utique Naaman ſibi non licere timebat, nondum ſatis edoctus in rebus Fidei, ſicuti eſt piarum mentium formidare peccatum, ubi non eſt peccatum; cæterum non eſſe peccatum ſibique licuiſſe concluſit Propheta per illa verba. *Vade in Pace*. Sed quid pro Elceſaitis hoc argumentum? Si enim docent licere ſimulare falſam Religionem externè, hoc non credidit Naaman, imò in facto illo timuit eſſe peccatum. Et ſi concederetur Eliſęum diſpenſaſſe cum Naamano, quod tamen falſum omnino eſt, numquid pro omnibus & univerſaliter inſerviret illa diſpenſatio? Ubicumque ſe vertant, non habent undè ſe tueri poſſint.

COMMENTARIUS

In Hæreſim II.

34. CHriſtum eſſe puram Creaturam) Hæc fuit tam ſuperiorum, quam poſteriorum plurium hæreticorum hæreſis. Eam docuerunt Cerinthiani dividentes Chriſtum à Jeſu, ut in parte 1. cap. 8. hæreſ. VI. poſtea Ebionæi, ut in cap. 9. hæreſ. I. Et ab his, quibus ſe conjunxit Elxæus, ſuam hanc deſumpſiſſe certum eſt. Plura in ſuperioribus adversùs eandem hæreſim pronunciavimus: nonnulla quoque in præſentiarum addemus eruditionis gratiâ, & primò ea quæ ab externis teſtimoniis deſumi poſſunt.

35. Extat in primis apud Euſebium lib. 1. hiſtor. cap. 13. Epiſtola Agbari Edeſſenorum Regis, in qua videtur in Chriſto Divinitatem profiteri. Hiſtoriam recenſet ibidem di-

Digitized by Google

cens: „Domini ac Servatoris noſtri Jeſu Chriſti Divinitas, cùm propter admiranda illius opera ubique jam celebris eſset, & innumerabiles ab externis & à Judæa remotiſſimis regionibus, morbis & cujuſque modi doloribus afflictos, ſpe recuperandæ ſalutis attraxerat. Itaque Rex Agbarus, qui Gentibus trans Euphratem poſitis non ſine laude præerat, cum gravi morbo, & qui humanâ ope curari non poterat, conſumeretur; ſimul atque de Jeſu nomine ubique diffuſo, ac ſtupendis ejus miraculis, quæ omnium teſtimonio firmabantur, accepit, miſſis per Tabellarium literis, ſupplex eum rogavit ut ſe morbo liberaret.„ Et poſt aliqua refert exemplum literarum, quæ ita ſe habent.

Agbarus Princeps Edeſſæ, Jeſu Servatori Bono, qui in finibus Hieroſolymorum apparuit; Salutem.

36. „Nuntiatum eſt mihi de te, & de curationibus, quas abſque herbis, & medicamentis operaris. Fama enim eſt Cæcis viſum, Claudis greſsum abs te reſtitui, Leproſos mundari, Dæmones, & immundos Spiritus expelli, diuturnis morbis oppreſsos ſanari, Mortuos denique ſuſcitari. Quæ cùm omnia de te audirem, ſic in animum meum induxi, aut reverà Deum eſse, qui è Cœlo delapſus hæc efficias, aut certè Dei Filium. Proinde ad te ſcripſi, orans ut Nos inviſere non graveris. Audio enim Judæos tibi obtrectare, & inſidias in caput tuum ſtruere. Eſt mihi Civitas parva quidem illa, ſed ornata, quæ noſtrum utrique ſufficiat. *Hactenus Epiſtola*.

37. Ex hoc teſtimonio liquet Agbarum confeſsum fuiſse Chriſtum Deum eſse, aut certè Dei filium: & ne quis in dubium revocare hæc revera geſta eſse, idem Euſebius notat, ex Tabulariis Edeſsæ hujuſmodi Acta eſse deſumpta: „Cujus quidem rei teſtimonium, *ait*, habemus ex ipſius Edeſsæ, in qua tum regnabat Agbarus, Tabulariis deſumptum. Siquidem in monumentis publicis, in quibus antiquitates Urbis, & res Agbari geſtæ continentur, hæc etiam ad noſtram uſque ætatem conſervata reperimus.„ *Hæc Euſebius*, qui poſtea ſubjungit reſponſivam Chriſti Domini ad Agbarum Epiſtolam, ita ſe habentem,

Reſcriptum Jeſu ad Agbarum Regem, per Ananiam Curſorem.

38. „Beatus es Agbare, qui in me credideris, quem non vidiſti. De me enim ſcriptum eſt, eos qui me viderint, non credituros in me, ut ij qui non viderint, credentes vitam accipiant. Quòd verò ad me ſcribis, ut ad te proficiſcar, hìc neceſſe habeo omnia implere propter quæ ſum miſſus, iiſque demum abſolutis, ad illum qui me miſit reverti. Cæterum cùm primùm ad eum me recepero, ex Diſcipulis meis aliquem ad te mittam, qui & morbum tuum curet, & vitam tibi, & omnibus tuis præſtet.„ *Hactenus Epiſtola ad Agbarum*.

39. Georgius Cedrenus in Compendio hiſtoriæ ſub anno XIX. Tiberii eandem refert hiſtoriam, addens Ananiam Curſorem per quem Agbarus ſuam miſit Epiſtolam, cùm eſſet pictoriæ artis, in mandatis accepiſſe, ut Chriſti formam in Tabula pingeret, quod cùm nec inchoare valuiſſet ex nimio faciei ſplendore vultum ſuum Domino mutante, re imperfectâ abire cogitaſſe, at Jeſum Ananiç mente exploratâ illum ad ſe vocaſſe refert, & facie prius ablutâ in pannum quatruplicem ſibi oblatum, Divinæ ac immaculatæ faciei Simulachrum maximo miraculo impreſſiſſe, eamque Sindonem eidem tradidiſſe Ananiæ, ut Edeſſæ Principi una cum Epiſtola reſponſiva afferret, cujus virtute Agbarum, ipsâ pronum adoratâ imagine, à morbis quibus premebatur liberum evaſiſſe. Refert inſuper in fine Epiſtolæ præfatum Agbarum ſigillum appoſuiſſe, ſeptem hæbraicia notatum literis, quorum erat ſenſus: *Dei ſpectatum Miraculum*.

40. Ejuſdem imaginis meminit Damaſcenus lib. 4. Orthodoxæ fidei cap. 17. bis verbis. „Hiſtoriæ proditum eſt, cùm Agbarus Edeſſæ Rex eo nomine pictorem miſiſſet, ut Domini imaginem exprimeret, neque id pictor ob ſplendorem ex ipſius vultu manantem conſequi potuiſſet, Dominum ipſum Divinæ ſuæ, ac vivificæ Faciei admoviſſe pallium, imaginemque ſuam ei expreſiſſe, ſicque illud ad Agbarum, ut ut ipſius cupiditati ſatisfaceret, miſiſſe. Porrò Leo Lector Conſtantinopolitanus in Act. 5. Concilii Nicæni II. teſtatur ſe illam Edeſſæ vidiſſe. Evagrius lib. 4. hiſt. cap. 26. nonnulla ejuſdem Imaginis virtute patrata recenſet Miracula, inter quæ & illud memorabile, quòd cùm Civitas ſub Choſdroe Perſarum Rege oppugnata, atque igni tradita fuerit, ejuſdem Imaginis virtute mirum in modum libera evaſerit. Idem Cedrenus ſcribit præfatam Imaginem, ablatis Simulachris Græcorum, ante publicam Edeſſæ portam collocari Regem juſſiſſe, hâc adjunctâ inſcriptione. *Chriſte Deus, qui in te ſperat, voti ſit compos*. En ergo quomodo Agbarus tam ex verbis Epiſtolæ, quàm ex literis Sigilli, & inſcriptione appoſitâ Imagini, Chriſtum velut Deum habuerit, utque talem adorandum mandaverit?

41. Non abnuo apud Complures non eſſe

pro

pro genuina receptam præfatam Epiſtolam, nec ut talem recipiendam voluit Gelaſius, qui inter Apocrypha recenſuit. Attamen ſunt alii qui omnino reiicere non audent. Eam citant Darius Comes in Epiſtola ad S. Auguſtinum. Ephrem Syrus Diaconus Eccleſiæ Edeſſenæ in ſuo Teſtamento. Procopius lib. 2. de Bello Perſico cap. 12., & apud Evagrium lib. 4. hiſt. cap. 16. Zonaras lib. 3. Annal. & Nicetas Choniates lib. 2. Annalium. Similiter Theodorus Styllita in Epiſtola ad Paſchalem Papam. Syncellus in ſua Chronol. Hadrianus Papa I. in Epiſt. ad Carolum Magnum pro Synodo Nicæna. Gregorius II. in Epiſtola ad Leonem Iſaurum & alii plures, adeout Poſſevinus in Apparatu Sacro tom. 1. verbo *Agbarus*, dicat ab Antiquioribus abſque ulla dubitatione fuiſſe receptas, propter teſtimonium Darii Comitis Epiſt. 263. inter Epiſt. S. Auguſtini, & aliorum complurium. Riccardus Montacutius tom. 1. de Origine Eccleſiæ part. 2. nihil de ſuo determinare audet. Sic Caſaubonus in Exercit. Baron. 13. cap. 3. Et ita Cave in hiſtoria Literaria Sæculi Apoſtolici. Sicut nec nos audemus aliquid de noſtro determinare, ſubmittendo rem definiendam Doctiorum judicio. Nam quamvis Gelaſius Papa inter Apocrypha ſcripta recenſeat, non tamen proſcribit.

42. Alterum Divinitatis Chriſti Teſtimonium, ex literis Pilati Judææ Præſidis ad Tiberium datis depromitur, quarum literarum meminit Euſebius lib. 2. hiſt. cap. 2. inquiens:
„ Vetus hæc erat conſuetudo Provinciarum
„ Rectoribus, ut quidquid novi apud ipſos
„ contigiſſet, Imperatori nuntiarent, ne quid
„ ipſum lateret. Pilatus de Reſurrectione
„ Servatoris Noſtri Jeſu Chriſti, cujus per
„ univerſam Palæſtinam celebris erat fama,
„ ad Tiberium Principem retulit, multa quo-
„ que alia ejuſdem Miracula ſe auditu ac-
„ cepiſſe ſignificans, & qualiter ad vitam
„ denuò revocatus, à pleriſque jam Deus
„ haberetur. Ac Tiberium quidem rem ad
„ Senatum detuliſſe perhibent, ſed Senatum
„ hujuſmodi relationem aſpernatum eſſe,
„ ſpecie quidem eò quòd Senatus Aucto-
„ ritas ad id non expectata videbatur, cùm
„ tamen vetus Lex eſſet apud Romanos,
„ ne quis abſque decreto Senatus pro Deo
„ haberetur, re autem ipsâ eò quòd Salu-
„ taris Divinæ doctrinæ prædicatio, aucto-
„ ritate & auxilio hominum minimè indi-
„ geret. Cùm igitur Senatus relationem de
„ Servatore noſtro itaut dictum eſt repu-
„ diaſſet, Tiberius tamen in priſtina ſenten-
„ tia perſeverans, nihil adversùs doctrinam
„ Chriſti duriùs molitus eſſe dicitur. „ *Hæc Euſebius*,

43. Sed ante Euſebium Tertullianus idem enarrat in Apologetico cap. 5. inquiens: „ Ut de origine aliquid tractemus
„ ejuſmodi legum, vetus erat Decretum, ne
„ qui Deus ab Imperatore conſecraretur,
„ niſi à Senatu probatus, ut Marcus Æmi-
„ lius de Deo ſuo Alburno. Facit & hoc
„ ad cauſam noſtram, quòd apud vos de
„ humano arbitratu Divinitas penſitatur.
„ Niſi homini Deus placuerit, Deus non
„ erit; Homo jam Deo propitius eſſe debe-
„ bit. Tiberius ergo, cujus tempore nomen
„ Chriſtianum in ſæculum introivit, an-
„ nunciatum ſibi ex Syria Palęſtina, quòd
„ illic veritatem illius Divinitatis revelave-
„ rat, detulit ad Senatum cum prærogativa
„ ſuffragii ſui. Senatus, quia non in ſe
„ probaverat, reſpuit. Cæſar in ſententia
„ manſit, comminatus periculum accuſatori-
„ bus Chriſtianorum. „ *Hactenus Tertullianus*. Conſtat ergo Pilatum pro Deo Chriſtum habuiſſe. Tiberium quoque ut talem adorandum, ac recipiendum procuraſſe. Exemplar Epiſtolæ Pilati ad Tiberium non recitat Euſebius, ſed apud Sixtum Senenſem ſub his verbis recenſetur, nimirum.

Pontius Pilatus, Claudio Tiberio Neroni Imperatori; Salutem.

44. „ Nuper contigit, cujus rei ipſe
„ teſtis eſſe poſſum, Judæos ſe ſe ipſos, po-
„ ſterioreſque ſuos univerſos, per invidiam
„ crudeli damnatione perdidiſſe. Cùm enim
„ ex Oraculorum promiſſis, Majorum ipſo-
„ rum auctoritate receptis, hoc expecta-
„ rent, ut Deus illorum per Virginem ju-
„ venculam mitteret, qui verè Rex eorum
„ diceretur; hunc me præſente miſit in Ju-
„ dæam. Is, quod omnibus notum eſt,
„ Cæcis viſum reſtituebat, Leproſos mun-
„ dabat, Reſolutos nervis curabat. Viderunt
„ quoque ipſum Dæmonia abegiſſe, atque
„ obſeſſos Spiritibus immundis liberaſſe.
„ Mortuos item ex ſepulchris ipſis reſuſci-
„ tavit. Obediebant ipſi Ventorum turbines,
„ ſiccis pedibus mare deambulabat. Fecit
„ alia quoque permulta Miracula, ut vulgò
„ etiam inter Judæos, & plebem Dei Filius
„ diceretur. Principes verò Sacerdotum æmu-
„ latione, & livore inſtincti adverſabantur
„ illi, captumque illum mihi tradiderunt,
„ ementitis ſceleribus eum reum facientes,
„ Magum appellabant, atque Legis eorum
„ deſertorem, & contradictorem. Quibus
„ perſuaſionibus ſeductus ipſe, fidem que-
„ relis eorum adhibui, flagellatumque ipſis
„ tradidi, ut pro arbitrio in eum animadver-
„ terent. Crucifixerunt igitur illum, & Se-
„ pulchro, quo conditus erat, Cuſtodes ad-
„ hibuerunt; inter quos etiam ex meis mi-
„ litibus nonnulli erant, qui tertio die ipſum
„ à mortuis reſurgentem viderunt. Nequi-
„ tia autem Judæorum magis hoc facto exar-
„ ſit: numeraruntque magnam pecuniarum

„ vim

„ vim ipſis militibus, quatenus Diſcipnlos
„ ipſius noctn Corpus rapuiſſe prædicarent.
„ Acceperuntque hi quidem pecunias, nibil-
„ ominus tamen publicè ubique profeſſi ſunt,
„ atque teſtantur, ſe viſiones Angelorum
„ vidiſſe, ac Jeſum illum à mortuis verè
„ reſurrexiſſe. Hæc autem ideo ſcripſi, nè
„ quis nugis, ac mendaciis Jndæorum, ſi
„ de re geſtâ aliter loquantur, fidem adhi-
„ beat. Vale. „ *Hactenus Epiſtola.* Quidquid
ſit an ſit genuina Pilati, an diverſa ab ea,
quam Euſebius dicit reverà ad Tiberium
ſcripſiſſe, hoc unnm certum eſt, Pilatum ea
quæ refert Euſebius, & ante Euſebium Ter-
tullianus veriſſimè ſcripſiſſe, quod ſatis eſt pro
teſtimonio Divinitatis Chriſti.

45. Tertium Teſtimonium deſumi poteſt
ex Joſepho Flavio Scriptore Judæo, qui in
libro 18. Antiquit. Judaic. cap. 9. enarratâ
Judæorum ſeditione, adversùs Pilatum Judææ
Præſidem antecedenti capite, ſtatim ſubjun-
git: „ Vir autem iiſdem temporibus ſuit Je-
„ ſus, Sapiens vir, ſi tamen virum eum
„ nominare fas eſt. Erat enim mirabilium
„ operum effector, & Doctor omninm eo-
„ rum hominum, qui libenter audiunt quæ
„ vera ſunt. Et multos quidem Judæorum,
„ multos etiam ex Gentibus ſibi adjunxit.
„ Chriſtus hic erat. Hunc accuſatione pri-
„ morum noſtræ Gentis virorum, cùm Pi-
„ latus in crucem agendnm decreviſſet, non
„ deſuerunt hi, qui ab initio eum dilexe-
„ runt. Apparuit enim eis tertiâ die iterum
„ vivus, ſecundùm quòd Divinitus inſpira-
„ ti Prophetæ, vel hæc vel alia de eo innu-
„ mera Miracula futura eſſe prædixerant.
„ Sed & in hodiernum, Chriſtianorum, qui
„ ab ipſo nuncupati ſunt, & nomen perſe-
„ verat & genns. „ *Hæc Joſephus*, juxta
Venetam antiquam editionem de anno 1486.

46. Totum hoc idem Teſtimonium iiſ-
dem ferè terminis refert Euſebius lib. 1. hiſt.
cap. 11. quo relato adversùs calumniatores,
qui contraria deprædicabant, ſtatim ſubjun-
git. „ Hæc igitur cùm Scriptor ille ex He-
„ bræis oriundus de Joanne Baptiſta, & de
„ Servatore noſtro in libris ſuis commemo-
„ raverit, quod jam effugium relinquitur
„ his, qui adversùs eos Acta illa confinxe-
„ runt, quominus impudendiſſimi eſſe con-
„ vincantur? ſed de his ſatis. „ *Hactenns Eu-
ſebius*. Sed, & Sozomenus lib. 1, hiſt. ca-
pit. 1. ex Joſephi allegato loco, ſubinſert
Divinitatem Chriſti. Ait enim: „ Enm enim
„ hominem quidem appellare detrectat, ut-
„ potè mirabilium operum effectorem, veræ-
„ que doctrinæ Magiſtrum. Chriſtum verò
„ diſertè nominat, & ſupplicio crucis ad-
„ dictum, tertiâ die vivnm apparuiſſe, &
„ alia plurima Miracula à Divinis Vatibus
„ de illo prædicta eſſe teſtatur. Multos præ-
„ terea, quos ille ad ſe pertraxerat, tàm
„ Judæos, quàm Græcos, in illius amore
„ perſeveraſſe affirmat: gentemque ejns no-
„ mine appellatam neutiquam defeciſſe. Ac
„ mihi quidem videtur, dùm iſta ſcribit
„ propemodum clamare, Chriſtum Deum
„ eſſe, operibus ipſius id evincentibus. „ *Hæc
Sozomenus de Joſephi Teſtimonio*. Et ipſe
Euſebius lib. 3. de Demonſtratione Evan-
gelico eodem Joſephi repetito teſtimonio,
ex eo concludit aliquid plus in Chriſto fuiſ-
ſe, ac in cæteris puris hominibus: „ Si ergo
„ hiſtoricus, *inquit*, quoque teſtificatur,
„ non ſolos duodecim Apoſtolos, ſeptua-
„ gintaque Diſcipulos, ab illo ſibi adjun-
„ ctos, ſed multos quoque tùm Judaicæ,
„ tùm Græcæ factionis aſſumptos; palam
„ eſt illum in ſe aliquid excellentius cæte-
„ ris hominibus habuiſſe. „ *Ita Euſebius*. Et
hæc pro externis ſatis ſint, licèt non de-
ficiant, & Sibyllarum Oracula, aliave
quamplura externa idem demonſtrantia.

47. Si modò ex Scripturis oſtendere vo-
lnmus Deitatem Chriſti, atque probare non
purum hominem Chriſtum, ſed Deum ho-
minem, verum ſcilicet Deum, uerumque
hominem extitiſſe; plura ſtatim ſe offcrunt
loca. Nam in primis Paulus Doctor Gen-
tium hauc veritatem ubique prædicavit, un-
dè ad Romanos ſcribens, in initio Epiſtolæ
Deitatem Chriſti præmittit, quem Dei Fi-
lium pronunciat, inquiens cap. 1. *Paulus
Servus Jeſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſe-
gregatus in Evangelium Dei, quod ante pro-
miſerat per Prophetas ſuos in Scripturis San-
ctis de Filio ſno, qui factus eſt ei ex ſemine
David ſecundùm carnem.* Indè clariùs ſe ex-
plicans cap. 9. verſ. 5. ait: *Quorum Patres,
& ex quibns eſt Chriſtus ſecnndùm carnem,
qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæ-
cula.* „ Et hoc quidem additamentum, *in-
„ qnit Theodoretus in hunc locum*, ſecun-
„ dùm carnem, ſatis erat ad declarandam
„ Domini Chriſti Deitatem. Sed quemadmo-
„ dum in proœmio, cùm dixiſset, *Facti ex
„ Semine David ſecundùm carnem*, ſubjun-
„ xit, *qni definitns eſt Filius Dei in poten-
„ tia*: ita cùm hic dixiſset, *Secundùm car-
„ nem*, adjecit, *Qui eſt ſuper omnia Bene-
„ dictus Dens in ſæcula*. Et naturarum dif-
„ ferentiam oſtendens, & quàm juſtâ de
„ causâ lugeret docens, quòd ex ipſis qui-
„ dem ſecundùm carnem, qui eſt Deus in
„ omnibus, ipſi autem à nobilitate excide-
„ runt, & ab illa cognatione alieni facti
„ ſunt.

48. Deinde Ambroſius eundem locum ex-
ponens ex allegatis Pauli verbis, & ipſe quo-
que Chriſtum Deum eſſe concludit, inqui-
ens: „ Quando enim nulla paterni nominis
„ fit mentio, & de Chriſto ſermo eſt, non
„ poteſt differri ne Deus dicatur. Frequen-
„ ter enim Scriptura, propter unius Dei
„ profeſſionem, ſi de Deo Patre lo-
„ quitur, & Deo adjungit Filium, Deum
„ Pa-

„ Patrem vocat, & Filium Dominum. Si
„ quis aatem non putat de Chriſto dictum,
„ qui eſt Deus, det perſonam de qua di-
„ ctum eſt. De Patre enim Deo hoc loco
„ mentio facta eſt. Sed quid mirum ſi in hoc
„ loco Chriſtum Deum ſuper omnia spertà
„ voce, loqueretur, de qno alia in Epiſtola
„ hunc ſenſum tali ſermone firmavit, dicens,
„ *Ut in nomine Jeſu omne genuflectatur, Cæ-*
„ *leſtium, Terreſtrium, & infernorum?* Hæc
„ ſunt omnia, ſuper quæ Deus Chriſtus eſt.
„ Neqne enim exceptis his, ſunt sliqua,
„ ut non ſuper omnia Deus Chriſtus ſit:
„ nec poteſt genuflecti ab omni Creatura,
„ niſi Deo. „ Hæc Ambroſius. Ità pariter eun-
de locum exponunt Chryſoſtomus, Theo-
phylactus, & slii.

49. Sed his antiquior Origenes lib. 7. in
Epiſtolam Pſuli ad Romanos, allatis Apoſtoli
verbis, ſtatim ſubjungit: „ Et miror quo-
„ modo quidam legentes, quod idem Apo-
„ ſtolus in aliis dicit: *Unus Deus Pater ex*
„ *qao omnia, & unus Dominus Jeſus Chri-*
„ *ſtus, per quem omnia*, negent Filium Dei
„ Deum debere profiteri: nec duos Deos
„ dicere videantur. Et quid de hoc loco Apo-
„ ſtoli facient, in quo apertè Chriſtus ſuper
„ omnia Deus eſſe perſcribitur? ſed non ad-
„ vertnnt, qui hæc ita ſentiunt, quòd ſicut
„ Dominum Jeſum Chriſtum non its unum
„ eſſe Deum dixit, ut ex hoc Deus Pſter
„ non Dominus dicatur; ita & Deum Pa-
„ trem non dixit ità eſſe unum Deum, ut
„ Deus Filius non credatur. Vera eſt enim
„ Scriptura, qnæ dicit: *Scitote qnoniam Do-*
„ *minus ipſe eſt Deus*. Unus autem uter-
„ que eſt Deus, quia non eſt aliud Filio
„ Divinitatis initium quàm Pater: ſed ipſi-
„ us unius Pſterni fontis, ſicut Sapientia
„ dicit, puriſſima eſt emanatio Filii. Eſt er-
„ go Chriſtus Deus ſuper omnia. Quæ omnia?
„ illa ſine dubio, quæ & pſulò ante di-
„ ximus: ſuper Principatus, & Poteſtates,
„ & Virtutes, & omne Nomen quod nomi-
„ natur, non ſolùm in hoc ſæculo, ſed etiam
„ in futuro. Qui autem ſuper omnes eſt,
„ ſuper ſe neminem hſbet. Non enim poſt
„ Patrem ipſe, ſed in Patre. Hoc sutem,
„ ideſt ſapientia Dei, etiam de Sancto Spi-
„ ritu intelligi dedit, ubi dicit: *Spiritus Do-*
„ *mini replevit Orbem Terrarum. Et qui*
„ *continet omnia ſcientiam babet vocis*. ſi er-
„ go Filius Dei ſuper omnes dicitur, & Spi-
„ ritn Sanctus continere omnia memoratur,
„ Deus autem Pater eſt ex quo omnia; evi-
„ denter oſtenditur nſtura Trinitstis, &
„ ſubſtantia una, quæ eſt ſuper omnia. „ Hæc
Origenes.

50. Certè hæc eſt Pſuli doctrina tùm loco
cit, tùm id Epiſtola ad Coloſſ. cap. 1., in
altera ad Philip. cap. 2. *Qui cùm in forma*
Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, ſe eſſe
æqualem Deo, ſed ſe ipſum exinanivit for-
mam Servi accipiens. In ea quæ eſt ad He-
bræos cap. 3., ubi agens de Chriſto, de Pa-
tre dicit, *per Quem fecit & ſæcula*. Et in
præcitata ad Coloſſ. *In ipſo condita univer-*
ſa in Cælis, & in Terra, viſibilia, & invi-
ſibilia, ſive Throni, ſive Dominationes, ſive
Principatus, ſive Poteſtates, omnia per ipſum,
& in ipſa creata ſunt, & ipſe eſt ante omnia,
& omnia in ipſo conſtant. Sic & ſimilia ſpar-
ſim in ſuis Epiſtolis tradit Apoſtolus, ex qui-
bus univerſi Eccleſiæ Pſtres probant Chriſti
Divinitstem, & concludunt Chriſtum eſſe ve-
rum Deum.

51. Qui tamen adverſantur veritati, con-
gerunt nonnulla alia Apoſtoli loca, à quibus
patrocicium expoſcunt. Etenim cùm Paulus
1. ad Timoth. cap. 2. dicat: *Unus Deus,*
unus & mediator Dei & hominum, homo Chri-
ſtus Jeſus, inferunt Chriſtum mediatorem,
alium eſſe à Deo, ſi enim eſset Deus, me-
diator diceretur inter ſe ipſum & homines:
cùm verò mediator ſit Deum inter & homi-
nes, ut Pſnlus ſcribit, Chriſtus non erit
Deus. Porrò cùm in ultima ad Corinth.
cap. 15. ſcribat de Chriſto: *Cùm autem ſubje-*
cta fuerint illi omnia, tunc & ipſe Filius ſubje-
ctus erit ei, qui ſubjecit ſibi omnia, ut ſit
Deus omnia in omnibus, concludunt Chri-
ſtum non eſse Deum, quia Deus non eſt Deo
ſubjectus, Chriſtus verò ſecundùm Pauli ſen-
tentiam ſubjectus eſt Deo, qui illi ſubjecit
omnia. Deinde Regnum Dei perpetuum eſt,
non ſic autem Regnum Chriſti, dicente Pau-
lo eodem loco de Chriſto: *Oportet autem*
illum regnare donec ponat omnes inimicos ſub
pedibus ſuis. Denique ex iis quæ idem Pau-
lus docet in Epiſtola ad Romanos cap. 1.
magis deduci volunt, Chriſtum eſse Dei
Filium adoptivum, quàm verum & natura-
lem, nam Paulns dicit: *Qui factus eſt ei ex*
Semine David ſecundùm carnem: qui præde-
ſtinatus eſt Filius Dei in virtute, ſecundùm
Spiritum ſanctificationis ex reſurrectione mor-
tuorum Jeſu Chriſti Domini noſtri. Immò
in 1. ad Corinth. cap. 8. unum ſolum Deum
eſse fatetur, & hunc Patrem, unum Domi-
num, & hunc Chriſtum, ſic diſtinguens
Deum à Chriſto, ut Pater ſolus dicatur
Deus, Chriſtus verò non Deus, ſed Do-
minus. *Etſi ſunt*, ait, *qui dicuntur Dij,*
ſive in Cælo, ſive in Terra, ſiquidem ſunt
Dij multi, & Domini multi: nobis tamen
unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in
illum, & unus Dominus Jeſus Chriſtus, per
quem omnia, & nos per ipſum.

52. Verùm allegata Pauli Teſtimonis mi-
nime ſsvent Adverſariorum mendacio. Non
quidem deprompta ex cap. 2. Epiſt. 1. ad
Timoth. ubi unum Deum dicit, non ut ex-
cludat Filium à ratione Deitatis, ſed ut
pluralitstem Deorum proſternat, quare Chry-
ſoſtomus hom. 7. in cap. 2. Epiſt. 1. ad Ti-
motheum, præfatum locum ſic exponit.
„ Unus

„ Unus enim Deus, non plurimi, ut iſti
„ putant, qui omnes ſalvos fieri vult, mi-
„ ſitque mediatorem filium ſuum. Quid er-
„ go Filius? Nonne Deus eſt? Nulli pro-
„ fectò dubium. Quomodo igitur, *inquit*,
„ unus? Ad diſtinctionem ſcilicet Idolorum,
„ non ad Filium retulit: nam de veritate
„ terrori omnis illi ſermo erat. „ Neque
obſtat rationi mediatoris ut ſit Deus, quin-
immò neceſſe eſt, ut Deo in ſubſtantia me-
diator conjunctus ſit; ſi enim non eſſet
conjunctus, mediator non eſſet: „ Enim ve-
„ rò, *ſubjungit Chryſoſtomus*, Mediator utriſ-
„ que eis debet ſocietate conjungi, quo-
„ rum mediator eſt. Id quippe Mediatoris
„ eſt proprium, utrorumque participem fieri,
„ quorum fuerit mediatur. Quòd ſi unum
„ quidem ſocietate contingat, ab alio verò
„ fuerit ſeparatus, Mediator jam dici non
„ poteſt. Niſi igitur conſors ſit paternæ na-
„ turæ, mediator profectò non eſt, quippe
„ cùm ſit à Patris ſubſtantia ſeparatus.
„ Quemadmodum enim humanæ naturæ con-
„ ſortinm accepit, quando ad homines ve-
„ nit; ita & à Dei ſubſtantia non abſceſſit,
„ quoniam à Deo venit. Nam quia natu-
„ rarum duarum medius fuit, ambarum
„ oportuit eſſe participem. „ *Hactenus Chry-
ſoſtomus*.

53. Neque obſtat officio Mediatoris quòd
Deus fuerit, cùm ſimul fuerit & homo.
Non enim ut Deus, mediatoris partes & fun-
ctiones egit, ſed ut homo, ut notat S. Au-
guſtinus lib. 10. Confeſſ. cap. 43. dicens: *In
quantùm enim homo, in tantùm mediator:
in quantùm autem Verbum, non medius, quia
æqualis Deo, & Deus apud Deum, & ſimul
cum Spiritu Sancto unus Deus*. Ut homo er-
go mediator, dignificatâ tamen naturâ hu-
manâ à Perſona Divina, atque ſic Divini-
tus ſublimatâ atque elevatâ ad ſatisfacien-
dum, & opera veri mediatoris æquanda.
Minus etiam obſtat Chriſtum eſſe media-
torem inter alios homines, & ſe ipſum ut
Deum, & ſecundùm Divinitatem ſpectatum,
ſi ut homo mediator eſt. Etenim ut Sacer-
dos, non repugnat ſe ipſum offerre Victimam
& Sacrificium, quod quidem obſervat S. Au-
guſtinus lib. 10. de Civit. cap. 20. ubi ait:
„ Unde verus ille mediator, in quantùm
„ formam Servi accipiens, mediator effectus
„ eſt Dei, & hominum, homo Chriſtus Je-
„ ſus, cùm in forma Dei Sacrificium cum
„ Patre ſumat, cum quo & unus Deus eſt,
„ tamen in forma Servi Sacrificium maluit
„ eſſe, quàm ſumere. „ *Hæc Auguſtinus*. Si
ergo ut homo, ſibi ut Deo Sacrificium of-
fert, ut homo mediare poterit, inter ſe ipſum
ſpectatum ut Deum, & alios homines.

54. Locum porrò Pauli in priori ad Co-
rinth. cap. 15. explicat S. Athanaſins in lib.,
de Humana natura ſuſcepta ab Unigenito
Verbo, ante finem, ubi relato toto textu,
hunc intellectum habere dicit: „ Qnum om-
„ nes Filio ſubjecti, ejuſque membra reperti
„ fuerimus, ac per eum geniti in filios Dei.
„ *Vos enim eſtis*, inquit, *in Chriſto Jeſu*,
„ tunc & ipſe pro nobis ſubiicietur Patri,
„ ut capiti pro ſnis membris. Quamdiu
„ enim non ſubjecti ſunt omnes, ipſe eorum
„ caput nondum ſubjectum Patri ſuo vi-
„ detur, expectans ſua propria membra:
„ nam ſi unus eorum eſset qui ſubiiciendi
„ eſsent, ſtatim ab initio Patri ſubjectus
„ fuiſset, ac non in fine tandem ad ipſum
„ cum aliis faceret. Nos enim ſumus, qui
„ in eo regnamus, donec ponantur inimici
„ noſtri ſcabellum pedum noſtrorum. „ *Ha-
ctenus S. Athanaſius*. Neque enim ſecundùm
quod Deus eſt, ſubjectus eſt Patri, unde
S. Ambroſius in lib. 5. de Fide cap. 6.
„ Quod ſi Patri & Filio, *inquit*, unum
„ Dei nomen & jus eſt, cùm Deus ve-
„ rus & Rex ſempiternus ſit etiam Dei
„ Filius, non utique ſecundùm Divinita-
„ tem ſubjectus eſt Dei Filius. „ *Sic Am-
broſius*. Secundum ergo ſuſceptam humanam
naturam ſubjectus eſt Dei Filius Patri, un-
de infra ſubjungit Ambroſius: „ Conſidere-
„ mus itaque ejus ſubjectionem. *Pater*, in-
„ quit, *meus, ſi vis transfer calicem hunc à
„ me; verùm non mea voluntas, ſed tua fiat*.
„ Ergo ſecundùm humanæ naturæ aſsum-
„ ptionem erit illa ſubjectio. Quia ſicut
„ legimus: *Specie inventus ut homo, humi-
„ liavit ſemetipſum factus obediens uſque ad
„ mortem*. Subjectio utique obedientia eſt,
„ obedientia mortis, mors aſsumptionis hu-
„ manæ; aſsumptionis ergo humanæ erit
„ illa ſubjectio. „ *Hæc & alia Ambroſius*.

55. Itaque Paulus loquitur de Statu Ec-
„ cleſiæ Triumphantis poſt Mortuorum Re-
ſurrectionem, & Chriſto, ut homo & ut
caput eſt omnium Electorum, nam tunc om-
nia membra, ideſt electi omnes, actu con-
jnncti cum Chriſto, ſubjecti erunt Chriſto,
ut membra capiti ſuo ſubjecta ſunt, & ita
ipſe Chriſtus unà cum membris ſubjectus
erit Patri, ut homo eſt ſecundùm ſcilicet
humanitatem: nam caput & membra unus
Chriſtus dicitur, ut ſepiùs docet S. Augu-
ſtinns. Ante reſurrectionem verò & dum ſu-
mus in Eccleſia Militante, quoniam non
omnia membra ſunt Chriſto ſubjecta actu,
nec Chriſtus dicitur in totum Patri ſubje-
ctus, nam Chriſto tribuuntur ea quæ de
membris ſuis dicuntur, ſi caput & membra
unus Chriſtus, ut dictum eſt: cùm verò
omnia membra adhuc non ſint conjuncta
Chriſto, neque omnia membra dicuntur Pa-
tri actu ſubjecta, & ſic in totum nec Chri-
ſtus dicitur Patri ſubjectus, penitùs ſubiicien-
dus poſt reſurrectionem, dum omnia membra
actu erunt ei unita. Et hoc volunt allegata
Athanaſii, & Ambroſii teſtimonia.

56. Neque ex eo quòd Paulus dicat, *opor-
tet*

Digitized by Google

tet enim illum regnare donec ponat omnes inimicos ſub pedibus ſuis, ſequitur Regnum Chriſti non fore perpetuum, cùm Angelus ad Mariam dixerit Lucæ cap. 1. *Et regni ejus non erit finis*. Et Daniel cap. 2. *Deus Cœli excitabit aliud regnum, quod nunquam corrumpetur, & hoc regnum erit æternum*. Hinc Ambroſius in præfatum Pauli locum ait: „ Nemo ergo dubitet Filium ſemper regnaturum cum Patre. Traditio autem hæc „ eſt Regni, ut cùm omnia fuerint Filio „ ſubjecta, & adoraverint illum ut Deum, „ deſtructâ morte; tunc Filius oſtendet illis, „ non ſe eſſe ex quo omnia, ſed per quem „ ſunt omnia. Et hoc erit tradere Regnum „ Deo, & Patri, oſtendere ipſum eſſe, ex „ quo omnis Paternitas in Cœlis, & in Terra nominatur: & tunc erit finis. „ *Hæc Ambroſius*. In fine ergo Mundi, collectam Eccleſiam ex omnibus Electis, regnum ſcilicet ſuum, offeret Patri, ſiſtetque: non tamen ita, ut Chriſtus reducendus ſit in ordinem, & amiſſurus ſive depoſiturus Regnum, ſed quòd Electorum multitudini, unà cum Patre, & Spiritu Sancto, in æterna beatitudine ſit imperaturus.

57. Minus quoque urget locus Pauli cap. 1. ad Romanos: nam utique qui erat Dei filius ſecundùm Spiritum Sanctum, ideſt ſecundùm Deum, qui Spiritus eſt, factus eſt ſecundùm carnem, ex Semine David, juxta illud, *& Verbum caro factum eſt*, ut jam unus ſit, ut explicat Ambroſius, & Dei & hominis filius Chriſtus Jeſus, ut ſicut verus Deus eſt, verus eſſet homo. *Qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute, ſecundùm Spiritum Sanctificationis ex reſurrectione mortuorum Jeſu Chriſti Domini noſtri*. Prædeſtinatus utique Dei Filius in virtute, non quidem ex meritis, ſed ex Divinitate. Qui ergo ſecundùm humanam naturam homo erat, in virtute Divinitatis, illi naturæ conjunctę, prædeſtinatus eſt Filius Dei. Nam ſecundùm carnem factus eſt ex Semine David, ut ait Paulus ſecundùm Divinam Naturam, vocatus eſt proprius Dei Filius, hoc eſt enim prædeſtinatum eſſe Filium Dei, ſecundùm Spiritum Sanctificationis in virtute. Et in reſurrectione mortuorum, nam Divinitas ſive virtus maximè eluxit in Chriſto, in ejus reſurrectione, & in largitione Spiritus Sancti. Proinde Ambroſius locum iſtum ita exponit: „ Filium Dei dicens, *ait*, Patrem ſignificat Deum; Additio autem Spiritu „ Sanctificationis, oſtendit Myſterium Trinitatis. Hic ergo, qui incarnatus quid „ eſſet latebat, tunc prædeſtinatus eſt ſecundùm Spiritum Sanctificationis, in virtute manifeſtari filius Dei, cùm reſurgit „ à mortuis, ſicut ſcriptum eſt in pſalmo: „ *Veritas de Terra orta eſt*. „ Itaque ſecundùm Ambroſium dici etiam poteſt, verbum illud prædeſtinari in virtute, non aliud ſignificare, quàm in virtute ex reſurrectione mortuorum, eſſe manifeſtatum Dei filium eſſe: Paulus ipſe 1. ad Corinth. cap. 1. Chriſtum appellat *Dei virtutem*, cap. 13. dicit vivere *ex Dei virtute*. Et Tertullianus lib. 5. adverſùs Marcionem, dicit: *Deus inventus eſt per Virtutem, ſicut homo per carnem*. Unde Virtus ſumitur pro Divinitate, cujus potentiâ ſurrexit à mortuis, & Divinitas ipſa fuit manifeſtata.

58. Denique dum 1. ad Corinth. cap. 8. dicit, *Unus Deus Pater, ex quo omnia*, non tamen excludit à ratione Deitatis Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem omnia: vult enim Paulus illo in loco pluralitatem excludere Deorum, ſed non excludere Filium, qui cum Patre, & Spiritu Sancto unus eſt Deus. Nam idem Paulus ſcribens ad Titum cap. 2. Filium Deum appellat inquiens: *expectantes Beatam ſpem, & adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu*. Unde dum dicit unum Dominum, Patrem non excludit, loquens de Filio: & ita loquens de Patre, dum dicit unum Deum, non excludit Filium. Hinc Ambroſius lib. 5. de Fide, cap. 1. ait: „ Si cùm ſolùm verum „ Deum Patrem legunt, Filium cupiunt ſeparare, ergo cùm de Filii Incarnatione „ legunt: *Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt* „ *à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput Anguli*; & infra: *Non eſt aliud nomen ſub Cœlo datum hominibus, in quo* „ *oporteat nos ſalvos fieri*; Patrem exiſtimant „ ab impertiendæ nobis ſalutis beneficio ſeparandum. Sed neque ſine Patre ſalus, „ neque vita æterna ſine Filio. „ *Hæc Ambroſius*.

59. Deindè Divinitatem Chriſti demonſtrat Joannes diverſis in locis, nam cap. 1. verſ. 18. dicit Chriſtum eſſe Unigenitum Dei Filium. *Deum nemo vidit unquam, Unigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit*. Et Ep. 1. cap. 5. Filium Dei pariter appellat, inquiens verſ. 5. *Quis eſt, qui vincit Mundum, niſi qui credit, quoniam Jeſus eſt Filius Dei?* Et verſ. 7. *Tres ſunt, qui Teſtimonium dant in Cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres unum ſunt. Et tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra: Spiritus Aqua, & Sanguis, & hi tres unum ſunt*. Quibus verbis vult Apoſtolus innuere Chriſtum, Deum fuiſſe & hominem, qua de cauſa, & Divina affert teſtimonia, & humana. Etenim Perſonæ Divinæ teſtantur Chriſtum Deum eſſe, cùm tres unum ſint. Spiritus, Aqua, & Sanguis teſtantur Chriſti humanitatem, quando crucifixus expiravit, ſpiritumque emiſit, & de ejus latere exivit Sanguis & Aqua. Et certè Divinæ Perſonæ etiam teſtatæ ſunt Chriſtum eſſe Deum, præcipuè in Jordane, ubi etiam Vox Patris audita eſt, dicens: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*. Et in eadem Epi-

ſtola Beatus Joannea ſæpe appellat Chriſtum Dei Filium, & verum Filium Dei, & Deum verum. *Scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum ut cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero Filio ejus. Hic eſt verus Deus, & Vita æterna.*

60. Porrò Chriſtum Dominum dixiſſe, ſe Filium Dei eſſe, referunt Sacra Evangelia, imò hac una de cauſa accuſatum ſcribit Joannes cap. 5. verſ. 17. *Propterea perſequebantur Judæi Jeſum, quia hæc faciebat in Sabbato: Jeſus autem reſpondit eis: Pater meus uſque modò operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Judæi interficere: quia non ſolùm ſolvebat Sabbatum, ſed & Patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo.* Et cap. 19. *Nos legem habemus, & ſecundùm legem debet mori: quia Filium Dei ſe fecit.* Non certè Chriſtianus quidam aſſerere audebit, Chriſtum aliquando eſſe mentitum: ergo ſi dixit eſſe Filium Dei, verum erit, quòd fuerit Dei Filius, & quidem unum cum Patre in ſubſtantia & natura, juxta ejuſdem aſſertum Joannis cap. 10. *Ego & Pater unum ſumus*, ut univerſi Eccleſiæ Patres exponunt. Plura omittimus recenſenda, cùm tota Scriptura plena ſit teſtimoniis comprobantibus Chriſti Divinitatem, adeout nonniſi cœci, & Diabolico Spiritu ducti id negare poſſint.

COMMENTARIUS

In Hæreſim III.

61. V*Irginitatem nullius eſſe pretij*) Primi hæretici, qui cum Simonianis, Nicolaitis, & Gnoſticis omnem turpitudinem profitebantur, uſque ad promiſcuum concubitum, adverſati ſunt ſanctæ Pudicitiæ. Baſilides verò, ut in prima parte cap. 4. num. 66. adnotavimus, directè Virginitati ſe oppoſuit, eam prorſus velut nullius virtutis, nulliuſque meriti contemnens. Hunc ergo æmulati ſunt Elceſaitæ, qui & ipſi nullius pretii virginalem pudicitiam eſſe voluerunt, & quidem Satanâ ductore, Diabolus enim Virginitatem perſequitur, & callidis conſiliis inſectatur, ut notat B. Fulgentius in Epiſt. 3. ad Probam. Et ideo peſſimam conſuetudinem inter ſuos ſubintroduxit Sectatores; ſtupra nimirum, inceſtus, & adulteria, in falſorum Numinum honorem celebrandi. Optimè Euſebius lib. 4. de Præparat. Evangel. cap. 16. hunc morem ſervatum tradit apud Heliopolim Phœniciæ, atque alios pleroſque populos, de quibus ait: „ Adulteria ſiquidem, corruptelas, aliaque „ id genus inceſta flagitia, ſic tanquam „ omen aliquod, in Deorum ſuorum cultu „ repræſentanda eſſe defendunt, adeoque „ turpitudinis indigniſſimæ ſuas quoque pri„ mitias ipſis offerendas, fœdi videlicet, „ infamiſque commercii fructum iis, perinde „ ut eximium quoddam grati animi moni„ mentum conſecrando. „ *Hæc Euſebius.* Apud Locrenſes in Veneris honorem proſtitutas fuiſſe filias ſcribit Juſtinus, qui addit, aliquando bello preſſos voviſſe ſuas ſe Filias Feſto Veneris proſtituturos, ſi victores forent. Immò de Phœnicibus narrat S. Auguſtinus in lib. 4. de Civit. cap. 10. conſueviſſe Virgines proſtituere, antequam viris matrimonio jungerentur. Sic pudicitiam Virginitatemque parvifaciebant.

62. Non ita tamen fuit apud cæteras Gentes, etenim Virginitas apud complures Nationes, ex Gentibus & Barbaris quoque, in pretio habita fuit. Sanè Romani non aſpernati ſunt Mulierum pudicitiam, & Virginitatem, nam cùm viderent diverſas mulieres in flagitium libidinis irruere penè furentes, ex libris Sibyllinis ſimulacrum Veneris Verticordiæ conſecrarunt, quò faciliùs Virginum, Mulierumque corda ad pudicitiam verterentur, prout referunt Valerius lib. 8. & Ovid. lib. 4. Faſtorum. In Veſtalibus autem Virginibus ſtuprum, crudeli morte apud Romanos plectebatur, ut refert S. Auguſtinus lib. 3. de Civit. cap. 5. inquiens *Nam, & ipſi Romani antiqui in ſtupro deprehenſas Veſtales Sacerdotes, vivas etiam defodiebant.* Scribit Valerius lib. 8. cap. 1. Tutiam Veſtalem de ſuſpicione ſtupri accuſatam, cribro de Tyberi aquam auſiſſe in ſuæ innocentiæ Teſtimonium. Simile, etſi alterius generis, portentum narrat S. Hieronymus lib. 1. adversùs Jovinianum accidiſſe, cum Claudia Veſtali ſuſpicione ſtupri pariter laborante, inquiens: „ Claudia Virgo Veſta„ lis quum in ſuſpicionem veniſſet ſtupri, „ & ſimulacrum Matris Idææ in vada Ty„ beris hæreret, ad comprobandam pudici„ tiam ſuam fertur cingulo duxiſſe navem, „ quam multa millium hominum trahere ne„ quiverant. „ *Hæc S. Hieronymus*, qui, & plura Gentilium ibidem refert exempla, qui Pudicitiam, & Virginitatem maximè coluerunt, quæ exempla retundunt horum hæreticorum impudentiam, qui pudicitiam contemnunt, & virginitatem aſpernantur.

63. Plura de Virginitate, ejuſque præmio diximus in Commentario ad hæreſim XVI. Baſilidis, pauca hic dumtaxat repetenda, & adiicienda erunt. Certè Locus ille Iſaiæ cap. 56. *Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum*, probat laudabilem, & Deo acceptam Virginitatem, & peculiari dignam præmio, cùm ſtatim ſubjungat Propheta: *Quia hæc dicit Dominus Eunuchis: Si cuſtodierint Sabbata mea, & elegerint quæ volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis, & filiabus: nomen ſempiter-*

piternum dabo eis, quod non peribit. Non enim hic loquitur Propheta de Eunuchis ferro abſciſſis, de quibus Lucanus lib. 10. canit: *Nec non infelix ferro truncata juventus, atque exſecta virum*, ut notat S. Hieronymus in Commentar. iu hunc locum: ſed de illis, de quibus Dominus in Evangelio loquitur: *Qui ſe caſtraverunt propter regnum cælorum*, & de quibus Apoſtolus præceptum ſe non habere teſtatur. Ita exponit & S. Auguſtinus in lib. Virginit. cap. 24. inquiens. „ De quibus autem Spadouibus loquitur „ Deus per Eſaiam prophetam, quibus ſe „ dicit daturum in domo ſua, & iu muro „ ſuo locum uominatum, meliorem multò, „ quàm filiorum, atque filiarum; niſi de „ iis qui ſe ipſos caſtrant propter regnum „ Cœlorum?

64. Malè ergò quidam hunc locum exponunt de Spadonibus, ſive Euuuchis abſciſſis, ſecuti quorundam Rabbinorum ſententiam: non enim iſti merentur optimum locum, & meliorem à filiis, & filiabus, ideſt à conjugatis, quemadmodum Eunuchis iſtis repromittitur in Iſaia: unde Baſilius in lib. de Vera Virginitate, allegato Iſaiæ textu ſubjungit: „ Non ergo his, qui caſu aliquo „ ſimpliciter Eunuchi ſunt, hujuſmodi pro„ miſſio fit, *Sed qui cuſtodiunt*, inquit, „ *Sabbata mea, & eligunt quæ ego volo*. „ Sabbatum verò non in opere, ſed in ope„ ris ceſſatione intelligitur. Vult itaque „ Sabbatizare Virginem, uti ne Virginita„ tem operando cuſtodiat, ſed abſque motu „ operis integritatem inviolabilem ſervet. *Hæc & alia Baſilius*. Suffragatur quoque S. Auguſtinus in lib. cit. de S. Virginitate, ubi ſubjungit: „ Contendant ſanè, qui vo„ luerint, de his Prophetam Spadonibus „ hoc pronuuciaſſe, qui corpore abſciſſi „ ſunt: iſte quoque error, cauſæ quam ſu„ ſcepimus ſuffragatur. Neque enim Spado„ nes iſtos, eis qui in Domo ejus nullum „ locum habent, prætulit Deus, ſed eis „ utique qui iu filiis generandis conjugalis „ vitæ meritum ſervant: nam cùm dicit, „ *Dabo eis locum multò meliorem*, oſtendit & „ conjugatis dari, ſed multò inferiorem.

65. Tria Eunuchorum genera recenſet Salvator apud Matthæum cap. 19. verſ. 12. *Sunt enim Eunuchi, qui de Matris utero ſic nati ſunt: & ſunt Eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus: & ſunt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt propter Regnum Cœlorum*. Tertium genus præſtantius eſt cæteris, ut ait Baſilius loc. cit. quia hujuſmodi Spadones ſive Eunuchi, cùm neque naturæ ad caſtitatem tuendam nitantur auxilio, neque ab hominibus, quorum ſub ditione ſunt, ſpe præmii alliciantur; ipſi ſemet propter regna Cœlorum ad Virginitatis præclarum certamen exercent, conjugiumque & ſimul omne ſæculum, ejus ſervandæ causâ contemnunt, regnumque cœleſte cum ſudore glorioſiſque laboribus capeſſunt; & inde ſubjungit: „ Nam qui ex utero Matris Eu„ uuchus eſt, ut per naturam caſtus, ni„ hil operis proprii poteſt in ſpecie Sanctæ „ Virginitatis oſtendere, uaturæ (ut dixi) „ bonitate, uon caſtitatis affectu, aut ſtu„ dio connubium renuens. Ita & qui ab„ ſciſſus ab hominibus eſt, dum obſerva„ tione jugi Virginitatem ſervare compel„ litur, hujuſce Sanctitatis gratiam non „ eſſe ſui meriti, verùm ſe obſervantium in„ dicat. At verò qui ſe ipſum inſtinctu „ gratiæ ſpiritalis abſcidit; præcipuumque „ ac ſingulare opus per continentiam, & „ ardens ad cuncta exercitium munus ſuum „ fecit; hic ſuis non alienis rectè factis in „ Cœleſti regno honeſtus & clarus eſt. „ *Hactenus Baſilius*.

66. Notat inſuper S. Auguſtinus, quoſdam causâ ſervandæ continentiæ ſe ipſos abſcindere, nec tamen de iſtis Prophetam eſſe locutum, nec hujuſmodi promiſſum locum meliorem à filiis, & filiabus, ideſt à conjugatis. „ Nec de illis, *ait loco cit.*, dixiſſe „ Prophetam, qui propoſito continentiæ „ conjugia nou quærentes, ſe ipſos caſtrant „ propter regnum Cœlorum. Ita nè, tantâ „ dementiâ quiſquam eſt contrarius verita„ ti, ut in carne ſectos Eunuchos melio„ res, quàm conjugatos locum in domo Dei „ habere credat, & pio propoſito continen„ tes, Corpus uſque ad contemptas nuptias „ caſtigantes, ſe ipſos uon in corpore, ſed „ in ipſa concupiſcentiæ radice caſtrantes, „ Cœleſtem & Angelicam vitam in terrena „ mortalitate meditantes, conjugatorum „ meritis pares eſſe contendat; & Chriſto „ laudanti eos, qui ſe ipſos caſtraverunt „ propter regnum Cœlorum, Chriſtianus „ contradicat, affirmans hoc præſenti vitæ „ eſſe utile, non futuræ? Quid aliud iſtis „ reſtat, niſi ut ipſum Regnum Cœlorum ad „ hanc temporalem vitam, in qua nunc ſumus, „ afferant pertinere?

67. Itaque reprehendit S. Auguſtiuus etiam illos, qui locum Iſaiæ exponere volunt, quaſi quòd in hac ſolùm temporali vita repromiſſus ſit locus melior, & præmium, non quidem in æterna vita; & iu æterna vita repromiſſum eſſe contendit. Et ideo Cyrillus explicans locum præfatum Iſaiæ, ad illa verba: *Dabo enim illis in Domo mea, & intra murum meum locum celebrem*, ſubjungit: „ Domum, & murum, vel munitio„ nem, & ſecuritatem, appellare videtur „ Eccleſiam ſuperam, & Cœleſtem, vel hanc „ quæ in terris verſatur: in qua reſplendent „ Viri innocentiâ, & gravitate quaſi enu„ triti, & qui continentiæ laudem, & oſten„ tationem reſpuunt, ac gloriam in ipſo, „ potiorem fecunditate exiſtimant, & quò „ ad gravitatem, ac ſanctitatem converſa„ tio-

„ tionis ab Eunuchis non differunt. Hi ac-
„ cipiunt à Deo gloriam æternam. Hoc
„ enim illis illuſtre nomen eſt, illoſque gra-
„ tia ipſius non deſeret. Eximia ſunt enim
„ continentiæ prçmia.„ *Hactenus Cyrillus*.
Et S. Ambroſius in libro de Exhort. ad Vir-
gines erga initium, agens de Spadonibus
juxta allegatum Iſaiæ textum, *ipſi ſunt ergo*,
ait, *qui habent in Cælo præmia cæteris præ-
ſtontiora*.

68. Neque nomen *æternum* in textu Iſaiæ
ſumi poteſt, non pro vera temporis æterni-
tate, ſed pro ſola temporis diuturnitate,
adeout præmium Eunuchis repromiſſum tem-
poraneum licèt, diuturnum ſit magis quàm
æternum, nam S. Auguſtinus eodem lib.
cap. 25. adversùs talia fingentes ait: „ Quid
„ tergiverſaris impia cæcitas? Quid tempo-
„ ralem tantummodo utilitatem promittis
„ continentibus Sanctis? *Nomen æternum*
„ *dabo eis*. Etſi forte hic ipſum *æternum*
„ pro diuturno conſris accipere, addo, ac-
„ cumulo, inculco, *nec unquam deerit*.
„ Quid quçris amplius? Quid dicia amplius?
„ *Æternum* hoc nomen, quidquid illud eſt,
„ Spadonibus Dei, quod utique gloriam
„ quandam propriam excellentemque ſigni-
„ ficat, non erit commune cum multis,
„ quamvis in eodem regno, & in eadem
„ Domo conſtitutis: nam & ideo ſortaſſe, &
„ nomen dictum eſt, quòd eos, quibus datur,
„ diſtinguat à cæteris.

69. Quæ omnia hactenus dicta illuſtran-
tur Sapientis teſtimonio in lib. Sap. cap. 3.
verſ. 13. *Maledicta creatura eorum, quoniam
felix eſt ſterilis: & incoinquinata, quæ neſci-
vit thorum in delicto, habebit fructum in
reſpectione animarum Sanctarum. Et Spado,
qui non operatus eſt per manus ſuas iniqui-
tatem, nec cogitavit adversùs Deum nequiſſi-
ma; dabitur enim illi fidei donum electum,
& ſors in Templo Dei acceptiſſima*. Fit hic
comparatio Mulieris conjugatæ, quæ ſan-
ctè in conjugio vixit, thorumque im-
maculatum ſervavit, cum Continentibus
atque Virginibus, quæ propoſito ſan-
ctæ caſtitatis ſervandæ, à nuptiis ſe abſtinue-
runt, & his majus repromittitur præmium.
Primò enim Impiorum Creaturam, cujus ge-
neratio & progenies execrabilis eſt, maledi-
cit dum ait: *Maledicta creatura eorum*, nam
ſuperiùs dixerat: *Impij autem ſecundùm quæ
cogitaverunt, correptionem habebunt*, & po-
ſtea: *Mulieres eorum inſenſatæ, & nequiſſimi
filij eorum*. Cujus comparatione felix eſt
Mulier ſterilis, ac etiam & conjugata, quæ
neſcivit thorum in delicto, ſed omnibus fe-
liciorea ſunt continentes.

70. Et S. Hieronymus, in Commentar.
ſuper cap. 56. Iſaiæ, allegat idem Sapientiæ
Teſtimonium, quod ſic legit: *Beata ſterilis
immaculata, quæ non cognovit ſtratum in de-
licto, habebit fructum in viſitatione animarum.
Et Eunuchus, qui non eſt operatus manu ini-
quitatem, neque cogitavit contra Dominum
mala. Dabitur enim fidei ejus electa gratia,
& pars in Templo Domini delectabilis*. Dein-
de ſubjungit Hieronymus: „ Hæc ſterilis in
„ virginitate fecunda eſt: Hic Eunuchus
„ regno Cœlorum vim facit, & violenter
„ diripit illud. Iſte cuſtos eſt Sabbatorum,
„ ut nunquam faciat opera nuptiarum. Iſte
„ elegit, quem Dominus voluit, ut plus
„ offerat, quàm præceptum eſt: ut non in-
„ dulgentiam Apoſtoli ejus, ſed volunta-
„ tem conſideret. Iſte tenet fœdus Domini
„ ſempiternum, ut non ad tempus vacet
„ orationi, & iterum ad ipſum revertatur,
„ ſed accepturum ſe eſſe noverit in Domo
„ Domini, quæ eſt Eccleſia ejus, locum
„ optimum. Multæ enim manſiones ſunt
„ apud Patrem. „ *Hactenus S. Hierony-
mus*.

71. Cæterum communiter Sancti Patres
locum Matthæi, cap. 19. *Et ſunt Eunuchi
qui ſe caſtraverunt propter Regnum Cælo-
rum*, exponunt de Continentibus & Virgi-
nibus, permaximè à Chriſto laudatis &
commendatis, inter quos S. Auguſtinus in
lib. de S. Virginitate cit. cap. 23. allegatis
præfatis verbis ſtatim ſubjungit: „ Quid ve-
„ raciùs, quid lucidiùs dici potuit? Chri-
„ ſtus dicit, veritas dicit, Virtus & Sa-
„ pientia Dei dicit, eos qui pio propoſito
„ ab uxore ducenda ſe continuerint, caſtrare
„ ſe ipſos propter Regnum Cœlorum: &
„ contrà humana vanitas impià temeritate
„ contendit, eos, qui hoc faciunt, præſen-
„ tem tantummodo neceſſitatem moleſtia-
„ rum conjugalium devitare, in regno cœ-
„ lorum amplius quicquam cæteris non ha-
„ bere.„ *Hæc S. Auguſtinus*.

72. „ Cyprianus de habitu Virginum:
„ *Et ſunt Spadones*, inquit, *qui ſe caſtra-
„ verunt propter regnum Cælorum*. Denuo
„ quoque per hanc Angeli vocem continen-
„ tiæ munus oſtenditur, & Virginitas præ-
„ dicatur: *Hi ſunt qui cum Mulieribus ſe
„ non coinquinaverunt: Virgines enim per-
„ manſerunt: hi ſunt qui ſequuntur Agnum
„ quocumque jerit*.„ *Et versùs finem ait*: Pri-
„ mâ ſententiâ creſcere, & multiplicare præ-
„ cepit: ſecundâ continentiam ſuaſit. Cùm
„ adhuc rudis Mundus & inania eſſet, co-
„ piam fecunditatis generantes propagamur,
„ & creſcimus ad humani generis augumen-
„ tum. Cùm jam refertus eſt Orbis & Mun-
„ dus impletus, qui capere continentiam
„ poſſunt, Spadonum more viventes, ca-
„ ſtrantur ad Regnum. Nec hoc jubet Do-
„ minus, ſed hortatur; nec jugum neceſſi-
„ tatis imponit, quando maneat voluntatis
„ arbitrium liberum. Sed cùm habitationes
„ multas apud Patrem ſuum dicat, melioris
„ habitaculi hoſpitia demonſtrat. Habita-
„ cula iſta meliora vos petitis: carnis deſi-

deria

„ deria caſtrantes, majoris gratiæ præmium „ in cœleſtibus obtinetis. „ *Hæc Cyprianus.* Plura etiam habet S.Hieronymus lib.1. adversùs Jovinianum, quem lector conſulere poteſt.

COMMENTARIUS

In Hæreſim IV.

73. I*Ncantationibus uti*) Simon cognominatus Magus ab hujus artis exercitio, primus omnium hoc dogma in S. Dei Eccleſiam introduxit, ut in prima parte adnotavimus in Commentario ad hæreſim I. ejuſdem Simonis. Menander quoque hac in re ſecutus eſt. Poſtea & Baſilides, prout obſervavimus in Commentar. ad hæreſim XII. ejuſdem; Inde alii, donec tandem hæc eadem lues devenerit ad Elceſaitas, de quibus in præſentiarum agimus. Et cum hæc materia ſatis diſcuſſa fuerit, pertractataque in præcitatis Commentariis; nihil adiiciendum eſt. Per id porrò quòd ſpectat ad alteram hujus hæreſis partem, quæ etiam propria fuit Colarbaſii, plura diximus in Commentario ad hæreſim XII. Simonis à num.154. & nonnulla adjecimus in Commentar. ad hæreſim I. Colarbaſii, à num.6.

74. Et ſane nihil amplius addere volebamus niſi quorundam Aſtrologorum querelæ nos ad iterum ſub trutina rem ponendam cogerent. Etenim publicatâ primâ horum Commentariorum parte, quidam Aſtrologicæ artis profeſſores nobis ignoti, cùm perlegiſſent quæ in præallegato Commentario ad hæreſim XII. Simonis, ex antiquorum magis ſententia quàm noſtra retulimus, conqueſti ſunt cum quibuſdam amicis noſtris, à quibus hanc accepimus notitiam, quaſi nos contra omne jus, & magis in odium, quam firmandæ veritatis causâ, talia & tanta protuliſſemus: & quaſi neſciremus ad quam partem artis hujus ſe extenderent Canones, & jura illam proſcribentia, profitentes. Se etiam ſcripto cauſam ſuam adversùs noſtra ſcripta velle tueri. Ut autem præſatos ab onere ſcribendi, ſeque & ſuam cauſam defendendi exemptos faceremus; Nos ipſi, ſi quid favorabile habent, in medium producere decrevimus.

75. Sanè mirati fuimus horum profeſſorum jactantiæ, dicentium ſe velle adversùs nos ſcribere, & non magis adversùs antiquiſſimos Auctores, adversùs Sanctos Patres, & adversùs Jura tum Canonica tum Civilia, quibus nos uſi fuimus, & quorum teſtimonia retulimus, nihil de noſtro pronunciantes. Immò magis admirati ſumus, quomodo noſtram mentem minimè aſſecuti fuerint, non attendentes nos ibi egiſſe contra Aſtrologiam judiciariam, quæ in ordine ad humanas actiones certum Judicium, vel ſaltem probabile fert. Etenim agebamus ibi adversùs doctrinam de Fato, & contra aſſerentes, omnia fatali quadam neceſſitate evenire, ut à num. 148. probavimuſque hujuſmodi dogma Catholicæ Fidei adverſari, humani arbitrii adimere libertatem, Divinamque de medio tollere providentiam. Inde tranſivimus ad conſiderandam naturam Fati, prout importat poſitionem Syderum ſub qua unuſquiſque naſcitur, ut ſub num.154., ubi ſic dicebamus. *Porrò contra Fati neceſſitatem, prout Fatum importat poſitionem Syderum, ſub qua unuſquiſque naſcitur, plures ſcripſerunt ſapientes Philoſophi, & Eccleſiæ Patres.* Hinc primarium noſtrum intentum fuit, eos oppugnare, qui humanas actiones ab Aſtris ita pendere aſſerunt, ut quadam fatali neceſſitate eveniant, quam doctrinam prorſus impiam, damnatam, & ab univerſo Fidelium Cœtu penitùs proſcriptam aſſeruimus, & de ſecundario intendebamus quoque illicitum eſſe, judicium ferre ex ſyderum poſitione in rebus, quæ ab hominis arbitrio pendent. Et hoc viro Chriſtiano minime diſplicuiſſe credebamus.

76. De Aſtrologia ergo judiciaria ſermo eſt, quæ à Chaldaicis, & Ægyptiacis ſuperſtitionibus trahit originem. Fabuloſum eſt, quod quidam jactant, de hujus artis origine, eſſe nimirum Divinitus inſpiratam, Adæ inſuſam, à quo per manus ad Noë devenerit, inde in filios poſt Catacliſmum aſſervatam, & per generationes uſque ad Abraham, à quo edoctos Ægyptios tradit Joſephus, & ab Ægyptiis ad Græcos primùm eſſe devolutam, inde ad Latinos. Fabula hæc eſt Methodii cujuſdam, relati à Pico Mirandulano lib. 12. adversùs Aſtrolog. cap. 1. Non enim judiciariam Aſtrologiam antiqui Patres, veri Dei cultores aliquando profeſſi ſunt, ſed illam tantùm partem quæ ſpectat ad Cœlorum, & Syderum motus, propriè dictam Aſtronomiam, & in lata ſignificatione etiam Aſtrologiam, in qua arte & Moſem verſatum fuiſſe, non tacet Scriptura Actor. cap. 7. dum ait. *Et eruditus eſt Moyſen omni Sapientiâ Ægyptiorum.* Immò ut veriùs dicam Mathematicam. Hæc enim ars celeberrima fuit apud Ægyptios, quæ plures habet partes, unde Thales Mileſius in Epiſtola ad Phereciden ſcribit ſe in Ægyptum unà cum Solone deſcendiſſe, ut Sacerdotes, & Aſtronomos viderent, atque ab eis ſe Geometriam, quæ pars eſt etiam Mathematicæ, didiciſſe: quam inſuper ab Ægyptiis didiciſſe Democritum, Author eſt Demetrius, apud Picum Mirandulanum cit. cap. 2. Cæterum ab Aſtronomia ad Aſtrologiam judiciariam facilis eis fuit tranſitus, utpote hominibus omni ſuperſtitione repletis, à qua tamen antiqui Patres noſtri, etſi in Ægypto verſati, ſe abſtinuerunt.

77. Aſtrologia ergo judiciaria illa eſt, quæ

quæ ex Aſtrorum curſu, Stellarum conformationibus, Planetarum aſpectibus, & conſtellationibus, & Cœli influentiâ, eventa futura, non ſolùm neceſſaria, ſed contingentia prædicit, tanquam ab aſtris neceſſitudine aliquâ dependentia; ut commmuniter volunt Auctores. Hanc Torreblancha lib. 1. de Magia cap. 7. num. 5. in quatuor dividit partes, ſcilicet Revolutionis, Genethliacum, Electionum, & Imaginum fabricatarum. Prima ergo pars, quæ eſt Revolutionis, verſatur circa univerſalia, & immediata principia, obſervat enim Stellarum aſpectus, conformationes, retrogradationes, conſtellationes, oppoſitiones, & ſimilia, & ex iis prædicit Ecclypſes futuras, Terræ ſterilitatem, Annonæ pretium, Aeris ſalubritatem, vel ejuſdem corruptionem, & alia ſimilia, niſi ſupputatio, vel inſtrumenta fallant. Undè hæc verſatur circa naturales effectus, proinde à multis dicitur Aſtrologis naturalis, prout contradiſtinguitur à judiciaria, quæ verſatur circa effectus merè contingentes, atque etiam liberos.

78. Itaque conjectare, atque aliquale judicium ferre ex Aſtris de naturalibus effectibus, qui per ſe proveniunt ex influentiis Cœleſtibus, & ex ortu, & occaſu, & concurſu planetarum, vel aliorum Aſtrorum, eorumque aſpectibus, non eſt naturâ malum, nec cadit ſub prohibitione, neque ſic conjectans aut judicium ferens, incurrit pœnas latas in Conſtitutione Sixti V. *Cœli & Terræ Creator Deus*. Immò in eadem Conſtitutione hujuſmodi ſic conjectantes videntur excepti, cùm erga initium dicatur: *Nec verò ad futuros eventus, & fortuitos caſus præcognoſcendos* (*Futuris eventibus ex naturalibus cauſis neceſſariò vel frequenter provenientibus, quæ ad Divinationem non pertinent dumtaxat exceptis*) *ullæ ſunt veræ artes, aut diſciplinæ, ſed fallaces & vanæ, improborum hominum aſtutiâ, & Dæmonum fraudibus introductæ*. Et ita notant Suarez de Relig. lib. 2. cap. 11. num. 5. Azorius par. 1. Inſtit. Moral. lib. 9. cap. 13. Del Rius lib. 4. Diſquiſit. Magic. cap. 3. quæſt. 1. Torreblanca loc. cit. Carena de offic. Inquiſit. Titul. 12. §. 11. Bordonus in Manuali Conſult Sect. 38. num. 1. & communiter Canoniſtæ, & Theologi.

79. Hinc eſt, quòd conjectare, atque judicium ferre ex Aſtrorum poſitione, & motibus de Ecclypſibus, ſive defectionibus Solis & Lunæ, malum non eſt, nam talia ſcire eſt eſſe bonum atque perfectum Philoſophum, ſpectat enim hujuſmodi cognitio ad ſcientiam naturalem. Aliqualiter inſuper judicium ferre de temperie, vel aëris intemperie, de ejus ſalubritate, vel infectione, de pluvia, de ventibus, de glacie, & nive, de frigore, atque calore, de penuria annonæ, de fecunditate Terræ, de frugum abundantia, de inundatione fluminum, de ſanitate futura, vel infirmitate, in generali tamen, non eſt per ſe malum, ut allegati Doctores tradunt: quia hujuſmodi eventus conjectati, ex naturalibus cauſis eveniunt, non ex liberis aut contingentibus.

80. Monet tamen Torreblancha loco cit. ſub num. 6. hujuſmodi judicia non eſſe ita facienda ut Aſtrologus pronuntiet neceſſariò futura, ſed tantùm contingenter, & cum formidine de oppoſito. Et ideo Del Rius loco cit. concluſ. a. agens de hac ſpecie Aſtrologiæ dicit, non eſſe ſuperſtitioſam, ſi tantùm profitetur opinionem, cum formidine de oppoſito. Hinc eſt, quod Suarez loc. cit. ſub num. 6. notat in hujuſmodi quoque prædictione poſſe habere locum peccatum per exceſſum aut credulitatis, aut uſus illius. Et ita non licèt alicui prædicere hujuſmodi effectus, velut neceſſariò aut certò futuros. Nam cognitio talium effectuum quamvis poſſibilis ſit per aſtra, tamen hominibus valdè difficilis eſt & incerta: pauca enim aſſequitur homo, & pauciora poteſt naturaliter certò cognoſcere de virtutibus, ac proprietatibus Stellarum, ut ait Suarez loco cit. qui & aliam ſubnectit rationem.

81. Etenim hujuſmodi effectus non pendent ab una, vel duabus Stellis, ſed à multis, & ſæpe Stellæ fixæ poſſunt actiones planetarum impedire, & è converſo. Et quamvis concurſus planetarum inter ſe faciliùs cognoſcatur, non tamen concurſus eorum cum Stellis fixis, qui ſemper varius eſt propter motus octavæ, & nonæ Sphæræ. Immò nec ſolùm hi effectus pendent à cauſis cœleſtibus, ſed etiam ab inferioribus, tum efficientibus, tum etiam materialibus, ut à diſpoſitione aëris, aquæ, & terræ, non ſolùm prout ſe habent in uno loco, ſed etiam in diverſis: quoniam ſæpe excitantur ventorum motus in uno loco, qui in alio impediunt naturales effectus, quos ibi Aſtra indicare videbantur. Ita Suarez, ex quibus concludit, quàm certa aut incerta eſſe poſſit hujuſmodi cognitio, ſi omnia prudenter conſiderentur. Et hac de cauſa notat, multas ac varias Aſtrologorum prædictiones in hac materia, magna ex parte falſas, & contraria prænunciatis evenire. Unde ut hujuſmodi prædictiones prudenter fiant, nunquam abſolutè prædici debet.

82. Cæterum abſolutè & certò judicium ferre de hujuſmodi effectibus vana imprudentis eſt, nec caret aliquali culpâ, ſaltem veniali ſecundùm ſe, contra puram & ſinceram veritatem, etenim affirmare incerta pro certis, vel futura ſub conditione, tanquam abſolutè futura, mendacium eſt. Quòd ſi ex hujuſmodi prædictionibus abſolutè, & certò pronunciatis, aliquod publicum nocumentum vel grave timeri poſſet, eſſet perniciosum mendacium, & grave peccatum: vel

Digitized by Google

vel ſi quis ex arrogantia, ambitione, aut immodico lucri appetitu, talia prænunciaret abſolutè, à gravi culpa non eſſet immunis: quemadmodum immunes non ſunt Medici illi, qui ex ſolis Aſtris, eorumque poſitione ſub qua æger ægrotare incœpit, gravitatem, & periculum morbi, aut vulneris metiuntur, prout idem Suarez iiſdem fere verbis tradit.

83. Porrò Aſtrologiam quò ad partem Genethliacam, ut vocant, quæ non futuros caſus, & eventa, ſed propenſiones naturales rimatur, aut quid ei Horoſcopus portendat prædicit, in ſe malam non eſſe, docet Torreblanca loc. cit. num. 11. Et permiſſam eſſe ex Doctrina S. Thomæ oſtendit, citatque Prillandum de ſortileg. quæſt. 3. num. 13. & quæſt. 11. num. 22. & Suarez de Religione lib. 2. cap. 11. num. 8. Quia homo ſecundùm corpus naſcitur ſub corporibus cœleſtibus ex Dionyſio lib. 1. de Divin. Nomin. Tum etiam quia conjectare temperamentum ex ſtellarum poſitione obſervata in pueri Nativitate, ax temperamento propenſionem & inclinationem ad iram vel manſuetudinem, ad hæc vel illa ſtudia, eſt prædicere effectus naturales à cauſis naturalibus: nàm ut ait Suarez temperamentum corporis humani à cauſis naturalibus procedit, & ideo veriſimile eſt cæleſtes influentias magnam vim in eo habere. Cùm autem à temperamento procedat inclinatio ad hanc vel illam rem, & in ipſo temperamento ſit maximè fundata, ſi licet ex poſitione ſyderum ſub qua quiſque naſcitur, cognoſci tèmperamentum; licebit & conjectare inclinationem, & nati propenſionem ad hanc, vel illam facultatem, ad vitium aut virtutem.

84. Attamen prudentiſſimè notat idem Suarez cum communi Theologorum ſententia, ac etiam placito eorum, qui in hac arte periti, prudentiores exiſtunt, hujuſmodi inveſtigationem ex ſola ſyderum poſitione eſſe incertiſſimam, & vix pervenire ad ſuſpicionem qnandam, non verò ad conjecturam, vel cognitionem omninò probabilem, nedum ad certam. Et ideo Filliucius Tract. 24. cap. 4. num. 81. docet, quòd inclinatio pueri naſcentis poteſt prædici, dummodo non prædicatur uti certa, vel nimium probabilis. Et Bordonus in Tribunal. cap. 20. qu. 7. num. 17. & in Manuali conſult. ſect. 38. queſt. 14. num. 39. tradit apertiſſimè non poſſe ſciri certò quale temperamentum ſit in corporibus humanis. Et ratio eſt, quia ad illud non ſolùm Aſtra concurrunt, ſed multa alia: nam dependet ex qualitate ſeminis progenitorum, ex educatione, ex diverſitate aëris, aliiſque ex cauſis. Et Suarez ait, quòd qualitates, & conditiones rei generandæ, magis pendent ex diſpoſitionibus materiæ, ex qua prodncenda eſt, & ex efficacia proximæ virtutis activæ, quàm ax influentia cælorum, unde ex ſolo ſyderum aſpectu, qui horâ Nativitatis concurrit, non poteſt ſatis colligi futura complexio, temperies, aut inclinatio prolis genitæ.

85. Exemplificat inde: nam ſi duæ Terræ inquit, diverſæ virtutis, qualitatis, & diſpoſitionis ſimul eodemque tempore ſeminentur tritico diverſæ qualitatis; etiamſi eodem tempore germinare incipiant, & producere triticum, nihilominus meliorem, & uberiorem fructum producet bona terra, quàm mala, cæteris paribus: quòd ſi terra bona melius etiam triticum recipit, multò etiam melius illud reddet, quòd ſi ultra qualitatem terræ, & ſeminis accedat melior cultura, creſcet magis perfectio effectus, etiamſi influentia ſyderum ex ſe æqualis ſit. Ita ergo eſt in generationibus hominum. Nam licèt duo infantes ſub eadem Conſtellatione naſcantur, ſi mater alterius melioris complexionis ſit, melioremque materiam conceptioni filii miniſtret, multùm confert ad meliorem fœtus complexionem: ſi verò accedat paterna virtus fortior, calidior &c. ſine dubio multum efficiet ad meliorem filii complexionem: & augeri tandem poterit, multùmque mutari, ex ſanitate, temperantia, alimentis, & aliis exercitiis matris dùm prolem geſtat in utero. Cùm ergo hæc omnia nec conſiderentur, nec conſiderari poſſint ab Aſtrologis; eorum conjectio erit prorſus infirma. Ita ferè in terminis Suarez.

86. Hinc S. Auguſtinus lib. 5. de Civit. cap. 21. ex Cicerone refert, Hippocratem ſcriptum reliquiſſe, quoſdam fratres cùm ſimul ægrotare cœpiſſent, & eorum morbus eodem tempore ingraveſceret, eodem levaretur, Geminos ſuſpicatum. Quos Poſſidonius Stoicus multùm Aſtrologiæ deditus, eàdem conſtitutione Aſtrorum natos eàdemque conceptos ſolebat aſſerere. Sed hanc Poſſidonii conjecturam reiicit Sanctus Doctor, & aliis de cauſis ab cæleſtibus conſtellationibus evenire potuiſſe fatetur, unde ait: „ In hac cauſa multò eſt acceptabilior, & de proximo credibilior conjectura medicinalis. „ Quoniam parentes ut erant corpore affecti, „ dum concumberent, ita primordia Conceptorum affici potuerunt, ut conſecutis ex „ materno corpore prioribus incrementis pa- „ ris valetudinis naſcerentur. Deinde in una „ domo eiſdem alimentis nutriti, ubi aërem, „ & loci poſitionem, & vim aquarum, plurimum valere ad Corpus, vel benè vel male accipiendum, Medicina teſtatur: eiſdem etiam exercitationibus aſſuefacti tàm „ ſimilia corpora gererent, ut etiam ad „ ægrotandum uno tempore, eiſdemque cauſis ſimiliter moverentur. „ *Hæc S. Auguſtinus*.

87. Ex qua ſententia liquet, ex ſola Aſtrorum poſitione non poſſe dignoſci certò temperamentum Nati, ex quo deducatur judicium

cium de ægritudine & valetudine ejus, ex quo à multis aliis cauſis temperamentum corporis pendeat: proinde velut concludens adversùs Aſtrologorum opinionem ſubjungit: „ Conſtitutionem vero Cœli, ac ſy„ derum, quæ fuit quando concepti ſive „ nati ſunt, velle trahere ad iſtam ægro„ tandi parilitatem, cùm tam multa diver„ ſiſſimi generis diverſiſſimorum effectuum, „ & eventuum eodem tempore in unius re„ gionis terra eidem Cœlo ſubdita, potue„ rint concipi, & naſci; neſcio cujus ſit „ inſolentiæ. Nos autem novimus Geminos, „ non ſolùm actus, & peregrinationes ha„ bere diverſas, verùm etiam diſpares ægri„ tudines perpeti. „ Inſolentiam ergo dicit velle ex Syderum poſitione, etiam in geminis conjectare natorum ægritudines, cùm conſtet in plurimis geminis contrarium evenire, & non iiſdem ſed diverſis ſubjectos fuiſſe infirmitatibus, unde concludit incertam eſſe & infirmam hujuſmodi Aſtrologorum conjecturam. Optimè ergo Theologi concludunt, ex Syderum poſitione vix poſſe aliquid conjectari de temperamento, & nati inclinatione, nedum certum, verùm nec probabile; poſſe ſolùm tenuiter ſuſpicari, adeout judicium intra ſolùm ſuſpicionis fines contineatur, ut ex Suarez adnotavimus. Et Del Bene de Offic.S.Inquiſit. par.2.dub.a22.ſect.1. num. 5. propter ſupra allegatas rationes, prorſus incertam eſſe conjecturam de qualitate temperamenti, & naturalis propenſionis nati ex aſpectu Aſtrorum, obſervato puncto nativitatis deductam, pronunciat.

88. Hac de cauſa cum eodem Suarez, Del Bene, & aliis Theologis dicendum eſt, non ſine labe peccati poſſe Aſtrologos certò prædicare inclinationes nati, ex Aſtrorum poſitione deductas, niſi forte, ut ait Suarez ſub num 12., ignorantia ex parte excuſaret. Nam in hoc genere Divinationis, majus periculum poteſt intervenire introducendi ſuperſtitionem aliquam, quæ ſe extendat ad prædictionem actuum humanorum, ac in ea Divinatione, quæ verſatur circa alias res naturales, puta aëris ſalubritatem, aut inſalubritatem, temporis mutationes, & alia ſupra recenſita, quæ nullam affinitatem aut conjunctionem habent cum humanis actibus. Si ergo neque de illis quid certò ſine aliqua culpa prædici poteſt, multò minus in iſtis, quæ affinitatem habent cum actibus humanis, & facile ad judicandum de humanis actibus in particulari, ex Judicio de inclinatione hominis ad vitia & ad virtutes poteſt fieri deſcenſus. Itaque certò quid definiri, aut valde probabile, peccatum eſt in genere mendacii pernicioſi. Et ideo hujuſmodi prædictiones non poſſunt niſi generaliter licitè fieri: dicendo, hunc natum eſſe inclinatum ad iram, vel ad virtutem, Horoſcopum ejus promittere bonam valetudinem, vel non bonam, & hujuſmodi, adeout nunquam ſe extendat ad aliquod certò in individuo, hoc vel illo tempore promittendum, immò nec ut valde probabile, ut ſatis dictum eſt.

89. Eſſet modò agendum de altera ſpecie Aſtrologiæ judiciariæ ſpectante ad partem Genethliacam, prout importat judicium ſuper humanos actus, ſed quia hæc diffuſiori indiget diſcuſſione, ultimo loco conſiderandam ſive examinandam reſervavimus. Et ideo accedimus ad eam partem Aſtrologiæ, quæ dicitur *Electionum*. Hæc verò docet quid in ſingulis rebus conſultò & utiliter eſt faciendum, quid omittendum, quando ædificandum, navigandum, manendumve domi, & ſimilia, ut notat Torreblanca cit. ſub num. 20. Hanc Aſtrologiæ partem quidam in univerſum damnant, & prorſus illicitam faciunt; nos verò erga hujus artis profeſſorea mitiùs agendo, neque in univerſum damnandam credimus, neque in univerſum abſolutè permittendam, ſed in aliquibus abſque ullius culpæ labe eâ uti poſſe, ſecùs in omnibus. Etenim quæ in natura fundamentum habent non ſunt rejicienda. Quæ verò prædictiones in natura nullum fundamentum habent, vel ſunt erga res merè fortuitas, aut voluntarias, omninò rejiciendæ ſunt. Impium eſt enim ab Aſtris cauſam actuum liberorum inquirere.

90. Itaque obſervare tempus emiſſionis ſanguinis, extra tempus neceſſitatis, diemque eligere aut etiam horam, qua facienda eſt hujuſmodi emiſſio, licitum eſt; ut enim ait Hugo Semplius lib. 11. De Mathematicis Diſciplinis cap. 3. num. 2. Aliquando contingit conveniens eſſe, diem & horam commodam præſtolari, & attendere tempus, nempe vernum vel autumnale, diem deinde clarum & ſerenum, quo ventus Orientalis, aut Septemtrionalis leniter ſpirat, horam deinde matutinam, quâ digeſtione peractâ, poſitioque ea Cœli ſit quæ Sanguinis miſſioni in primis conveniat, nempe ſigna bona in quibus Luna exiſtat, aſpectus Planetarum, & hominis complexio proportionata. Similiter licet tempus eligere balneorum & ſcarnificationum, ſive munditicii causâ, ſive Medicamenti loco habeant: nam experientia ipſa docet Felicius Balnea contingere Lunâ Libram, aut Piſces occupante, & Venere fauſto aliquo radio applicante, quàm in aliis ſignis Lunâ exiſtente. Et ita licitum eſt tempus expendere in Medicamentorum ſumptione, quibus virtutes naturales in hominibus conſervantur, & excitantur, ut ſunt attractio, quæ viget in calidate, & ſiccitate; alteratio vel digeſtio, quæ in humiditate, & frigiditate conſiſtit.

91. Deinde non eſt illicitum eligere tempus, quo oves & alia animalia tondeantur, quorum lanâ ſeu villis utimur, nam, ut te-

ſta-

ſtatur Varro, melius tondentur Lunâ creſcente, quàm decreſcente: quandoquidem creſcente Lunâ citiùs creſcunt capilli. Item obſervare tempus licebit, quo ligna cæduntur; Verres, Juvenci, Arietes, Sues, Hædi, & hujuſmodi ſimilia animalia caſtrantur, ut carnes ſalitæ fumo induratæ à putrefactione conſerventur: nam omnia iſta peragenda eſſe Lunâ decreſcente notat Plinius lib. 18. cap. 32. Similiter non eſt malum tempus obſervare quo Pueri ablactandi ſunt; ſicut etiam licet Satoribus attendere tempus accommodatum ſationi inſtituendæ, peregrinantibus quoque inſpicere tempus itinera aggrediendi, ſive in Mari, ſive in Terra. Hujuſmodi enim & ſimiles electiones nihil ſuperſtitioſum continent; nam cauſæ naturales, & effectus naturales earundem regulam præbent. Hac de cauſa Sixtus V. in prælaudata ſua Conſtitutione incip. *Cæli & Terræ Creator Deus*, dum Aſtrologiam Judiciariam damnat, excipit partem illam quæ circa Agriculturam, Navigationem, & rem Medicam verſatur: *Præter quàm*, ait, *circa Agriculturam, Navigationem, & rem Medicam*.

92. Cæterum ut idem Sempilius notat ſub num. 7., ridiculum eſt & ſuperſtitioſum, tempus deſignare quo agendum ſit cum Magiſtratu, accedendum ad Principem; ſive tempus tractandi cum Religioſis, cum Senibus, cum Agricolis, cum Militibus, cum Fœminis, cum Ingenioſis, cum Præceptoribus; Inſuper & tempus deputare parandis, emendis, & induendis veſtibus, quæ ab hominum prudentia, & agentis judicio, accedente Divinâ providentiâ, penitùs gubernantur, nec cum cauſis naturalibus aliquam connexionem habent, nec dependentiam. Nec deſum monere cum Martino del Rio lib. 4. Diſquiſit. Magic. cap. 3. quæſt. 1. etiam in electionibus rerum, quæ aliquam connexionem habent cum cauſis naturalibus, poſſe adeſſe peccatum, ſi certò quis credat rem electam tali tempore faciendam, benè, aut malè ceſſuram; licere dumtaxat vult, ſi tantùm dicat, Se æſtimare, quòd res benè ſit ei ceſſura, & reverà animo ſuo non plus tribuat, quàm verbis præſefert.

93. De altera Aſtrologiæ parte, quæ dicitur *Imaginum fabricatarum*, communis eſt Catholicorum Doctorum ſententia, eſſe falſam, vanam, perniciosſam, & omni jure deteſtatam, ut advertit Torreblanca cap. 7. cit. num. 33. citatque D. Thomam 2. 2. quæſt. 96. art. 2. & lib. 4. contra Gentes cap. 104. & 105. Nam licèt, quæ per characteres, & figuras, ac numeros Aſtrologi hujuſmodi perficiunt, ea produci dicant à virtute iis figuris communicata ſublimioribus, & ſympathia quadam naturali rerum inter ſe ſimilium, quatenus hæ figuræ adamuſſim invicem comparantur; merum tamen eſt Platonicorum figmentum, natum ex illo Ptolomæi Aphoriſmo, *vultus inferiores ſubjectos eſſe vultibus Cæleſtibus*, nedùm improbatum à Theologis, verùm & à plurimis Philoſophis. Quoniam in Cœlo quas comminiſcuntur Imagines, prorſus ſunt fictitiæ, quatenus figuræ quædam ſimilitudo, & imago, picturis illis adſcribitur, nominaque ad placitum impoſita Stellas invicem diſtinguendi causâ: nam in Cœlo nec veri Urſi ſunt, nec Angues, nec Sagittarii, nec Crateræ, nec Naves, & ſimilia, quæ Aſtrologi confingunt. At fictitiæ figuræ nulla poteſt eſſe efficacia, quà talis eſt, nec cum vera figura ſympathia, vel amor naturalis, quia id quod non eſt, nequit aliquem effectum producere in eo quod eſt, ſecundùm Ariſtotelem lib. 1. Phyſicorum. Hæc Torreblanca.

94. Denique agendo iterum de illa parte Aſtrologiæ, quæ dicitur Genethliaca, prout reſpicit effectus merè contingentes, & liberos, putà honores, dignitates, officia, divitias, paupertatem, furta, homicidia, & alia hujuſmodi, quæ merè contingentia ſunt, vel à libertate humani arbitrii pendent; de hujuſmodi vaticinantibus atque Aſtrologis, qui talia ex ſyderum poſitione conantur prædicare, Jura & Taſtimonia allegata in Commentar. ad hæreſim XII. Simonis, erunt intelligenda. Hi veniunt ſub nomine Mathematicorum, de quibus Tacitus lib. 17. hiſt. ſive lib. 1. de Exceſſu Neronis ſcribit: *genus hominum potentibus infidum, ſperantibus fallax, quod in Civitate noſtra & vetabitur ſemper, & retinebitur*. Hinc Acacianum illud apud Aulum Gellium lib. 14. Noct. Attic. cap. 1. circa finem: *Nihil credo Auguribus, qui aures verbis ditant alienas, ſuas ut auro locupletent Domus*. Hos ſanè Aſtrologos Juvenalis Satyrâ 6. ſuperſtitioſos Vates, & impudentes Ariolos appellat, ut refert Torreblanca cit. cap. 7. in fine. Agrippa quoque hujus Artis ſtudioſiſſimus ſectator, apud del Rio lib. 4. Diſquiſit. Magic. cap. 3. quæſt. 1. num. 9. hujus artis fallaciam agnoſcens, nolens volens ſcripto reliquit, *hanc artem nihil eſſe aliud, quàm ſuperſtitioſorum hominum fallacem conjecturam: qui ob multi temporis uſum de rebus incertis ſcientiam fecerunt, in qua, emungendæ pecuniæ gratiâ decipiant imperitos, & ipſi ſimul decipiantur*.

95. Tullius lib. 2. de Divinatione num. mihi 89. totam hanc artem refellit, firmatque primùm quid agant Aſtrologi, ut judicia ferant ſua, inquiens: „ Vim quandam eſſe ajunt Signifero in Orbe, qui „ Græcè *Zodiacos* dicitur, talem, ut ejus „ orbis unaquæque pars alia alio modo moveat, immutetque Cœlum, perindè ut „ quæque Stella in iis, finitimiſque partibus ſit quoque tempore: Eamque vim

„ moveri ab iiſdem Syderibus, quæ vo-
„ cantur errantia. Cùm autem in eam ipſam
„ partem orbis venerint, in qua ſit ortus
„ ejus qui naſcitur, aut in eam quæ con-
„ junctum aliquid habeat aut conſentiens;
„ ea triangula illi, & quadrata nominant.
„ Etenim cùm tempore anni, tempeſtatum-
„ que, Cœli converſiones commutationeſ-
„ que tantæ fiant, acceſſu Stellarum & re-
„ ceſſu, cùmque ea vi Solis efficiantur quæ
„ videmus, non veriſimile ſolùm ſed etiam
„ verum eſſe cenſent, perinde utcumque
„ temperatus ſit aër, ita pueros orienteis
„ animari, atque informari, ex eoque in-
„ genia, mores, animum, corpus, actio-
„ nem vitæ, caſus cujuſque, eventuſque
„ fingi. „ Hâc ergo poſitâ à Tullio Aſtrolo-
gorum arte, ut futura de hominibus præ-
nuncient ſtatim exclamat. *Ob Delirationem incredibilem! Non enim omnis error ſtulti-
tia eſt dicenda?* Deinde progreditur ad illius
refutationem.

96. In primis ait: „ Etenim, cùm ut
„ ipſi dicunt, ortus naſcentium Luna mo-
„ deratur, eaque animadvertant, & notent
„ ſydera natalitia Chaldæi, quæcumque
„ Lunæ juncta videantur; oculorum falla-
„ ciſſimo ſenſu judicant ea, quæ ratione,
„ atque animo videre debebant. Docet enim
„ ratio Mathematicorum, quam iſtis notam
„ eſſe oportebat, quantâ humilitate Luna
„ feratur terram penè contingens, quan-
„ tùm abſit à proxima Mercurii ſtella,
„ multò autem longiùs à Veneris, deinde
„ alio intervallo diſtet à Sole, cujus lumi-
„ ne colluſtrari putatur. Reliqua verò tria
„ intervalla, infinita, & immenſa, à Sole
„ ad Martis, inde ad Jovis, ab eo ad Saturni
„ ſtellam, inde ad Cœlum ipſum, quod
„ extremum, atque ultimum Mundi eſt.
„ Quæ poteſt igitur contagio, ex infinito
„ penè intervallo pertinere ad Lunam, vel
„ potiùs ad terram? Quid? cùm dicunt id,
„ quod iis dicere neceſſe eſt, omneis om-
„ nium ortus, quicumque gignantur in omni
„ terra quæ incolatur, eoſdem eſſe eadem-
„ que omnibus, qui eodem ſtatu Cœli &
„ Stellarum nati ſunt, accidere neceſſe eſſe;
„ nonne hujuſmodi ſunt, ut nè Cœli qui-
„ dem naturam, interpretes iſtos Cœli noſſe
„ appareat? Cùm enim illi Orbes, qui
„ Cœlum quaſi medium dividunt, & aſpe-
„ ctum noſtrum definiunt, qui à Græcis
„ *Orizontes* nominantur, à nobis Finientes
„ rectiſſimè nominari poſſunt, varietatem
„ maximam habent, aliique in aliis locis
„ ſint; neceſſe eſt, ortus occaſuſque ſyde-
„ rum non fieri, eodem tempore apud om-
„ neis. Quòd ſi eorum vi, Cœlum modò hoc,
„ modò illo modo temperatur; qui poteſt
„ eadem vis eſſe naſcentium, cùm Cœli tanta
„ ſit diſſimilitudo?

97. Progreditur inde. „ In his locis, quæ
„ nos incolimus poſt Solſtitium Canicula
„ exoritur, & quidem aliquot diebus: apud
„ Troglodytas, ut ſcribitur, ante Solſtitium:
„ ut, ſi jam concedamus aliquid vim Cœ-
„ leſtem ad eos, qui in terra gignuntur;
„ pertinere, confitendum ſit illis, eos, qui
„ naſcuntur eodem tempore, poſſe in diſſi-
„ mileis incidere naturas propter Cœli diſ-
„ ſimilitudinem. Quod minimè illis placet.
„ Volunt enim illi, omneis eodem tempore
„ ortos, qui ubique ſint nati, eâdem con-
„ ditione naſci. Sed quæ tanta dementia
„ eſt, ut in maximis motibus, mutationi-
„ buſque Cœli, nihil interſit, qui ventus,
„ qui imber, quæ tempeſtas ubique ſit? Qua-
„ rum rerum in proximis locis tantæ diſſi-
„ militudines ſæpe ſunt, ut alia Tuſculi,
„ alia Romæ eveniat ſæpe tempeſtas. Quod,
„ qui navigant, maximè animadvertunt,
„ cùm in flectendis promontoriis, ventorum
„ mutationes maximas ſæpe ſentiant. Hæc
„ igitur cùm ſit, tum ſerenitas tum per-
„ turbatio Cœli; eſtne ſanorum hominum,
„ hoc ad naſcentium ortus pertinere, non
„ dicere? quod non certe pertinet.

98. Ex quibus innuit Tullius neque
quidquam certum poſſe Aſtrologos prædice-
re ex aſpectu ſyderum etiam circa natura-
les effectus, cùm locis parùm diſtantibus,
non accidant eædem temporum mutationes,
ſicut Tuſculi tempeſtas, minimè Romæ vel
è converſo. Subjungit poſtea: „ Illud neſcio
„ quid tenue, quod ſentiri nullo modo, in-
„ telligi autem vix poteſt, quæ à Luna
„ cæteriſque ſyderibus Cœli temperatio fiat,
„ dicere ad puerorum ortus pertinere? Quid?
„ quòd non intelligunt, Seminum vim quæ
„ ad gignendum, procreandumque plurimum
„ valeat, funditus tolli, mediocris erroris
„ eſt? Quis enim non videt, & formas, &
„ mores, & pleroſque ſtatus, ac motus ef-
„ fingere à parentibus liberos? Quod non con-
„ tingeret, ſi hoc non vis, & natura gignen-
„ tium efficeret, ſed temperatio Lunæ, Cœ-
„ lique moderatio.

99. Tranſit inde ad naturas eorum, qui
ſub eadem ſyderum poſitione nati ſunt.
„ Quid? Quòd uno eodemque temporis
„ puncto nati, diſſimileis & naturas, & vi-
„ tas, & caſus habent: parùmne declarant,
„ nihil ad agendam vitam naſcendi tempus
„ pertinere? Niſi forte putamus neminem
„ eodem tempore ipſo, & conceptum, &
„ natum, quo Africanum. Numquis igitur
„ talis fuit? Quid? Illudne dubium eſt,
„ quin multi, cùm ita nati eſſent, ut quæ-
„ dam contra naturam depravata haberent,
„ reſtituerentur, & corrigerentur ab natu-
„ ra, cùm ſe ipſa revocaſſet, aut Arte, aut
„ Medicinâ? aut quorum linguæ ſic inhæ-
„ rerent, ut loqui non poſſent, eæ ſcal-
„ pello reſectæ liberarentur? Multi etiam
„ naturæ vitium meditatione, atque exer-

„ cita-

„ citatione ſuſtulerunt, ut Demoſthenem „ ſcribit Phalereus, cùm *rho* dicere nequi- „ ret, exercitatione feciſſe, ut planiſſimè di- „ ceret. Quòd ſi hæc Aſtra ingenerata, & „ tradita eſſent, nulla res ea mutare poſſet.

100. Deinde ex locorum diſſimilitudine probat diſſimiles naſci homines, & proinde ex ſitu magis locorum, quam à Luna & Aſtris pendere humanaa formas concludit: „ Quid? diſſimilitudo locorum nonne diſſi- „ mileis hominum procreationes habet? quas „ quidem percurrere oratione facile eſt: „ quid inter Indos & Perſas, Æthiopas, „ & Syros differat, corporibus, animis: „ ut incredibilis varietas, diſſimilitudoque „ ſit. Ex quo intelligitur plus terrarum „ ſitus, quàm Lunæ tractus ad naſcendum „ valere. Nam quod ajunt, quadringenta, „ & ſeptuaginta millia annorum in pericli- „ tandis, experiundiſque pueris, quicum- „ que eſſent nati, Babylonios poſuiſſe, fal- „ lunt. Si enim eſſet factitatum, non eſſet „ deſitum. Neminem autem habemus au- „ ctorem, qui id aut fieri dicat, aut fa- „ ctum ſciat. Videſne, me non ea dicere, „ quæ Carneades; ſed ea, quæ Panætius „ dixerit? Ego autem etiam hæc requiro, „ omneis ne qui Cannenſi pugnâ cecide- „ rint, uno Aſtro fuerint? Exitus quidem „ omnium unus & idem fuit. Quid? Qui „ ingenio, atque animo ſingulares, num „ Aſtro quoque uno? Quod enim tempus, „ quo non innumerabiles naſcantur? At certè „ nemo ſimilis Homeri.

101. Deridet porrò Lucium Tauritium Firmanum, quamvis ſuum familiarem, propter erectam figuram natalis Urbis Romæ, inquiens: „ L. quidem Tauritius Firmanus, „ familiaris noſter in primis Chaldaicis ra- „ tionibus eruditus, Urbis etiam noſtræ „ natalem diem repetebat ab iis parilibus, „ quibus eam à Romulo conditam accepi- „ mus. Romamque, cùm eſſet in jugo Lu- „ na, natam eſſe dicebat, nec ejus fata ca- „ nere dubitabat. O' vim maximam erro- „ ris! Etiamne Urbis natalis dies ad vim „ Stellarum, & Lunæ pertinebat? Fac in „ puero referre, ex qua affectione Cœli „ primum Spiritum duxerit: num hoc „ in latere aut in cemento, ex quibus „ Urbs effecta eſt, potuit valere? „ Et po- ſtea ut orationem de hac re ſuam abſolvat, ita concludit: „ Sed quid plura quotidie „ refelluntur. Quam multa ego Pompejo, „ quàm multa Craſſo, quàm multa huic ipſi „ Cæſari à Chaldæis dicta memini, nemi- „ nem eorum niſi ſenectute, niſi domi, „ niſi cum claritate eſſe moriturum? Ut „ mihi permirum videatur, quenquam exta- „ re, qui etiam nunc credat iis, quorum præ- „ dicta quotidie videat re & eventis refelli. *Hactenus Tullius*.

102. Aulus Gellius lib. 14. Noctium Atticar. cap. 1. narrat Phavorini Philoſophi orationem, Romæ recitatam adversùs Aſtrologorum Judiciariorum vanitatem, qua pluribus rationibus oſtendit hujus artis debilitatem. in primis dicit, quòd hâc admiſſâ arte, tollitur differentia Deos inter & homines. *Tolli enim*, inquit, *quod maximum inter Deos atque homines differt, ſi homines quoque res omnes poſt futuras prænoſcerent*. Certè non rectiùs loqui poterat Philoſophus Ethnicus, ſi Dei Propheta Iſaias id ante prænunciaverat, dicens cap. 41. verſ. 23. *Annunciate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus quia Dij eſtis vos*. Et ſolius Dei proprietatem eſſe annunciare futura, eaque ſcire, tradit cap. 46. verſ. 9. *Recordamini prioris ſæculi, quoniam ego ſum Deus & non eſt ultra Deus, nec eſt ſimilis mei, Annuncians ab exordio noviſſimum, & ab initio, quæ nec dum facta ſunt*. Et adversùs eos, qui de extremo Mundi die vaticinantur, & quæ ante præfatum diem ſuperventura ſunt ariolantur, in ſola Patris ſcientia abſcondita eſſe, nec poſſe à quoquam ſciri, dixit Salvator ſuis Diſcipulis de hujuſmodi interrogantibus, Marci cap. 13. verſ. 32. *De die autem illo, vel hora nemo ſcit, neque Angeli in Cœlo, neque Filius, ſed ſolus Pater*. Et denique Deus per eundem Iſaiam Prophetam, profitetur ſe irritam facere Ariolorum dementiam, eorumque ſcientiam ſtultam reddere, dicens cap. 44. verſ. 24. *Ego ſum Dominus, faciens omnia, extendens Cœlos ſolus, ſtabiliens Terram, & nullus mecum: Irrita faciens ſigna Divinorum, & Ariolos in furorem vertens: convertens ſapientes retrorſum, & ſcientiam eorum ſtultam faciens*.

103. Arguebat inſuper Favorinus apud eundem Aulum Gellium, ex difficultate obſervandi omnium Stellarum influxus, ex quo plures eſſe poſſint, quàm vulgò creditur, & quàm Chaldæi obſervare potuerint: „ Poſ- „ ſe enim fieri, *inquit*, ut alii quidam pla- „ netæ pari poteſtate eſſent, ſine quibus „ recta, atque perpetua obſervatio perfici „ non quiret, neque eos tamen cernere ho- „ mines poſſent, propter exuperantiam vel „ ſplendoris vel altitudinis. „ Hoc porrò demonſtrat ex eo, quòd diverſis in locis nonnullæ conſpiciuntur Stellæ, quæ aliis in locis latent. „ Nam & quædam, *inquit*, Sy- „ dera è quibuſdam terris conſpiciuntur, „ earumque terrarum hominibus nota ſunt, „ ſed eadem ipſa ex omni terra non viden- „ tur, & ſunt aliis omninò ignotiſſima. Si ergo ad perfectam rerum futurarum notitiam, neceſſaria eſt cognitio virtutis, aut influxus ſtellarum, ſi ignorantur quampluſrimæ ſtellæ, quæ & influxum ſuum habere debent, non poterunt rectè conjectare ex illis, quid huic, vel illi, hoc vel illo tempore superventurum ſit.

104. Certum autem eſt etiam ex Chaldæorum ſive Aſtrologorum ſententia, hanc artem à priori non poſſe probari ſed à poſteriori dumtaxat, & ex moribus, fortunis, honoribus, aliiſque quæ poſſunt homini ſive proſpera, ſive adverſa accidere, quæ accidiſſe obſervarunt natis ſub hac, vel illa ſyderum poſitione, conjectarunt ſimilis eventura unicuique ſub eadem Syderum poſitione naſcenti. Atqui, ait Phavorinus, non eſt poſſibile, ut omnium ſtellarum influxus potuerint unquam hactenus homines obſervare, ergo non poterit hujuſmodi ars aliquod certum habere fundamentum. „ Si iſto modo, *inquit*, cœpta fieri obſervatio eſt, ut animadverteretur, quo habitu, quâque formâ, qualique poſiturâ Stellarum aliquis naſceretur, tum deinceps ab ineunte vitâ fortuna ejus, & mores, & ingenium, & circumſtantia rerum, negociorumque, & ad poſtremum finis etiam vitæ ſpectaretur; eaque omnia ut uſu venerant literis mandarentur, ac poſtea longis temporibus, quomodo ipſe ille eodem in loco, eodemque habitu forent, eadem cæteris quoque eventura exiſtimarent, qui eodem illo tempore nati fuiſſent,

105. Subjungit inde: „ Si iſto modo obſervari cœptum eſt, ex ea obſervatione compoſita quædam diſciplina eſt, nullo id pacto poteſt procedere. Dicant enim quot tandem annis, vel potiùs quot ſæculis, orbis ſic obſervationis perfici quiverit. Conſtare quippe inter Aſtrologos, dicebat, ſtellas iſtas quas erraticas dicerent, quæ eſſe omnium rerum fatales dicerentur, infinito prope & innumerabili numero annorum, ad eundem locum eodem habitu, ſimul ac omnes profectæ ſunt, regredi, ut neque ullus obſervationis tenor, neque memoriâ ullâ effigies literarum tanto ævo potuerint edurare. „ *Hactenus Gellius ex Phavorino*.

106. Sanè Stellarum numerus, eſt incognitus, nemo adhuc potuit Stellas numerare omnes, hanc impoſſibilitatem Deus oſtendit Abrahæ (quem tamen Mathematici hujus artis patronum faciunt) cum Geneſ. cap. 15. verſ. 5. ei dixit: *Suſpice Cœlum, & numera Stellas, ſi potes*. Hinc Hieremias cap. 33. verſ. 22. *Sicuti enumerari non poſſunt Stellæ Cœli*. Si numerari non poſſunt; neque cognoſci: atqui, ſi omnes ſtellæ cognoſci non poſſunt, quomodo ex eorum poſitione & influxibus futura conjectari poterunt? Adverſùs Chaldæos qui in hujuſmodi arte gloriabantur, ore Iſaiæ Prophetæ cap. 47. verſ. 13. directè pronunciat Dominus Deus: *Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum: ſtent, & ſalvent te augures Cœli, qui contemplabantur ſydera, & ſupputabant menſes, ut ex eis annunciarent ventura tibi. Ecce facti ſunt quaſi ſtipula, ignis combuſſit eos; non liberabunt animam ſuam de manu flammæ*.

107. Deinde poſt diverſas alias rationes allegatas à Phavorino, ſubjungit Gellius: „ At Phavorinus, ut hominis ingenium fuit, utque Græcæ facundiæ copia ſimul & venuſtatis, latiùs ea & ameniùs & ſplendidiùs, & profluentiùs exequebatur. Atque identidem commonebat, ut caveremus, nequa nobis iſti Sycophantæ ad faciendam fidem irreperent, quòd viderentur quædam interdum vera effutire, aut ſpargere. Non enim comprehenſa, inquit, neque definita, neque percepta dicunt; ſed lubrica, atque ambagioſâ conjectione nitentes, inter falſa atque vera pedetentim, quaſi per tenebras ingredientes eunt. Et aut multa tentando, incidunt repentè imprudentes in veritatem; aut ipſorum, qui eos conſulunt multa credulitate ducente, perveniunt callidè ad ea, quæ vera ſunt, & idcircò videntur in præteritis rebus, quàm futuris veritatem faciliùs imitari. Iſta tamen omnia, quæ aut temerè, aut aſtutè vera dicunt, præ cæteris, inquit, quæ mentiuntur, pars ea non ſit milleſima. „ *Hæc Gellius*.

108. Notat S. Auguſtinus lib. 2. de Geneſi ad lit. cap. 17. hujuſmodi artis profeſſores etſi aliquando vera dicant, nonniſi Spirituum ſeductorum operâ dicere: „ Fatendum eſt, *inquit*, quandò ab iſtis vera dicuntur, inſtinctu quodam occultiſſimo duci, quem neſcientes humanæ mentes patiuntur. Quod cùm ad decipiendos homines fit, Spirituum ſeductorum operatio eſt: quibus quædam vera de temporalibus rebus noſſe permittitur, partim quia ſubtilioris ſenſus acumine, partim quia corporibus ſubtilioribus vigent, partim experientiâ callidiore propter tam magnam longitudinem vitæ, partim à Sanctis Angelis, quod ipſi ab Omnipotente Deo diſcunt, etiam juſſu ejus ſibi revelantibus, qui merita humana occultiſſimæ juſtitiæ ſinceritate diſtribuit. Aliquando autem iidem nefandi Spiritus etiam quæ ipſi facturi ſunt, velut divinando prædicunt. *Hæc S. Auguſtinus*.

109. Sed in eodem loco multipliciter vanitatem hujus ſcientiæ refellit, ait enim: „ De Fatis autem ſyderum, qualeslibet eorum argutias, & quaſi de Matheſi documentorum experimenta, quæ illi apoteleſmata vocant, omninò à noſtræ fidei ſanitate reſpuamus: talibus enim diſputationibus etiam orandi cauſas nobis auferre conantur, & impiâ perverſitate in malis factis, quæ rectiſſimè reprehenduntur, ingerunt accuſandum potiùs Deum auctorem ſyderum, quàm hominum ſcelera. „ Hoc ergo primum eſt S. Doctoris argumentum, ab inconvenienti deductum.

nam

nam ſi ſyderum Fatis ſubiiciuntur humanæ
actiones, fruſtra eſſet orandum ne adverſa
evenirent, aut proſperum exitum haberent
optata: quin non hominibus male acta adſcri-
berentur, ſed potiùs ſyderibus, immò & Deo
ipſi ſyderum auctori.

110. Altera ratio ab eodem S. Doctore
allegata, deſumpta eſt à paritate cæterorum
animantium, quia non minus animata ra-
tionalia ſub ſyderum poſitione hac vel illa
ortum habent, quàm cætera irrationalia, &
vegetabilia, & ſi quid influunt ſydera, in
omnia animata influunt: & tamen videmus
ſub eadem conſtellatione, & ſyderum po-
ſitione, jacta in eandem terram ſemina, non
eandem ſortam habere. „ Sed quòd animæ
„ noſtræ, *inquit*, non ſint naturâ corpori-
„ bus, nec quidem Cœleſtibus ſubditæ, au-
„ diant & Philoſophos ſuos. Quia verò ter-
„ renis corporibus illa corpora ſuperiora,
„ non ad ea quæ ipſi tractant potentiora
„ ſunt, vel hinc aliquando cognoſcant, quia
„ cùm multa corpora diverſorum generum,
„ vel animantium, vel herbarum, & arbu-
„ ſtorum, uno ſimul puncto temporis innu-
„ merabiliter multa naſcantur, non tantùm
„ diverſis, ſed etiam iiſdem terrarum locis
„ tantæ ſunt varietates in progreſſibus, in
„ actibus, & paſſionibus eorum, ut verè
„ iſti, ſicut dicitur perdant ſydera, ſi iſta
„ conſiderent.

111. Simili argumento uſus fuerat &
Phavorinus apud Gellium ſupra cit. ubi ait:
„ Illud autem condonare ſe iis dicebat, quòd
„ non id quoque requirerent, ſi vitæ mor-
„ tiſque hominum, rerumque humanarum
„ omnium, tempus, & ratio, & cauſa in
„ Cœlo, & apud Stellas foret; quid de
„ muſcis, aut vermiculis, aut echinis, mul-
„ tiſque aliis minutiſſimis, terrâ, marique
„ animantibus dicerent? An iſta quoque
„ iiſdem quibus homines legibus naſceren-
„ tur, iiſdemque itidem extinguerentur, ut
„ aut ranunculis quoque, & culicibus naſ-
„ cendi fata ſint de Cœleſtium Syderum
„ motibus attributa: aut ſi id non puta-
„ rent, nulla ratio videretur, cur ea ſyde-
„ rum vis in hominibus valeret, deficeret
„ in cæteris. „ *Hæc Phavorinus*. Conceſſo
ergo hoc ſydarum fato, cùm non minus
corporibus Cœleſtibus, & Syderibus ſubii-
ciantur homines, ac cuncta minutiſſima quo-
que animantia; quæ ex animantibus eodem
momento naſcuntur, eandem ſortem habere
neceſſe eſſet aſſeri, cùm tamen contrarium ex-
perientia iſta demonſtret.

112. Si verò dicatur ad homines tantùm
pertinere ſyderum fata, ultra quòd ineptum
eſſe fateatur Auguſtinus loco cit. ad Gemi-
nos provocat: „ Quid autem inſulſius, *in-
„ quit*, & hebetius, quàm cùm iſtis rebus
„ convincuntur, dicere ad ſolos homines
„ ſibi ſubiiciendos fatalem ſtellarum per-
„ tinere rationem, in quibus tamen etiam
„ ipſis de geminis convincuntur, quorum
„ diversè viventium, diversè felicium, in-
„ felicium, diversèque morientium, eaſdem
„ plerunque Conſtellationes accipiunt? Ge-
mini ergo ſub eadem ſyderum poſitione na-
ti, eodemque fere momento, dato ſyderum
fato, haberent eandem ſortem; quod tamen
falſum eſſe, quotidiana docet experientia,
nam ex duobus geminis, aliquando naſcitur
unus maſculus, ſed fœmella alter geminum,
ſi duo maſculi, tam moribus, & fortunâ
diſſimiles, ut certè ſi homines à ſyderibus ſua
fata acciperent, impoſſibile eſſet concipi eos
ſub eadem ſyderum conſtellatione, vel poſitio-
ne natos.

113. At verò ſi dicant neque Geminos
naſci eodem momento, poſitionem ſyderum
mutari eo temporis intervallo, quod intereſt
ab ortu unius & alterius, cùm non ſimul
de Matris utero egrediantur, ſed unus poſt
alium; urget D. Auguſtinus exemplo Jaco-
bi, & Eſau, qui adeo citò de matris utero
egreſſi ſunt, ut unus manu alterius pedem
teneret, adeout nati ſint velut unus majoris
prolixitatis: „ Quia, *ait*, etſi interfuit ali-
„ quid, cùm de utero funderentur, in non-
„ nullis tamen tantùm intereſt, quantùm
„ ab iſtis comprehendi computatione non
„ poſſit. Manus ſequentis Jacob, dum na-
„ ſceretur, inventa eſt pedem fratris præ-
„ cedentis tenens, uſque adeò ſic nati ſunt,
„ ut quaſi unus infans in duplum prolixior
„ naſci videretur. Horum certè conſtella-
„ tiones, quas appellant, nullo modo diſ-
„ pares eſſe potuerunt. Quid ergo vaniùs
„ quàm ut illas conſtellationes intuens Ma-
„ thematicus ad eundem horoſcopum, &
„ ad eandem Lunam, diceret unum eorum
„ à matre dilectum, alterum non dilectum?
„ Si enim aliud diceret falſum profectò di-
„ ceret. Si autem hoc diceret, verum qui-
„ dem, ſed non ſecundùm librorum ſuorum
„ ineptas cantiunculas diceret. „ *Hæc Au-
guſtinus*. Tanta enim in eorum vita fuit mo-
ribuſque diverſitas, tanta in actibus diſpa-
rilitas, tanta in parentum amore diſſimili-
tudo, ut etiam inimicos inter ſe faceret
ipſa diſtantia, ut idem Auguſtinus notat
lib. 5. de Civit. cap. 4. Et tamen Gemini
erant eodem tempore, & ferè eodem momento
nati.

114. Immò Phavorinus apud eundem
Gellium ſæpe cit. urget Mathematicos Ge-
minorum exemplo diſparum ſortium, ſi fa-
teantur diſparitatem naſci ex mutatione
conſtellationis propter intervallum tempo-
ris, quod intercedit in naſcendo inter unum
& alterum ex geminis, ex eo quòd hac ſtan-
te reſponſione, non poterunt Mathematici
unquam veram ſyderum poſitionem cujuſvis
nati dignoſcere. Si enim tam exiguo tem-
poris ſpatio, quod intercedit inter unius, &
alte-

alterius geminorum nativitatem, eorum præcipue qui immmediatè unus poſt alterum de Matris utero egrediuntur, ſufficiens eſt ad variandum horoſcopum, & conſtellationem, non erit poſſibile verum cujuſvis nati comprehendere horoſcopum. „ Atque id velim etiam, *inquit*, reſpondeant temporis, in quo homo naſcens fatum accipit, ut in eodem illo puncto, ſub eodem circulo Cœli, plures ſimul eandem competentiam naſci non queant, etſi idcircò gemini quoque non eàdem vitæ ſorte ſunt: quoniam non eodem temporis puncto editi ſunt; peto, inquit, reſpondeant, curſum illum temporis tranſvolantis, qui vix cogitatione animi comprehendi poteſt, quonam pacto, aut conſulio aſſequi queant, aut ipſi perſpicere, & deprehendere, quomodo in tam præcipiti dierum, noctiumque vertigine, minima momenta ingentea facere dicant mutationes? „ *Hactenus ex Phavorino Gellius*. Et ipſe D. Auguſtinus eodem lib. 5. de Civit. cap. 9. ſubjungit. „ Si ergo hæc ad illas pertinent minutias temporum, quæ inter ſe habent gemini, & conſtellationibus non adſcribuntur, quarè aliorum conſtellationibus inſpectis, iſta dicuntur? Si autem ideo dicuntur, quia non ad minuta incomprehenſibilia, ſed ad temporum ſpatia pertinent, quæ obſervari notarique poſſunt: quid hic agit rota illa figuli, niſi ut homines luteum cor habentes in gyrum mittantur, ne Mathematicorum vaniloquio convincantur? „ *Hæc S. Auguſtinus*, apud quem multa alia leguntur adversùs hujus Artis vanitatem.

115. Hæc itaque ſunt, quæ in gratiam hujus artis profeſſorum adducere putui, ut ſciant, quòd ſi eis permiſſum eſt leviter conjectare de temperamento, & ex eo aliquid pronunciare de inclinatione nati, nunquam tamen abſolute, nunquam certè, nunquam ut prorſus probabile, nec in individuo, ſed generali tantùm quadam prædictione, quæ intra limites puræ ſuſpicionis ſe contineat. Cæterum circa humanos actus, & effectus merè contigentes, minimè licet eis ullo pacto judicium aliquod quamvis tenue, quamvis abſque certitudine, prorſus illicitum eſt, damnatum atque prohibitum: unde Sixtus V. in ſupracit. Conſtitutione hæc habet. „ Hac perpetuò valitura Conſtitutione, Apoſtolicâ Auctoritate ſtatuimus, & mandamus, ut tam contra Aſtrologos, Mathematicos, & alios quoſcumque dictæ judiciariæ Aſtrologiæ artem, preterquam circa agriculturam, navigationem, & rem medicam, impoſterum exercentes, aut facientes judicia, & Nativitates hominum, quibus de futuris contingentibus, ſucceſſibus, fortuitiſque caſibus, aut actionibus, ex humana voluntate pendentibus, aliquid eventurum affirmare audent, etiamſi id ſe non certò affirmare aſſerant, aut proteſtentur. *Hæc Sixtus*. Quâ ſtante Conſtitutione, peto, rogo, an judicium ferre ex ſyderum poſitione, ſive horoſcopo nati, an futurus ſit doctus, vel ignarus, pauper, vel dives, ſi homicidia, aut latro, ſi caſtus, vel impudicus, ſi aſcenſurus ſit ad magnas dignitates, nec ne, & alia hujuſmodi; ſit judicium ferre circa humanos actus, & effectus merè contigentes, nec ne? Non enim negari poteſt, quin illa omnia ſint merè contigentia, & maximè pendeant ab humanis actionibus. Examinent inde ſuas prædictiones, & videbunt ſi rem licitam faciant, an potiùs damnatam artem exerceant. Quòd ſi ſe continent intra limites conceſſi, juxta ſuperiùs dicta nil habeo adversùs eos, nec allegata adversùs Aſtrologos judiciarios, vim aliquam adversùs eoſdem habere fatemur.

116. Denique Aſtrologos judiciarios non eſſe conſulendos, præcisâ etiam quacumque prohibitione tàm divinâ, quàm humanâ, Romanam juventutem monebat Phavorinus apud Aulum Gellium, hac ratione. „ Aut adverſa ventura dicunt, aut proſpera. Si dicunt proſpera, & fallunt; miſer fies fruſtra expectando. Si vera reſpondent, eaque ſunt non proſpera; jam inde ex animo miſer fies, antequam è fato fias, Si felicia promittunt, eaque eventura ſunt, tùm plane duo erunt incommoda, & expectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit, & futurum gaudii fructum ſpes tibi jam defloraverit. Nullo igitur pacto utendum eſt iſtiusmodi hominibus res futuras præſagientibus. „ *Hactenus Phavorinus*.

COMMENTARIUS

In Hæreſim V.

117. **N***On licere orare*) Hæc magis ad diſciplinam ſpectat materia, quàm ad dogma, niſi quia crederet aut inutilem eſſe orationem, quæ ſit versâ facie ad Orientem, vel peccaminoſam; aut Deum præcepiſſe ſic non eſſe orandum, adeout ſub ſalutis diſpendio Chriſtianus teneatur non ſic, ſed ſic orare hoc eſt, non versâ ad Orientem facie, ſed ſemper conversâ ad Hieruſalem. An ita ut dogma fidei credendum docuerit Elxai, non tradit Epiphanius, nam ſolùm dicit: *Nam, & ad Orientem converſo vultu precari prohibet, negatque intentos in eam partem nos eſſe oportere, ſed Hieroſolymam versùs undequaque proſpicere*. Potuerunt ergo hunc ritum introduxiſſe, ut etiam in modo orandi ſecernerentur Elceſaitæ à communi univerſorum Fidelium

lium cœtu, nam tunc temporis Catholici
orare conſueverant, verſâ ad Orientem facie.
Veriùs tamen, cùm Elceſaitæ maximè judai-
zarent, Judaicum morem etiam in hoc re-
tinere voluerunt.

118. Etenim Judæi verſâ ad Occidentem
facie, ſeu rectiùs contra Hieruſalem orare
conſueverant. Sic legimus in Daniele Pro-
pheta cap. 6. num. 10. „ Quod cùm Daniel
„ comperiſſet, ideſt conſtitutam legem, in-
„ greſſus eſt domum ſuam, & feneſtris aper-
„ tis in Cœnaculo ſuo, contra Hieruſalem
„ tribus temporibus in die flectebat genua
„ ſua, & adorabat confitebaturque coram
„ Deo ſuo, ſicut & ante facere conſueve-
„ rat. „ Hinc eſt quòd apud Ezechielem Pro-
phetam cap. 8. verſ. 15., inter majores abo-
minationes recenſetur illa Senum, qui con-
verſo dorſu contra Templum, ad Orientem
& ad ortum Solis orabant. „ Et ad me: cer-
„ tè vidiſti fili hominis; adhuc converſus
„ videbis abominationes majores his. Et in-
„ troduxit me in atrium Domus Domini
„ interius. Et ecce in oſtio templi Domi-
„ ni inter veſtibulum, & altare, quaſi vi-
„ ginti quinque viri dorſa habentes contra
„ Templum Domini, & facies ad Orien-
„ tem, & adorabant ad ortum Solis. „ Quem
locum expendens S. Hieronymus, in mo-
re Judæis fuiſſe tradit, numquam orare fa-
cie ad Orientem verſâ; „ Eò quòd *inquit*,
„ contempto Domino, ideſt Creatore, ado-
„ rarent Solem, ideſt Domini Creaturam,
„ præcipiente ipſo Domino per Moyſen:
„ quòd nequaquam in morem Gentilium
„ contra Orientem Deum adorare deberent;
„ ſed in quacumque fuiſſent Orbis parte,
„ ſive ad Orientem, ſive ad Occidentem,
„ ſive ad Meridiem, ſive ad Septemtrionem
„ adorarent contra Templum; ubi Sancta
„ Sanctorum habitare Dominus credebatur,
Hæc Hieronymus.

119. At Chriſtiani primitivæ Eccleſiæ,
mutato ritu, jam completâ prophetiâ, ad
Orientem orare verſâ facie conſueverunt.
Sic Chriſtianorum Templa ut plurimùm ad
Orientem converſa extrui ſolebant; unde Ter-
tullianus lib. contra Valentinianos cap. 2.
Noſtræ columbæ domus ſimplex, ait, *etiam
in editis ſemper, & apertis, & ad lucem
amat figuram Spiritus Sancti, Orientem Chri-
ſti figuram*. Et Paulinus Epiſcopus Nolanus
in Epiſt. 12. ad Severum data, notat præter
morem Severum Baſilicam ædificaſſe, non con-
ſtructo proſpectu ad Orientem. *Proſpectus
verò Baſilicæ* inquit, *non ut uſitatior mos eſt,
Orientem ſpectat, ſed ad Domini mei Beati
Felicis Baſilicam, pertinet*. Baſilius verò in li-
bro de Spiritu Sancto cap. 27. inter eas Chri-
ſtianorum Conſuetudines, recenſet ad Orien-
tem orare, quæ nullâ Scripturæ authorita-
te ſunt roboratæ: *Ut ad Orientem verſi pre-
cemur, quæ nos, inquit, docuit Scriptura?*

120. Nec ſine aliqua rationabili cauſa
primi Patres Eccleſiæ, hanc conſuetudinem
ſervandam in praxi voluerunt. Et quidèm
diverſæ congruentes aſſignantur rationes: nam
S. Auguſtinus tom. 4. lib. 2. de Sermone
Domini in Monte cap. 5. exponens verba
illa: *Pater noſter, qui es in Cœlis*, dicit
nos ad Orientem orando converti, unde
Cœlum ſurgit, ut ad cœleſte corpus, Ter-
renum corpus noſtrum convertamus. „ Cu-
„ jus rei ſignificandæ gratiâ, cùm ad ora-
„ tiones ſtamus, ad Orientem convertimur,
„ unde Cœlum ſurgit: non tanquam ibi ſit
„ Deus, & quaſi cæteras Mundi partes de-
„ ſeruerit, qui ubique præſens eſt, non
„ locorum ſpatiis, ſed Majeſtate potentiæ:
„ ſed ut admoneatur animus ad naturam
„ excellentiorem ſe convertere, ideſt ad Do-
„ minum, cùm ipſum corpus ejus, quod eſt
„ terrenum, ad Corpus excellentius, ideſt
„ ad Corpus cœleſte convertitur.

121. S. Gregorius Nyſſenus in lib. de
Oratione Dominica, orat. 5. aliam affert ra-
tionem, volens orandum facie ad Orientem
verſâ, ut orantes ſpectemus locum unde eje-
cti fuimus, primamque hominis patriam ob
lapſum primi hominis amiſſam, inquiens:
„ Quando ad Orientem nos converterimus
„ (non quòd Deus illic dumtaxat videatur:
„ qui enim ubique eſt, in nulla parte pe-
„ culiariter, & ſeparatim comprehenditur,
„ nam ex æquo continet res univerſas) ſed
„ quòd in Orientibus partibus prima nobis
„ patria ſit (dico autem de ea, quam in
„ Paradiſo habuimus habitatione, ex qua
„ ejecti ſumus: *plantavit enim Deus Pa-
„ radiſum* in Edem, in partibus Orientali-
„ bus.) Cùm igitur ad Orientaleis parteis
„ reſpicimus, & recordamur, quemadmo-
„ dum ex lucidis, & Orientalibus Beati-
„ tudinis locis ejecti ſumus, meritò talem
„ vocem proferimus, qui à malâ vitæ ficu
„ obumbramur. *Et paulò poſt*. In his igi-
„ tur verſantes, quemadmodum ille Prodi-
„ gus poſt longam ærumnam, quâ porcos
„ paſcens conflictabatur, ubi ſicut & ille
„ ad noſmetipſos redierimus, & de cœleſti
„ parte cogitare cœperimus, recte talibus
„ vocibus utimur, *remitte nobis debita no-
„ ſtra*.

122. Auctor Quæſtionum & Reſponſ.
Juſtino Martyri adſcript. Quæſt. 118. quæ-
rit. *Cur nos, ut præclarum opus & divi-
num domicilium, Solis patriam & ſedem exi-
ſtimantes, tùm illam intuemur, cùm laudes
Deo tribuimus, & eum precamur? A' qui-
bus etiam Chriſtiani hunc morem traditum
acceperunt*. Interrogatio eſt hominis Genti-
lis, cui ſic reſpondit Auctor: „ Quia eo-
„ rum, quæ apud nos ſunt meliora, atque
„ præſtantiora, ad Dei honorem ſecernimus.
„ Hominum autem opinione & ſententiâ,
„ ea pars in qua Sol oritur, cæteria crea-

„ tæ

„ tæ naturæ partibus præſtautior aſt, Orien-
„ tem cum precsmur omnes intuemur. *Et*
„ *paulò poſt ſubjungit*: In omni enim loco
„ oriens Sol ſe ſe offert precantibus; quo-
„ nismque quam in partem cernendi ſen-
„ ſum couvertimus, in ea adoramus, nec
„ fieri poteſt, ut precum tempore quatuor
„ Cœli partes intueamur, uuam Orbis par-
„ tem intueutes, veneramur & adorsmus,
„ nou quòd ſolum Dei opus ſit, nec quòd
„ es pars Deo ad hsbitandum ſecreta con-
„ ſtituta ſit; ſed quòd locus ſit veneratio-
„ ni, & cultui, qui à nobis Deo adhibe-
„ tur, conſtitutus. A' quibus autem Eccle-
„ ſia precandi morcm accepit, ab iis etiam
„ ubi precsndum ſit, accepit, ideſt, à Sanctis
„ Apoſtolis.

123. Walſridus Strabo lib. de Rebus Eccleſiaſt. cap. 4. „ Congruum eſt, *inquit*,
„ & ſalubri more inſtitutum, ut Orientem
„ versùs, facies oraudo vertamus: quia ſi-
„ cut ab Oriente lucis adventum ſuſcipi-
„ mus corporeæ, ſic in orationibus illumi-
„ nari ſuper nos vultum illius depoſcimus,
„ de quo ſcriptum eſt: *Ecce vir, Oriens*
„ *nomen ejus*. Et, *viſitavit nos oriens ex*
„ *alto*.

124. Denique Damaſcenus lib. 4. Orthodoxæ fidei cap. 13. ab hujuſmodi rationibus non ſe retrahit, eaſdem ipſe recenſet, & aliquid addit: „ Non ſimplieiter, *inquit*, &
„ fortuitò ad Orientam adoramus, ſed quia
„ ex viſibili, & inviſibili, ideſt intellectua-
„ li, & ſenſibili conſlati ſumus uaturâ, du-
„ plicem adorationem Conditori noſtro offe-
„ rimus: ut & mente pſsllimus, & corpo-
„ ralibus labiis, & baptizamur aquâ, &
„ ſpiritu, & dupliciter Domino unimur,
„ Myſteriis partieipantes, & grstiâ ſpiritus.
„ Quis igitur & Deus eſt lux intelligibi-
„ lis, & Sol juſtitiæ, & Oriens in Scriptu-
„ ris nomiuatur Chriſtus; dedicandus eſt illi
„ Oriens ad adorationem. Nam omne præ-
„ ſtantius, magiſque bonum Deo offeren-
„ dum, à quo omue bonum beuignè largi-
„ tur. Dieit autem Divinus David: *Regna*
„ *terræ cantate Deo, pſallite Domino, qui*
„ *aſcendit ſupra Cœlum Cœli ad Orientem*.
„ Et quia dieit Scriptura: Plantavit Deus
„ Paradiſum in Eden ad Orientem, ubi ho-
„ miuem, quem plaſmavit poſuit: quem
„ tranſgredientem, exilio mulctavit, & è
„ regione Parsdiſi ipſum habitare fecit, ab
„ Occideute videlicet. Autiquam igitur pa-
„ trism requirentes, & ad ipſsm ſuſpiran-
„ tes, Deum adoramus. Et Maſioum Ta-
„ bernaculum ad Orientem habebat velum,
„ & propitiatorium, & Tribus Juda, ut
„ honorabiliſſima, ad Orieutem caſtrs po-
„ nebat. Et in famigerato Salomonis Tem-
„ plo, porta Domini ad Orieutem ſtatue-
„ batur. Verùm etiam & Chriſtus Cruci-
„ fixus, ad Occidentem reſpiciebat. Et ſic
„ adoramus ad ipſum ſuſpirantes. Et aſ-
„ ſumptus ad Orientem ferebatur, & ſic
„ ipſum Apoſtoli adoraverunt. Et ſie veniet
„ quemadmodum intuebantur ipſum euntem
„ in Cœlum, ut Angeli dixere ad Apoſto-
„ los, & ut ipſe Dominus dixit: *Quemod-*
„ *modum fulgur egreditur ab Oriente, &*
„ *pervenit uſque ad Occidentem, ſic erit*
„ *adventus Filij hominis*. Ipſum igitur expe-
„ ctantes, ad Orientem adoramus. Non
„ ſcipts autem eſt hæc Apoſtolorum tradi-
„ tio: uam multa ſine ſcripto uobis tradita
„ ſunt. „ *Hæc Damaſcenus*.

125. Adeò tensces fuere priſci illi Fideles in hoc ritu reſpiciendi Orientem, ut non ſolùm ipſi viventes, hoc in eorum precibus exactè obſervarent, verùm etism mortui eorum corpora ſupina in Sepulchris facie Orientem reſpicerent. De quo ritu Duran. in Rationsl. csp. 7. ſcribit. „ Debet autem quis
„ ſic ſepeliri, ut capite ad Occidentem po-
„ ſito, pedes dirigat ad Orientem, iu quo
„ quaſi ipsâ poſitione orat, & innuit quòd
„ promptus eſt, ut de occaſu feſtinet ad or-
„ tum, de Mundo ad Sæculum. „ *Hæc Duran.*
Et coutra Orientalem plagsm condita fuiſſe Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli corpora, tradit Iſidorus Hiſpal. lib. de Vita & Morte 55. cap. 75. & 80. Immò Beda in cap. 16. Msrci, lib. 4. tom. 5. ſcribit etiam Chriſtum hoc pacto ſepultum fuiſſe, inquiens:
„ Introeuntes ab Oriente in domum illam
„ rotundsm, quæ in petra eſt exciſa, vi-
„ derunt Angelum ſedentem ad Meridiansm
„ partem loci illius, ubi poſitum fuerat cor-
„ pus Jeſu. Hoc enim erat in dextris; quòd
„ nimirum Corpus, quod ſupinum jacens
„ caput habebat ad Occaſum, dexteram ne-
„ ceſſe eſt haberet ad Auſtrum. „ *Hactenus*
Beda. Nee deſunt, qui etiam aſſerant, eos qui baptizandi erant, versâ ad Occidentem facie Satanæ abrenuntisre conſueviſſe, converſos poſtmodum ad Orientem, Chriſtum ſalutare, & ſimul adorsre pariter iu more habuiſſe. Cyrillus Hieroſolymit. Catecheſ. 1. Myſtag. „ Primùm ingreſſi eſtis in porticum
„ Domus Baptiſterii & ſtantes versùs Occi-
„ dentem, mandari vobis audiſtis, ut protensâ
„ manu, tanquam præſenti Satanæ renunciare-
„ tis. *Et paulò infrà*. Qua de cauſa verò
„ versùs Occaſum ſteteritis, opere pretium
„ eſſe puto explicare. Cùm Solis occaſus,
„ apparentium tenebrarum ſit locus, Diabo-
„ lus autem cùm ſit tenebræ, robur in illis
„ ſuum hsbet: ideircò, ſymbolice Occaſum
„ ſpectsntes, caligiuoſo illi teuebrarum Prin-
„ cipi renuncietis.

126. Non eſt tamen prætereundum id quod legimus apud S. Leouem Magnum Serm. 26. qui eſt Serm. 7. de Nativitate, ubi damuare videtur veluti ſuperſtitioſum quorundam ritum, qui iu Atrio Vaticanæ Baſilicæ S. Petri antequam illud ingrederentur,

tur, ad Orientem ſe vertebsnt adorantes. Etenim cap. 5. ejuſdem Sermonis ita dicitur; „ De talibus inſtitutis etiam illa generatur impietas, ut Sol inchoatione diurnæ lucis exurgens, à quibuſdam inſipientioribus de locis eminentioribus adoretur: quod nonnulli etiam Chriſtiani adeò ſe religiosè facere putant, ut priuſquam ad B. Petri Apoſtoli Baſilicam, quæ uni Deo vivo, & vero eſt dedicata, perveniant, ſuperatis gradibus, quibus ad ſugeſtum areæ ſuperioria aſcenditur, converſo corpore ad naſcentem ſe Solem reflectant, & curvatis cervicibus in honorem ſe ſplendidi Orbis inclinent. Quod fieri partim ignorantiæ vitio, partim Paganitatis ſpiritu, multùm tabeſcimus & dolemus: quia etſi quidam fortè Creatorem potiùs pulchri luminis, quàm ipſum lumen, quod eſt Creatura, venerantur; abſtinendum tamen eſt ab ipſa hujuſmodi ſpecie officii, quam cùm in noſtris invenit, qui Deorum cultum reliquit, nonne hanc ſecum partem opinionis vetuſtæ tanquam probabilem retentabit, quam Chriſtianis, & impiis viderit eſſe communem? Abiiciatur ergo à conſuetudine Fidelium damnanda perverſitas, nec honor uni Deo debitus, eorum ritibus, qui creaturis deſerviunt, miſceatur. „ *Hactenus S. Leo*.

127. Scribit Baronius ſub anno 58. & Spondanus ibi n.43.& ſub anno 443.ubi Spondanus ſub num. 1. hoc feciſſe Leonem propter Manichæos, & Priſcillianiſtas, qui Solem ad Orientem adorabant: „ Eòque in his Leo proceſſit, *ait Spondanus*, ut cùm ex Majorum præſcripto (de quo aliàs dictum eſt) Chriſtiani Deum adorare conſueſcerent ad Orientem converſi; quia tamen idipſum etiam factitabant, impiè Solem colentes Manichæi; interdixerit tunc Catholicis ejuſmodi ad orientem Solem uſum adorandi, ne quid commune cum Manichæis haberent, & ex eo ipſi Manichæi faciliùs detegerentur. „ *Hæc Spondanus*, & ſub anno 58. cit. num. 43. idem repetit, nam relato priſcorum Chriſtianorum uſu orandi contra Orientem, ſubjungit: „ Cùm verò iſtius ritus occaſione, in nonnullos elanculùm ſuperſtitio quædam Romæ irrepſiſſet; ne quid ea in re commune cum Gentilibus, aut Priſcillianiſtis, qui Solem orientem adorare conſueverant, Fideles haberent, S. Leo Papa quam citiſſimè proſpiciens, ab eo ritu abſtinere juſſit. „ *Hæc ille*.

128. Sed cum S. Leo urgeat eos, qui hæc faciebant in ingreſſu Baſilicæ S. Petri, non verò aliarum Eccleſiarum; quærenda eſt hujus rei cauſa. Mos tunc temporis erat, ut Chriſtianorum Templa Solem orientem reſpicerent, eumque ingredientes adverſum haberent, & ideo opus non erat ut ingredientes, ad Orientem adorando Corpus reflecterent. At verò cùm Baſilica S. Petri, ſicut & aliæ quædam antiquæ Urbis Baſilicæ, Solem occidentem ab introitu reſpiceret, hinc factum eſt, ut Chriſtiani qui contra Orientem orare conſueverant, nè antiqua conſuetudo à Patribus recepta, atque in ipſo quoque baptiſmate uſurpata penitùs obliteraretur, hunc ritum retinerent, ut in ipſo ingreſſu Baſilicæ S. Petri terga vertentes ad Occidentem, facie ad Orientem converſâ adorarent. Hoc ergo viſum fuit quaſi ſuperſtitioſum, & ſapere Paganiſmum; & cùm Manichæi quoque, & Priſcilliani, ſic pariter orare conſueviſſent, qui Solem orientem adorabant; ideo S. Leo & Ethnicam ſuperſtitionem prorſus eliminare conatus eſt, & unà ſimul ſecernere voluit Fideles ab Hæreticis prædictis; adeout ex ipſo orandi modo ſecernerentur. Non tamen conſuetudinem orandi ad Orientem, omni ſuperſtitione ſublatâ, in totum abſtulit; nam alibi extra Urbem, & in aliis Baſilicis juxta ipſarum conſtructionem, etiam intra Urbem, idem orandi mos ſervatus fuit, & longe poſt Leonis tempora, adeout, prout notat Caſalius de Veter. Sacr. Chriſt. Ritibus, cap.3. Anno 1300. propter iſtam conſuetudinem orandi in Atrio S. Petri, facie ad Orientem verſâ, Cardinalis Stephaneſcus Bonifacii VIII. Nepos, conſtruere fecit contra portam præfatæ Baſilicæ, opere Muſivo, per Jottum Florentinum in arte pictoria celebrem, Navem in qua conſpiciebatur Chriſtus unà cùm S. Petro, ac cæteris Apoſtolis, ut ſic Fideles Imaginem illam Orientem verſùs poſitam in præfato Atrio adorarent, & omnis ſuperſtitio adorandi Solem vitaretur. Addit idem Caſalius eandem figuram, ſive Navis imaginem proximis præteritis temporibus, per Urbanum VIII. P. M. collocatam fuiſſe ſupra portam majorem intus in prædicta Baſilica.

COMMENTARIUS

In Hæreſim VI.

129. **I***N Juramento*) Ex peſſima Judæorum conſuetudine in jujurandis hæc manavit doctrina: nam Judæi conſueverant per Angelos, & Urbem Hieruſalem, & Templum, & Elementa jurare, atque Creaturas, quam jurandi conſuetudinem ex periculo pejerandi Chriſtus Dominus Matthæi cap. 5. reprehendit, monetque non eſſe per Creaturas jurandum, ſine neceſſitate, immò ſi quid in Jurando permiſſum fuerat Judæis, novâ Lege reprobaverat: *Dictum eſt antiquis*, ait, *non perjurabis*: *reddes autem Domino juramenta tua*. Ego au-

tem

tem dico vobis non jurare omninò, neque per Cœlum quia thronus Dei eſt; neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus; neque per Hieroſolymam, quia Civitas eſt magni Regis; neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum. Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt; non, non: quod autem bis abundantius eſt, à malo eſt. Ex quibus verbis manifeſtum fit, qualia fuerit Judæorum conſuetudo circa juramenta: jurantes per Cœlum, per Elementa, per Angelos, & alias Creaturas.

130. Hinc S. Hieronymus in prælaudatum Matthæi locum ſcribit: „ Hanc per
„ Elementa jurandi peſſimam conſuetudinem
„ ſemper habere Judæi noſcuntur. Sicut
„ Prophetalis eos frequenter arguit Sermo.
„ Qui jurat, aut veneratur, aut diligit eum,
„ per quem jurat. In lege præceptum eſt,
„ ut non juremus, niſi per Dominum Deum
„ noſtrum. Judæi per Angeloa, & Urbem
„ Hieruſalem, & Templum, & Elementa
„ jurantes, creaturas reſque carnales ve-
„ nerabantur, honore & obſequio Dei.
Hactenus D. Hieronymus. Peſſimam ergo fuiſſe Judæorum conſuetudinem dicit, jurandi per Elementa Mundi, aliaſque Creaturas, eò quia ſic jurantes videbantur magis honorare Creaturas, quàm Deum, nam qui jurat, veneratur & diligit eum, per quem jurat. Itaque Elxai Elceſaitarum Sectæ princeps, id quod ex corruptela invectum fuerat apud Judæos, pro dogmate inter ſuoa habere voluit; ac proinde per creaturas jurandum eſſe præcepit, & ut non omninò per eaſdem, per quas Judæi jurabant, jurandum firmaret, addidit jurandum eſſe per Salem quoque, per Panem, per Ventum, per Oleum, per Numina, per Æthera. Adeout vellet cum Judæis jurandum eſſe per Elementa, per Angelos, & Spiritus, & ultra etiam addidit, per reliquas ſupra recenſitas Creaturas, in teſtimonium invocatas, nullo habito reſpectu ad Deum ſpecialiter reſidentem in illis.

131. In veteri Lege permiſſum fuit Deum in teſtimonium aſſumi, perjurare autem omninò prohibitum fuit. Sic Exodi cap. 20. num. 7. *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum, nec enim habebit inſontem Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra*. Et Levitici cap. 19. verſ. 12. *Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui: Ego Dominus*. Et ideo Chriſtus Dominus in Evangelio cit., & hanc Legem reſpicit, dum ait: *Dictum eſt antiquis non perjurabis, reddes autem Domino juramenta tua*. Nec tamen prohibuit jurare per Dominum Deum noſtrum, ſed jurare per Angelos, per Urbem Hieruſalem, & per Elementa, quia hoc pacto venerari videntur Creaturas obſequio Dei, ut D. Hieronymus loco ſupra cit. notat, qui poſtea ſubjungit: *Denique conſidera quòd hic Salvator non per Deum jurare prohibuerit: ſed per Cœlum & Terram, & Hieroſolymam, & caput ejus.*

132. Jurare enim per Deum nullâ Lege prohibitum eſt, immò in veteri Lege permiſſum legitur, ut ſupra dictum eſt, & apertè in Deuteronomio cap. 6. verſ. 13. *Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſervies, ac per Nomen illius jurabis*. Idem repetit cap. 10. verſ. 20. *Dominum Deum tuum timebis, & ei ſoli ſervies: ipſi adhærebis, jurabiſque in Nomine illius*. Neque per hoc quòd Salvator Matthæi cap. 5. dicat: *Ego autem dico vobis non jurare omninò*, omne Juramentum interdixit, quia ſtatim ſubjungit: *Neque per Cœlum, quia thronus Dei eſt*, & quæ ſequuntur, indicana abuſum tantùm jurandi per creaturas, voluiſſe radicitùs evellere. Et quamvis etiam poſtea addat: *Sit ſermo veſter, eſt, eſt; non, non; quod autem bis abundantius eſt, à malo eſt*; non tamen hoc dicit, quaſi vellit docere malum eſſe quodcumque juramentum, aut illud prohibere: ſed tantùm facilitatem jurandi, & abſque juſta cauſa, ſive nulla exiſtente neceſſitate, per illa verba prohibere voluit, quia ex facilitate & conſuetudine jurandi, in rebus non neceſſariis, contemnitur Deus, & faciliter, ſic jurantes ad perjurium veniunt, & ideo ait: *quud autem bis abundantius eſt, à malo eſt*, hoc eſt à mala conſuetudine ejus, qui etiam non requiſitus abſque ulla neceſſitate Deum jurat, vel à malo ejus cui juratur, qui fidem dictia ſine juramento præſtare non vult.

133. Hac ergo de cauſa Clemens Alex. lib. 3. Pædag. cap. 11. reprehendit Mercatorum conſuetudinem jurandi, dum mercea vendunt, nam juramento abutuntur: „ Qui
„ aliquid vendit, *inquit*, aut emit eorum,
„ quæ à ſe venundantur, aut emuntur,
„ nunquam duo dicat pretia. Unum autem
„ ac ſimplex dicena, & vera ſtudena dicere,
„ ſi id non conſequatur dum veritatem aſſe-
„ quitur, divea eſt recti animi affectione.
„ Abſit autem omninò reprehendendum jus-
„ jurandum, & ita philoſophentur negocia-
„ tores forenſes, & caupones, *Non aſſu-*
„ *mes nomen Dei tui in vanum*: neque enim
„ eum mundaverit Dominus, qui nomen
„ ejus in vanum aſſumit. Eos autem qui
„ præter hæc faciunt, qui ſunt avari, men-
„ daces hypocritæ, qui veritatem cauponan-
„ tur, ex paterna aula repulit Dominus.
Hæc Clemens cit. cap. 11.

134. Deinde lib. 7. ſtromat. pag. mihi 717. monet propter periculum perjurii non facilè jurandum: „ Longe autem abeſt, *inquit*, ut
„ qui tali pietate probatur, & dijudicatur,
„ ſit

Digitized by Google

„ ſit ad mentiendum propenſus, & ad ju-
„ randum: eſt enim jusjurandum quidèm
„ confeſſio definitiva cum Divina aſſumptio-
„ ne. Qui eſt autem ſemel fidelis, quemad-
„ modum ſe ipſum infidelem præbuerit, ut
„ etiam opus habeat jurejurando, & non ità
„ vitam geſſerit, ut eâ ſit firmum, ac de-
„ finitum jusjurandum, & fidem confeſſionis
„ oſtenderit in conſtanti, ſtabilique vita, &
„ ſermone. *Et poſt pauca*. Jurare enim, eſt
„ jusjurandum, vel tanquam jusjurandum
„ mente conceptum proferre affirmativè. Suf-
„ ficit ergo ei, vel affirmationi, vel nega-
„ tioni addere illud, *Verè dico*, ad com-
„ probandum iis, qui non perſpiciunt ſtabi-
„ litatem ejus reſponſionis. Oportet enim
„ eum habere, ut ego quidèm exiſtimo, apud
„ externos quidem vitam fide dignam, ut
„ ne poſtuletur quidèm ab eo jusjurandum:
„ in ſe ipſum autem, & eos, qui conver-
„ ſantur, animi æquitatem, quæ eſt juſti-
„ tia voluntaria. Jàm verò rectè, & verè
„ jurans, non autem proclivis ad jurandum
„ eſt is qui præditus eſt cognitione, qui ra-
„ rò quidèm accedit ad jurandum, ſed ita
„ ut diximus. „ *Hæc Clemens*, qui non dam-
nat abſolutè jurmentum, ſed abuſum illius, ac præter neceſſitatem adhibitum, & vult in eo, qui eſt probatæ vitæ non eſſe neceſſarium jusjurandum, ſanctitas enim ipſa vitæ, ac morum probitas, quovis juramento fide dignior cenſentur. *Ubinam ergo*, ait, *eſt amplius opus jurejurando ei, qui ita vivit ut qui pervenerit ad ſummum veritatis*. Immò monet abſtinendum quantùm fieri poteſt à jusjurando, ut quis longe abſit à perjurio: *Qui ergo* ſubdit, *nè jurat quidem, multùm abeſt ut ſit pejeraturus*.

135. Et hoc etiam docet S. Auguſtinus in Epiſtola 89. ad Hilarium data contra Pelagian. & Manichæos, in fine ubi ait: „Ju-
„ rationem cave quantùm potes. Meliùs
„ quippe nec verum juratur, quàm jurandi
„ conſuetudine, & in perjurium ſæpe cadi-
„ tur, & ſemper perjurio propinquatur.
„ Sed illi, quantùm aliquos eorum audi-
„ vi, quid ſit jurare prorſus ignorant; pu-
„ tant enim ſe non jurare, quando in ore
„ habent, *Scit Deus*, *Teſtis eſt Deus*, &
„ *Teſtem Deum invoco ſuper animam meam*:
„ quia non dicitur, *per Deum*, & quia ta-
„ lia reperiuntur in Apoſtolo Paulo, ſed
„ etiam illa ibi contra eos inventa eſt,
„ quam non confitentur eſſe jurationem,
„ ubi ait Apoſtolus; *Quotidiè morior, per
„ veſtram gloriam fratres, quam habeo in
„ Chriſto Jeſu Domino noſtro*. In Græcis
„ autem codicibus reperitur omninò eſſe
„ hanc jurationem, ne quis in Latina lin-
„ gua hoc ſi intelligat dictum: *Per veſtram
„ gloriam*, quomodo dictum eſt, *Per meum
„ adventum iterum ad vos*, & multa ſimi-
„ lia; ubi dicitur per aliquid, & non eſt
„ juratio. Sed non ideo, quia in ſuis lite-
„ ris juravit Apoſtolus, vir in veritate fir-
„ miſſimus, ludus nobis debet eſſe juratio.
„ Multò enim tutiùs, ut dixi, quantùm ad
„ nos attinet, nunquam juramus: ut ſit in
„ ore noſtro, *Eſt, eſt*; *non, non*; ſicut Do-
„ minus monet, non quia peccatum eſt ve-
„ rum jurare, ſed quia graviſſimum pecca-
„ tum eſt falſum jurare, quo citiùs cadit
„ qui conſuevit jurare. „ *Hæc Auguſtinus*,
non damnans juramentum, ſed abuſum illius. Et hac forte de cauſa etiam apud Platonem frequens juratio reprehenditur, cùm in lib. de Legibus, apud Clementem Alexandrinum lib. 5. Strom. pag. mihi 597. ſcribat: *Laus autem & jusjurandum abſit de re qualibet*.

136. Conſtat ergo in ſe & abſolute malum non eſſe juramentum, nec in Evangelica Lege prohibitum, quamvis ab eo quantùm fieri poteſt abſtinendum ſit, nec eo utendum niſi in re gravi, & juſta de cauſa. Patres verò nonnulli dum reprobare videntur juramentum, ſolùm intendunt abuſum reprobare, dum plurimi ex prava conſuetudine in quavis re levi, & ſine ulla neceſſitate juramentum adhibent, hinc ſæpe fiunt perjuri. Et ſic pariter nolunt omninò eſſe jurandum per Creaturas, quemadmodum in conſuetudine habebant Judæi, & docuerat poſtea Elxai. Juramentum enim adhibendum eſt ad juſtificandas humanas actiones, & ad finiendas inexplicabiles controverſias, quæ humano judicio diſſolvi non poſſunt, unde Deus vocatur in Teſtem, ut ipſe ea cognoſcat, de quibus apud nos controverſia eſt, cùm verax ſit, & mentiri non poſſit. Ex reverentia ergo quam Deo exhibemus, & propter ſummam æſtimationem, quam de ipſo habemus in Teſtimonium vocamus: Si ergo Creaturas in teſtimonium vocamus, excluſâ Dei invocatione tacitâ, nonne Creaturis reverentiam illam, & exiſtimationem, quæ ſoli Deo debetur, exhibemus? Hoc certè impium eſt, & ſpecies eſt Idololatriæ, & ideò impii ſunt Elceſaitæ, & qui eos ſectantur, ac etiam Idolatris affines.

COMMENTARIUS

In Hæreſim VII.

137. Q*Vodlibet Sacrificium ingratum eſſe Deo*) Porphyrius apud Euſebium lib. 4. de Præparat. Evangelica cap. 11. in ea fuit ſententia, nihil ex materia conflatum Deo ab omni materia ſejuncto offerendum. „ Ac Deo quidem, *inquit*, rerum omnium Principi, nihil eorum, quæ ſenſus attingit (quemadmodum Sapiens quidam præcepit) neque adolentes, neque conſecrantes: Nihil enim ex materia conflatum eſt, quod idem non ei, qui ab omni materia ſejunctus eſt, impurum continuò fuerit. „ Hæc Porphyrius, & aſſentitur Apollonius Tyanæus apud eundem Euſebium citatum cap. 13. ubi ſic ait: „ Equidem ſic exiſtimo, juſtis eum, veriſque Religionis officiis Numen colere, ſibique per ſe ſe propitium illud ac ſecundum præ cæteris hominibus habere poſſe, ſi Deo quidem illi, quem principem diximus, quique & unus eſt, & longo à reliquis intervallo ſejunctus, ſecundùm quem utique cæteros cognoſci neceſſe eſt, nihil unquam ſacrificarit, ignem non accenderit, nec eorum, quæ ſenſibus uſurpantur, quicquam planè conſecrarit. *Et in fine*. Hæc igitur ſi audimus, nil planè ſummo illi, ac rerum omnium Moderatori Deo ſacrificandum eſt. „ *Hæc Apollonius*, qui poſtea citat Theophraſtum interdicentem, ne à quoquam, ſi modò veram pietatem ac religionem colere velit, res animatæ Diis immolentur. An verò Elceſaitæ eo, quo iſti uſi ſunt fundamento, omnia Sacrificia abiiciant, aut alia de cauſa mihi non conſtat.

138. Certè apud Græcos alia fuit Theologia, & de Sacrificiis, & Diis quamvis falſis, plura ſcripſerunt, hinc varii Sacrificandi ritus apud eoſdem extiterunt, ab Apollonis oraculo edocti, ut idem Euſebius ex quodam Auctore Græco refert in lib.4. de Præparat. Evangel. cap.9. ubi Oraculi verba recenſet, quæ ſic ſe habent.

Hoc age rite memor Superum, qui Numine dextro et
Hoc iter ingreſſus. Felicibus hoſtia Divis
Abs te cæſa cadat, qui Terras, altaque Cœli
Templa tenent, Ætheriâ regione morantur,
Aeriosque regunt tractus, quique humida Ponti
Marmora, quique Umbras ſortiti, Erebumque profundum;
Res etenim fuſa eſt Divum natura per omnes.
Sed quo quæque tibi mactanda animantia ritu,
Ante canam; puris reſponſum incide tabellis.
Terna quidem Laribus, totidemque ſacrare memento
Cœlitibus, verùm hoc diſcrimine: candida nempe
Cœlitibus, Laribus ſit concolor hoſtia Terræ.
Quæ Laribus fient, in ternas divide partes.
Atque Diis Erebi, terrâ ſepelito ſub altâ,
Fumantemque cavis ſcrobibus demitte cruorem
Fundito mel Nymphis, & mollia dona Lyæi.
Quæ circumvolitant humiles vaga Numina Terras,
His circum exundans ſucceſa altaria Sanguis
Impleat, & ſacros Avis integra cedat in ignes;
Sed prius infuſo ſubigens tunſa ordea melle,
Hæc Thuri admixta, & ſalſas ſuper injice fruges.
Dum glauci Maris ad tenues facturus arenas
Veneris, in caput excuſſum, totamque profundos
Porricito in fluctus Volucrem. Queis ritè peractis,
Ad magnos exinde choros veſtigia flecte
Cœlituum, ſacer Æthereis honor omnibus idem.
Effuſum ſcatebris ad farrea liba cruorem
Stagnare, & nota Deis apponere membra,
Summa quidem flammis imponere; cætera menſis.
Tu liquidas gratis imple ſuffitibus auras
Interea, & caſtis urge pia Numina votis.

139. Hoc itaque ſtante oraculo, Sacrificiorum ritus apud Græcos talis erat, ut ſecundùm ipſorum Numinum diverſitatem, ſic & ritus diverſi in Sacrificiis tenerentur. Erant enim apud eos diverſa Numinum genera, ſive diverſi Dii, Cœleſtes ſcilicet, Terreſtres, Subterreſtres; Aerei, & Marini; quare idem Philoſophus quem *Myſtes* appellat Euſebius in fine cap. 9 cit. in lib. de Oraculorum Philoſophia, explicans præallegata Oraculi verba ait: „ Sacrificiorum eiuſmodi ritus eſt, ad eam, quæ ſuperiùs

„ alla-

„ allata eſt, Numinum partitionem accom„ modatus. Nam quòd ex Diis aliqui ſub„ terranei ſint, alii terrarum incolæ; ac „ ſubterranei quidem inferi, quemadmodum „ terrarum incolæ terreſtres præterea no„ minantur; Victimas quatrupedes, eaſque „ nigri coloris omnibus ex æquo immola„ ri, diſſimilem tamen Sacrificii ritum eſſe „ jubet.

140. Deinde ſequitur: „ Terreſtribus „ enim hoſtiam Altari impoſitam jugulari „ præcipit; ſubterraneis autem in ſovea, ſic „ nimirum ut cadaver integrum terrà quaſi „ ſepultum obruatur. Nam quadrupedes qui„ dem cum illis omnibus eſſe communes, ſe„ quentibus verſibus ita declarat.

„ *Terrarumque Erebique Deis communia*
„ *ſolis*
„ *Quadrupedum Agnorum juvenilia cor-*
„ *pora ſunto.*

„ Aeriis autem Numinibus immolandas Vo„ lucres, totaſque flammis concremandas, „ earumque ſanguinem circum Altare fun„ dendum eſſe monet. At Marinis, Volu„ cres quidem, ſed quæ atro colore ſunt, „ ac medios in fluctus vivæ adhuc ſpiran„ teſque porriciantur. Sic enim ait:

„ *Omnibus hiſce Deis volucris. Sed ni-*
„ *gra Marinis.*

„ Diis quidèm omnibus ſi terreſtres exci„ pias, volucres aſſignans, ſoliſque Marinis „ atras, cæteris igitur candidas. Jam verò „ cœleſtibus Aetheriiſque Numinibus ſum„ mas dumtaxat candidarum victimarum „ partes conſecrandas; quod ſupereſt, come„ dendum eſſe docet: Hoc enim ex ſolo Vi„ ctimarum genere veſci ſas tibi eſſe, non ex „ alio. „ *Hæc, & alia Myſtes Philoſophus.*

141. Denique Euſebius cap. 10. ſubjungit, hunc eundem Philoſophum deteſtatum eſſe huiuſmodi Animantium Sacrificia, immò docuiſſe non eſſe intra Deorum numerum recenſendos, qui eiuſmodi delectantur Sacrificiis. „ Ibi enim, *ait Euſebius*, recto plane, „ ſanoque adductus conſilio, nec Deum præ„ potentem, nec ſecundas ab eo Cœleſtes, „ Divinaſve Virtutes, ullo prorſus aut ſuffi„ tus aut Sacrificii genere colendas eſſe, uni„ verſè ante omnia profitetur. Deinde pro„ greſſus ulteriùs, uulgi opiniones ita refel„ lit, evertitque, ut eos pro Diis abendos „ eſſe neget, quotquot animalium Sacrificiis „ delecteutur: cùm enim mactare animantia „ res ſit omnium iniquiſſima, quamque ut „ impietatis & exitii plenam deteſtari omnes „ execrarique debeant, longe profectò abeſ„ ſe, Diis ut placere queat. „ *Hæc Euſebius.*

142. Certè ex huius Philoſophi doctrina, contra uulgi opinionem, profitentur cum Elxæo Elceſaitæ, omnia Sacrificia ingrata Deo, & per hoc contra aperta Sacræ Scripturæ Teſtimonia negant Patres ullum Sacrificium Deo obtuliſſe. Conſtat enim ex libro Levitici quot Sacrificia Deus offerri juſſerit, & quoſnam ritus adhibendos mandaverit in huiuſmodi Sacrificiorum oblationibus, adeout hoc negare, ſit totum librum Leviticum repudiare, immò, & fere univerſam Veteris Teſtamenti ſcripturam, cùm fere ubique mentio habeatur Sacrificiorum. Et quidem ſoli vero Deo debentur Sacrificia, qua de cauſa Dæmon volens æmulare ſibi Sacrificia offerenda à ſuis juſſit, quæ certè non debebantur ei: nec juſſiſſet, ſi neſciſſet ſoli Deo convenire. Ita notat S. Auguſtinus in lib. 1. contra Adverſar: Legis, & Prophetar: cap. 18. ubi ait: „ „ Unum tamen ſciant inſipientes, tardi ad in„ telligendum, & præcipites ad reprehen„ dendum, quòd Dæmon ſibi Sacrificium non „ exigeret, niſi Deo vero deberi ſciret. fal„ ſus enim Deus ſic ſe vult honorari ab eis „ quos decipit, quomodò verus Deus hono„ ratur ab eis quibus conſulit, & maximè „ Sacrificium eſt, quod præcipuè debetur „ Deo. *Hæc Auguſtinus.*

143. Sacrificia ergo Deo ingrata non fuerunt, ſi ſibi ea offerri mandaverit: ſed ingrata & exoſa ſemper fuerunt, quæ Demonibus immolant Gentes. Neque Deus Sacrificiis delectatus fuit, quaſi illis indiguerit, ſed quia nobis utilia ſemper fuerunt, quemadmodum & laudibus noſtris non eget Deus, ſunt tamen nobis utiles, ut notat idem S. Auguſtinus in præcit. libro cap. 18. ubi ait: „ Sa„ crificiis autem Deum non egere, quis ne„ ſcit? ſed nec laudibus noſtris eget. Verùm „ ſicut nobis, non illi utile eſt laudare Deum, „ ſic nobis, non illi utile eſt offerre Sacrifi„ cium Deo: quoniam ſingulari, & ſolo ve„ ro Sacrificio pro nobis Chriſti Sanguis ef„ fuſus eſt, Sacrificia veteris legis demanda„ ta fuerunt velut figura Sacrificii incruenti Corporis, & Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti, illius nimirum quod à Sacerdotibus quotidie peragitur in Altari; unde idem S. Doctor ſubiungit: „ Ideo primis tempo„ ribus ad hoc Sacrificium talibus ſignifica„ tionibus prophetandum, immaculatorum „ animalium Sacrificia Deus ſibi juſſit of„ ferri, ut quemadmodum illa immaculata „ erant à Corporum vitiis, ita ſperaretur im„ molandus eſſe pro nobis, qui ſolus im„ maculatus fuerat à peccatis.

144. Porrò S. Hieronymus in Commentar. ſuper cap. 5. Matthæi, notat in Veteri lege victimas Deo fuiſſe immolatas, ne Judæi eas Idolis immolarent. Et lib. 1. in cap. 1. Iſaiæ exponens illa verba: *Quò mihi multitudinem Victimarum veſtrarum, &c.*

Quis

Quis enim quæſivit hæc de Manibus veſtris, ait: „ Hoſtiæ ergo, & immolatio Victima-
„ rum, non principaliter à Deo quæſita ſunt;
„ ſed nè Idolis fierent, & ut de Carnalibus
„ Victimis, quaſi per typum & imaginem,
„ ad Spirituales hoſtias tranſiremus. *Hæc Hieronymus*. Inoleverat ergo peſſima apud
Gentes conſuetudo immolandi victimas fal-
ſis Numinibua. Ut ergo Deus populum
ſuum ab hac impietate retraheret, non omni-
nò ſuſtulit Sacrificium, ſed illud idem, quod
Dæmonibus offerebant Pagani, ſibi vero Deo
dilectua populus offerret, ſed ſub diverſo ri-
tu, aliiſque ſervatia cæremoniis, quemad-
modum Moyſes eidem populo præſcripſerat;
ut ſic Judæorum Sacrificium, figura eſſet Sa-
crificii Chriſtianorum, ut ex Auguſtino ac-
cepimua.

145. Denique idem S. Auguſtinus lib. 10.
de Civit. cap. 19., ad impugnandam hanc
hæreſim Elceſaitarum aggreditur, licèt ſu-
preſſo nomine, dum ait: „ Qui autem pu-
„ tant hæc viſibilia Sacrificia Diis aliis con-
„ gruere, illi verò tanquam inviſibili invi-
„ ſibilia, & majori maiora, meliorique meliora,
„ qualia ſunt puræ mentis, & bonæ volun-
„ tatis officia; profectò neſciunt, hæc ita
„ eſſe ſigna illorum, ſicut verba ſonantia
„ ſigna ſunt rerum. Quò circa ſicut oran-
„ tes atque laudantes, ad eum dirigimus ſi-
„ gnificantea voces, cui res ipſas in corde,
„ quaa ſignificamua offerimus; ita Sacrifi-
„ cantea, non alteri viſibile Sacrificium of-
„ ferendum eſſe noverimua, quàm illi, cu-
„ jua in cordibus noſtria inviſibile Sacrifi-
„ cium nos ipſi debemua. „ *Hactenus S. Auguſtinus*, qui ſub cap. 20. non repudiat ve-
teris Legis Sacrificia, ſed repetit iterum,
à Deo fuiſſe demandata velut ſigna, ſignifi-
cantia Sacrificium noſtrum: „ Unde, ait,
„ verus ille Mediator in quantùm formam
„ ſervi accipiens, Mediator effectua eſt Dei
„ & hominum, homo Chriſtua Jeſus, cùm
„ in forma Dei Sacrificium cum Patre ſu-
„ mat, cum quo & unua Deus eſt, ta-
„ men in forma ſervi Sacrificium maluit eſ-
„ ſe quàm ſumere, ne vel hac occaſione
„ quiſquam exiſtimaret, cuilibet Sacrifican-
„ dum eſſe creaturæ. Per hoc, & Sacerdos
„ eſt ipſe offerena, ipſe & oblatio. Cujua
„ rei Sacramentum quotidianum eſſe voluit
„ Eccleſiæ Sacrificium: quæ cùm ipſius Ca-
„ pitis corpus ſit, ſe ipſam per ipſum diſ-
„ cit offerre. Huius veri Sacrificii multi-
„ plicia, variaque ſigna erant Sacrificia priſ-
„ corum Sanctorum; cùm hoc unum per
„ multa figuraretur, tanquam verbis multis
„ rea una diceretur, ut ſine faſtidio multùm
„ commendaretur. Huic ſummo veroque Sa-
„ crificio, cuncta Sacrificia falſa ceſſerunt.
Hæc S. Doctor. Patet ergo ineptia Elceſai-
tarum docentium, Deo ſemper ingrata fuiſſe
Sacrificia, nec ullum ex antiquis Patribus
Deo obtuliſſe Sacrificia.

COL-

Digitized by Google

COLLATIO

Hæreſum Elceſætarum, cum Hæreſibus quorundam Recentiorum Evangelicorum.

COLLATIO

Hæreſis I. & II.

146. DE prima hæreſi ſatis diximus in parte prima, ubi recenſuimus eos, qui eandem hæreſim hiſce ultimis temporibus ex Evangelicis ab inferis revocarunt, ut videre eſt in Collatione hæreſis XIII. Simonis Magi, & IX. Baſilidis. Sicut alibi, & ejuſdem hæreſis, & recentiorum Sectatorum illius meminimus.

147. Cum Elceſaitis porrò in Hæreſi ſecunda, præter illos, quos recenſuimus in prima parte, & præcipuè in Collat. hæreſ. VI. Cerinth. & I. Ebionæorum, concordant hæretici illi, quos Stanislaus Reſcius appellat Ebionitas novos, dum in Centur. verbo *Ebionitæ novi*, ait: „Ebionitarum antiquiſſima Hæreſis, nota ſatis eſt hominibus Sacrarum literarum ſtudioſis. Hanc ab inferis per Adamum Paſtorem Anabaptiſtam revocatam, videre nunc licet in Lithuania (ipſo Stancaro, & Volano Calvinicola teſtibus) qui Parenesim quandam ad omnes in Regno Poloniæ, & Magno Ducatu Lithuaniæ Ebioniticæ doctrinæ profeſſores edidit, & idem novam reſponſionem, ad nova Ebionitarum contra Pareneſim objecta adjunxit. Negant illi Chriſtum naturà eſſe Deum, ſed merum hominem de Maria natum.„ *Hæc Reſcius*. Qui in verbo *Arriani novi*, pro eadem hæreſi ex recentioribus, præter Servetum, Valentinum Gentilem, Blandratam, Ochinium & Franciſcum Davidem relatos à nobis in prima parte, citat Paleologum, Budnæum, Czechovicz, Gregorium, Paulum, Gomeſium, Farnovium, & omnes Miniſtros Tranſylvanos, negantes Chriſtum eſſe Patri conſubſtantialem, & ab æterno Deum. Et ita faciunt ipſum puram creaturam, quemadmodum fecerunt Cerinthiani, Ebionitæ, aliique, & Elceſaitæ de quibus in præſentiarum agimus.

COL-

C O L L A T I O

Hæreſis III. & IV.

148. ADverſùs Virginitatem, ſive Virginitatis meritum, communiter recentiores Evangelici concordant cum Elceſaitis, prout etiam notavimus in Collatione Hæreſis XVI. Baſilidis, & VII. Ebionæorum. Ex magis tamen recentioribus omne Virginitatis meritum deſtruere conatur Jacobus Peceninus in ſua pro Eccleſia Reformata Apologia edita, Coiræ apud Rhetios anno 1706. cap. 15. Art. 3. ſub num. 4. ubi idiomate Italico ſcribit: „ Come provano i Gieſuiti, che la Virginità ſia ſtato di perfezione? Qual „ Profeta, qual Apoſtolo inſegna, che meritano una gloria vantaggioſa le Ver„ gini? Sono dunque le Monache più perfette che quelle Sante Donne, quali „ ornate di Virtù ſperavano in Dio eſſendo ſoggette a' loro Mariti? Quella „ ſorte di vita, che tanto portano li Gieſuiti, non è in ſe più eccellente di„ nanzi al Trono di Dio, ch'il Matrimonio, come confeſſa uno di loro. „ *Hæc Peceninus*. Sed & Joannes Scharpius apud Joannem Georgium in ſua Converſione, Rat. 3. num. 126. ut cum Elceſaitis concordate videatur, ſcribit: *Virginitas non eſt virtus, ſed res indifferens* 1. *ad Corinth.* 7. *verſ.* 36. 37. *Quia non propter ſe expetitur, nec ei vitium oliquod opponitur. Ergo votum de Virginitote non eſt opus ito Deo grotum, & meritorium, ideoque nec cum opinione meriti vovendum, & ſervondum.* Et iterum in curſu Theologic. Art. de Monach. quæſt. 5. argum. 4. apud eundem Joannem Georgium loc. cit. num. 129. ait: *Votum de Virginitate non eſt opus ita Deo grotum, & meritorium, ideoque nec cum opinione meriti vovendum & ſervandum.* Et argum. 5. *opera*, inquit, *Deo gratioſa ſunt ea, quæ magis libero & ſpontonea: ergo quæ ex voto fiunt, ut continentio Popiſtica, minus Deo grata, ideoque non vovenda.* Sic arguit Scharpius, ut revera cum Elceſaitis, & aliis antiquis hæreticis in hoc quoque dogmate concordet.

149. In hæreſi IV. cum Elceſaitis concordant quotquot Aſtris adſcribunt, quæ ab humana libertate ſolùm pendent, & quotquot etiam arbitrii libertatem denegant, de quibus diximus in Collat. hæreſis XII. Simonis. Item qui Divina & ſupernaturalia fidei Myſteria Aſtris ſubiiciunt, ut Petrus Halliacenſis, qui Diluvium Noë, Nativitatem Jeſu, & Religionis Fideique mutationem Aſtrorum Diſciplinæ ſubjecerat, ut tradit Del Rio lib. 4. Diſquiſit. Magic. cap. 3. quæſt. 1. intra quem numerum recenſet etiam Firmicum, Albumazar, Aponenſem, Machiavellum, & Paulum Jovium. Et ut plures alios omittam, certe Bonatus quidam peſſimum hunc renovavit Errorem, de quo Joannes Picus Mirandulanus lib. 2. in Aſtrologiam, cap. 5. hæc ait: „ Inſanus ille Bonatus uſum ait „ Dominum Jeſum horarum electione, cùm Apoſtolis conſulentibus ne in Ju„ dæam rediret, reſpondit duodecim eſſe horas diei: Horam enim, *inquit*, „ ſibi elegit, quâ illi eum lædere non poſſent, quaſi illos cùm voluit non pro„ ſtraverit, & inter eos in luce diei meliùs tranſiens, eos non latuerit. Mitto „ quàm temerariè, quàm blaſphemè de Divina Franciſci Familia loquatur, & „ Divini amoris Miraculum Martis opus fuiſſe fabuletur. „ *Hæc Picus*, qui conſimilia ſcribit de aliis huic arti addictis.

C O L L A T I O

Hæreſis V. VI. & VII.

150. ELceſaitæ prohibebant orare facie ad Orientem converſâ , at Lutherus contemnebat Templa ad orandum extructa . Etenim in Concione habita in Solemnitate S. Stephani apud Coccium Tom. 2. Theſaur. lib. 3. art. 5. hæc protulit : „ Nullus finis hactenus fuit Templa, & Sacella ex- „ truendi, ut nullus hodie locus illis vacet. Satiùs multò erat , omnia colle- „ gia funditus evertere , igneque conſumere , etiamſi temere & citra juſſum „ Magiſtratus fieret , quàm unam animam adductam in hunc errorem perire. „ Etenim Deus nihil de Templis, de ſolis Animabus præcepit : & hinc liquere „ poteſt, quæ cauſa ſit, quòd Templa crebriùs reliquis edibus fulmine feriun- „ tur: nimirùm quòd Deus nullis æquè infenſus eſt, ſicut in nullis aliis , im- „ mò in nullis Speluncis Latronum, in nullis poſtribulis tanta cædes animarum „ perpetratur. „ Idem voluit Franciſcus Lambertus ad cap. 2. Lucæ , ubi ait : *Impiè quidam multiplicarunt Templa , in eis volentes potiùs , quàm alibi Deum orare*. Calvinus quoque lib. 3. Inſtit. cap. 20. §. 30. deridet Templa ad orandum extructa .

151. Elceſaitæ jurandum eſſe firmarunt per Elementa , & alias Creaturas , quas loco Dei aſſumendas volebant in Teſtes . Verùm Albanenſes , Albigenſes , Apoſtolici , Pauperes de Lugduno , & alii plures apud Prateolum , interdictum Chriſtianis omne juramentum , firmabant .

152. Deniqne affines certè Elceſaitis ſunt Lutherani illi , quorum meminit Coccius lib. 3. cit. art. 4. qui perſuaſi à Luthero omnia neceſſitate abſolutâ fieri, orationem tanquam rem inutilem reiiciebant . Nam Elceſaitæ ingrata Deo Sacrificia ſemper fuiſſe fatebantur, quia nunquam eguit noſtris Sacrificiis ; & iſti Lutherani etiam Orationes de medio tollere conantur ; unde ipſe Lutherus de piis Cæremoniis apud eundem Coccium ait : *Non exiſtimemus Deum placari multo murmure , aut recitatione precationum , ut hactenus obſervatione cæremoniarum factum eſt* . Et Joannes Monhemius in Catechiſmo Dial. 6. ait : „ Non noſtras „ exigit præces Deus , ut iis ad largiendum moveatur , ſed ut fiduciam , ſpem , „ atque amorem noſtrum erga ſe , tanquam optimum Patrem alat , & excolat „ dum orantibus ea dat , quæ daturus erat aliàs. „ Certè ea de cauſa , quâ Elceſaitæ ingrata Deo Sacrificia dixerunt , iſti Orationes ferè inutiles eſſe voluerunt.

CAPUT XI.

SIVE XXXIII.

De Theodotiis, ſive Theodotianis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1. T*HEODOTIANI, à Theodotione quodam inſtituti, hominem tantummodò Chriſtum aſſeverant. Quod dicitur quidem Theodotion propterea docuiſſe, quia in perſecutione lapſus, iſto modo caſus ſui devitare putabat opprobrium, ſi non Deum negaſſe, ſed hominem videretur.*

COMMENTARIUS HISTORICUS.

2. THEODOTIANI *à Theodotione*) Epiphanius in hæreſi 54. à Theodoto non à Theodotione dictos Theodotianos vult, adeòut hujus Sectæ parens, non Theodotion, ſed Theodotus fuerit; & ita Theodoretus lib. 2. hæret. Fabul. & Auctor Appendicis ad lib. de Præſcript. Tertulliani, quibus & Euſebius lib. 5. hiſt. cap. 28. addendus eſt. Et hunc patria fuiſſe Bizantinum, arte Coriarium, profeſſione Chriſtianum, & literis apprimè eruditum, ſcribit Epiphanius, inquiens: *Theodotus igitur iſte Bizanzio oriundus, quæ hodie Conſtantinopolis dicitur, arte Coriarius erat, homo opprimè literis eruditus.* Theodoretus verò: *Etiam Theodotus*, ait, *Bizantinus coriarius, idem cum eo ſentiens* (ideſt cum Artemone) *alij Sodolitati præfuit*. Hinc alius fuit ab altero Theodoto argentario eujus meminit Auctor ille antiquus apud Euſebium lib. 5. hiſt. cap. 28. cit. quem Cajum fuiſſe antumat Photius in ſua Biblioth. cod. 48. Imò Theodotum argentarium auditorem fuiſſe Theodoti coriarii, idem Auctor teſtatur, ubi agens de Aſclepiade, & Theodoto argentario ſubjungit: *Ambo autem iſti Diſcipuli erant Theodoti illius Coriarij.*

3. Cauſam defectionis hujus Theodoti eam fuiſſe tradunt, quòd urgente perſecutione captus, & ductus ad Tribunal Judicis, Chriſtum negaverit, & ut excuſationem aliquam haberet, dixerit ſe non Deum, ſed hominem negaſſe. Sic Auctor Appendicis ad Tertullianum: *Accedit hic Theodotus hæreticus Bizantinus: qui poſteaquam Chriſti pro nomine comprehenſus negavit, in Chriſtum blaſphemare non deſtitit.* Epiphanius verò hiſtoriam hujus ſic enarrat: „ Theodotus igitur iſte Bizanzio oriundus, quæ „ hodie Conſtantinopolis dicitur, arte Co- „ riarius erat, homo apprimè literis eru- „ ditus. Qui cum aliis pleriſque ineunte „ perſecutione comprehenſus (quænam verò „ ea perſecutio fuerit, nondum comperi) „ ſed tum ab Urbis Præfecto cum pluribus „ correptus, cùm de omnibus quæſtio ob „ Chriſti nomen haberetur, cæteri quidem „ Dei famuli reportatâ victoriâ, cœleſte præ- „ mium conſecuti ſunt, Martyrio pro Chri- „ ſto perſuncti. At ille Chriſtum negans, „ & à ſcopo veritatis excidens tranſgreſſor eſt „ factus.

4. Deinde ſubjungit quomodo rubore perfuſus relictâ patriâ Romam venerit, ſed agnitus à quodam & reprehenſus, in ſui ſceleris excuſationem Chriſtum negaverit eſſe Deum, dicens hominem tantùm non Deum negaſſe. „ Qua ex re, *ait*, cùm probro om- „ nium appetitus pudorem ſuſtinere non „ poſſet, relictâ patriâ profugus Romam „ contendit, & illic habitavit. Sed & Ro- „ mæ à quodam agnitus in eandem igno- „ miniam incidit; cùm qui illum ob inſi- „ gnem eruditionem noverant, ob id eum „ incuſarent, quòd homo excellenti doctri- „ nâ præditus a veritate excidiſſet. Quare „ ad ſui excuſationem vanum dogma com- „ mentum eſt, atque ita jactare cœpit: „ *Ego*, inquit, *non Deum negavi, ſed ho-* „ *minem*. Interrogatus, quem demum ho- „ minem? *Chriſtum*, inquit, *hominem ne-* „ *gavi*.

Digitized by Google

„ *gavi*. Hinc prædicandæ falſæ hujus opinionis occaſionem accepit, ut & Theodotiani quorum ille Auctor extitit.

5. Compendioſiùs Damaſcenus in lib. de Hæreſ. juxta edit. Cotelerii tom. 1. Monument. Eccleſ. Græcæ, ſic deſcribit: „Theodotiani, qui à Theodoto coriario bizantino. Hic diſciplinis Græcis inſtructiſſimus fuit. Perſecutione autem tunc urgente, unà cum aliis comprehenſus, iis propter Deum Martyrium ſubeuntibus, ſolus ipſe lapſus eſt. Quis ergo deſertoris probro appetebatur, id excogitavit, ut Chriſtum nudum hominem eſſe affirmaret, propterea quòd accuſaretur Deum negaſſe. *Hæc Damaſcenus*. Idem ſcribit Philaſtrius in Catal. hæreſ. quæ ſub Apoſtolis extiterunt, cap. 3. inquiens: „Poſt iſtos Theodotus quidam Bizantinus genere, denegator Chriſti Dei noſtri, in perſecutione extitit Salvatoris, qui cœpit dicere, docens ita: *Communis homo erat, ut omnes homines, Chriſtus*. Hoc autem dicebat, ut denegationis opprobrium ab hominibus non amplius pateretur, cogitans quòd ſi qui, ei diceret, quare negaſti Chriſtum Deum hominem? diceret, quòd hominem negavi, non Deum.

6. Hujus rei cauſâ excommunicatum fuiſſe à Victore Papa refert author ille antiquus, ſive Caius, relatus ab Euſebio lib. 5. hiſt. cap. 28. cit. ubi refellens jactantiam Sectatorum Artemonis, qui dicebant uſque ad Zepherinum puritatem doctrinæ inviolatam permanſiſſe, ſub Zepherino fuiſſe adulteratam, adeout prædeceſſores Zepherini tenuerint cum Artemone Chriſtum fuiſſe purum hominem; hujuſmodi ergo falſam jactantiam refellens, probat non potuiſſe anteceſſores Zepherini ſentire cum Artemone, ſi Victor Papa excommunicaverat Theodotum ejuſdem Artemonis hæreſis patronum: „Cùm igitur, *inquit*, tot ab hinc annis Eccleſiaſtica doctrina prædicata ſit, qui fieri poteſt, ut omnes uſque ad Victoris tempora eam, quam iſti dicunt doctrinam promulgaverint? Quomodo eos non pudet hujuſmodi calumniam adversùs Victorem concinnare, cùm certò ſciant Theodotum Coriarium, qui defectionis illius Deum abnegantis parens, & auctor fuit, primuſque Chriſtum nudum eſſe hominem aſſeruit, per Victorem à Communione Eccleſiæ ejectum fuiſſe? Nam ſi, ut ajunt, Victor eadem ſentiebat, quæ illorum docet impietas, cur Theodotum opinionis illius Auctorem ab Eccleſia removit?„ *Hactenus ille Auctor*.

7. Ex hoc ergo evincitur hanc hæreſim primùm emerſiſſe ſub Victore Papa, & Lucio Septimio Severo Principe. Aberrant ergo, qui aſſerunt ſub Severi perſecutione lapſum fuiſſe Theodotum: nam hujuſmodi perſecutionem poſt Martyrium Victoris Papæ excitatam legimus. Etenim juxta Myræi Chronic. Perſecutio Septimii Severi conſignatur ſub anno Chriſti CCII. Eodem Septimio Severo Imper. III. & Antonino Caracalla Imp. Coſſ. qui fuit primus vel ſecundus annus inchoatus Zepherini. Et Euſebius ipſe in Chronic. ſtatuit hanc perſecutionem anno, poſtquam Zepherinus Cathedram Petri adeptus fuerat, anno nimirum iuxta eius calculum CCIV. conſignans initis Pontificatus Zepherini ſub anno antecedenti, nimirum CCIII. Hinc Ricciolius initia huius hæreſis collocat ſub anno Domini CXCIV. qui fuit Victoris Papæ annus III. circiter, Septimii Severi annus II. inchoatus. Etenim ſublato Commodo pridie Kal. Januarii anno Domini CXCII. Helvius Pertinax Imperii habenas ſuſcepit, ſed poſt tres menſes tumultu populari occiſus, ſucceſſit Didius Julianus, qui imperavit menſibus duobus, & diebus quinque, ideſt uſque ad Kalendas Junias, cui ſucceſſit Lucius Septimius Severus à militibus in Pannonia acclamatus, ut Herodianus lib. 2. Julius Capitolinus Spartianus, & Xiphilinus ſcribunt: & ſic primum annum Imperii Septimii Severi auſpicatur ab anno Domini CXCIII. Q. Soſio Falcone, & C. Julio Claro Coſſ.

8. Itaque cùm Severi perſecutio non pridem ac anno X. Imperii Severi excitata fuerit, qui fuit annus Domini CCII. ut diximus, & Zepherini Papæ annus II. inchoatus, ſequitur Theodotum lapſum non fuiſſe hac in perſecutione: & ideò valde mihi probabile videtur ſub Commodo Imperatore lapſum, ſub quo complures legimus Martyrio coronatos. Nam perſecutio excitata à Marco Aurelio Antonino anno Domini CLXII., etſi moderata fuerit poſt victoriam, quam de Marcomannia Divino auxilio, Chriſtianorum ope implorato obtinuerat anno Domini CLXXIV., nunquam tamen ubique in totum ceſſavit, unde legimus anno CLXXVII. in Galliis plurima viſa Martyria, & Romæ Soterem Martyrio eodem anno coronatum. Cùmque poſtea anno CLXXX. Bruttio Præſente, & Sex. Quintilio Gordiano Coſſ., Marco Aurelio ultimum diem claudenti in Pannonia, ſucceſſerit Aurelius Commodus Antoninus eius filius, & patri in moribus valde diſſimilis, finem non habuit Chriſtianorum perſecutio, adeout Romæ hoc imperante Principe anno Domini CLXXXVII. pro Chriſti fide Apollonius nobiliſſimus Senator Romanus ſublatus fuerit, & quatriennio vel quinquennio poſtea, pro eiuſdem Fidei confeſſione Martyrium ſubierit. Et ita optimè coniici poteſt ſub eiuſmodi Commodi Imperio Theodotum Chriſtum negaſſe, & inde lapſum fuiſſe in hæreſim occaſione præfatæ negationis.

9. Craſsè errat Lambertus Danæus in libro de hæreſibus cap. 33. ubi ſcribit Theodotum hunc, primùm cognitum fuiſſe hæreticum ſub Eleuthero Epiſcopo, & Severo Imperatore anno à Chriſto paſſo CLXX. Conſtat enim ex dictis Eleutherum, nec unum diem Pontificatum tenuiſſe ſub Imperio Severi, Martyrio coronatum anno ultimo Commodi Imperatoris: & Severi perſecutio nonniſi decennio poſt Eleutheri Martyrium excitata fuit. Rectiùs Guilielmus Cave in ſua literaria hiſtoria Sæculi Gnoſtici, initia hæreſis Theodoti conſtituit ſub anno Domini CXII. qui fuit annus Martyrii Eleutheri, ultimus quoque Imperii Commodi, juxta ſupra allegata.

10. Coæva ergo hæreſis fuit alteri Montaniſtarum, de qua ſupra ſuo loco egimus, quamvis hic Theodotus alter fuerit ab illo hæreſis Montaniſticæ fautore, cuius meminit Auctor ille antiquus, ſive Caius relatus ab Euſebio lib. 5. hiſt. cap. 16. quem à Dæmonibus ex aëre in terram proiectum occubuiſſe ſcribit. Synchronum Alogis extitiſſe, eiſque etiam ſucceſſiſſe ſcribit Epiphanius in hæreſi 54. inquiens: „Theodotus „ iterum neſcio quis emerſit, velut appen„ dix quædam illius Hæreſis, quam Alo„ gorum nomine comprehendemus, quæ „ Joannis Evangelium, & Deum illum Ver„ bum, quod à principio ibidem fuiſſe dici„ tur, nec non & Apocalypſim reſpuit, ſed „ aliarum ante commemoratarum hæreſeon „ conſuetudine uſus eſt Theodotus, & eodem „ tempore vixit, atque illis poſtea ſucceſſit, „ à quo Theodotiani nomen acceperunt.

11. Cæterum licèt hæreſis hæc diù perduraverit, non tamen ſub proprio Theodotianorum nomine, quia Paulianiſtæ à Paulo Samoſateno dicti propriam ſibi eam fecerunt, poſtea Ariani, undè ætate Epiphanii, vix ſub nomine Theodotianorum unus fuit, cùm Epiphanius ſcribat ſe neſcire an tunc hæc Secta alicubi ſuperſtes fuerit: *Jam verò*, inquit, *ſit ne hodie ſuperſtes hæc hæreſis, planè neſcimus*.

COMMENTARIUS

Dogmaticus.

12. HOminem tantummodò) Hanc unam hæreſim recenſet S. Auguſtinus in Theodoto, quòd ſcilicet docuerit Chriſtum fuiſſe nudum & purum hominem. Epiphanius verò adnectit & alteram hæreſim, ut diceret ex ſemine humano genitum: *Nudum hominem*, inquit, *eſſe Chriſtum aſſerunt, atque ex humano ſemine genitum*. Philaſtrius addit, Theodotianos uti tantùm conſueviſſe capitibus illis Scripturarum, quæ non loquuntur de Chriſto Deo: *Iſti*, ait, *utuntur capitulis Scripturarum, quæ de Chriſto velut de homine edocent: quæ autem de Deo dicunt, ea verò non accipiunt*. Hac de cauſa ſcribit Theodoretus, hos hæreticos ad ſuam hæreſim confirmandam, Sacram ipſam Scripturam adulteraſſe: & hoc ex quodam libro, cui titulus erat Laberynthus, compoſito contra hanc hæreſim, ſe accepiſſe tradit: ſit ergo. „Qui hæc autem de eo „ ſcripſit, prædictus Scriptor hoc quoque „ adjecit, quòd qui hæreſim compoſuerunt, „ Divinam etiam Scripturam temerè inno„ vare auſi ſunt, & hæc quidem amputare, „ illa verò adiicere, ſi quæ non benè ha„ bebant corrigere dicentes, & ſe Sancto „ Spiritu ſapientiores pronunciantes.„ Sed Epiphanius de Theodoto idem recenſet, dum relatâ hæreſi illius adversùs Chriſti Divinitatem, ſtatim ſubjungit: „ Deinde, quæ ad „ erroris ſui patrocinium accommodata repe„ rit, non caſto ac ſincero mentis judicio, „ ſed ut impietatis ſuæ ſpeciem aliquam „ & colorem quæreret, undique arceſſita „ collegit.

13. Itaque ex Epiphanio, & cæteris ſupra recenſitis Patribus, duo tantùm hæreſum capita colliguntur, videlicet.

I. Chriſtum fuiſſe nudum, & purum hominem, non Deum hominem.

II. Chriſtum ex humano ſemine genitum eſſe, quemadmodum & cæteri homines.

Et pro ejuſmodi hæreſibus comprobandis, Sacram adulteraſſe Scripturam, locaque ſola illa adnotaſſe, quæ eis favere videbantur; rejectis aliis, ex quibus Divinitas Chriſti comprobatur.

14. At Guilielmus Cave in hiſtoria literaria Sæculi Gnoſtici, agens de hoc Theodoto nonnulla alis illius dogmata recenſet, quæ haberi in excerptis quibuſdam ex ſcriptis Theodoti ad calcem operum Clementis Alex. refert, quæ excerpta ſub Eclogarum nomine inter præfata opera Clementis haberi, notat etiam Ittigius in ſua de Hæreſiarchis diſſert. ſect. 2. cap. 15. num. 2. Dogmata verò talia eſſe refert, nimirum. *Chriſtum à Patre ante Mundum conditum creatum fuiſſe, ut ab eo Mundus deinceps crearetur. Hunc quidem Patris eſſe imaginem perfectiſſimam, ei tamen ſubſtantiâ diſſimilem, & dignitate inferiorem*.

15. Verùm hæc hæreſis magis videtur excerpta ex Arianorum libris, quàm ex aliquo Theodoti opere: nam hæc fuit ipſiſſima doctrina Euſebii, & Arii, ut notat S. Athanaſius in libro de Synodis Arimini & Seleuciæ, poſt Epiſtolam Dionyſii Alexandrini ad Dionyſium Epiſcopum Romanum, ubi ait: „ Verùm quia Euſebius, & Arius, „ ante

Digitized by Google

„ ante tempora quidem ſuiſſe Filium dicerent, ſed tamen factum eſſe, & unum ex Creaturis eſſe docere conarentur, & dictum illud, *ex Deo*, non ita interpretarentur, ut Filium genuinum ex Patre vero natum crederent, ſed eum ita ex Deo eſſe, ut cætera creata affirmarent, & ſimilitudinis unitatem Filii cum Patre negarent, eſſentiâ aut naturâ conſtare, ut ſolidè Filius Patri ſuo ſimilis haberi poſſit, ſed conſenſus dogmatum, rationeque doctrinæ, eam ſimilitudinem conflatam eſſe: & quia interſepiebant, & omnibus modis alienabant eſſentiam Filii à Patre, aliud ei initium exiſtendi affigentes, ad creaturarum cenſum eum detrahebant: Ideo Nicææ congregati Epiſcopi &c. „ *Hæc ex Athanaſio*. Hinc cætera omnia quæ de Filio Dei, & Chriſto Domino, in prædictis Eclogis, ſive excerptis Theodoti, haberi tradit Guilielmus Cave, ex Arianorum figmentis excerpta eſſe haud dubito. Ipſi enim Ariani utique fatebantur Chriſtum genitum à Patre ante Mundum conditum, & per Chriſtum Mundum eſſe conditum, & ipſum Chriſtum, & Dei Filium non eſſe unum ſubſtantiâ, & naturâ cum Patre, ſed tantùm ſimilem; Hinc Alexander Alexandrinus, in Epiſtola Encyclica ad Univerſos confratres, apud Socratem lib. 1. hiſt. cap. 6. referens Arianorum errorem, talia ab Ario deprædicata recenſet, nimirum; „ Deus non ſemper fuit Pater. Verbum Dei non ſemper fuit, ſed ortum eſt ex nihilo. Deus enim qui eſt, illum, qui non erat, ex eo, quod non eſt, procreavit. Proinde tempus aliquando fuit, cùm non eſſet, quippe Filius creatura eſt, opuſque. Neque verò ſimilis eſt Patri ſecundùm ſubſtantiam, neque verum, ac genuinum Dei Verbum, nec vera ejuſdem ſapientia. „ *Hæc & alia Ariani* ex Alexandro Epiſcopo Alexandrino.

16. In iiſdem excerptis legi refert idem Cave, ſolùm Deum patrem eſſe immaterialem, Filium autem, omneſque Angelos materiales eſſe, ſubtili ſcilicet quadam materiâ conſtantes, ſic ut Angeli minùs tenui corpore induantur, quàm Deus Filius, & ex iis alii aliis pro dignitatis gradu corporis ſubtilitate præſtent. Quin etiam tam Chriſtum, quàm Angelos figuris quibuſdam, & formis externis circumſcriptos eſſe, quòad nos quidem inviſibilibus, inter illos autem facilè conſpicuis; In Angelis adhuc dari ſexus differentiam. Animas etiam, & Dæmones corporales eſſe, aliter enim inferni pœnas ab iis ſentiri non poſſe. Chriſtum à primo rerum principio incarnatum fuiſſe. Jeſu redemptione opus fuiſſe, quam columbæ poſt Baptiſmum immiſſæ beneficio obtinuit. Deum Patrem in Chriſto patiente paſſum eſſe, quatenus Filius eſt pars Patris ab eo dimanans. Ante paſſionem à Chriſto receſſiſſe Divinitatem, recedente ſcilicet eſſentiâ, quâ indutus erat in Jordane baptizatus. Denique Aſtra, ſive potiùs Angelos Aſtra moderantes, Fatum quoddam rebus omnibus, & humanis actionibus vi ſuâ naturali inducere, adeòque eo tantùm fine Chriſtum carnem noſtram induiſſe, ac paſſum eſſe, ut in ſe credentes ab iſto Fato, & Actionum neceſſitate liberaret. *Hæc in præfatis excerptis* ferè in terminis apud citatum Guilielmum Cave. Quare conjectari licet hujuſmodi excerpta collectionem eſſe priſcorum hæreticorum Dogmatum, Arianorum, Priſcillianiſtarum, aliorumque, magis quàm unius Theodoti, cùm apud antiquos de huiuſmodi erroribus in Theodoto altum ſilentium ſit. Utcumque tamen ſit, an revera huiuſmodi excerpta Theodoti ſint nec ne, nos tamen huius Commentarii occaſione præfatis duabus hæreſibus ſupra recenſitis, duo alia dogmata ſub eiuſdem Theodoti nomine conſideranda ſubiiciemus, ex prædictis excerptis deſumpta, ſicque Indiculum Hæreſum Theodoti, & Theodotianorum conficientes,

I. Chriſtum fuiſſe purum, & nudum hominem, non hominem Deum.
II. Chriſtum ex humano ſemine genitum eſſe, ſicut cæteri homines.
III. Angelos Aſtra moderantes neceſſitatem inevitabilem inferre humanis actibus.
IV. Angelos eſſe corporeos, & materiales.

Cætera ex eiuſmodi excerptis deprompta omittimus, quia partim examinata ſunt in prioribus hæreſibus, partim examinanda erunt in ſubſequentibus. Solùm hic placuit iterum ſub trutina reponere dogma de Angelorum ſubſtantia, circa quod etiam ex Patribus Catholicæ Eccleſiæ olim diverſæ fuerunt opiniones. Dogma verò de Angelis Aſtrorum moderatoribus, nondum ſub noſtra cenſura venerat.

COMMENTARIUS

In Hæreſim I.

17. C*Hriſtum fuiſſe purum*) Cajus,
ſive Anctor ille antiquus apud
Euſebinm lib. 5. hiſt. cap. 28. Primum hujus
hæreſis Patronum facit Theodotum per illa
verba: „ Quomodo eos non pudet hujuſmo-
„ di calumniam adversùs Victorem concin-
„ nare, cùm certò ſciant Theodotum Co-
„ riarium, qui defectionis illius Deum abne-
„ gantis parens & auctor fuit, primuſque
„ Chriſtum nudum hominem eſſe aſſeruit,
„ per Victorem à communione Eccleſiæ eje-
„ ctum fuiſſe? Nam ſi ut ajunt, Victor ea-
„ dem ſentiebat, quæ illorum docet impie-
„ pietas, cur Theodotum opinionis illius
„ Auctorem ab Eccleſia removit? „ *Hacte-
nus Auctor ille*. In quo tamen deceptum
putant Eruditi, cùm conſtet ante Theodo-
tum eandem hæreſim docuiſſe Cerinthum,
& Ebionem, adversùs quos S.Joannes ſuum
ſcripſit Evangelium, ut ſuis in locis ſupra
obſervavimus. Itaque putarim eo in loco
Auctorem illum, non velle primum abſolu-
tè illius hæreſis authorem extitiſſe Theodo-
tum, ſed tantùm primum comparatum ad
Artemonem: nam ibidem agit contra Arte-
monis hæreſim, & Artemonis Sectatorum,
qui gloriabantur Romanos Pontifices ante
Zepherinum, eandem cum ipſis tenuiſſe de
Chriſto doctrinam; unde Auctòr ille hanc
jactantiam refutat, ex eo quod Victor Pa-
pa, qui præceſſerat Zepherinum excommu-
nicaverit Theodotum ejuſdem hæreſis Secta-
torem ante Artemonem, quod non feciſſet
ſi & ipſe eandem doctrinam Artemonis te-
nuiſſet. Artemon ergo proceſſit à Theodoto,
& iſte reſpectu Artemonis Auctor fuit præ-
fatæ blaſphemiæ: non ergo abſolutè prima-
rius Auctor fuit, ſed in quantùm Artemon,
& illius Sectatores à Theodoto hauſerunt.
Inſtauravit Theodotus Cerinthi, & Ebionis
dogma, quo inſtaurato, ab ipſo illud hau-
ſit Artemonis Secta, & in hoc ſenſu Au-
ctor ille appellat Theodotum auctorem illius
dogmatis.

18. De Chriſti porrò divinitate plura
diximus in Superioribus, modò ea tantùm
addenda ſunt, quæ Theodotiani in eorum
ſubſidium ex Sacra Scriptura proferre con-
ſueverant, ab Epiphanio recenſita. Et pri-
mò illud Joannis cap. 8. verſ. 40. ubi Chri-
ſtus Dominus ait: *Nunc autem quæritis me
interficere, hominem qui veritatem vobis lo-
cutus ſum*, ubi hominem non Deum ſe Chri-
ſtus appellat. Sed ex adjectis refellit Epi-
phanius, cùm ſubjungat: *veritatem quam au-
divi à Deo* ſive ut legit Epiphanius, *quam
audivi à Patre meo* „ Quibus, *inquit*, Pa-
„ trem ſuum appellat Deum, non hominem
„ utique. Nam ſi ab homine illud audiiſſet
„ nequaquam veritatis teſtimonio gloriare-
„ tur, ut ab hominibus veritatem ſe accipe-
„ re diceret. Sed ideo iſta dixit, ut eſſe
„ ſe Deum oſtenderet à Patre initio geni-
„ tum, hominemque noſtrâ causâ factum;
„ itaque, quod ad carnem attinet, interfe-
„ ctum, ut Divinitate perpetuò viveret. *Ha-
ctenus S. Epiphanius*.

19. Opponit inde Theodotus illud Mat-
thæi cap. 12. verſ. 31. *Et quicumque dixerit
verbum contra Filium hominis, remittetur ei:
qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum,
non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, ne-
que in futuro*. Sed hæc non ideo ſunt di-
cta, quaſi peccare in Filium, & in Chriſtum
non ſit peccare in Deum, benè verò in nu-
dum hominem, ſed quia propter ignoran-
tiam poſſunt habere ſic peccantes aliquam
excuſationem, quam habere non poſſunt pec-
cantes in Spiritum Sanctum, dum aut crea-
turam dicunt, aut opera illius Dæmonibus
attribuunt, quomodo faciebant Judæi, tri-
buentes Spiritus Sancti virtutem quâ Chri-
ſtus Dæmonia eiiciebat, Beelzebub Principi
Dæmoniorum. Et ita exponit locum S. Hie-
ronymus inquiens: „ Qui verbum dixerit
„ contra Filium Hominis, ſcandalizatus car-
„ ne meâ, & me hominem tantùm arbitrans,
„ quòd Filius ſim Fabri, & fratres habeam,
„ Jacobum, & Joſeph, & Judam, & homo
„ vorator, & vini potator ſim; talis opinio
„ abſque blaſphemia, quanquam culpâ non
„ careat erroris, tamen habet veniam, pro-
„ pter corporis vilitatem. Qui autem ma-
„ nifeſtè intelligens opera Dei, quam de vir-
„ tute negare non poſſit, eâdem ſtimulatus
„ invidiâ, calumniatur, & Chriſtum Dei-
„ que Verbum, & opera Spiritus Sancti
„ dicit eſſe Beelzebub; iſti non dimittetur,
„ neque in præſenti ſæculo, neque in fu-
„ turo.

20. Epiphanius verò eidem objectioni
reſpondet, talia dixiſſe Chriſtum in peccan-
tes adversùs eum, ut dignoſcerent pro il-
lius ſumma clementia, & pietate, & quâ ve-
nit peccatores ſalvos facere; ſi pœniterent,
veniam eſſe conſecuturos. Non ſic tamen de
facili peccantes in Spiritum Sanctum, ne-
gantes illum Deum eſſe, & in ſtatum ſervi
illum redigentes, quos futuros præſcriverat
Dominus. „ Sed nimirum miſerrimus, *in-
„ quit*, homo non intelligit Chriſtum Do-
„ minum, cùm eorum qui in ſe olim con-
„ tumelioſi fuerant, & ad pœnitentiam ſe
„ ſe traduxerant, confirmare ſalutem cupe-
„ ret; ne ullam adversùs eos pœnam con-
„ ſtitueret, pro ſua incredibili humanitate,
„ ac clementia oraculum illud edidiſſe. Quòd
„ autem nonnullos fore cognoſceret, qui in
„ Spiritum Sanctum inſurgerent, ac blaſ-
„ phemiis appeterent, quique & ad ſer-

„ vi-

„ vilem conditionem redigerent, & creatum „ atque à Dei natura alienum eſſe dicerent; „ quò hunc errorem excluderet, adjecit: *Qui* „ *autem blaſphemaverit in Spiritum San-* „ *ctum, non remittetur ei, neque hic, ne-* „ *que in futuro ſæculo*. In quo non eos qui „ blaſphemarent laudare voluit: ſed præ- „ ſcientiam ſuam, humanitatemque mon- „ ſtravit, quæ eorum qui poſt blaſphemiam „ pœnitentiam ſuſcepiſſent, ſtabiliendæ ſa- „ luti conſuleret. Etenim idem alio loco „ dixit: *Qui negaverit me coram hominibus* „ *negabitur coram Patre meo*. Item. *Nega-* „ *bo illum*. Contra: *Qui me confeſſus fue-* „ *rit, confitebor ipſum coram Patre meo*. „ Ita Epiphanius.

21. Arguit inſuper Theodotus ex illo Deutronomii cap. 18. verſ. 15. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus; ipſum audies*. Et hunc Prophetam ſic prænunciatum fuiſſe Chriſtum nemo dubitat. At hic ſuſcitandus erat de Judæorum gente, & ex Judæis oriturus ſicut erat Moſes: ergo quemadmodum Moſes purus homo erat, ſic & Chriſtus nudus homo futurus prænunciatur. *Qui à Deo ſuſcitatus eſt*, ait Theodotus, *Chriſtus iſte, non Deus erat, ſed homo: Quandoquidem à Judæis ipſis Oriundus erat, quemadmodum homo ſuit*.

22. Cui objectioni occurrit idem Epiphanius, explicans Scripturam Deuteronomii, & oſtendens Chriſtum ex Judæis ortum, prout è Virgine in carne genitum, at non per hoc excludendam eſſe Divinitatem, quam à Patre acceperat. „ Neſcit, *inquit*, impius „ ille deſertor Theodotus, quàm egregiè „ unaquæque dictio ſuâ cautione munita ſit. „ Nàm quod è fratribus illum Dominus ex- „ citavit, eò referendum eſt quòd è Maria „ ſit genitus; quo ſenſu illud accipiendum „ eſt: *Ecce Virgo in utero habebit, & pariet* „ *filium. Virgo*, inquam, *manens in utero* „ *habebit*, non ex viri ſemine, filiumque „ pariet, fœtum utique carne præditum, & „ à Virgine genitum. Ad hæc, *nomen ejus* „ *vocabunt Emmanuel, quod interpretatur,* „ *nobiſcum Deus*. Eſt enim homo Deus à „ Patre, nullo neque principio, neque tem- „ pore genitus, & ex Maria factus homo, „ quatenus carne præditus advenit. *Hæc* „ *Epiphanius*.

23. Et S. Auguſtinus lib. 16. contra Fauſtum Manichæum cap. 15. occaſione eiuſdem Scripturæ allegatæ à Fauſto, ut probaret non rectè Scripturam hanc loqui de Chriſto, quem Moyſi valdè diſſimilem aſſerebat; oſtendit S. Doctor, & in quo ſimilis fuit homini, ſicut erat Moſes, & in quo diſſimilis, inquiens: „ De Scripturis agnoſco diſſimi- „ lem, de Scripturis mecum agnoſce, & tu „ ſimilem: non inde diſſimilem unde ſimi- „ lem, ſed aliâ causâ illud, aliâ illud, „ dum tamen utrumque. Diſſimilis homini „ Chriſtus, quia Deus: Scriptum eſt enim „ de illo: *Qui eſt ſuper omnia Deus bene-* „ *dictus in Sæcula*. Et ſimilis homini Chri- „ ſtus, quia homo; quia de illo itidem ſcri- „ ptum eſt: *mediator Dei, & hominum,* „ *homo Chriſtus Jeſus*. diſſimilis peccatori „ Chriſtus, quia ſemper Sanctus: & ſimilis „ peccatori Chriſtus, *quia Deus Filium ſu-* „ *um miſit in ſimilitudinem carnis peccati,* „ *ut de peccato damnaret peccatum in carne*. „ Homini ex coitu nato diſſimilis Chriſtus, „ in quantùm ex Virgine natus: ſed homi- „ nis ſimilis Chriſtus, in quantùm & ipſe „ ex fœmina natus eſt, cui dictum eſt: *Quod* „ *naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius* „ *Dei*. Homini propter peccatum ſuum mor- „ tuo diſſimilis Chriſtus, in quantùm ſine „ peccato, & propriâ poteſtate mortuus eſt: „ ſed rurſus homini mortuo ſimilis Chri- „ ſtus, in quantùm, & ipſe verâ morte cor- „ poris mortuus eſt. *Hactenus Auguſtinus*.

24. Sed inſtat Theodotus locum Lucę cap. 1. verſ. 35. *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te*: ubi notat, non dixiſſe Angelum, *Spiritus Domini erit in te*, ſed *ſuperveniet in te*; ac per hoc non concepiſſe hominem Deum, ſed purum hominem. Atqui Epiphanius, hoc argumentum refutat ex verbis ſubſequentibus, nàm ſtatim ſubjungitur: *& virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, ideoque, & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei*. Et notat, quòd non ſolùm dixit, *Quod naſcetur*; Sed dixit, *ideo, & quod naſcetur*. „ Deum, *inquit*, ut Verbum ab „ initio monſtraret, & in matris utero ge- „ nitum, cùm naturam hominis ſponte ſuâ „ ac voluntate ſuſcepit. Ut igitur ſalutis „ noſtræ gratiâ totum illud naturæ ſuſceptæ „ negotium adminiſtratum intelligeret, iſta „ ſubjecit: *ideoque, & quod naſcetur San-* „ *ctum, vocabitur Filius Dei*. Quòd ſi ita „ dixiſſet: *Spiritus Sanctus ingredietur in te,* „ non jam Dei Filius carne præditus, ſed „ Spiritus Sanctus veniſſe crederetur. „ *Ita Epiphanius*. Sed & diverſa alia teſtimonia Scripturarum profert, quibus Chriſtum eſſe hominem pronunciatur. Cùm verò ex illis probetur utique hominem eſſe, quod Catholica fides non negat, non tamen oſtenditur ſimul, & Deum non eſſe, ut probare oportebat Theodotum, ideò omittimus. Sed qui curioſiùs attingere cupit, adeat Epiphanium, qui & refert illa, & eis ſatisfacit in hæreſi 54.

COM-

COMMENTARIUS

In Hæreſim II.

25. *CHriſtum ex humano ſemine*) Hæc affinis eſt hæreſi ſupra relatæ, & prorſus eadem cum hæreſi VI. Cerinthi, ut in prima parte cap. 8. num. 22. adnotavimus, ubi & plura adversùs eam adduximus. Directè tamen eam refutat Lucas cap. 1. Ubi referens colloquium Angeli cum B. Virgine Dei Matre, dicenti Angelo: *Ecce concipies, & paries Filium* cum iis quæ ſequuntur; Maria reſpondit: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Cui Angelus: *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te*, inquit, *& virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: ideoque, & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei*. Si enim ex humano ſemine concipere debuiſſet Dei Filium, certè non interrogaſſet quomodo hoc fieri potuiſſet, nec addidiſſet, *quoniam virum non cognoſco*. Et notat optimè S. Auguſtinus in lib. de Sancta Virginitate cap. 4. Ubi ait:
„ Quanquam etiamſi hoc ſolùm dixiſſet,
„ Quomodò fiet iſtud, nec addidiſſet, quo-
„ niam virum non cognoſco; non quęſiſſet
„ utique, promiſſum ſibi Filium quomodò
„ fœmina paritura eſſet, ſi concubitura nu-
„ pſiſſet. Poterat & juberi Virgo perma-
„ nere, in qua Dei Filius formam ſervi con-
„ gruenti miraculo acciperet. Sed exemplo
„ Sanctis futura Virginibus, ne putaretur
„ ſola Virgo eſſe debuiſſe, quæ prolem
„ etiam ſine concubitu concipere meruiſſet;
„ Virginitatem Deo dicavit, cùm adhuc quid
„ eſſet conceptura neſciret. *Hactenus S. Auguſtinus*.

26. At Irenæus lib. 3. adversùs hæreſes cap. 27. diſertè probat, Chriſtum non ex ſemine viri genitum, inquiens: „ At in eo
„ quod dicit: *Audite Domus David*, ſi-
„ gnificantis erat quoniam quem promiſit
„ Deus David, de fructu ventris ejus æter-
„ num ſuſcitaturum ſe Regem; hic eſt qui
„ ex Virgine, quæ ſuit de genere David,
„ generatus eſt. Propter hoc enim & de
„ fructu ventris ejus Regem promiſit, quod
„ erat proprium Virginis prægnantis; & non
„ de fructu lumborum ejus, nec de fructu
„ renum ejus, quod eſt proprium viri ge-
„ nerantis, & mulieris ex viro conceptio-
„ nem facientis. *Et cap.* 29. Si enim Jo-
„ ſeph Filius eſſet, quemadmodum plus po-
„ terat quàm Salomon, aut plus quàm
„ Jona habere, aut plus eſſe David, cùm
„ eſſet ex eadem ſeminatione generatus, &
„ proles exiſtens ipſorum? Ut quid autem
„ & Beatum dicebat Petrum, quòd eum
„ cognoſceret eſſe Filium Dei vivi? ſuper
„ hæc autem nec Rex eſſe poſſet, ſiquidem
„ Joſeph Filius fuiſſet, nec hæres ſecundùm
„ Hieremiam. *Et cap.* 30. Qui ergo eum di-
„ cent ex Joſeph generatum, & in eo habere
„ ſpem, abdicatos ſe faciunt à Regno ſub ma-
„ ledictione, & increpatione decidentes,
„ quæ erga Jechoniam, & in ſemen ejus eſt.
„ Propter hoc enim dicta ſunt hæc de Jecho-
„ nia, Spiritu præſciente ea, quæ à malis
„ Doctoribus dicentur, uti diſcant, quoniam
„ ex ſemine ejus, ideſt, ex Joſeph, non erit
„ natus, ſed ſecundùm promiſſionem Dei,
„ de ventre David ſuſcitatur Rex æternus,
„ qui recapitulat omnia in ſe.

27. Porrò Origenes humilia 8. in Leviticum, ſuper illa verba: *Mulier quæ conceperit ſemen*, ait: „ Non ex ſuperfluo additur:
„ *Mulier, quæ conceperit ſemen & peperit*
„ *maſculum*: ad diſcretionem namque illius,
„ quæ ſine ſemine concepit, & peperit,
„ illum ſermonem præ cæteris mulieribus
„ Legislator adjecit: ut non omnem mulie-
„ rem, quæ peperiſſet, deſignaret immun-
„ dam, ſed eam, quæ concepto ſemine pe-
„ periſſet. Addi ad hoc quoque etiam po-
„ teſt, quòd lex iſta, quæ de immunditia
„ ſcribitur, ad mulierem pertinet. De Ma-
„ ria autem dicitur, quia Virgo concepit,
„ peperit. *Et homilia* 1. *in diverſos*. Hæc
„ Virgo Sancta genuit Deum, ſed intacta
„ permanſit: Mater effecta eſt, ſed Virgi-
„ nitatem non amiſit: genuit Infantem, ſed
„ Virgo permanſit. Virgo ergo genuit, &
„ Virgo permanſit: Mater filii facta eſt, &
„ caſtitatis ſigillum non perdidit. „ *Hæc & alia Origenes*.

28. Lactantius quoque idem tradit lib. 4. de Vera Sapientia cap. 12. in principio, ubi ait: „ Deſcendens itaque de Cœlo Sanctus
„ ille Spiritus Dei, Sanctam Virginem,
„ cujus utero ſe inſinuaret, elegit. At illa
„ Divino Spiritu hauſto repleta concepit,
„ & ſine ullo attactu viri repente Virgina-
„ lis uterus intumuit. Quòd ſi animalia
„ quædam vento, aut aurâ concipere ſolere
„ omnibus notum eſt; cur quiſquam mirum
„ putet, cùm Spiritu Dei, cui facile eſt
„ quidquid velit, gravatam eſſe Virginem
„ dicimus? Quòd ſane incredibile poſſet vi-
„ deri, niſi hoc futurum ante multa ſæcu-
„ la Prophetæ ceciniſſent. Salomon in Ode
„ undevigeſima ita dicit: *Infirmatus eſt ute-*
„ *rus Virginis, & accepit fœtum, & gra-*
„ *vata eſt, & facta eſt in multa miſeratione,*
„ *Mater Virgo*. Item Propheta Iſaias, cu-
„ jus verba ſunt hæc: *Ecce Virgo concipiet*
„ *in uterum, & pariet filium, & vocabitis*
„ *nomen ejus Emmanuel*. Quid hoc mani-
„ feſtius dici poteſt? „ *Hæc & alia ibi Lactantius*.

29. Juſtinus inſuper Martyr in Apologia ad Antoninum Pium, & ipſe oſtendit Chriſtum natum abſque viri concubitu, ex ſola S. Virgine de Spiritu Sancto, ubi ait:

„ Illud

„ Illud igitur, *Ecce Virgo in utero habebit,* „ ſignificat non concubitu Virginem eſſe „ concepturam (ſi enim quiſpiam cum ea „ concubuiſſet, non jam Virgo fuiſſet) ſed „ Deus ad Virginem adveniens, ei obum- „ bravit, fecitque ut Virgo gravida eſſet. *Hæc Juſtinus*. Sed & Cyrillus Hieroſolymitanus in ſua Catecheſ. 12. poſt plura allata de Virginali partu Dei Genitricis, concludens ait: „ Deſpiciamus eos, qui ex vi- „ ro, & muliere generationem Chriſti aſſe- „ runt, audentque dicere, ex Joſeph & „ Maria Chriſtum eſſe. „ At longum eſſet omnes recenſere Patres, qui hujus Hæreſiarchæ dementiam refutant, cùm Catholica fidea ſemper fuerit, Chriſtum operante Spiritu Sancto, abſque viri operâ in Virginis utero conceptum, genitumque ex Virgine. Immò & omnia Teſtimonia in ſuperioribus allegata, quibus probavimus Chriſtum, non eſſe nudum hominem, ſed Deum & hominem, & ejuſdem genetricem Virginem ſemper extitiſſe, etiam poſt partum, palam etiam innuunt ſine humano ſemine eandem Virginem Deum hominem concepiſſe.

30. Denique S. Hieronymus ſcribens adverſùs Helvidium de perpetua Virginitate B. Mariæ, plura ad rem hanc recenſet. Unum tamen adnotandum eſt, quòd dicit, Ignatium, Polycarpum, Irenæum, Juſtinum Martyrem, aliosque ſcripſiſſe contra Theodotum Bizantinum adverſarium Virginitatis B. Mariæ; ait enim: „ Numquid non poſſum tibi „ totam veterum Scriptorum ſeriem com- „ movere, Ignatium, Polycarpum, Irenæum, „ Juſtinum Martyrem, multoſque alios Apo- „ ſtolicos & eloquentes viros, qui adverſùs „ Ebionem, & Theodotum Byzantinum, „ Valentinum hæc eadem ſentientes, plena „ ſapientiæ volumina conſcripſernnt? Quæ „ ſi legiſſes aliquando, plus ſaperes. „ *Hæc Hieronymus*. Quomodo autem conſiſtere poſſit Hieronymi ſententia, videndum eſt, cùm conſtet Theodotum poſteriorem fuiſſe Ignatio, & Polycarpo, & Juſtino, etſi Irenæo ferè coævum, non tamen liquet unde adverſùs Theodotum ſcripſerit.

31. Duo hac in re adnotant eruditi. Unum eſt quòd S. Hieronymus intelligatur de iis, qui ſcripſerunt adverſùs hæreſes Theodoti, minimè adverſùs hæreticum. Cùm verò hæreſis Theodoti fuerit in Ebione, & Juſtinus, Irenæus, Ignatius, & Polycarpus ſcripſerint contra Ebionis hæreſim, ſequitur quòd ſcripſerint, etiam contra Theodoti hæreſim, non prout ab ipſo pronunciata, qui nondum emerſerat, ſed ut erat ab Ebione exorta. Alterum verò quòd S. Hieronymus, non ſolùm dicit prærecenſitos Patres ſcripſiſſe, verùm addit & alios Apoſtolicos viros: at hoc nomen etiam plurimis ex Patribus poſt Theodotum exortis competere poteſt: nam Irenæus vir Apoſtolicus à diverſis Patribus nuncupatur, qui ſynchronus fuit Theodoti, ut dictum eſt, & virum Apoſtolicum appellat eum Theodoretus lib. 1. hæret. fabul. cap. 2. & cap. 5. Et S. Auguſtinus in Epiſtola 19. ſcribit eundem Irenæum fuiſſe virum Apoſtolicorum temporum, & forte dicebantur ætate Irenæi viri Apoſtolici, quia Apoſtolicam tuebantur doctrinam adverſùs hæreſes: unde qui ſcripſerunt adverſùs Theodotum ætate Irenæi, jure meritò poterant dici Apoſtolici viri. Et hoc pacto, explicari poteſt ſententia Hieronymi, quòd non omnes recenſiti ſcripſerint adverſùs Theodotum ſed aliqui, quòd ſi non Juſtinus, Ignatius, & Polycarpus, ſaltem Irenæus, & ſi neque Irenæus, certè aliquis vir Apoſtolicus illius ætatis. De Apoſtolicis Eccleſiis, & cur Apoſtolicæ dictæ ſint, videndus eſt Tertullianus in lib. de Præſcript. cap. 20. & cap. 32.

COMMENTARIUS

In Hæreſim III.

32. A*Ngelos Aſtra moderantes*) Antiqua fuit Philoſophorum opinio maximè Platonicorum, cunctis creatis rebus Angelicas præeſſe virtutes, nedum ſpeciebus, verùm unicuique individuo. In quam opinionem etiam Origenem deſcendiſſe, ejus ſcripta teſtantur, nam homilia 23. in Joſue ſic abſolutè loquitur: „ Ego autem quantùm „ ad opinionem meam ſpectat, puto auden- „ ter dicendum etiam de iis Virtutibus, „ quæ Mundi hujus miniſteria ſuſceperunt, „ quæ non fortuitò vel caſu illa Virtus ter- „ ræ vel arborum germinationibus præſit; „ illa fontium, ac fluminum ſufficiat, ac „ ſufficienter exhibeat; alia imbrium, alia „ ventorum, alia marinis, alia autem ter- „ reſtribus animalibus; vel ſingulis quibuſ- „ que è terra gignentibus præſit, & eſſe in „ iis ſingulis Sacramenta ineffabilia Divinæ „ diſpenſationis; ut ordine ſuo cuncta & „ competenti per unamquamque Virtutem „ dirimantur officio. „ *Hactenus Origenes* allegans Pauli teſtimonium, qui dicit: *Nonne omnes ſunt adminiſtratorij Spiritus in miniſterium miſſi, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis?* Et homilia 14. in lib. Numer. „ Opus eſt tamen, *ait*, ipſi Mundo „ etiam Angelis, qui ſint ſuper beſtias, & „ Angelis qui præſint exercitibus terrenis: „ opus eſt Angelis, qui præſint animalium „ nativitati, virgultorum, plantationumque, „ & cæteris pluralibus incrementis: & rur- „ ſum Angelis opus eſt, qui præſint operibus „ ſanctis.

33. Neque diſcordare videtur ab hac opinione Epiphanius in lib. de Menſuris & Ponderi-

deribus §. 22. ubi agens de Opificio ſex die-
rum ſcribit: „ Etenim primo die ſuperiores
„ illos Orbes Cœli, cum Aquis, Terrâque
„ fabricavit. Quibus ex Elementis glacies,
„ grando, gelu, roreſque gignuntur. Tum
„ adminiſtros Spiritus, qui coram illo ap-
„ paritione funguntur, cujuſmodi ſunt;
„ Angeli aſſiſtentes, Angeli gloriæ, Angeli
„ Spirituum flantium, Angeli nubium, ac
„ caliginis, nivis, grandinis, atque glaciei;
„ Angeli fragorum, Tonitruorum, Fulgu-
„ rum, Frigoris, Aeſtus, Hyemis, Au-
„ tumni, Veris, Æſtatis, omniumque Spi-
„ rituum, qui creatis rebus inſunt omni-
„ bus, quas Cœlum Terraque complecti-
„ tur.

34. Ante hos verò de eadem materia ſcri-
pſerat Athenagoras in ſua pro Chriſtianis
Legatione, poſt initium, ubi & de Ange-
lorum Creatione agens, ait: „ Neque ta-
„ men intra hunc finem noſtra de Divinis
„ Eſſentiis profeſſio continetur: ſed etiam
„ magnum numerum Angelorum, & Mini-
„ ſtrorum Dei eſſe fatemur, quos Opifex
„ & Architectus Mundi Deus, verbo ſuo
„ tanquam in Claſſes ordinavit centuria-
„ vitque, ut Elementa, Cœlos, Mundum,
„ & quæ in Mundo ſunt, viceſque, & or-
„ dinem omnium moderarent. *Et poſt me-*
„ *dium*. Idcircò enim Angelos Deus creavit,
„ ut rebus à ſe digeſtis providerent. Quam-
„ vis enim ipſe univerſali ſuâ, & commu-
„ ni providentiâ univerſis proſpiciat, par-
„ ticularem tamen rerum ſingularum, quæ
„ cuicumque fuerint commiſſæ, Angelis im-
„ poſuit.

35. Et hunc Athenagoræ locum ex Pro-
clo recenſet Epiphanius lib. 2. hæreſ. 64. quæ
eſt Origenianorum, §. 21. ubi ait: „ Siqui-
„ dem ea conſtituendorum Angelorum cau-
„ ſa fuit, ut in iis quæ à Deo ordinata
„ erant ac diſpoſita, providentiâ moderan-
„ dis vicariam Deo operam navarent. Uti
„ nimirum communem, ac generalem om-
„ nium curam ſuſciperet Deus, qui in om-
„ nia dominatum, atque imperium obtine-
„ ret, ac veluti navigium quoddam, ſic to-
„ tam illam univerſitatem conſtanter ſuæ
„ gubernaculo ſapientiæ regeret, cùm inte-
„ rim ſingularem functionem, atque curam
„ præpoſiti ad id Angeli ſuſtinerent.

36. Methodius quoque ex eodem Athe-
nagora apud Photium in Biblioth. cod.224.
idem ſcribit, inquiens: „ Diabolus & Spi-
„ ritus circa materiam à Deo factus, ut
„ & Athenagoræ placuit (quemadmodum
„ & reliqui Angeli à Deo facti ſunt) cui
„ materia, & quæ ad materiæ formas per-
„ tinent, adminiſtratio commiſſa eſt. Ad
„ hoc enim Angeli à Deo creati, ut rebus
„ ab ipſo effectis præeſſent; ut Deus qui-
„ dem communem, & generalem omnium
„ providentiam gerens, qua rerum omnium
„ poteſtas, & imperium ab ipſo pendet,
„ reliqui verò Angeli in iis officiis, ad quæ
„ illos Deus fecit, manerent. „ *Hactenus Me-*
thodius.

37. Platonici verò prout refert S. Au-
guſtinus lib. 13. de Civit. cap. 24. Inferio-
res Deos Angelos dicebant, à Deo ſummo
conditos, ſed ab illis hæc inferiora; & hac
de cauſa præſidere univerſis creaturis exiſti-
mabant. „ Illi autem, *inquit*, qui Platoni
„ ſuo credunt, non ab illo ſummo Deo,
„ qui fabricatus eſt Mundum, ſed ab aliis
„ minoribus, quos quidem ipſe creaverit,
„ permiſſu ſive juſſu ejus, animalia facta
„ eſſe cuncta mortalia, in quibus homo
„ præcipuum, Diiſque ipſis cognatum tene-
„ ret locum: ſi ſuperſtitione careant, quâ
„ quærunt unde juſtè videantur Sacra, &
„ Sacrificia facere quaſi Conditoribus ſuis,
„ facilè carebunt etiam hujus opinationis
„ errore. Neque enim fas eſt ullius natu-
„ ræ quamlibet minimæ mortaliſque, crea-
„ torem niſi Deum credere ac dicere,
„ etiam antequam poſſit intelligi. Angeli
„ autem, quos illi Deos libentiùs appellant,
„ etiamſi adhibent, vel juſſi, vel permiſſi
„ operationem ſuam rebus, quæ gignuntur
„ in Mundo, tamen tam non eos dicimus
„ Creatores animalium, quàm nec Agrico-
„ las frugum, atque Arborum. „ *Hactenus*
S. Auguſtinus. Et Philo Judæus in lib. de
Confeſſione linguarum aſſentitur Platoni, in
eo quòd dicat homines non à Deo, ſed ab
Angelis conditos.

38. Porrò ſub Geniorum nomine Plato-
nici præcipuè, de cœleſtibus Virtutibus mul-
ta locuti ſunt, & unicuique homini ſuum
adſiſtere Genium dicebant, quemadmodum
& nos dicimus unumquemque hominem ſuum
Angelum cuſtodem habere. Hinc Cenſori-
nus lib. de die Natali cap. 3. ait: „ Genius
„ eſt Deus, cujus in tutela, ut quiſque na-
„ tus eſt, vivit. Hic, ſive quòd unà geni-
„ tus nobiſcum; ſive etiam quòd nos geni-
„ tos ſuſcipit, ac tuetur; certè à genendo
„ genius appellatur. Eundem eſſe Genium,
„ & larem multi Veteres memoriæ prodide-
„ runt; in queis etiam Granius Flaccus in
„ libro, quem ad Cæſarem de Indigitamen-
„ tis ſcriptum reliquit. Hunc in nos maxi-
„ mam, quinimmò omnem habere poteſta-
„ tem creditum eſt: nonnulli binos genios
„ in iis dumtaxat domibus, quæ eſſent Ma-
„ ritæ, colendos putaverunt. Euclides au-
„ tem Socraticus duplicem omnibus omni-
„ nò nobis genium dicit appoſitum; quam
„ rem apud Lucilium in libro Satyrarum
„ nono licet cognoſcere. *Et paulò poſt*. Ge-
„ nius autem ita nobis aſſiduus obſervator
„ appoſitus eſt, ut ne puncto quidem tem-
„ poris longiùs abſcedat: ſed ab utero ma-
„ tris exceptos ad extremum vitæ diem co-
„ mitetur. „ *Hactenus Cenſorinus*.

Ho-

Digitized by Google

39. Horatius verò de eodem Genio, homini ab ipſomet ſui ortu comite, canit.

Scit Genius, natale comes, qui temperat aſtrum,
Naturæ Deus humanæ, mortalis in unum
Quodque caput, vultu mutabilis, albus & ater.

Menander inſuper Comicus apud Euſebium in lib. 13. de Præparatione Evangelica cap. 13. circà finem, ita quoque de uniuſcujuſque Genio ſcribit.

Ut quiſque primùm natus in lucem venit,
Moderator ille Genius aſſiſtit bonus,
Vitamque format. Nam cave malum putes,
Bonæque Vitæ noxium.

Et hunc Menandri locum citat Ammianus Marcellinus lib. 21. de Conſtantio, & Juliano, ubi refert, Conſtantium moriturum, Genium ſuum reliquiſſe; deinde de Geniorum Theologia ſubjungit: „ Ferunt enim Theologi, in lucem editis hominibus cunctis, ſalvâ firmitate fatali, hujuſmodi quædam velut actus rectura Numina ſociari, admodum tamen pauciſſimis viſa, quos multiplices auxere virtutes. „ *Hæc Ammianus*, qui ſtatim citat Menandrum Comicum, & poſtea addit: „ Itidem ex ſempiternis Homeri Carminibus intelligi datur, non Deos cœleſtes cum viris fortibus colloquutos, nec adfuiſſe pugnantibus, vel juviſſe, ſed familiares Genios cum iiſdem verſatos: quorum adminiculis præcipuis Pythagoras enituiſſe dicitur, & Socrates, Numaque Pompilius, & Superior Scipio, ut quidam exiſtimant, Marius, & Octavianus, cui Augnſti vocabulum delatum eſt primò, Hermeſque ter maximus, & Tyanæus Apollonius, atque Plotinus, auſus quædam ſuper hac re diſſerere myſtica, altèque monſtrare, quibus primordiis hi Genii animis connexi mortalium, quas tanquam gremiis ſuis ſuſceptas tuentur, quòad licitum eſt, docentque majora, ſi ſenſerint puras & à colluvione peccandi immaculatâ corporis ſocietate diſcretas. *Hactenus Ammianus.*

40. Epitectus quoque, apud Arrianum lib. 1. cap. 14. diſſ. de Bono Genio hominum tutelari ait: „ Tutorem unicuique Deus aſſignavit ſingulorum Genium, & huic ipſum cuſtodiendum tradidit: & quidem ejuſmodi, qui neque dormiat, neque falli poſſit. Nam cui tandem alteri præſtantiori, ac ſollicitiori cuſtodi unumquemque noſtrum committeret? Itaque quando januas occluſeritis, & tenebras intus induxeritis, mementote uti nunquam vos ſolos eſſe dicatis. Non enim eſtis; ſed Deus intus eſt, & veſter Genius eſt. *Hæc Epitectus*. Et hanc doctrinam confirmat Seneca in Epiſtola 110. ſcribens: „ Unicuique noſtrum Pædagogum dari Deum, non quidem ordinarium: ſed hunc inferioris notæ, ex eorum numero, quos Ovidius ait, de plebe Deos. Ita tamen hoc ſeponas volo, ut memineris Majores noſtros, qui crediderunt hoc, Stoicos fuiſſe. Singulis enim & Genium, & Junonem dederunt. „ *Hæc Seneca.*

41. Conſueverant etiam Romani Imperatorum Genium permaximè venerari, & per illum dejerare, ſtatutâ pejerantibus pœnâ. Immò Svetonius in Caligula ſcribit, plures Nobiles neci dediſſe Caligulam arrepto prætextu, quòd nunquam per ſuum Genium dejeraſſent. Civitates quoque peculiare Genium habere autumaſſe Paganos, Auctor eſt S. Auguſtinus Serm. 6. de Verbis Domini, in Evangelium Matthæi cap. 6. ubi ait: „ Ecce in quem verum Deum peccas, dum diſcumbis apud Deos falſos: Non eſt, *inquit*, Deus: quia Genium eſt Carthaginis, quaſi Mars, aut Mercurius eſſet, Deus eſſet. Sed quomodo ab ipſis habetur, attende, non quid ſit. Nam & ego tecum ſcio, quis lapis eſt. Si Genium ornamentum eſt aliquod, Cives Carthaginis benè vivant, & ipſi erunt Genium Carthaginis. Si autem Genium Dæmonium eſt, audiſti & ibi; *Quæ immolant Gentes, Dæmonibus immolant, & non Deo.* Hactenus S. Auguſtinus de Carthaginis Genio. Et Tertullianus in lib. de Idololatria cap. 22. indicat Colonias quoque ſuos habuiſſe Genios, inquiens: „ Si cui dedero Eleemoſynam, vel aliquid præſtitero beneficii, & ille mihi Deos ſuos vel Coloniæ Genium propitios imprecetur, jam oblatio mea vel operatio, Idolorum honor erit. „ Prudentius denique lib. 2. contra Symmacum, de Genio, & Civitatibus, & locis, & quibuſvis rebus adſignato, ſcribit.

Quanquam cur Genium Romæ mihi fingitis unum?
Cùm portis, domibus, thermis, ſtabulis ſoleatis
Adſignare ſuos Genios? perque omnia membra
Urbis, perque locos Geniorum millia multa
Fingere, ne propria vacet angulus ullus ab umbra.

42. Nec ſatis viſum fuit admittere Genios rebus hiſce inferioribus adſiſtentes, verùm & alios, qui Cœleſtia, materialis tamen, moderarentur. Quare Agrippa lib. 3. de Oc-

culta Philoſophia ex Magorum ſententia, tria Dæmonum genera conſtituta fuiſſe tradit. Primi generis ſupercœleſtes appellatos fuiſſe ait, atque mente à corpore penitus ſejunctas, & quaſi intellectuales ſpheras, Deum unum tanquam ipſorum firmiſſimam, ſtabiliſſimamque unitatem, ſive centrum colentes; ac ita ſolùm circa unum Deum verſantes, qui nec Mundi corporibus præſunt, nec inferiorum adminiſtrationi adaptantur, ſed ſuſceptum à Deo lumen inferioribus ordinibus influunt ſinguliſque ſingula officia diſtribuunt.

43. In ſecundo Ordine conſtituere ſolebant cœleſtes illas Intelligentias, quas Dæmones mundanos appellabant, ſcilicet ultra Divinum vultum Mundi ſpheris accommodatos unicuique Cælorum & Stellarum præſidentes, unde eos in totidem diſtribuebant ordines, quot in Mundo ſunt Cœli, & quot in Cœlis ſunt Stellæ; & ita alios vocabant Saturnios, qui præeſſent Cœlo Saturni, & ipſi Saturno; alios Jovios, qui præeſſent Cœlo Jovis, & ipſi Jovi. Similiter pro aliarum Stellarum, tàm nomine, quàm virtute varios Dæmones cognominabant. Et quia veteres Aſtrologi quinque ſupra quinquaginta aſſerebant motus: hinc totidem illis adinvenerunt Intelligentias, ſive Dæmones.

44. In Cœlo inſuper Stellato Dæmones poſuerunt, qui & ſignis præeſſent, & triplicitatibus, & decanis, & quinariis, & gradibus, & ſtellis: nam licèt unicuique Orbi ſtellarum unam ſolam Intelligentiam Peripateticorum ſchola conſignet: tamen cùm unaquæque ſtella, & Cœli particula ſuam propriam, & differentem habeat vim, & influxum, neceſſe putarunt, ut & ipſa ſuam haberet præſidentem Intelligentiam, quæ vim conferat, & agat.

45. Item & in duodecim ſignis Zodiaci, duodecim Dæmonum Principes poſuerunt, qui eis præeſſent: & triginta ſex, qui præeſſent totidem Decuriis, & ſeptuaginta duos, qui præeſſent totidem Cœli quinariis, & Hominum linguis, & Gentibus, & Elementis, & ſeptem totius Mundi gubernatores, juxta numerum Planetarum; & poſuerunt ſingulis nomina, & ſignacula, quæ vocant caractheres, & utebantur illis in invocationibus, & incantationibus, & ſepulturis ſuis, deſcribendo ea in ſuarum operationum inſtrumentis, imaginibus, laminis, ſpeculis, annulis, chartis, cæreis, & ejuſmodi, ut ſi quando operabantur ad Solem, invocabant per nomina Solis, & per nomina Dæmonum Solarium, & ſic de cæteris.

46. Paulus Scaliger in Miſcellaneis de Rerum cauſis lib. 4. cap. 5. ex Mercurio Triſmegiſto, meminit ſeptem Spirituum Mundi Gubernatorum, qui & ſeptem Planetis præſunt ſecundùm antiquam Hebræorum Doctrinam, quorum nomina ſunt, ut Saturno præſit Zaphkiel, Marti Camael, Jovi Zachiel, Soli Raphael, Veneri Haniel, Mercurio Michael, Lunæ Gabriel. Tritemius verò pauló diverſis nominibus eiſdem planetis eoſdem Spiritus adſcripſit, dicens quòd Saturno præſit Intelligentia nomine Orphiel, Jovi Zachariel, Marti Zamael, Soli Michael, Veneri Anael, Mercurio Raphael, Lunæ Gabriel. Et horum meminiſſe Joannem in Apocalypſi tradunt, dum ait. *Et à ſeptem Spiritibus qui in conſpectu Throni Dei ſunt*. Et addunt per hos Spiritus hæc inferiora viciſſim regi, habereque ſucceſſivè harum rerum dominium annis 354. & menſibus quatuor, adeout incipiendo ab Angelo Saturni dominetur annis 354. & menſibus quatuor, quibus elapſis incipiat dominium Angeli Veneris, qui totidem annis dominetur, & ſic de reliquis, donec iterum revolvatur dominium in Angelum Saturni, ſic ſemper perpetuâ revolutione procedendo.

47. Idem Paulus Scaliger in ſubſequentibus capitibus breviter notat Mundi eventus ſub horum Angelorum & Planetarum dominio, aitque. In prima revolutione Saturni fuiſſe homines rudes, agreſtes, more beſtiarum in ſolitudine commorantes. In prima revolutione Veneris, cujus initium, juxta ſuperiùs tradita, fuiſſe poſt annos 354. & menſes quatuor ab Orbe condito dicendum erit, homines cultiores eſſe cœpiſſe, domus extruere atque Urbes, artibus mechanicis ſe exercere, luxui indulgere, uxorum formoſitatem obſervare, Dei oblivisci, à naturali ſimplicitate recedere, ludis, cantilenis, & inſtrumentis muſicis oblectari, & in iis quæ ad Venerem pertinent per omnia laſcivire.

48. In prima revolutione Jovis, homines primùm dominari cœperunt, venationes exercere, tentoria facere, variis indumentis luxuriare, bonos à malis ſeparare, integritatem morum amplecti, legibus parere, & artes varias exercere. In qua revolutione Adam homo primus vitâ functus eſt.

49. In prima revolutione Mercurii literæ inſtar arboris & plantarum excogitantur, Muſices inſtrumenta multiplicantur, Mercium commutatio adinvenitur, Navigandi exordium ſumitur,

50. In prima revolutione Martis Diluvium univerſale fit. In prima revolutione Lunæ multiplicantur rurſus homines, & varias condunt Urbes, & in prima revolutione Solis, Reges inter mortales primùm eſſe incipiunt, primus Nembrot libidine dominandi ſuper ſocios, imperium tyranidis invadit, cultus Deorum ſtultitiâ hominum inſtituitur, Principes ut Dii adorantur, Mathematica, Magia, & variæ artes adinveniuntur, unius Dei cultus diverſis exhibetur creaturis, cultus Dei paulatim oblivioni traditur,

Digitized by Google

ditur, Architectura invenitur, Homines moribus, & inſtitutis adornantur.

51. Hiſce abſolutis revolutionibus, quæ complectuntur ab Orbe condito ſpatium annorum 2480. & menſibus quaternis, iterum Orbis dominium rediit ad Saturnum, ſive ad Spiritum Saturni, incœpitque ſecunda Saturni revolutio. In qua multiplicatæ ſunt gentes, diviſa terra in regiones, inſtituta multa Regna, turris Babel conſtructa, linguarum ſacta confuſio, homines in omnem terram ſunt diſperſi, cœperuntque terram accuratiùs colere, agros inſtituere, frumenta ſerere, vineas plantare, arbores infodere, & quidquid ad victum, veſtitumque attinet diligentiùs inquirere, hic nobilitatis cœpta eſt diſcretio, Orbis cognitio, multitudo Regnorum, & varietas linguarum.

52. In Secunda Veneris revolutione cœpit Idololatriæ incrementum. Bellum item ſuſceptum eſt inter Zoroaſtrem Bactrianorum Regem, & Ninum Regem Aſſyriorum.

53. In ſecunda revolutione Jovis, aurea tempora naſcuntur, humanæ ſalutis reſtaurationem Deus pollicetur. Jupiter Rex Arcadiæ ex Heber Filijs, videlicet Jerari ortus claret. Prometheus Filius Athlantis floret, qui primus, & uſum annuli, & inſignia Regalia invenit. Pari ratione, & Phoroneus primus Græcis leges tulit.

54. In ſecunda Mercurii revolutione, ſapientiæ ſtudium floret: Mercurius, Bacchus, Omogyrus, Iſis, Inachus, Argus, Apollo, & complures alii eminentiſſimi Viri viunnt. Moſes Legislator Iſraelem à ſervitute Ægyptiorum in libertatem vindicat. Ianus in Italia primus regnat. Saturnus ſtercore agros pingueſcere docet, Cadmus literas Græcas invenit, & Carmentis filia Evandri latinas. Lex Divina per Moyſen enucleatur. Sibylla Erythræa, Delphica, Phrygiaque, cum cæteris floret; Prophetæ item, Arioli, Aruſpices, Magi, & Vates.

55. In ſecunda Martis revolutione excidium Trojanum in Aſia minori, & Monarchiæ mutatio exoritur: Luthetia Pariſiorum, Moguntia, Carthago, Neapolis, & aliæ multæ Civitates de novo inſtituuntur. Regna quoque plurima, utpote Lacedæmoniorum, Corinthiorum, Hebræorum, & aliorum; Bella, prælia Regum, & Gentium, variæque mutationes Imperiorum. Saul primus Rex Hebræorum ungitur, David ſequitur, Salomon templum Dei Hieroſolymæ conſtruit. Homerus Scriptor Trojani excidii, Daces Phrygius, & Dictis Cretenſis, qui excidio ipſi interfuerunt, vivunt.

56. In ſecunda revolutione Lunæ clarent apud Hebræos Prophetæ, Helias, Heliſæus, Micheas, Abdias, & alii complures. Lycurgus jura, & leges Lacedæmoniis dat. Reges Italiæ, Capetus, Liberius, Romulus, Procas, & Numitor florent. Monarchia Aſſyriorum in Sardanapolo deficit. Regnum Macedoniorum conſumitur. Hominibus variæ leges imponuntur. Veri Dei cultus negligitur. Falſorum Deorum Religio nimis propagatur. Urbs Roma conſtruitur. Thales, Solon, Dhilon, Periander Cleobolus, Bias, & Pitacus, ſeptem Sapientes in Græcia clarent. Romulus imperat fratricida, & cultor ſeditionis. Numa Pompilius cultum Deorum ampliat. Nabucdonoſor Rex Babyloniæ Hieruſalem capit, & deſtruit, Sedechiam Regem, & omnem populum captum abducit. Hieremias Propheta claret, & hoc excidium prædicit, ſimiliter & ex Babylone futuram liberationem.

57. In ſecunda revolutione Solis Evil Merodach Rex Babylonis libertatem, & Regem populo reſtituit Hebræorum. Monarchia incipit Perſarum. Cumana Sibylla claret. Romani abrogatis Regibus, duos per annum Conſules conſtituunt. Phalaris tyrannus Siciliam occupat. Magia apud Perſas floret. Pythagoras quoque apud Græcos. Templum Hieroſolymis, & Civitas reædificatur. Eſdras Propheta libros Moſis combuſtos à Chaldæis, qui & Babylonii fuerunt dicti, memoriâ uſus pro Archetypo, reparavit. Xerſes adversùs Græcos exercitum ducit. Roma capitur, incenditur, & deſtruitur à Gallis. Athenienſium bella vigent. Socrates, & Plato Philoſophi florent. Romani abrogatis Conſulibus Tribunos, & Aediles inſtituunt. Alexander Magnus in Macedonia regnat, Monarchiam Perſarum in Dario deſtruit, & ſuo Imperio totam Aſiam, cum parte Europæ ſubjugat. Apud Hebræos pro Sacerdotio ſummo concertatur. Regnum Syriæ inchoatur.

58. His peractis, abſolutis ab Orbe condito annis 4960. & menſibus octo, ad Saturnum tertiò revolutum eſt dominium, in cuius revolutione cœpit Bellum Punicum inter Romanos & Carthaginenſes; Roma igni & aquâ penitùs fere conſumpta fuit. magna portenta videbantur. Coloſus, & Carthago deſtruuntur, Hieroſolyma incenditur, Machabæi bellum gerunt. Pari ratione Mithridates. Germanica clades adversùs Romanos fit. tres Soles Romæ apparuerunt. Cæſar Octavianus Romanorum Imperium uſurpavit. Emanuel Jeſus Chriſtus naſcitur.

59. In tertia revolutione Veneris multæ perſecutiones adversùs Chriſti Eccleſiam excitatæ fuerunt. Multi viri in omni genere Sciêntiarum claruerunt. Conſtantinus Magnus fit Chriſtianus, unius Dei cultus reſtauratur. Cometes inſolitæ magnitudinis apparet. Ariana hæreſis turbat Eccleſiam Sanctam. Cruces in lineis hominum veſtibus videntur. Francorum, Germanorum origo naſcitur. Inclinatio Romani Imperii oritur. Gothorum, Vandalorum, Hunnorumque irruptiones vigent.

In

60. In tertia Jovis revolutione multi amore Chriſtianæ Philoſophiæ ſe ad Eremum conferunt, multa etiam apparent portenta, cometea, terræmotus, pluvia Sanguinis. Mertinus naſcitur, Arcturo terdena regna ferviunt. Monachorum Ordines multiplicantur: Boetium Conſulem Theodoricus occidit. Imperium ſimul, & Eccleſia perturbantur. Clodoveus Rex Francorum fit Chriſtianus. Multa regna intereunt. Juſtinianus Imperator Rempublicam legibus ornat. Coſdroës Perſarum Rex Hieruſalem capit, quem paulò poſt Eraclius occidit. Machomet arabs Saracænorum ſectam introducit. Dagobertus Anglos interficit. Cruces apparent in veſtibus hominum. Imperium Romanum dividitur, & transfertur Monarchia ad Francos in Carolum.

61. In tertia Mercurii revolutione Imperii vires extenuantur. Sanguis per triduum in Italia pluvit. In Saxonia villa quedam horribili terræ hiatu cum omnibus ædificiis, & hominibus in momento abſorbetur. Italia deficit ab Imperio Francorum, proprioſque Sibi Reges conſtituit. Imperium Romanum transfertur ad Germanos. Sub Ottone primo Imperatore Monarchia reformatur. Hungari ad Chriſtianorum fidem convertuntur. Electores Imperii inſtituuntur. Hieruſalem iterum à Saracænis capitur. Portenta multa in Cœlo, Terra, Mari, & Aquis videntur. Terra Sancta, & Hieruſalem per Comitem de Bulien recuperatur: multa mala Tartari Imperio Romano faciunt. Soles tres, totidem Lunæ videntur. Egisni, & Lituotrii ad fidem Chriſti convertuntur.

62. In tertia Martis revolutione Imperator primus Fridericus cum Romanis proceribus prælia magna gerit. Romanorum multa millia pereunt. Mediolanum, & Leodium deſtruitur. Hieruſalem à Saracænis iterum capitur. Imperium Tartarorum initium ſumpſit. Rumores bellorum vigent Argentinæ, Coloniæ, Leodii, Wormatiæ, Spyræ, & in tota Germania. Mendicantium Ordo inſtituitur. In Aſia, & Africa Fides deficit Chriſtiana. Conſtantinopolis à Germania capitur. Paſtores ex Hiſpania Pariſiis ſeditionem adversùs Clerum movent. Eclypſia, & terræmotus, multa hominum millis opprimunt. Tartari Hungariam devaſtant quam Philippus, & Bartholomeus Scalichii ſalusrunt, atque Poloniam. Romani Pontifices Fridericum Imperatorem imperio deiiciunt. Rodulphus Comes de Habſpurg Imperator conſtituitur. Ordo Templariorum deſtruitur. Epantus Pragenſis in Archiepiſcopatum erigitur. Joannes Hus comburitur. Conſtantinopolis à Turcis capitur. Chriſtianorum bella ſuboriuntur in Gallia, Anglia, Saxonia, Uveſtphalia, Pruſſia, Flandria, Svevia, & aliis locis. Ars Impreſſoria Moguntiæ de novo invenitur. In Regno Neapolitano quatrsginta Millia hominum ex terræmotu pereunt. Moguntia capitur, & ſpoliatur. Turcæ multas Chriſtianorum Civitates capiunt: Nigropontum in Euboja; Regnum quoque Boſneum ſive Romæ, cujus primus Rex Stephanus Schalichius fuit; Ducatum de Spetis, Achajam, Mytilenam, & plura Regna in Oriente. Concurſus Stultorum in Francia Germaniæ ad Niclauhauſen fit.

63. Hæc omnia in propriis terminis Paulus Scaliger, & cùm eo tempore quo talia ſcribebat, dominaretur tertia revolutio Martis, & erga finem ejuſdem; ideo omittit agere de tertia Lunæ, & Solis revolutione: nam dicit: *Tertia revolutio Lunæ eſt inſtantis temporis*. Et inde ſub cap. 13. multa prædicit mala futura ſub reſiduo revolutionis Martis: „ Martis enim ait, cauda dutaxat „ reliqua eſt, quam ubi penitùs inſpicio, „ coniicio perditionem plurimorum immi„ nere. Translationem Monarchiæ vel ma„ gni alicujus Regni. Secta Religionis jam, „ quàm portendebat, conſurrexit magna, „ & veterum deſtructio Religionum, quod „ & Abhas prædixit, & reverà, ut idem „ ait, timendum eſt ne caput unum amit„ tat Beſtia quarta, cujus & Daniel aper„ tam fatis facit mentionem. „ *Hactenus Scaliger*, ex cujus ſententia ſequitur modò dominari Lunam, eſſeque Orbem ſub tertia Lunæ revolutione: nam ſcripſerat hæc Scaliger anno Domini 1570. & tunc reliqua erat cauda dumtaxat Martis. Cùm ergo modò currat annus 1709. ſequitur jam eſſe inchoatum Lunæ dominium, ſive ejus tertiam revolutionem.

64. Modò iterum reaſſumendo ſermonem de Intelligentiis ſive Angelis præſidibus rebus creatis, ex eorundem Magorum & vetuſtorum Hebræorum ſententia, adſignantur Angeli præſidentes duodecim ſignis Zodiaci, quorum nomina ſunt, ut præſint Arieti Melchidael, Tauro Aſmodel, Geminis Ambriel, Cancro Muriel, Leoni Verchiel, Virgini Hamaliel, Libræ Zuriel, Scorpioni Barchiel, Sagittario Aduachiel, Capricorno Annael, Aquario Gambriel, Piſcibus Barchiel. Agrippa verò lib. 3. de occulta Philoſophia cap. 24. exiſtimat hos Angelos deſignatos eſſe in Apocalypſi cap. 21. verſ. 12. ubi de Cœleſti Hieruſalem Scriptum eſt: *Et habebat murum magnum, & altum, habentem portas duodecim, & in portis Angelos duodecim*.

65. Cùm porrò Luna viginti & octo manſiones habeat, pro qualibet manſione ſuum Angelum præſidem tribuunt, adeout ſint viginti & octo Angeli eiſdem manſionibus præſidentes, qui appellantur: Geniel, Enediel, Amixiel, Azariel, Cabiel, Dirachiel, Scheliel, Amnediel, Barbiel, Ardeſiel,

ſiel, Meeiel, Abdizuel, Jazariel, Ergediel, Ataliel, Azeruel, Adriel, Egibiel, Amutiel, Kiriel, Bethnael, Geliel, Requiel, Abriuael, Aziel, Tagriel, Alheniel, Amuixiel.

66. Inſuper & ſuper quatuor ventos, & ſuper quatuor partes Mundi, quatuor conſtituunt Angelorum Principes. Quatuor pariter ſuper quatuor Elementa, eorum nomina ſunt, Michael ſuper Ventum Orientalem, Raphael ſuper ventum Occidentalem, Gabriel ſuper Borealem, & Nariel aliàs Uriel ſuper ventum Auſtraelem. Super elementum Aeris Cherub, ſuper elementum Aquæ Tharſia, ſuper elementum Terræ Ariel, & ſuper elementum Ignis Seruph, ſive Nathaniel, ut placet Philoni.

67. Pater Bartholoccius in ſua Bibliotheca Rabinica tom. 1. in Diſſertatione Brevi de Angelis ſecundùm Hebræos pagin. mihi 277. ſcribit eoſdem Hebræos, etiam menſibus, hebdomadibus, diebus, & horis, ſuos Angelos præficere. Quos porrò menſibus præficere dicunt, hæc nomina habere refert; nimirum ut menſi Tiſcrì, ideſt Septembri præſit Tzuriel; Marcheſuean, ideſt Octobri, Bazachariel; Menſi Chisleù, ideſt Novembri, Adumael; Tevèt, ideſt Decembri, Anael; menſi Scevàt, ideſt Januario, Gabriel; Adàr, ideſt Februario, Romiel; Niſan, ideſt Martio, Uriel; Iiàr, ideſt Aprili, Tzaphriel; menſi Sivàn, ideſt Majo, Amariel; Tamuz, ideſt Junio, Paniel; menſi Ab, ideſt Julio, Baraklel; ſed menſi Elùl, ideſt Auguſto, idem Bartholoccius ſcribit ſe non reperiſſe nomen Angeli adſignati in Auctore libri Col-bò, à quo ſupradicta ſe excerpiſſe fatetur. Nomina porrò Angelorum qui hebdomadibus, diebus, & horis præſunt, recenſere omittit, ſed Agrippa recenſet: ſed neniæ ſunt, & vanæ imaginationes, ideo & nos omittimus.

68. Cùm porrò Caldæi, & Magi velint hos Angelos in Dominio ſuorum Planetarum, & Signorum, in ſuis temporibus, annis, menſibus hebdomadibus, diebus, horis, in ſuiſque elementis, ventis, ac Mundi partibus, maximam habere poteſtatem, fit in horum ſententia, ut potiùs Angelicâ hàc poteſtate res eveniant, quàm humanâ aliquâ libertate. Et ita ex hac doctrina Magorum, & antiquorum Hebræorum, potuit Theodotus ſuum deſumpſiſſe errorem, quo aſſerebat, *Angelos Aſtra moderantes neceſſitatem inevitabilem inferre in humanis actibus*. Cabaliſtæ quoque Hebræi plura de hujuſmodi Angelis & eorum officiis fabulantur. Tendunt omnia ad deſtruendam libertatem humani arbitrii.

69. At quænam ſit vera Catholica, & ſana de Angelorum Miniſterio doctrina, modò breviter obſervandam eſt. Et primò eſſe Angelos hominum tutelares, quos nimirum Deus ad cuſtodiam hominum deſtinavit, vetuſta eſt Sanctorum Patrum ſententia. Nam in Scriptura habetur Gen. cap. 48. verſ. 16. Jacob meminiſſe cujuſdam ſui peculiaris Angeli, dum dixit: *Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis*. Judith quoque ſe ab Angelo cuſtoditam dicit, Judith cap. 13. verſ. 20. & proinde Deo benedicit, & gratias refert, inquiens: *Vivit autem ipſe Dominus, quoniam cuſtodivit me Angelus ejus, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc revertentem, & non permiſit me Dominus ancillam ſuam coinquinari*. Chriſtus porrò Matthæi cap. 18. verſ. 10. de Angelorum tutela erga homines nobile profert teſtimonium, dùm ait: *Videte ne contemnatis unum ex his puſillis, dico enim vobis, quia Angeli eorum in Cœlis ſemper vident faciem Patris mei, qui in Cœlis eſt*. Quæ verba expendens Beatus Hieronymus lib. 3. Commentar. in Matthæum ait; *Magna dignitas animarum ut unaquæque habeat ab ortu Nativitatis in cuſtodiam ſui Angelum delegatum*.

70. De hujuſmodi Angelis tutelaribus ad Cuſtodiam hominum deſtinatis, pluribus in locis ſcribit Origenes: & primò homil. 20. in Numer. ubi ait: „ Adeſt unicuique noſtrum, etiam minimis, qui ſunt in Eccleſia Dei, Angelus bonus, Angelus Domini, qui regat, qui moveat, qui gubernet, qui pro actibus noſtris corrigendis, & miſerationibus expoſcendis, quotidie videat faciem Patris, qui in Cœlis eſt. *Hæc Origenes*. Deinde homilia 11. in eodem lib. Numer. probat idem ex loco Actorum cap. 12. ubi Petro adducto de carcere, & oſtium pulſanti reſponſum fuit: *Angelus Petri eſt*: Verba Origenis ſunt: „ Quamvis & ipſi Apoſtoli Angelis utantur adjutoribus ad explendum prædicationis ſuæ munus, & opus Evangelii conſummandum. Sic enim dicebatur in Actibus Apoſtolorum, quia Angelus Petri eſſet, qui pulſaret ad oſtium. Similiter ergo intelligitur eſſe, & alius Pauli Angelus, ſicut & Petri, & alius alterius Apoſtoli, & Singulorum per ordinem. Hæc Origenes de Angelorum Cuſtodia, & plura alibi.

71. Deinde Gregorius Thaumaturgus in oratione Panegyrica ad Origenem, de Angelis hominum curam habentibus ſcribit: „ Ac ſi quid altiùs porrò de iis, qui non cernuntur, Divinioribus, & hominum curam gerentibus, loqui velim, huic etiam, qui me à puero, magno quodam judicio regendum, educandumque ſortitus eſt, ſacer Angelus Dei, qui paſcit me ab adoleſcentia mea, ut ait ille Deo carus vir, ſuum ipſius videlicet intelligens.

72. Plura de Cuſtodia Angelica ſcribit Magnus Baſilius: Etenim in expoſit. Pſalmi 33. ait: „ Conſidera igitur quanta ſit „ An-

„ Angelorum Natura: quoniam univerſo
„ exercitni, & caſtris numeroſæ hominum
„ multitudinis unus aſſimilatur Angelus.
„ Ob magnitudinem itaque ejus, qui te cu-
„ ſtodit, caſtra tibi munitioneſque præbet
„ Deus: propter verò Angeli virtunem, ve-
„ luti circumvallat te undique ſecuritate,
„ quæ eſt per illum. Hoc namque in cir-
„ cuitu ſignificat. Sieut enim muri Civita-
„ tia circumducti omni ex parte abarcent,
„ propulſant, ut hoſtiles inſultus: ſie, &
„ Angelus te præmuerit à fronte, & à tergo
„ cuſtodit, & nihil utrinque incuſtoditum
„ relinquit. *Et in pſal.* 48. Cuilibet enim
„ Fidelium, *ais*, eſt Angelus aſſiſtens, &
„ adiunctus, Patrem, qui eſt in Cœlo, vi-
„ dere dignus. *Et lib* 3. *cautra Eunominm*
„ *erga iuisium*. Quod verò, *inquit*, Singu-
„ lis fidelium adſit Angelus, ut Pædagogus
„ qnidam, & Paſtor ad vitam dirigendam,
„ nemo contradicet, qui Verborum Domini
„ recordatur dicentis: *ne contemnatie unum*
„ *ex his puſillis*; *dico enim vobis*, *quoniam*
„ *Angeli eorum in Cœlis ſemper vident fa-*
„ *ciem Patris mei*, *qui in Cœlis eſt*. Et
„ Pſalmiſta dicit: *Caſtrametetur Angelus*
„ *Domini*, *in circuitu timentium ipſum*. Et
„ *Angelus*, *qui eruit me à juventute mea*. Et
„ quæcumque talia.

73. Porrò in libro de Vera Virginitate
hortatur Virginem, ut nihil indignum agat,
qnod ſponſo ſuo placere minime poſſit, nec
putet aliquando eſſe ſolam, cum ſemper ei
adſiſtat comes Angelus: „ Verùm, *in-*
„ *quit*, ut diximus, ſe ipſam primùm,
„ conſcientiamque ſuam reverebitur, etiam-
„ ſi valde ſit ſola: deinde aſtantem ſibi
„ cuſtodem Angelum. *Angeli enim eorum*,
„ *ſemper vident*, inquit, *faciem Patris ve-*
„ *ſtri*, *qui in Cœlis eſt*. Neque verò con-
„ venit, ut Angeli ejus, cui credita eſt cu-
„ ra ac cnſtodia ſalutis noſtræ, faciem aſ-
„ pernetur homo, atque in primis Virgo,
„ quæ hunc ipſum caſtitatis ſuæ veluti para-
„ nymphum, cuſtodemque habet. Et in cap. 8.
Iſaiæ Prophetam de eadem tutela, & An-
gelorum cuſtodia, ait: „ Spoliavit quidem
„ illum: ſuâ tamen unius poteſtate ab eodem
„ prædam optimam retulit, ad tutelarem
„ cuſtodiam, & preſidium aſſignans fideli-
„ bus Angeloa ſanctos, quorum commemi-
„ nit, dicena: Quia Angeli eorum ſemper
„ vident ſaciem Patris mei, qui in Cœlis
„ eſt.

74. Theodoretus etiam eandem Angeli-
cam cuſtodiam deſcribit in quæſt. 3. ſuper
Geneſi, ubi ex eadem cuſtodia probat ſub-
ſtantiam Angeli eſſe circumſcriptam: „ Quod
„ autem, *inquit*, Angeli ſubſtantiam habe-
„ ant circumſeriptam, nemo ut arbitror
„ repugnabit, qunm Dominus dixerit, ſin-
„ gulos homines ſubeſſe ſingulorum Ange-
„ lorum imperio. *Videte enim*, inquit, *ne*
„ *contemnatis unum ex minimis*, *qui in me*
„ *credunt*: *quia Angeli eorum vident ſemper*
„ *ſaciem Patrie mei*, *qui in Cœlis eſt*. „ Hæc
Theodoretus, qui, & in pſal. 40. ſuper
illa verba: *Quoniam Angelis ſuis mandavit*
de te, *ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis*;
probat Angelicam cuſtodiam diverſis Scriptu-
ræ locis, inquiens: „ Hoc & in trigeſimo
„ tertio pſalmo inquit: *Angelus Domini in*
„ *circuitu timentium eum*, *& eripiet eos*.
„ Audimus etiam Patriarcham Jacob dicen-
„ tem: *Angelus*, *qui eripuit me ex omnibue*
„ *malis*. Et magnus Abraham ſervum ad-
„ hortans, inquit, *Deus mittet Angelum*
„ *ſuum ante ſaciem tuam*; *& accipies illic*
„ *mulierem filio meo Iſaac*. Ubique igitur
„ diſcimua per Angelos univerſorum Deum,
„ eos qui in eo ſpem collocarunt, cuſto-
„ dire.

75. Item & S. Auguſtinua Serm. 8. de
Natali Domini, ſcribit Angeloa vitæ no-
ſtræ cuſtodes offerre Deo vota noſtra. *Pu-*
tamus, inqnit, *quàm dulce eſt*, *quando vota*
noſtra, *talia qualia dixi*, *Angeli*, *qui cu-*
ſtodes vitæ noſtræ ſunt, *ante conſpectum Di-*
vinæ Majeſtatis obtulerint? In libro inde So-
liloquiorum tom. 9. inter opera D. Auguſti-
ni cap. 27. de Angelica cuſtodia plura ha-
bentnr, inter quæ ſcriptum habetur: „ Di-
„ ligunt nempe (*ideſt Angeli*) concives ſuos
„ per quos ſuæ ruinæ ſciſſuras inſtaurari
„ expectant. Ideoque magna cura, & vigi-
„ lanti ſtudio adſunt nobis, omnibus horis,
„ & locia, ſuccurrentes, & providentes ne-
„ ceſſitatibus noſtris, & ſolliciti diſcurren-
„ tes inter nos, & te Domine; gemitus no-
„ ſtros, atqne ſuſpiria referentes ad te, nt
„ impetrent nobis faeilem tuæ benignitatia
„ propitiationem, & referant ad nos deſide-
„ ratam tuæ gratiæ benedictionem. Ambn-
„ lant enim nobiſcum in omnibus viis no-
„ ſtris, intrant, & exeunt nobiſcum atten-
„ te conſiderantes, quàm piè, quàmque
„ honeſtè in medio pravæ nationis conver-
„ ſemur. „ *Hæc & alia ibi*. Et Auctor Ser-
monum ad Fratres in Eremo ad calcem to-
mi X. Operum S. Auguſtini Serm. 68. inter
alia ait: „ Hæc ſcientes, quia Angelos Dei
„ cuſtodes habemus, ſicut ipſe Salvator ait.
„ *Amen dico vobis*, *Angeli eorum ſemper vi-*
„ *dent ſaciem Patris mei*, *qui in Cœlis eſt*.

76. Ad hæc addi poſſunt, Primaſius ad
cap. 1. Epiſt. ad Hebræos, ubi ſcribit: „ Ge-
„ neraliter, ſicut Doctores dicunt, unicui-
„ que fidelium ab ortu nativitatis, vel po-
„ tiùs à tempore Baptiſmatis, datur à Deo
„ Angelus ad ſui cuſtodiam, & qui ſuadeat
„ bona agere. „ Iſidorus Hiſpalenſia lib. 7.
Orig. cap. de Angelis, ſic pariter ait:
„ Quòd Angeli & locis, & hominibus præ-
„ ſint, per Prophetam teſtatur Angelus di-
„ cens: *Princeps Regni Perſarum reſtitit mihi*.
„ Unde apparet nullum eſſe locum, cui An-
„ geli

Digitized by Google

„ geli non præſint. Præſunt enim anſpiciis „ omnium operum. „ Andreas Cæſarienſis ad cap. 2. Apocalypſis, diſertis verbia idem teſtatur, inqniens: „ Singulis hominibns „ Angelus cuſtos præpoſitus eſt. Hos autem „ Angelos cuſtodes ob naturæ claritatem, „ vitæque ſanctitatem, & caſtimoniam, „ tropo quodam ſtellarum voce denominat. Et univerſi denique Patres idem affirmant, quos recenſere longum eſſet.

77. Verùm ſunt aliqui qui ſolis Fidelibus conceſſos volunt Angelos ad cuſtodiam. ſic Anaſtaſius Nicænus in quæſt. 61. ubi ait: „ Priùs pro numero Gentium erant Angeli, „ nnnc non pro numero Gentinm, ſed pro „ numero Fidelium. Nam unuſqniſque Fidelia habet Angelum ſuum cuſtodem, ut „ ſcriptum eſt: *Caſtra mentabitur Angelus „ Domini, in circuitu timentium eum, & liberabit eos*. Nam etiam ab initio quilibet vir probus habebat Angelum, ſicut „ dicit Jacob: *Angelus, qui me liberavit à „ juventute mea.* „ Adhæret hnic opinioni Chryſoſtomus homil. 3. in caput 1. ad Coloſſ. ubi & ipſe ait: „ Primò congruentes numero Gentium erant Ange- „ li, nnnc antem non congruentes nume- „ ro Gentium, ſed numero Fidelium. Unde „ hoc conſtat? Andi Chriſtum dicentem: „ *Videte ne deſpiciatis unum de puſillis iſtis: „ Angeli enim eorum perpetuò vident faciem „ Patris mei, qui eſt in Cœlis*. Unuſquiſ- „ que enim fidelis habebat Angelum. Nàm „ etiam ab initio unuſquiſque vir probus „ habebat Angelum. „ Et homilia 60. in cap. 18. Matthæi, ſuper illa verba: *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei*, concludit ſanctos viros & fideles, Angelos habere, inquiens: *Hinc manifeſtum eſt, quia omnes Sancti Angelos habebant*. Ita pariter Anaſtaſius Synaita lib. 6. Anagogic. contemplat. in Examerون, ubi ait: „ Is autem cùm „ hæc dnbitaſſet, & dixiſſet, exponit quòd „ nos hinc oportest diſcere, quòd iis qui „ baptizautur, & iis maximè, qui in vir- „ tutibus effecti ſunt volucres, à Deo dan- „ tnr ſancti Angeli, qui eorum curam ge- „ rant. „ Idem innunnt Hilarius can. 18. in Matthæum ad illa verba, *videte ne contemnatis unum de puſillis iſtis*; Petrus Damianus opuſcul. 23. cap. 4. & quotquot volunt à die Baptiſmatis uſque ad obitum, delegatum eſſe nobis Angelum cuſtodem. Sicut & Remigius Antiſiodorenſis tum in pſal. 33. ubi ait: *Quiſque fidelium habet Angelum bonum, qui eum cuſtodiat*, tùm in pſal. 90. ubi pariter dicit: *Unuſquiſque fidelium habet Angelum confortantem ſe in bonis operibus*. Et hanc videtur fuiſſe Petri Lombardi opinionem in 2. Sent. diſt. 11. ubi ait: „ Angeli boni deputati ſunt ad cuſtodiam „ hominum, itant quiſque Electorum ha- „ beat Angelum ad ſui profectum, atque „ cuſtodiam ſpecialiter delegatum.

78. Cæterum cunctis & univerſis hominibus datos eſſe Angelos ad cuſtodiam, ſive Fidelibus ſive Infidelibus ſentiunt alii, & præter ſuperiùs allegata teſtimonia, quæ nullam exceptionem faciunt cujnſvis hominis, Theodoretus orat. 10. in Danielem indiſcriminatim ait: „ Ex his itaque docemur ſingulis Angelis uniuſcujuſque noſtrum cre- „ ditam eſſe curam, ut cuſtodiant, tuean- „ tur, & à pravi Dæmonis nos liberent in- „ ſidiis. „ Serm. 3. contra infideles Græcos versùs finem docet nniverſaliter, Angelorum præſidio muniri humanum genus, inquiens: „ Deum verò, qui hominem procreavit, „ credimus Angelis præſidentibns cnſtodiſ- „ ſe humanum genus, ne quâ vel violen- „ tiâ, vel tyrannide adverſarius noſter ho- „ minem ſuper irruens, qnem invidiâ ſuc- „ cenſus oderat, nullâ habitâ ratione diſper- „ deret. „ Et ſic etiam loquitur Serm. 4. D. Hieronymus in cap. 66. Iſaiæ, ad illa verba: *& annunciabunt gloriam meam in Gentibus*, poſt nonnulla de Angelorum miniſterio diſcuſſa, ait: „ Longum eſt, ſi veli- „ mus utrumque explanare teſtimonium: „ hoc ſolùm dicam, quòd diverſa vehicula, „ quibus homines adducuntnr ad fidem, „ Angeli ſint, vel Sancti viri, qui de ho- „ minibus in Angelos profecerunt. Quòd „ autem unuſquiſque noſtrum habeat Ange- „ los, multæ Scripturæ docent. „ *Hæc Hieronymus*. Et idem indicat in Commentario ad cap. 1. Abacuc, ad illa verba: *Mundi ſunt oculi tui*, & quæ ſequuntur. Sophronins Hieroſolymitanus in Encomio Angelornm, pariter tradit cunctis hominibus cuſtodes datos Angelos: „ Vos, *inquit*, eſtis „ qui cœlum curſu expeditiſſimo tranſmit- „ titis, qui motn celerrimo incitatiſſimo- „ que per aërem diſcnrritis, qui cœlum & „ æthera repletis, qui nulli non homini „ cuſtodes & comites adeſtis. „ Item Germanus Conſtantinopolitanus, in orat. de obdormit. Dei Genetricis, idem ſcribit, inqniens: „ Cùm genus humanum conditum „ eſſet, Angeli Divinitus conſtitnti ſunt, „ qui vitæ ipſorum cuſtodes eſſent, atque „ præſides. Sic enim ſcriptum Sacris literis „ legimus, *Nationum limites per Angelorum „ Dei numero ſtatuit*. „ Theophylactus verò ad cap. 18. Matthæi, omnes homines ſuos habere Angelos dicit, licèt poſtea ſubjungat, *& maximè Fideles*: „ Angeli, *inquit*, „ ſunt hominum præſides, ne damnum illis „ fiat à Dæmonibus. Omnes enim homines, „ & maximè Fideles, ſuos habent Angelos. „ Puſillorum autem, & humilium in Chri- „ ſto Angeli uſqueadeò familiares ſunt Deo, „ ut faciem ejus ſemper videant, coram ipſo „ ſtantes. „ S. Gregorins Magnus lib. 4. in Job, cap. 27. generaliter dicit: *Sic Jumentis homines, hominibus Angeli, Archangeli*

Digitized by Google

verò Angelis præſunt. Non enim tantùm fideles homines jumentia præſunt, ſed univerſi, & infideles quoque: ſic ergo non fidelibus tantùm, ſed etiam infidelibus Angeli præſidere debent. Hinc & Tertullianus ante hos omnes univerſaliter ſcribit officia divina Angelos hominibus præſtare ab utero matris, ſic lib. de Anima cap. 37. inquiens: „ Omnem autem hominis in utero ſerendi, ſtruendi, fingendi paraturam aliqua utique poteſtas Divinæ voluntatis miniſtra modulatur, quamcumque illum rationem agitare ſortita. Hæc æſtimando etiam ſuperſtitio Romana Deam finxit Alemonam alendi in utero fœtus. Et Nonam, & Decimam à ſollicitioribus menſibus, & Partulam, quæ partum gubernet, & Lucinam, quæ producat in Lucem. Nos officia divina Angelos credimus. „ *Hactenus Tertullianus*.

79. Deinde præter ſanctum & bonum Angelum qui unicuique homini præſit, ejuſque ſoſpitatis, educationis, vitæ totius, ac ſempiternæ præſertim ſalutis curam gerat, & qui Dæmonum inſidias, & imminentia undique pericula propulſet, animos ad virtutem dirigat, timidos confirmet, mœrentes recreet, laborantes adjuvet, lapſos erigat, opportuna monita ſuggerat, orantibus adſiſtat, & eorum preces offerat Deo, & perfunctos hujus vitæ caſibus poſt obitum excipiat, & ad Beatorum ſocietatem transferat, quæ ſunt munera ſancti & boni Angeli; cognoverunt Patres etiam malum Angelum unicuique aſſiſtentem, ut hominem ad mala agenda ſuadeat, & in perditionem inducat.

80. Et primò habetur teſtimonium Hermæ Paſtoris, ſi cui placet recipere librum, qui lib. 2. Mandat. 6. num. 2. ita ſcribit: „ Audi nunc, primùm de fide. Duo ſunt Genii cum homine: unus æquitatis, & unus iniquitatis. Et ego dixi illi; Quomodo, Domine, ſcire potero, quòd duo ſunt Genii cum homine? Audi, *inquit*, & intellige. Æquitatis Genius tener eſt, levis, & verecundus, manſuetus, & quietus. Cùm ergo in cor tuum aſcenderit, continuò loquitur tecum de Juſtitia, de Pudicitia, de Caſtitate, de Benignitate, de Venia, de Charitate, de Pietate. Hæc omnia cùm aſcenderint in cor tuum, ſcito quòd Genius æquitatis tecum eſt: huic ergo Genio crede, & operibus ejus, Accipe nunc, & Genii iniquitatis opera. Primùm amarus, iracundus, & ſtolidus eſt, & opera illius perniciosa ſunt, & evertunt Servos Dei. Cùm ergo in cor tuum aſcenderint hæc, intelliges ab operibus ejus, hunc eſſe Genium iniquitatis. *Hæc & alia Hermes*; quem locum Antiochus recenſet in homilia 61.

81. Porrò Origenes ex hoc Paſtoris loco eandem tuetur opinionem homil. 35. in Lucam, ubi ait: „ Legimus (ſi tamen placet hujuſcemodi Scripturam recipere) Juſtitiæ, & iniquitatis Angelos ſuper Abrahæ ſalute, & interitu diſceptantes: dum utræque turmæ ſuo eum volunt cœtui vendicare. Quòd ſi cui diſplicet, tranſeat ad volumen, quod Titulo Paſtoris inſcribitur, & inveniet cunctis hominibus duos adeſſe Angelos: malum, qui ad perverſa exhortatur, & bonum qui ad optima quæque perſuadet. Scribitur alibi, quòd aſſiſtant homini ſive in bonam, ſive in malam partem duplices Angeli. „ *Hæc ibi Origenes*: Sed & in libro de Principiis, ſive Periarchon lib. 3. cap. 2. idem repetit dum ait; „ Sed & de Paſtoribus liber hæc eadem declarat, dicens; quòd bini Angeli ſingulos quoſque hominum comitentur, & ſi quando bonæ cogitationes cor noſtrum aſcenderint, à bono Angelo ſuggeri dicit: ſi verò contrariæ, mali Angeli dicit eſſe inſtinctum. „ *Hæc ibi*, citatque & Barnabæ Epiſtolam, ubi dicit eſſe duas vias, unam lucis, tenebrarum alteram, eiſque certos quoſdam Angelos præeſſe. Caſſianus quoque Collat. 13. c. 12. ejuſdem Paſtoris teſtimonii meminit, inquiens: „ Adjacere autem homini in quamlibet partem arbitrii libertatem, etiam liber ille, qui dicitur Paſtoris apertiſſimè docet, in quo duo Angeli unicuique noſtrum adhærere dicuntur, ideſt bonus, ac malus, in hominis verò optione conſiſtere, ut eligat quem ſequatur. Et idcircò manet in homine ſemper liberum arbitrium, quod gratiam Dei poſſit vel negligere, vel amare.

82. Deinde idem Caſſianus Collat. 8. cap. 17. idem fatetur: „ Nam, *inquit*, quòd unicuique noſtrum duo cohæreant Angeli, ideſt bonus, & malus, Scriptura teſtatur. De bonis quidem Salvator: *Ne contemnatis*, inquiens, *unum ex puſillis iſtis, dico enim vobis, quòd Angeli eorum in Cælis, ſemper vident faciem Patris mei, qui in Cælis eſt*. Illud quoque: *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium, & eripiet eos*. Nec non etiam, quod in Actibus Apoſtolorum de Petro dicitur: *quia Angelus ejus eſt*. De utriſque verò liber Paſtoris pleniſſimè docet. Si autem conſideremus & illum, qui Beatum Job expetiit, apertiſſimè inſtruemur illum fuiſſe, qui ſemper inſidiatus ei, nunquam eum ad peccatum potuerit incitare, & idcircò poteſtatem à Domino popoſciſſe, velut qui non virtute illius ſed Domini defenſione, qui illum ſemper protexerit, vinceretur. De Juda quoque dicitur: *Et Diabolus ſtet à dextris ejus*. „ Hæc autem Caſſianus, nedum ex Paſtoris teſtimonio, verùm ex ſua propria ſententia.

83. Eandem opinionem ſuſtinet Gregorius

Digitized by Google

rius Nyſſenus in lib. de Vita Moſis ubi ait:
„ Verus ſermo ad nos uſque deſcendit, quo
„ creditur, poſtea quàm in peccatum na-
„ tura noſtra lapſa eſt, non omninò à Cle-
„ mentia Divina neglectam, neque abſque
„ ſuo patrocinio demiſſam, ſed Angelorum
„ qui naturâ incorporei ſunt, aliquem in
„ adminiculum cuique conſtitutum fuiſſe,
„ naturæque noſtræ corruptorem in omni-
„ bus contra annitentem, pravum aliquem
„ atque maleficum Dæmona ad malè viven-
„ dum homines impellentem, ad ſingulos de-
„ ſtinaſſe. Horum autem medium ſactum
„ hominem, quorum alter virtutis præmia
„ (quæ ſpe atque fide præparantur) cogi-
„ tationibus offert; alter titillationes, &
„ voluptates carnis ſuggerit, animumque
„ ſuum, quaſi ſpeculum bonorum, quæ fir-
„ mæ ſpei noſtræ propoſita ſunt, effecerit,
„ itaut mentis oculo oblatas, Divinâ gratià
„ virtutis ſpeciea queat recipere. „ *Hactenus
Nyſſenus*.

84. Accedit Auctor operis imperfecti in Matthæum homil. 5. ubi de his Angelis ita loquitur: „ Duo ſunt Angeli permanentes
„ cum hominibus; ſcilicet bonus, & malus.
„ Quandiù circa nos eſt Angelus bonus,
„ nunquam nos in tentationem poteſt im-
„ pellere Angelus malus. Secundùm diſpen-
„ ſationem autem Dei recedit aliquantulum
„ Angelus bonus; magis autem non rece-
„ dit, ſed abſcondit ſe, inviſibilem ſe red-
„ dens ante Diabolum: quoniam niſi vo-
„ luerit Angelus bonus à Diabolo non vi-
„ detur. Subtrahit ergo ſe, ut det Diabolo
„ licentiam tentandi, & ſtans expectat tenta-
„ tionis eventum.

85. At Bellarminus in lib. de Scriptoribus agens de Auctore libri Paſtoris, errorem dicit eſſe, quòd de duobus Angelis bono, & malo Paſtor ſcribit: „ Habet tamen,
„ *inquit*, & etiam aliqua noxia, ut de uni-
„ ca Pœnitentia ſecundùm errores Novatia-
„ norum, quibus hic liber omninò ſavere
„ videtur: ut etiam illud de duobus geniis,
„ ſive duobus Angelis, uno bono & altero
„ malo, ſingulis hominibus à Deo attribu-
„ tis, quem errorem ex hoc authore acce-
„ pit Joannes Caſſianus, eumque poſuit in
„ tertiadecima Collatione cap. 12. & ante
„ eum Origenes homilia 35. in Lucam.
Accedit ad hæc S. Proſper lib. 4. Reſponſionum pro B. Auguſtino, qui eſt adversùs Collatorem, ad calcem tom. 7. operum S. Auguſtini cap. 13. ubi refellit Caſſiani ſententiam ex libro Paſtoris deſumptam, de duobus geniis, veluti Catholico dogmati contrariam, ait enim: „ Poſt illud autem nul-
„ lius Auctoritatis teſtimonium, quod diſ-
„ putationi ſuæ de libello Paſtoris inſeruit,
„ & quo oſtendere voluit, inter boni, &
„ mali contrarias ſuaſiones, ita omnem ho-
„ minem naturali judicio & propriæ diſcre-
„ tioni eſſe commiſſum, ut ei non plus à
„ Deo præſidii, quàm à Diabolo ſit peri-
„ culi, addidit definitioni ſuæ regulam di-
„ cens: *Et idcircò manet in homine liberum*
„ *ſemper arbitrium, quo gratiam Dei poſſit vel*
„ *negligere, vel amare.* „ Hactenus Proſper.
Ex qua ſententia Henricus Cuyckius in Annotationibus ad textum Caſſiani concludit, Proſperum rejeciſſe ſententiam de duobus Angelis, à Caſſiano pronunciatam.

86. Verùm ut vidimus non fuit ſola Paſtoris, Caſſiani, & Origenis ſententia hæc, ſed etiam Gregorii Nyſſeni, & Auctoris Operis imperfecti homil. 5. in Matthæum. Petavius verò tom. 3. lib. 2. Theologorum Dogmat. cap. 7. notat ſub num. 9. Proſperum non damnare ſententiam de duobus Angelis, ſed magis quòd libero noſtro arbitrio plus tribuat, quàm ſibi conveniat. „ Satis
„ hinc apparet, *inquit*, quid Caſſiani, ac
„ Paſtoris illa ſententia Proſpero diſpliceat.
„ Non enim hoc ſimpliciter ab Catholica
„ Fide alienum putavit, quòd Angelos duos,
„ alterum bonum, malum alterum, adeſſe
„ cuique noſtrum aſſerant; ut Henricus
„ Cuykius in Annotationibus ad Caſſianum
„ perſuaſit ſibi. Sed quod pluſculum libero
„ noſtro arbitrio virium ad boni amplecten-
„ dos inſtinctus tribuerent.

87. Deinde poſt pauca ſubjungit: „ Hac
„ verò ſepoſitâ opinione de liberi arbitrii
„ poteſtate, non video cur illa de duobus
„ Angelis ſententia eo præſertim modo,
„ quo illam Gregorius Nyſſenus expoſuit,
„ erroris damnanda ſit. „ Certum eſt Proſperum ſolùm inculcare ſententiam illam Caſſiani ex ea parte, quæ tangit libertatem arbitrii creati, ut ex ſubſequentibus manifeſtum ſit, nam ſtatim ſubjungit: „ In qua
„ ſententia etiam hoc quod ait: *Manere in*
„ *homine liberum ſemper arbitrium*, ex ali-
„ qua parte non conſtat. Siquidem multa
„ millia inſantium in Regnum Dei aſſumpto-
„ rum, aut à Regno Dei extraneorum, ſine
„ ullius ſuæ voluntatis arbitrio gratiam Dei
„ aut accipiant, aut amittunt. Multique
„ excordes ad omnia prorſus, & fatui, per
„ Sacramentum regenerationis ab æternæ
„ mortis vinculis eruantur. Accipiamus ta-
„ men ita hoc dictum, ut ad eos propriè
„ pertineat hæc definitio, qui uti poſſunt
„ voluntate. Ita ne libera eſt iſta libertas, ut
„ quantùm ex ſe habeat faſtidii, ut negli-
„ gat gratiam Dei, tantùm ex ſe habeat
„ delectationis, ut diligat? *Et paulò poſt.* Tan-
„ ta eſt ſecundùm iſtum liberi arbitrii vel
„ incolumitas, vel ſacultas, ut charitatem,
„ quæ in omnium arce virtutum eſt, non
„ ex Dei munere, ſed ex ſola habeat vo-
„ luntate? „ *Hæc & alia Proſper*, quibus
conſtat reiicere Paſtorem ex ea parte, quâ
aſſerit plus concedere libero arbitrio, quàm
conveniat, adeout totum velit tribuere li-

bero arbitrio, nihil gratiæ. Ex ea parte, quâ dicit duos unumquemque hominem habere Genios, ſive Angelos, bonum ſcilicet & malum, nihil dicit S. Proſper, unde non videtur eam velle opinionem damnare.

88. Cùm verò Cuykius dicat: „ neque „ incitatione agere Dæmones, ut nos in„ feſtent, cùm ad id faciendum ex perverſa „ naturæ ſuæ inclinatione ipſi propendeant: „ &, ſi Deus malum Angelum nobis depu„ taſſet in exercitium, videri peccati au„ ctorem, cujus fomitem, ſive cauſſam no„ bis ſubminiſtret; occurrit Petavius loco cit. num. 10. aſſerens utrumque leve eſſe. nam non incitari à Deo malos Dæmones dicimus: ac ne aſſignari quidem, attribuique ſingulis, ſed permitti tantummodo Diabolo, ut quos velit Cuſtodibus Angelis obiiciat. Itaque à Deo Angelus bonus aſſignatur cuilibet homini, ut eum cuſtodiat; non enim aſſignatur à Deo eidem homini Angelus malus, ſed permittit Deus ut Angelus malus adverſetur. Proinde Nyſſenus ait: *At ex adverſo, naturæ corruptorem pari machinatione contra niti, & pravo quodam, ac malefica adjuncto Dæmone, humanæ vitæ perniciem aſferre*.

89. Hoc pacto ſententiam ſuam explicare videtur Origenes homilia 15. in Joſue, ubi ait: „ Ideo ergo Deus dicitur permittere, „ immò, & incitare propemodum adverſa„ rias Virtutes, exire adversùs nos in præ„ lium, ut & nos victoriam capiamus, & „ illæ interitum conſequantur. Unde & „ mihi videtur eſſe infinitua quidam nume„ rus contrariarum Virtutum, pro eo quòd „ per ſingulos penè homines ſunt Spiritus „ aliqui, diverſa in iis peccatorum genera „ molientes. „ Et poſtea ſubjungit, ab aliquo Principe adverſarum Virtutum deſtinatos eſſe particulares Dæmones, ut huic vel illi inſidientur: „ Puto, *inquit*, magis Principem quidem fornicationis Spiritum unum „ eſſe: innumeros verò eſſe, qui in hoc ei „ officio pareant; & per ſingulos quoſque „ homines diverſi Spiritus ſub eo principe „ militantes, ad hujuſmodi eos peccata ſol„ licitent. „ Ita Origenes, qui pro quocumque capitali peccato unum principem conſtituit, ſub quo innumeri ſint Spiritus maligni, qui homines ſollicitent ad illud peccatum.

90. Neque Theodoretus contraria ſentire videtur lib. 3. ſive Serm. 3. de Curatione Græcarum affectionum erga finem, ubi loquens de Angelis deſertoribus à Deo reprobatis, & ejectis ait: „ Subinde autem, ra„ bie quadam contra humanum genus inci„ tatos, quod ad Imaginem Dei factum vi„ debant, atrox bellum adversùs hominem „ ſuſcepiſſe. Deum verò qui hominem pro„ creavit, credimus Angelis præſidentibus „ cuſtodiſſe humanum genus, ne quâ vel vio„ lentiâ, vel tyrannide adverſarius noſter „ hominem ſuper irruens, quem invidiâ ſuc„ cenſus oderat, nullâ habitâ ratione diſ„ perderet. Neque tamen ſuſtuliſſe cœptum „ ſemel inter Homines Dæmonaſque certa„ men, ut ea ſcilicet colluctatio pugiles for„ tiſſimos proderet, eâque occaſione pluri„ ma virtutis ederentur exempla. Hujus ita„ que rei causâ, tametſi violentos adverſa„ rii contra nos impetus per Angelorum cu„ ſtodiam repreſſiſſet, ille tamen conceſſit ut „ hominis rationes, atque diſcurſus, tenta„ tionum pugnâ vexaret, ut videlicet eos „ coronâ dignos oſtenderet, qui fortiter re„ ſtitiſſent. *Hæc Theodoretus*.

91. Angelos inſuper diviſos fuiſſe per Nationes ad earum quoque tutelam, probant Patres ex illo Deuteronomii textu cap. 32. num. 8. *Quando dividebat Altiſſimus Gentes, quando ſeparabat Filios Adam, conſtituit terminos populorum juxta numerum Filiorum Iſrael*, ubi legunt, *juxta numerum Angelorum Dei*. Et ita S. Hieronymus in cap. 6. Danielis, ſuper illa verba: *Videbam in viſione mea nocte, & ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari magna*, ubi exponens ait: „ Quatuor ventos cœli quatuor arbitror An„ gelicas poteſtates, quibus principalia Re„ gna commiſſa ſunt, juxta illud, quod in „ Deuteronomio legimus: *Quando dividebat* „ *Altiſſimus Gentes, quando ſeparabat Filios* „ *Adam, conſtituit terminos populorum juxta* „ *numerum Angelorum Dei. Pars autem Do*„ *mini populus ejus Jacob funiculus heredi*„ *tatis ejus*. Hoc eodem pacto loquitur Epiphanius in Panario hæreſ. 51. num. 34. quæ eſt contra Alogos, inquiens: „ Gentes por„ rò Angelis eſſe ſubjectas, teſtis eſt Mo„ yſes Dei ſervus, qui Danielis orationem „ velut interpretans, ait: *Interroga Patrem* „ *tuum, & annunciabit tibi; Seniores tuos,* „ *& dicent tibi. Quando dividebat Altiſſimus* „ *Gentes, diſpergebat Filios Adam, conſti*„ *tuit terminos populorum, juxta numerum* „ *Angelorum Dei. Et fuit pars Domini po*„ *pulus ejus Jacob, funiculus hereditatis ejus* „ *Iſrael*. Igitur cùm Angelis Nationes ſubjectæ ſint, meritò dixit: Solve quatuor „ Angelos, qui ſedent in Euphrate, ibique „ detinentur.

92. Deinde Baſilius Magnus lib. 3. contra Eunomium idem adnotat, dùm ait: „ Quòd „ verò rurſus ſint quidam Angeli univerſa„ rum Gentium Præpoſiti, Moſes nos per „ canticum docuit: *quando dividebat Altiſ*„ *ſimus Gentes, quando ſeparabat Filios* „ *Adam, conſtituit terminos populorum, juxta* „ *numerum Angelorum ſuorum*. „ Hæc Baſilius. Accedit, & Iſidorus Peleuſiota lib. 2. Epiſtol. 85. ubi de iiſdem Angelis Nationum tutelaribus, ait: „ Auctor eſt Moſes, „ quòd cuique Nationi Angelus attributus „ eſt, *Quando enim dividebat Gentes Altiſſi*„ *mus*,

„ *mus*, inquit ille, *quando ſeparabat Filios* „ *Adam, conſtituit terminos populorum, jux-* „ *ta numerum Angelorum Dei.* „ Hactenus Iſidorus. Germauus item Conſtantinopolitanus in oratione de obdormitione Dei Genetricis, : „ Cùm Genus humanum conditum eſſet, Angeli Divinitus conſtituti „ ſunt, qni vitæ ipſorum cuſtodes eſſent, „ atque præſides. Sic enim ſcriptum Sacris „ literis legimus: *Nationum limites, pro An-* „ *gelorum Dei numero ſtatuit.*

93. Et idem S. Hieronymus in capnt 9. Danielis ſuper illa verba. *Princeps autem Perſorum reſtitit mihi, viginti & uno diebus*, tradit hunc Principem fuiſſe Angelum illum, cui Monarchia Perſarum concredita fuerat, id quod firmat ex ſupra allegato Deuteronomii textu: „ Videtur mihi, *inquit*, hic eſſe An„ gelus cui Perſis credita eſt, juxta illud, „ quod in Denteronomio legimus: *Quando* „ *dividebat Altiſſimus Gentes, & diſſemina-* „ *bat Filios Adam, ſtatuit terminos Gentium,* „ *juxta numerum Angelorum Dei*. Iſidorus verò Hiſpal. lib. 7. Etymol. cap. 5. quod eſt de Angelis, ex loco Danielis cap. 9. cit. probat Angelos datos eſſe Tutelares, & hominibus & locis: „ Unicuique, *inquit*, etiam „ ſicut prædictum eſt, propria officia ſunt „ injuncta, quæ eos promeruiſſe in Mundi „ conſtat exordio. Nam quòd Angeli, & lo„ cis & hominibus præſint, per Prophetam „ teſtatur Angelus dicens: *Princeps Regni* „ *Perſarum reſtitit mihi*. Unde apparet „ nullum eſſe locum cui Angeli non præ„ ſint. „ Et lib. 1. ſentent. ideſt de Summo bono cap. 12. idem repetit inquiens: „ Sin„ gulæ Gentes præpoſitos Angelos habere „ creduntur, quod oſtenditur teſtimonio An„ geli Danielis loquentis: *Ego*, inquit, *ve-* „ *ni ut annunciarem tibi. Sed Princeps Re-* „ *gni Perſarum reſtitit mihi*. „ *Hactenus Iſi-* *dorus*. Sed & Beda in lib. Quæſt. quæſt. 4. idem, & ex eodem Danielis teſtimonio pariter oſtendit, inquiens: „ Singulos Gentes „ præpoſitos habere Angelos creduntur, „ quòd oſtenditnr teſtimonio Angeli Danie„ li loquentis: *Veni ut nuntiarem tibi, ſed* „ *Princeps Regni Perſarum reſtitit mihi*. „ Et poſt alia. *Non eſt qui me adjuvet,* „ *niſi Michael Princeps veſter*.

94. Porrò Theodoretus lib. 5. Epiſt. Divin. Decret. cap. de Angelis utroque Teſtimonio, & Deuteronomii & Danielis utitur, ut probet Gentibns, & locis datos Angelos in tutelam. „ Divinus autem Daniel Pro„ pheta, *inquit*, etiam Gentium Principes „ eſſe dicit aliqnos. Imò verò non ipſe, ſed „ Angelus qui cum illo loquebatur, *Reſti-* „ *tit enim mihi*, inquit, *Princeps Perſarum*. „ Meminit autem etiam Principis Græco„ rum, & adjecit, quòd nullus alius ei opem „ ferebat pro Judæorum libertate ad Deum „ intercedenda, niſi Michael Princeps eo„ rum. Magnus quoque Moyſes dixit in „ Cantico: *Quando dividebat Altiſſimus Gen-* „ *tes, quo diſſeminabat Filios Adam, ſtatuit* „ *terminos Gentium ſecundùm numerum An-* „ *gelorum Dei*. Ex his autem, & iis, quæ „ à Daniele, & quæ à Domino dicta ſunt, „ coniici poteſt, nonnullos quidem ex An„ gelis præeſſe Gentibus. *Hæc Theodoretus loco cit.* qui in cap. 9. Danielis, notat Angelis datam eſſe curam uniuſcujuſque noſtrum; Gentium verò ſive Nationum Archangelis. Summariè inde S. Gregòrius Nazianzenus in Carmine 6. de Subſtantiis mente præditis, num. 7. hæc eadem confirmat, inquiens.

Ac pars æthereum circumſtat ſedula Numen,
Pronaque ad obſequium, pars altera ſuſtinet Orbem,
Auxilio ſervatque ſuo: ſic ſcilicet, illi
Diverſa ut curent, cœleſtia juſſa ſequentes.
Illi Homines, Urbes iſti, Genteſque gubernent,
Et Sacra conciſcant, quæ ſpiritualia nobis.

95. Urbes quoque ſuos Angelos tutelares habere, ſcribit idem Nazianzenus in orat. 32. ubi ait: *Tum etiam ad Angelos, quibus hujus Urbis cura commiſſa eſt, his verbis utentem (nec enim mihi dubium eſt, quin alij aliarum Eccleſiarum Præſides, ac Patroni ſint, quemadmodum in Apocalypſi Joannes me docet) ſternite viam populo meo.* Liquet etiam ex verbis Hieremiæ cap. 51. verſ. 9. *Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata, derelinquamus eam, & eamus unuſquiſque in terram ſuam*. Sunt enim Angelorum tutelarium Babylonis verba, ut Lyranus ex gloſſa obſervat, ubi ait: *Dicit tamen Gloſſa quòd verbum eſt Angelorum, ad cuſtodiam Babyloniæ deputatorum, dimittentium eam temporaliter affligi*. Aſſentitur & S. Hieronymus in cap. 48. Iſaiæ, ad illa verba, *deſcende, ſede in pulvere virgo filia Babylonis*, ubi poſt plura ait. „ Significat au„ tem Angelum Gentis Babyloniæ Præſidem, „ qui cum cæteris Angelis loquitur: *curavi-* „ *mus Babylonem & non eſt ſanata*.

96. Datos inſuper eſſe Angelos tutelares Eccleſiis tradunt pariter Patres, & probant teſtimonio Joannis in Apocalypſi cap. 1. verſ. 20. *Septem ſtellæ Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum*. Et ita S. Gregorius Nsnzianz. orat. 32. inquiens: „ Tum etiam ad Ange„ los, quibus hujus Urbis cura commiſſa „ eſt, his verbis utentem (nec enim mihi „ dubium eſt, quin alii aliarum Eccleſiarum „ Præſides & patroni ſint, quemadmodum „ in Apocalypſi Joannes me docet) ſterni„ te viam populo meo, lapideſque è via „ pro-

Digitized by Google

„ proiicite. „ Et hanc ſuam ſententiam magis firmat ad calcem orationis ejnſdem, inquiens: „ Præter omnia, & ante omnia elamabo: Valete Angeli hujus Eccleſiæ Præſides, meæque præſentiæ ac peregrinationis, ſi modò in manu Dei res noſtræ ſunt. „ Origenes qnoque eodem Joannis utitur teſtimonio, ut firmet Eccleſias ſuoa habere Angelos tutelares. Etenim homil.20. in lib. Num. poſtquam dixit adeſſe unicuique noſtrum Angelum bonum, ſubjungit: „ Et iterum ſecundùm ea, quæ Joannea in Apocalypſi ſcribit, unicuique Eccleſiæ generaliter Angelua præeſt: qui vel collaudatur pro benè geſtis populi, vel etiam pro deliĉtis ejus culpatur.

97. Porrò Sanĉtus Joannes Chryſoſtomus Serm. 25. qui eſt de Aſcenſione Domini, non omittit innuere adeſſe Angelos ubique, ſed præcipuè in Ecclcſia: Ideo, *ait*, dileĉtiſſimi fratres, hodie ad loca convenimua Beatorum, ad Sanĉtorum habitacnla feſtinamus, ut conventus noſter, ipſorum quoque præſentiâ clarior redderetur: non enim in hoc theatro Martyres tantùm præſunt, ſed & Angelorum inſtantiâ locus decoratur. Nam & Angeli præſunt, etſi Martyres videre dcſidcras. Si Angelos cupis inſpiccre, aperi oculos fidei, & illud tibi theatrum facilè demonſtratur. Nam cùm in omni acre Angelornm multitudo verſetur, multò magis in Eccleſia. *Hæc Chryſoſtomus*. Sed & Origenes homil.23. in Lucam idem adnotat, dum ait: „ Scriptum eſt in Apocalypſi Joannnis, *Angela Epheſiorum Eccleſiæ ſcribe: Habeo aliquid contra te*. Et rurſum, *Angelo Eccleſiæ Pergami ſcribe: Habeo quippiam contra te.* Certè homo eſt, qui ſcribit Angelis, & aliquid præcipit. Ego non ambigo, & in cœtu noſtro adeſſe Angeloa, non ſolùm generaliter omni Eccleſiæ, ſed etiam ſigillatim, de quibus Salvator ait: Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in Cœlis eſt. Dnplex hic adeſt Eccleſia; una hominum, altera Angelornm. Sed quod juxta rationem, & juxta Scripturarum dicimus voluntatem; lætantur Angeli, & orant nobiſcum. Et qnia præſentes ſunt Angeli in Eccleſia, in illa dumtaxat quæ meretur & Chriſti eſt; propterea orantihns fœminis præcipitur, ut habeant velamen ſuper caput propter Angelos: utiqne illos, qui aſſiſtunt Sanĉtis, & lætantur in Eccleſia. „ *Haĉtenus Origenes*.

98. Adhæret huic opinioni S. Hieronymus, qui in cap. 66. Iſaiæ Prophetæ, refert ante Templi dcvaſtationem Angelos Præſidea abſceſſiſſe, juxta ea quæ Joſephus de Bello Judaico ſcripſerat: „ Eo tempore, *ait*, & in Urbe, & in Templo, tam Sacerdotum, & Levitarum, quàm vulgi ignobilia, mulierumque ac puerorum, ululatus auditus eſt, quando reddidit Dominus retributionem inimicis ſuis, implena comminationem, qua dixerat: *Relinquetur domus veſtra deſerta*. Et illam prophetiam: *Dereliqui Domum meam*. Quando Præſides Templi conſonâ Angeli voce dixerunt: *Tranſeamus ex bis ſedibus*. De quibus non ſolùm Joſephus Judaicæ Scriptor hiſtoriæ, ſed multis priùs ſæculia Pſalmiſta teſtatur, dicens. *Vidi iniquitatem, & contradiĉtionem in Civitate.* „ Idem habetur in Epiſtola Paulæ & Euſtochii ad Marcellam data, quæ inter Epiſtolas D. Hieronymi novæ edit. eſt 44. de Locis Sanĉtis, in qua Epiſtola dicitur: „ Poſtquam velum Templi ſciſſum eſt, & circumdata ab exereitu Hieruſalem, & Dominico cruore violata, tune ab ea Angelorum præſidia & Chriſti gratiam receſſiſſe. Deniqne etiam Joſephum, qui vernaculus Scriptor eſt Judæorum, aſſerere; illo tempore, quo cruclfixus eſt Dominus, ex aditis Templi virtutum cœleſtium erupiſſe vocea, dicentium: *Tranſmigremus ex bis ſedibus*.

99. De Angelorum verò præſidentia ſuper alias Creatnraa, ſive irrationalia animata, ſive inanimata, fuit olim Origenia opinio homil. 23. in Joſue, quamlibet rem creatam, habere Virtutem ſive Angelum tutelarem, ut ſupra retulimus ſub num. 32. In quam ſententiam abiiſſe Epiphanium in lib. de Menſuris & Ponderibus §. 22. adnotavimus ſub num. 33. ſed & ante hos nonnulla conſimilia pronunciaſſe Athenagoram, pariter diximus ſub num. 34. Verùm non videtur rationabilis opinio, quæ cuilibet individno animalium, ſive plantarum, ſive cujuſvis rei creatæ, Angelum unum præſidentem & tutelarem tribuit: non tamen eſt irrationabilis, ſi dicatur cunĉtis Generum ſpeciebus præeſſe unum Angelnm. Utique irrationahile eſt, ut quælibet Muſca, aut Formica, quælibet plantula, & herbuſcula ſuum habeat Angelum; non ſic tamen videtur irrationabile, ſi conccdatur cuilibet ſpeciei unicus Angelua, in quo ſenſu intelligendi ſunt Patres, qni dicunt univerſis rebns præeſſe Angelicam quandam Virtutem. Et ideo S. Auguſtinus relatus à D. Thoma quæſt. 110. cit. art. 1. ad 3. ait: *Unaquęque res viſibilis in hoc Mundo habet Angelicam poteſtatem ſibi præpoſitam*. Et hoc ex ordine Divinæ providentiæ, & ſapientiæ, ut idem D. Thomas ibidem ait, qui poſtea in fine concludit, inquiens: „ Unde ſicut ſecundùm Gregorium ad ordinem Poteſtatum pertinent omnes Angeli, qui habent propriè præſidentiam ſuper Dæmones; ita ad ordinem Virtutum pertinent omnes Angeli, qui habent præſidentiam ſuper rea purè corporeas.

Dein-

100. Deinde in reſponſione ad ſecundum, dicit Angelos habere præſidentiam tam ſupra cœleſtia corpora, quàm ſuper inferiora: „ Sacundùm nos, *inquit*, neceſſe „ eſt ponere, quòd Angeli habeant imme„ diatam præſidentiam, non ſolùm ſupra „ cœleſtia corpora, ſed etiam ſupra corpo„ ra inferiora. „ Nec S.Hiaronymus in cap.4. ſuper Epiſtolam Pauli ad Galatas negat Angelos præeſſe quatuor Elementis. Etenim exponens verba Pauli: *quum eſſemus parvuli ſub elementis hujus Mundi eramus ſervientes*, ait: „ Elementa Mundi, eoſdem quos „ ſupra Tutores, & Actores dixerat, appel„ lavit, quòd ſub ipſis primùm præſidibus „ conſtituti, quia necdum Dei Filii capere „ ad nos poteramus adventum, erudieba„ mur in Mundo. Nonnulli eos eſſe Ange„ los arbitrantur, qui quatuor Mundi Ele„ mentis præſideant: Terræ videlicet, Aquæ, „ Igni, & Aëri.

101. Hanc porrò opinionem de Angelis Elementorum Præſidibus tuetur Andreas Cæſarienſis in Expoſit. Apocalypſis ad cap. 14. Serm. 15. cap. 43. ad illa verba: *Et alius Angelus exivit de Altari, qui habebat poteſtatem ſuper ignem*, ubi ait: „ Ex hoc loco, „ ut ex aliis quoque nonnullis dicimus, „ Deum Angelicas Virtutes rebus ab ſe crea„ tis adminiſtrandis præfeciſſe: unam qui„ dem Aquis, aliam autem Igni, aliam de„ nique alteri Univerſitatis parti. „ Hæc Andreas, qui & repetit cap.47. exponendo verba illa Apocalypſ. cap. 16. *Et audivi Angelum Aquarum*, dicens: „ Et hinc surſum „ confirmatur quod ſupra dictum eſt, nem„ pe Angelos Elementis præeſſe. Enim verò „ ex eorum numero unus prodit hoc loco, „ qui cùm aquis præpoſitus eſſet, Deum eo „ nomine laudat, quòd juſtam de prævari„ catoribus pœnam ultionemque exegerit. Ita eundem locum cap. 14. Apocal. exponit etiam Aretas Cæſarienſis, confirmans eſſe Angelos cuique elemento præpoſitos.

102. S. Joannes Chryſoſtomus in quadam homilia de Incarnatione apud Photium cod. 277. de Præſidentia Angelorum hæc habet, videlicet: „ Conſtituit Deus Angelos ſecun„ dùm climata Orbis Univerſi cuſtodes, ut „ quod & Moſes dicit, ſinguli ſingulas gen„ tes ſervent. Conſtituit verò, ut inani„ matas Creaturas frænent, Solem, & Lu„ nam, & Mare, & Terram, & quæcumque „ in iis ſunt, ad ſerviendum hominum uſui. Hæc ergo eſt Chriſtianorum opinio Theologorum de Angelorum præſidentia, ſive circa Homines, ſive Nationes, Regna, Elementa, aliaſque res à Deo creatas. Dati ſunt Angeli hominibus in cuſtodiam, ut in viam ſalutis ducant, & violentias Dæmonumque inſidias propulſent; dati quoque ſunt & aliis Creaturis corporeis in tutelam propter earundam conſervationem, & ut decoram Univerſi ſervent, & hominibus in quorum gratiam conditæ ſunt inſerviant, & ut ab infeſtatione Dæmonum præſervent. Ait ergo S. Auguſtinus in lib. Octuaginta trium quæſtionum, quæſt. 79. in principio: *Unaquaque res viſibilis in hoc Mundo habet poteſtatem Angelicam ſibi præpoſitam*, ut ſupra ex D. Thoma diximus. Et ipſe D. Thomas par. 1. quæſt. 110. art. 1. in corpore ait: „ Et ideo ſicut inferiores Angeli, qui ha„ bent formas minùs univerſales, reguntur „ per ſuperiores; ita omnia corporalia regun„ tur per Angelos. „ Et idem S. Auguſtinus in libro 8. de Geneſi ad literam, cap. 24. „ Ac per hoc, *inquit*, ſublimibus Angelis „ Deo ſubditè fruentibus, & Deo beatè „ ſervientibus, ſubdita eſt omnis creatura „ corporea, omnis irrationalis vita, omnis „ voluntas, vel infirma, vel prava, ut hoc „ de ſubditis, vel cum ſubditis agant, quod „ naturæ ordo poſcit, in omnibus jubente il„ lo, cui ſubjecta ſunt omnia.

103. Cæterum quæ Theodotiani dicunt de Angelis Aſtra moderantibus, neceſſitatem inevitabilem inferentibus in Actibus humanis; hæreſis eſt damnata in Priſcillianiſtis in Concilio Bracharenſi 1. can. 9. & 10. cùm in canone IX. dicatur. „ Si quis animas, „ & corpora humana fatali ſigno credit „ adſtringi, ſicut Pagani & Priſcillianus „ dixerunt; Anathema ſit. *Et can.* X. Si „ quis duodecim ſigna, quæ Mathematici „ obſervare ſolent, per ſingula animæ vel „ corporis membra diſſipata credunt, & no„ minibus Patriarcharum aſcripta dicunt, „ ſicut Priſcillianus dixit; Anathema ſit. „ Et S. Leo Magnus Epiſtola 16. ad Turribium Aſturicenſem Epiſcopum data, cap. 1. agens de Priſcillianiſtarum erroribus, ait: „ Ad „ hanc inſaniam pertinet illa prodigioſa to„ tius humani corporis per duodecim cœli „ ſigna diſtinctio, ut diverſis partibus diver„ ſæ præſideant Poteſtates: & Creatura, „ quam Deus ad imaginem ſuam fecit, in „ tanta ſit obligatione ſyderum, in quanta „ eſt connexione membrorum. Meritò Patres „ noſtri, ſub quorum temporibus hæreſis „ hæc neſanda prorupit, per totum Mun„ dum inſtanter egere, ut impius furor ab „ univerſa Eccleſia pelleretur. *Hactenus S.Leo.*

104. Deinde ſub cap. XI. ait: „ Unde„ cima ipſorum blaſphemia eſt, quia fatali„ bus ſtellis, & animas hominum, & cor„ pora opinantur obſtringi; per quam amen„ tiam, neceſſe eſt, ut omnibus Paganorum „ erroribus implicati, & faventia ſibi, ut „ putant, ſydera colere, & adverſantia „ ſtudeant mitigare. Verùm iſta nullus in „ Eccleſia Catholica ſectantibus locus eſt; „ quoniam qui ſe talibus perſuaſionibus „ dedit, à Chriſti Corpore totus abſceſſit.

105. Denique ſub cap. XII. ſubjungit: „ Duodecimum inter hæc illud eſt, quòd

„ ſub

Digitized by Google

„ ſub aliis Poteſtſtibus partes animæ, ſub
„ aliis corporis membra deſcribunt: & qua-
„ litates interiorum Præſulum in Patriarcha-
„ rum nominibus ſtatuunt, quibus è diverſo
„ ſigna ſyderea, quorum virtuti corpora
„ ſubiiciantur, opponunt. Et in his omni-
„ bus inextricabili ſe errore præpediunt.
„ *Et poſt aliqua concludit*: Nihil itaque no-
„ hiſcum commune hsbeant, qui talia au-
„ dent vel docere, vel credere, & quibus-
„ libet modis nituntur aſtruere, quòd ſub-
„ ſtantia carnis ab ſpe reſurrectionis aliena
„ ſit. Atque its enim Sacramentum Incar-
„ nationis Chriſti reſoluunt, quia indignum
„ fuit integrum hominem ſuſcipi, ſi indi-
„ gnum erat integrum liberari. Hæc S. Leo.

106. Eidem porrò errori affinis eſt Hæbreorum, Agrippę, & Scaligeri opinio de Angelis hæc inferiora moderantibus, quos ſcilicet ſeptem Plantis, ſignis Zodiaci, Aſtris univerſis, triplicitatibus, decanis, quinariis, & Lunæ manſionibus, præeſſe ſtatuit: quemadmodum & opinio de ſeptem Angelis ſeptem Planetarum, alternatim per annos 354. & menſes quatuor, inferiora hæc moderantibus, prorſus falſa eſt, affinis omninò errori ſupradicto, nullâ ſcripturæ authoritate munita, nec naturali ratione aliqua roborata. Eſt enim cabaliſtiea Judæorum inventio. Immò Plstonieum pervetuſtum ſigmentum, receptum poſtea, & exeultum à quibuſdam magis curioſis, quam Chriſtianis Philoſophis. nam tales aſſertores, omnia eventa ab exordio Mundi uſque ad finem, præfatis ſeptem præeipuè Angelis tribuere videntur, juxta ſupra relatam Scaligeri obſervationem. Nomina inde Angelorum, exceptis illis quæ in Sacris literis habentur expreſſa, ſunt prorſus commentitia, & à Judæis Csbaliſtis excogitata. Quæ ergo ex Scriptura, & Sanctis Patribus de Angelis, eorumque officiis, miniſterio, ac poteſtate, prodita leguntur, teneri ſine labe poſſunt: At verò quæ à Philoſophis ethnieis, antiquis Hebræis, Magis, & Cabaliſtis excogitata, nec eonformia ſunt Sacris literis, aut Patrum teſtimoniis, à pio, Chriſtiano, atque Cstholico viro minimè ſunt amplectenda, ſed prorſus reſutanda, & contemnenda.

107. In complemento hujus commentarii remanet aliquid dicendum de illa Angelorum contentione, quæ legitur apud Danielem eap. 10. verſ. 13. per illa Angeli verba: *Princeps autem Regni Perſarum reſtitit mihi vigiuti & uno diebus, & ecce Michael unus ex Principibus primis venit in adjutorium meum, & ego remonſi ibi juxta Regem Perſarum*. Dubitatur enim an ille Perſarum Angelus fuerit unus ex ſupernis & cœleſtibus Spiritibus, an verò ex malis & rebellibus. Et in caſu quòd fuerit Spiritus aliquis Beatus, videndum erit, quomodò inter Beatos Spiritus perpetuâ fruentes quiete, qui & Angeli paeis ſunt, loeum habere potuerit pugna & eontentio?

108. D. Hieronymus in Commentar. ad eap. 24. Iſaiæ lib. 8. *Super illa verba, & erit in die illa: Viſitabit Dominus ſuper militium Cœli in excelſo*; indicare videtur Principem Regni Perſarum de quo Daniel, non fuiſſe bonum Angelum, ſed unum ex illis, qui non ſervaverunt ſuum prineipatum: „ Vi-
„ ſitsbit, *inquit*, quoque ſuper Reges, &
„ Principes terræ, rectores tenehrarum iſta-
„ rum, & ſpiritualia nequitiæ in cœleſti-
„ bus. De quibus prineipibus diverſis Pro-
„ vinciis præſidentibus, & in Daniele ſcri-
„ ptum eſt: *Exiit in occurſum mihi princeps*
„ *Regni Perſarum, & princeps Regni Me-*
„ *dorum, & princeps Regni Græcorum*.
„ Hos igitur principes, qui ſuum non ſer-
„ vaverunt gradum, congregabit Dominus
„ in die Judicii, quaſi in uno faſce pariter
„ colligatos, & mittet in laeum inſerni.

Hæc Hieronymus. Cui adhæret Rupertus lib 9. de Victor. Verb. cap. 6. Caſſianus quoque Collat. 8. cap. 13. in eandem videtur abiiſſe opinionem. Sic & Richardus, & Victorinus apud Petavium tom. 3. Theologic. Dogm. lib. 2. cap. 8. num. 12. & ſub num. 10. dieit hanc fuiſſe Origenis ſententiam, eamque ab Origene mutuatum eſſe Hieronymum.

109. Verùm S. Hieronymus aliter innuere videtur in Commentar. ad cap. X. Danielis, ubi expendens verba illa: *Princeps autem Regni Perſarum reſtitit mihi viginti & uno diebus*, ait: „ Videtur mihi hic eſſe
„ Angelus, cui Perſis credita eſt, juxta
„ illud, quod in Deuteronomio legimus:
„ *Quando dividebat Altiſſimus Gentes, &*
„ *diſſeminabat filios Adom, ſtatuit terminos*
„ *Gentium juxta numerum Angelorum Dei*.
„ Iſti ſunt Prineipes, de quibus & Paulus
„ Apoſtolus loquitur: *Sapientiam loquimur*
„ *inter perfectos, quam nullus Principum*
„ *ſæculi hujus cognovit. Si enim cognoviſſent,*
„ *nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*.
„ Reſtitit autem Princeps, ideſt, Angelus
„ Perſarum, faciens pro credita ſibi Pro-
„ vincia, ne Captivorum omnis populus di-
„ mitteretur. „ *Hæc ibi Hieronymus*. Cla-

riùs verò Theodoretus, Gregorius Magnus, Iſidorus Peleuſiota, & Chryſoſtomus aliique Patres, bonos Angelos fuiſſe tradunt, quot quot ibi ab Dsniele recenſiti ſunt.

110. At verò quomodo inter ſanctos beatoſque Angelos locum habere potuerit contentio & prælium, præallegati Patres oſtendunt. Et quidem etiam S. Thomas in prima psrte quæſt. 113. art. 8. dubium movet, utrum inter Angelos poſſit eſſe pugna ſeu diſcordia, & dicit quæſtionem hanc moveri, occaſione verborum Danielis, & inde reſolvens ait: „ Secundùm S. Gregorium
„ lib. 17. Moralium, Princeps Regni Per-
„ ſarum

„ ſarum bonus Angelus fuit cuſtodiæ Regni „ illius deputatus. Ad videndum igitur, „ qualiter unus Angelus alteri reſiſtere di- „ citur, conſiderandum eſt, quòd Divina „ judicia circa diverſa Regna, & diverſos „ homines per Angelos exercentur. In ſuis „ autem actionibus Angeli per Divinam „ ſententiam regulantur. Contingit autem „ quandoque, quòd in diverſis regnis, vel „ in diverſis hominibus contraria merita, „ vel demerita inveniuntur, ut unus alte- „ ri ſubdatur, aut præſit. Quid autem ſu- „ per hoc ordo Divinæ Sapientiæ habeat, „ cognoſcere non poſſunt, niſi Deo reve- „ lante; unde neceſsè habent ſuper his ſa- „ pientiam Dei conſulere. Sic igitur in „ quantùm de contrariis meritis, & ſibi re- „ pugnantibus Divinam conſulunt volunta- „ tem, reſiſtere ſibi invicem dicuntur: non „ quia ſint eorum contrariæ voluntates (cùm „ in hoc omnes concordent, quòd Dei ſen- „ tentia impleatur) ſed quia ea de quibus „ conſulunt, ſunt repugnantia. „ *Hæc S. Thomas*.

111. Et hæc eſt reſponſio S. Gregorii Magni lib. 17. Moral. cap. 8, ubi tradit, Prophetæ preces orantis pro ſui Populi liberatione, exaudiſſe Angelum qui Judæis in captivitate poſitis præſidebat, at reſtitiſſe Angelum Perſarum, quia nondum ſatis populum purgatum exiſtimabat, ut à captivitate liberari mereretur; & quia Judæi etiam in Græcos deliquerant, Angelus Græcorum pariter contradicebat, nondum Dei voluntate compertà. „ Prophetæ igitur „ preces, *ait Gregorius*, Angelus exaudit, „ ſed Perſarum Princeps reſiſtit: quia etſi „ jam vita juſti deprecantis ereptionem po- „ puli exigit, ejuſdem tamen populi adhuc „ vita contradicit, ut quia nec dum plenè „ hi qui in captivitatem fuerant ducti, „ purgati ſunt, jure eis adhuc Perſæ domi- „ nentur. Michael adjuvat, ſed Græcorum „ Princeps ad prælium venit: quia mereri „ quidem veniam tam longa oppreſſorum „ captivitas poterat, ſed ereptionis eorum „ beneficio hoc quoque quòd in Græcos „ deliquerant, obviabat. Rectè ergo dicitur, „ quòd contra ſe Angeli veniunt, quia „ ſubjectarum ſibi Gentium viciſſim merita „ contradicunt. Nam ſublimes Spiritus eiſ- „ dem gentibus principantes, nequaquam „ pro injuſta agentibus decertant, ſed eorum „ facta juſtè judicantes examinant. Cùm- „ que uniuſcujuſque Gentis vel culpa vel „ juſtitia ad ſupernæ curiæ conſilium duci- „ tur, ejuſdem Gentis præpoſitus vel obti- „ nuiſſe in certamine, vel non obtinuiſſe „ perhibetur: quorum tamen omnium una „ victoria eſt ſui ſuper ſe Opificis voluntas „ ſumma, quam dum ſemper aſpiciunt, „ quod obtinere non valent, nunquam vo- „ lunt. „ *Hæc S. Gregorius*.

112. Iſidorus verò Peleuſiota lib. 2. Epiſt. 85. vult hujuſmodi diſſidium inter Præſides Angelos exortum, quia Judæorum Angelus populum quamvis immeritum, attentâ Dei miſericordiâ, liberandum cenſebat, minimè verò Perſarum Angelus, ſpectatâ Dei juſtitiâ, id convenire exiſtimabat. „ Quòd ſi dixeris, *ait*, quonam igi- „ tur modo alteri non cedebat? Sic reſpon- „ deam: maximè quidem alterum alteri ceſ- „ ſiſſe, cæterum utrumque Divinæ Legis „ præſidio munitum atque obſeptum fuiſſe. „ Alter enim Divinum juſſum obtendebat, „ quod, ut Judæi, etiam nolentes, mini- „ mèque reſipiſcentes, captivitate liberaren- „ tur, ſanciebat. Alter autem Judæorum „ flagitiis nitens juſtum eſſe contendebat, „ eos adhuc in exilio manere. „ *Hæc & alia ibi Iſidorus*. Similia quoque dictis tradit Theodoretus in Commentar. ad cap. 10. Danielis.

113. Denique Chryſoſtomus homilia de Incarnatione Domini apud Photium cod. 277. agens de eadem Angelorum contentione, & quærens quomodo Angelus Perſarum reſtiterit Gabrieli ſi miſſus fuerat à Deo, ut populum Iſrael à captivitate educeret, ait quæſtionem ſic ſolvi poſſe: „ Mundus, *in-* „ *quit*, Idololatria plenus fuit, Angeli Gen- „ tibus præfecti indignabantur, & affige- „ bantur. Daniel verò captivus cum ſuis „ contribulibus Babylonem ductus, Dei co- „ gnitionem prædicavit: ſimiliter & tres „ pueri, quibus ignis tanquam ſuavis aura „ refrigerationi fuit. Ideo & multos ab „ Idololatria ad pietatem traduxerunt. An- „ gelus igitur Perſarum lætatus eſt, videns „ in ſua regione pro Idolis Deum coli. „ Nabucdonoſorem non jam ad Idolis im- „ molandum cogere, neque ultimis ſuppli- „ ciis non parentes ſubiicere vidit: ſed „ clarè Deum prædicantem, & dicentem, „ *Sidrach, Miſach, & Abdenago, Servi ſunt* „ *Dei Altiſſimi*, taliaque multa. Cùm igi- „ tur beatus Daniel peteret à Deo, im- „ pletis ſeptuaginta annis captivitati præ- „ ſcriptis, ut è captivitate Iſrael educere- „ tur: miſſus eſt Gabriel, qui Danieli libe- „ rationem ſignificaret; reſtitit Gabrieli do- „ lens Angelus Perſarum, quia iterum ter- „ ra, cui præerat, Doctoribus pietatis hinc „ ablatis, ad priſtinam impietatem, & er- „ rorem reverſura eſſet. Reſtitit igitur non „ pugnando, ſed juſta dicendo. „ *Hæc Chryſoſtomus*, ſi ipſe eſt Auctor prædictæ Homiliæ.

COMMENTARIUS

In Hæreſim IV.

114. A*Ngelos eſſe corporeos*) Ptolemæus hæreticus de Diabolo hoc idem affirmavit, nimirum non eſſe puram ſubſtantiam ſpiritualem, ut in prima par. cap. 13. hæreſ. V. in cujus Commentario nonnulla pronunciavimus adversùs hunc errorem. In præſentiarum verò diffuſiùs res examinanda eſt, & quidem propter diverſas Patrum ſententias, cùm non deſint ex antiquis, qui ſanctos Angelos corporatos aſſirmaverint. Omittimus hic repetere illorum Patrum teſtimonia, qui aſſeruerunt Angelos captos amore puellarum cum eis coiſſe, quoniam ſatis diximus in prima par. cap. 19. in Commentar. ad hæreſim IV. Sethianorum, & cap. 13. cit. à num. 21. Et certè hoc aſſerentes conantur fateri Angelos eſſe corporeos, coitus enim corporearum tantùm ſubſtantiarum eſt. Sed oſtendimus locis prædictis hunc fuiſſe errorem, toleratum quidem in primis Eccleſiæ ſæculis, donec perpetuâ veritate, ſubſequentes Patres unà cum Sancta Dei Eccleſia illum rejecerunt. Hoc itaque ſecluſo fundamento, videndum eſt, quid reverà ſenſerint Patres, & Eccleſiæ Doctores de Angelorum Sanctorum ſubſtantia, & natura, num ſcilicet corporeos, an incorporeos eſſe definierint.

115. Itaque Methodius ex aëre puro compactum corpus Angelis tribuit, ut Auctor eſt Photius cod. 224. ſub num. 489. inquiens: „ Ait Methodius: Quidquid ex „ puro aëre, & puro igne componitur, & „ Angelicis naturis conſubſtantiale eſt, illud „ non poteſt habere terræ, & aquæ quali„ tatem, quia neceſſariò ipſum eſſet terreſtre. *Hæc Photius*, ſed & in cod. 106. refert, Theognoſtum exilia corpora Angelis attribuiſſe, nam agens de ejus libris, ait: *Quarto dein libro de Angelis, & Dæmonibus inania æquè, ut ille jactitans, exilia ipſis corpora inducit*. Quam opinionem ab Origene hauſiſſe exiſtimat idem Photius. Et quidem Origenes, perſuaſum ſibi fuiſſe Angelos eſſe corporeos, innuit in lib. 1. Periarchon, ſive de Principiis cap. 6. in fine, ubi tractans de Mundi renovatione, ſive immutatione, inter alia ait: „ In hoc fine, ſi quis ma„ terialem naturam, ideſt corpoream peni„ tùs interituram putet, nullo omninò ge„ nere intellectui meo occurrere poteſt: „ quomodo tot & tantæ ſubſtantiæ vitam „ agere, & ſubſiſtere ſine corporibus poſ„ ſunt, cùm ſolius Dei, ideſt, Patris, & „ Filii, & Spiritus Sancti naturæ id pro„ prium ſit, ut ſine materiali ſubſtantia, „ & abſque ulla corporeæ adjectionis ſocie„ tate intelligatur ſubſiſtere.

116. Deinde lib. 2. cap. 2. aſſerit ſibi videri impoſſibile, extra Deum dari aliquam creaturam incorpoream: „ Si poſſibile eſt, „ *inquit*, penitus incorporeas remanere ra„ tionabiles naturas, cùm ad ſummum ſan„ ctitatis, & beatitudinis venerit: quod „ mihi quidem difficillimum, & penè im„ poſſibile videtur: an non neceſſe eſt eas, „ ſemper conjunctas eſſe corporibus? Si er„ go poſſet quis oſtendere rationem, quâ poſ„ ſibile eſſet eas omnimodè carere corpori„ bus, conſequens videbitur quòd natura „ corporea, ex nihilo per intervalla tempo„ rum procreata, ſicut cùm non eſſet, ef„ fecta eſt, ita & eſſe deſineret, cùm uſus „ ejus miniſterii prætériſſet. Si verò im„ poſſibile eſt hoc ullo modo affirmari, ideſt „ quòd vivere præter corpus poſſit ulla alia „ natura præter Patrem, & Filium, & Spi„ ritum Sanctum; neceſſitas conſequentiæ „ ac rationis coarctat intelligi, principali„ ter quidem coarctatas eſſe rationabiles „ creaturas, materialem verò ſubſtantiam „ opinione quidem, & intellectu ſeparari „ ſolùm ab eis, & pro ipſis vel poſt ipſam „ effectam videri; ſed nunquam ſine ipſa „ ea vel vixiſſe, vel vivere. Solius namque „ Trinitatis incorporea vita exiſtere rectè pu„ tabitur. „ *Hæc Origenes*.

117. Cui opinioni adhæſiſſe videtur Baſilius in libro de Spiritu Sancto cap. 16. cùm ibidem innuat Angelos aereâ, & igneâ conſtare materiâ, ait enim ibi: „ Itidem & „ in cœleſtibus Virtutibus, ſubſtantia qui„ dem earum, puta ſpiritus eſt aërius, aut „ ignis immaterialis, juxta id quod ſcri„ ptum eſt, *qui facit Angelos ſuos ſpiritus*, „ *& miniſtros ſuos ignem urentem*. Ea pro„ pter & in loco ſunt, & fiunt viſibiles, „ dum iis qui digni ſunt apparent in ſpe„ cie propriorum corporum. Attamen ſan„ ctificatio, quæ eſt extra ſubſtantiam il„ lorum, perfectionem illis adjungit per „ communionem ſpiritus. „ *Hæc Baſilius*. Et hoc pacto Ephrem in Serm. de Natura Dei minimè ſcrutanda, ignea corpora Angelis tribuit, quemadmodum Severianus Gabalitanus homil. 1. & 4. de Mundi opificio. Et ita Cæſarius Dial. 1. Interrogat.48. inquiens: „ Incorporei quidem Angeli ſunt „ ſecundùm nos, corpus verò ſecundùm ſe: „ quemadmodum ventus, aut ignis, aut fu„ mus, aut aër: ſunt enim tenuia, & im„ materialia corpora, ab noſtra craſſitudi„ ne ſecreta. Quippe corpora cœleſtia, & „ corpora terreſtria dicit Sanctus Apoſtolus. *Ita Cæſarius*. At Macarius homil. 4. abſolutè docet, Angelos, Animas, & Dæmones ſui generis corpora eſſe, ſubtilia videlicet. „ Unumquodque, *inquit*, pro ſua na„ tura corpus eſt, Angelus, Anima, Dæ„ mon,

Digitized by Google

„ mon, quoniam etſi ſubtilia ſunt, nihilo-
„ minus in ſubſiſtentia, & figura, & ima-
„ gine, ſecundùm tenuitatem naturæ ſuæ,
„ corpora ſunt ſubtilia.„ Accedit & Atha-
„ naſius in lib. de Communi eſſentia Patris,
Filii, & Spiritus Sancti, §. de Angelis, ubi
definiens Angelicam naturam, ait. *Quæ eſt
definitio ſubſtantiæ Angelicæ? Angelus ani-
mal eſt rationale, expers materiæ, hymnis
dicendis aptum, immortale*. Quòd ſi animal
vult eſſe Angelum, neceſſe eſt ut corporeum
dicat, nam ſine corpore nullum dari poteſt
animal.

118. Extat & graviſſimum teſtimonium
Joannis Epiſcopoi Theſſalonicæ in Sermo-
ne, ſive Dialogo cum Gentili, lecto in ſe-
ptima generali Synodo Act. V. & à Patri-
bus approbato, in quo quidem Dialogo,
probat Angelos corporeos eſſe teſtimonio
Baſilii, Athanaſii, Methodii. Verba ejus
ſunt: „ De Angelis, & Archangelis, & ſan-
„ ctis Virtutibus, quæ ſuper iſtos ſunt,
„ addam autem etiam noſtras hominum Ani-
„ mas, intelligibiles quidem eos Catholica
„ & Apoſtolica novit Eccleſia, non tamen
„ incorporales omninò, & inviſibiles, ſicut
„ vos Pagani fatemini. Subtiles autem cor-
„ pore, & aëreos, & igneos, ſecundùm
„ id, quod ſcriptum eſt: Qui facit An-
„ gelos ſuos Spiritus, & Miniſtros ſuos
„ ignem urentem. Et hoc multos San-
„ ctorum Patrum noſtrorum ſenſiſſe in-
„ venimus: quorum eſt Baſilius ille Ma-
„ gnus, & ſanctæ memoriæ Athanaſius,
„ atque Methodius, & qui circa ipſos ſunt.
„ Sola enim, ut veraciter fatentur, Divi-
„ nitas eſt incorporalis, & ineircumſcripta:
„ Porrò intelligibiles creaturæ, non omni-
„ nò incorporales, & inviſibiles, ut Divi-
„ nitas, ſunt. Propter quod in loco ſunt,
„ & circumſcriptæ conſiſtunt. Porrò ſicubi
„ repereris incorporeos vocari Angelos, aut
„ Dæmones, aut Animas, tanquam non exi-
„ ſtentes de commiſtione materialium qua-
„ tuor elementorum, ſic eos noveris appel-
„ latos, cùm non ſint ipſa corpora craſſa,
„ & ſimilia his quibus nos circumdamur.
„ Licèt, ut veriùs fateamur, ad compara-
„ tionem noſtri incorporei ſint. At verò viſi
„ ſunt à plurimis crebrò ſenſibiliter in ſpe-
„ cie propriorum corporum ſuorum (viſi
„ ſunt autem ab his, quibus aperuit Deus
„ oculos) & loco circumſcripti monſtran-
„ tur., cùm non ſint omninò incorporei,
„ ſicut Divina Natura.„ *Hæc Joannes Theſ-
ſalonicus*.

119. Tertullianus quoque, qui & ani-
mam corpoream conſtituit, eàdem ratione
Angelos nonniſi corporeos poſuit, ut innuit
in libro de Carne Chriſti cap. XI. Ibi enim
probat omne quod eſt, Corpus eſſe, quod
autem incorporale eſt, nihil eſſe neceſſe eſt.
„ Nihil enim, *inquit*, habens inviſibile, quo-
„ modo poteſt inviſibilis dici? Sed ne eſſe
„ quidem poteſt, niſi habens per quod ſit.
„ Cùm autem ſit, habeat neceſſe eſt ali-
„ quid, per quod eſt. Si habet aliqnid
„ per quod eſt, hoc erit corpus ejus.
„ Omne quod eſt corpus, eſt ſui generis:
„ nihil eſt incorporale, niſi quod non eſt.
Et in terminis de Angelis lib. 2. contra
Marcionem cap. 8. tradit animas hominum
ſubtiliore afflatu, & ſpiritu conſtare quàm
Angelos, eùm illæ ex divina adſpiratione
procreatæ ſint, Angeli verò ex ignea ma-
teria. „ Nàm, & ſi Angelus, *inquit*, qui
„ ſeduxit, ſed liber, & ſuæ poteſtatis qui
„ ſeductus eſt, ſed imago, & ſimilitudo
„ Dei, fortior Angelo, ſed adflatus Dei
„ generioſor ſpiritu materiali, quo Ange-
„ li conſtiterunt, *Qui facit*, inquit, *Spi-
„ ritus Angelos, & Apparitores flammam
„ ignis*.

120. In eandem opinionem abiiſſe vide-
tur S. Auguſtinus lib. 2. de Trinit. cap. 7.
ubi ſupponit Angelos ſuum habere corpus,
non cui ſubdantur, ſed quod ſubditum re-
gant, dum ait: „ An Angeli, qui jam an-
„ tea erant, ita mittebantur, ut ex perſona
„ Dei loquerentur, aſſumentes corporalem
„ ſpeciem de creatura corporea, ut uſum
„ miniſterii ſui, ſicut utique opus eſſet:
„ aut ipſum corpus ſuum, cui non ſubdun-
„ tur, ſed ſubditum regunt, in ſpecies,
„ quas vellent accommodatas, atque aptas
„ actionibus ſuis mutantes, atque vertentes
„ ſecundùm attributam ſibi à Creatore po-
„ tentiam.„ Porrò in pſalmum 85. ad illa
verba, *& eruiſti animam meam ex inferno in-
feriori*, agens de corpore, quod mortuum
dicit Paulus propter peccatum, ait: „ *Cor-
„ pus enim mortuum eſt*, ait Apoſtolus, *pro-
„ pter peccatum*. Ergo, & hic ſunt mortui,
„ ut non mireris quia infernus dicitur, ſi
„ mortuis abundat. Non enim ait: *Corpus
„ moriturum eſt*, ſed, *corpus mortuum eſt*.
„ Adhuc habet vitam utique corpus noſtrum,
„ & tamen comparatum corpori illi quod
„ futurum eſt, qualia ſunt Angelorum corpo-
„ ra, invenitur corpus hominis mortuum,
„ quamvis adhuc habens animam. „ *Hæc ibi.*
Et in pſal. 145. erga initium ad illa ver-
ba, *Lauda anima mea Dominum*, quærens
quale erit corpus aliquando, ait: „ Quale
„ idem Apoſtolus dicit alio loco, *oportet
„ corruptibile hoc induere incorruptionem, &
„ mortale hoc induere immortalitatem*. Sed
„ etiam cùm fuerit tale corpus noſtrum, cor-
„ pus jam cœleſte, & ſpiritale, corpus An-
„ gelicum in ſocietate Angelorum, nec ſic
„ dabit conſilium animæ.

121. Deinde lib. 3. de Geneſi ad lite-
ram cap. 10. probat Dæmones eſſe aërea ani-
malia, quoniam aërea corpora vigent: An-
gelos verò beatos corpora utique habere,
ſed non ejuſdem cùm Dæmonum corporibus

ſubſtantiæ: „ Quapropter, *ait*, & ſi Dæmones aërea ſunt animalia, quoniam corporum aëreorum naturâ vigent, & propterea morte non diſſolvuntur, quia prævalet in eis elementum, quod ad faciendum quàm patiendum, eſt aptius. „ *Hæc ibi*. Sed inde diſtinguit inferiorem à ſuperiori aëre, & vult Dæmones ex inferiori aëre habere corpora compacta: S. Angelos, qui pactum ſervaverunt, ex ſuperiori, ex quo etiam, & ipſi forte Dæmones ante transgreſſionem compactum habebant corpus. „ Superior verò pars aëris, *inquit*, propter puram tranquillitatem, Cœlo cui collimitatur, communi pace conjungitur, & ejus vocabulo nuncupatur. In qua fortaſſis parte, ſi fuerunt ante traſgreſſionem ſuam, tranſgreſſores Angeli cum Principe ſuo, nunc Diabolo, tunc Archangelo, nam nonnulli noſtri, non eos putant cœleſtes, vel ſupercœleſtes Angelos fuiſſe, non mirum ſi poſt peccatum in hanc ſunt intruſi caliginem, ubi tamen & aër ſit, & humore tenui contexatur, qui commotus ventos, & vehementiùs concitatus etiam ignea, & tonitrua, & contractus nubila, & conſpiſſatus pluviam, & congelantibus nebulis nivem, & turbulentiùs congelantibus deſioribus nebulis grandinem, & diſtentus ſerenum facit; occultis imperiis, & opere Dei à ſummis ad infima univerſa, quæ creavit, adminiſtrantis. *Et paulò poſt*. Si autem tranſgreſſores illi, *ait*, antequam tranſgrederentur, cœleſtia corpora gerebant; neque hoc mirum eſt, ſi converſa ſunt ex pœna in aëream qualitatem, ut jam poſſint ab igne, ideſt ab elemento naturæ ſuperioris aliquid pati; nec aëris ſaltem ſpatia ſuperiora atque puriora, ſed illa caliginoſa tenere permiſſi ſunt, qui eis pro ſuo genere quidam carcer eſt, uſque ad tempus judicii. „ *Hactenus S. Auguſtinus*, qui alibi quoque innuere vedetur Angelos eſſe corporeos, ut in ſerm. 102. de diverſis, Epiſtol, 115. ad Nembridium, & alibi.

122. Hilarius porrò Animam corpoream dicit, & eâdem quâ utitur ratione, neceſſe eſt aſſerat & Angelos corporeos eſſe, quia ait: „ Nihil eſt, quod non in ſubſtantia, & creatione corporeum ſit: & omnium ſive in in cœlo, ſive in terra, ſive viſibilium, ſive inviſibilium elementa formata ſunt. Nam, & animarum ſpecies, ſive obtinentium corpora, ſive corporibus exulantium, corpoream tamen naturæ ſuæ ſubſtantiam ſortiuntur, quia omne quod creatum eſt, in aliquo ſit neceſſe eſt, *Hæc Hilarius can. V. in Matthæum*. Caſſianus item corporeos Angelos cognovit collat. 7. cap. 13. ubi ſic ſcribit; „ Licèt enim pronunciemus nonnullas eſſe ſpirituales naturas, ut ſunt Angeli, Archangeli, cæteræque Virtutes, ipſa quoque anima noſtra, vel certe aër iſte ſubtilis, tamen incorporeæ nullatenus æſtimandæ ſunt. Habent enim ſecundùm ſe corpus quo ſubſiſtunt, licèt multò tenuius quàm noſtra ſunt corpora, ſecundùm Apoſtoli ſententiam ità dicentis: *& corpora cæleſtia, & corpora terreſtria*. Et iterum: *Seminatur corpus animale, exurgit corpus ſpiritale*. Quibus manifeſtè colligitur nihil eſſe incorporeum niſi ſolum Deum.

123. Adhæret huic opinioni Fulgentius in libro de Trinitate ad Felicem Notarium poſt medium, ubi agens de Angelorum creatione, & de lapſu aliquorum ex illis, & de aliorum, qui perſtiterunt beatitudine, ſubjungit: „ Planè ex duplici eos eſſe ſubſtantia adſerunt magni, & docti Viri, ideſt ex ſpiritu incorporeo, quo à Dei contemplatione nunquam recedunt; & ex corpore, per quòd ex tempore hominibus apparent, adprobantes hoc ex illo loco pſalmi, ubi dicit; Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem urentem. Corpus, ergo ethereum, ideſt igneum eos dicunt habere: Angelos verò malos, ideſt, Dæmones corpus aëreum. „ *Hæc Fulgentius*. Neque omninò diſſentiunt Maximus Taurinenſis homil. in ſolemnitate S. Michaelis, Gennadius in lib. de Eccleſiaſt. Dogma. cap. 11. & 12. Rupertus lib. 1. de Trinit., & ejus operibus in Geneſim cap. XI. & lib. 2. de Victoria Verbi cap. 28. Arnobius in Diſput. cum Serapione de Deo Trino, & uno. Et alii.

124. Cæterum his non obſtantibus communior, verior, & recepta ſententia eſt, Angelos quavis corporeitate carere, eſſeque ſubſtantias merè ſpirituales, quam doctrinam in primis tradit S. Dionyſius Areopagita diverſis in locis, & præcipuè in lib. de Divinis Nominibus cap. 4. prope initium, ubi de cœleſtibus Virtutibus, ſanctiſque Angelis ſcribit: „ Horum vi ſunt, vitamque habent ſempiternam, & quæ imminui non poteſt, ab omni interitu, morte, materia, ortuque ſolutæ, & liberæ, nec in eos cadit inſtabilis, & plura, & quæ aliàs aliter fertur mutatio: eædemque ut corpore, ac materiâ vacantes intelliguntur, & ut mentes præſtanti modo intelligunt. *Hæc Dionyſius*, qui & in libro de Cæleſti Hierarchia idem docet, fere per totum maximè cap. 2. Hinc S. Thomas par. 1. quæſt. 51. art. 1. in corpore, authoritate S. Dionyſii ſententiam firmat, Angelos eſſe incorporeos, & immateriales.

125. Probat porrò & ratione inquiens: „ Quod enim accidit alieni naturæ, non invenitur univerſaliter in natura illa: ſicut habere alas, quia non eſt de ratione animalis, non convenit omni animali. Cùm autem intelligere non ſit actus corporis, nec alicujus Virtutis corporeæ, ut infra

„ pa-

Digitized by Google

„ patebit : habere corpus unitum non eſt
„ de ratione ſubſtantiæ intellectualis , in
„ quantùm hujuſmodi , ſed accidit alicui
„ ſubſtantiæ intellectuali propter aliquid
„ aliud : ſicut humanæ animæ competit uni-
„ ri corpori , quia eſt imperfecta , & in po-
„ tentia exiſtens in genere intellectualium
„ ſubſtantiarum , non habens in ſui natura
„ plenitudinem ſcientiæ , ſed acquirens eam
„ per ſenſus corporeos à ſenſibilibus rebus,
„ ut infra dicetur . In quocumque autem
„ genere invenitur aliquod imperfectum ,
„ oportet præexiſtere aliquod perfectum in
„ genere illo . Sunt igitur aliquæ ſubſtan-
„ tiæ perfectæ intellectuales in natura , non
„ indigentes acquirere ſcientiam à ſenſibili-
„ bus rebus . Non igitur omnes ſubſtantiæ
„ intellectuales ſunt unitæ corporibus , ſed
„ aliquæ ſunt à corporibus ſeparatæ . Et has
„ dicimus Angelos . „ *Hactenus D. Thomas.*

126. At ex vetuſtis Eccleſiæ Patribus
Gregorius Nyſsenus diſertè tradit Angeli-
cam naturam eſse prorſus incorpoream , Ho-
milia 4. de Oratione Dominica , inquiens :
„ Quod autem dico , tale eſt . Omnis crea-
„ tura rationalis partim in incorpoream ,
„ partim in corpoream naturam diviſa eſt .
„ Eſt autem Angelica quidem incorporea ,
„ altera verò ſpecies , nos homines ſumus .
„ Atque illa quidem , quæ incorporea cùm
„ ſit , ſolâ mente comprehenditur . *Et paulò*
„ *poſt* . Sive igitur hoc , ſive aliquid aliud
„ præter hoc , Divinâ Sapientiâ diſponente ,
„ in hanc duplicem vitam ſecta omnis na-
„ tura rationalis atque diviſa eſt ; una qui-
„ dem incorporea , quæ cœleſtem beatitudi-
„ nem ſortita eſt ; altera verò quæ propter
„ affinitatem , quam cum ea habet , in terra per
„ carnem occupata eſt . „ *Hactenus Nyſſenus.*

127. Aſsentitur alter Gregorius , nimi-
rum Nanzianzenus orat. 34. circà finem , ubi
ait ; „ Quid ait ? Hic dicendi finem facie-
„ mus , nec ultra res eas , quæ materia con-
„ ſtant , oculiſque corporis cernuntur , ora-
„ tionem diffundemus ? An potiùs , quo-
„ niam Moſaicum illud Tabernaculum Mun-
„ di totius figuram , & imaginem extitiſse
„ docet Scriptura , Mundus porrò ex viſi-
„ bilibus , & inviſibilibus conſtat , idcirco
„ penetrato primo velo , tranſcenſiſque re-
„ bus illis , quæ ſenſum movent , in Sancta
„ proſpiciemus , hoc eſt , in ſupercœleſtem
„ Naturam , quæque non niſi ratione , atque
„ intelligentiâ percipitur ? Sed ne hanc qui-
„ dem , tametſi corporia expertem , incor-
„ poreo modo cernere poſsumus , quippe quæ
„ ignis , & ſpiritus appellatur aut efficitur :
„ Deus enim , ut literis Sacris proditum eſt , fa-
„ cit & Miniſtros ſuos flammã ignis . Niſi forte
„ hoc loco , facere , nihil aliud ſignificet , quàm
„ eâdem , quâ primùm procreati ſunt , ratione
„ tueri , & conſervare . Spiritus porrò , atque
„ ignis Angelus appellatur : illud , quia in-
„ tellectili naturâ eſt præditus : hoc , quia
„ purgandis animis noſtris adhibetur ; quan-
„ doquidem primaria quoque illa eſſentia
„ iiſdem nominibus in Scriptura nuncupatur.
Hæc S. Gregorius .

128. Eandem opinionem ſecutus eſt Eu-
„ ſebius Cæſarienſis lib. 4. de Demonſtrat.
„ Evangelica cap. 1. ubi agens de creaturæ
rationalis productione , erga initium ſcribit :
„ Nam cùm Deus vellet , utpotè qui ſolus
„ ſit bonus , omniſque boni , & principium
„ & fons , divitiarum ſuarum theſauros plu-
„ ribus impertiri , eſſetque jam jam omnem
„ rationalem creaturam in lucem productu-
„ rus , incorporeas videlicet quaſdam , atque
„ intelligentes , & Divinas Poteſtates , An-
„ geloſque , atque Archangelos , materiæque
„ expertes , & ab omni parte puros ſpiritus.
Hæc ibi . Sed & in libro 7. de Præparatione
Evangelica idem diſertè oſtendit , aitque in
terminis non ex terreno igne , aut aëre , aut
ventis compacta habere corpora , capite
enim 15. agens de Angelorum creatione ait :
„ Sic planè ſecundùm prima illa principia ,
„ eorum deinceps , quæ in illa naturarum
„ incorporearum multitudine cogitantur ,
„ Aſtrorum , quæque ſpiritalis luminis vir-
„ tute , & quadam naturæ communione præ-
„ ſtant , ingens quædam , noſtrâque intel-
„ ligendi vi major differentia , innumerabi-
„ les item Nationes , ac genera ſunt : quæ
„ tamen omnium molitor , conditorque Deus ,
„ numerata , atque explorata habeat uni-
„ verſa . *Et paulò poſt* . Alius item Prophe-
„ ta , *ſubjungit* , cùm de ipſarum natura
„ diſſereret , univerſi Auctorem , uti Theo-
„ logum decet , ita compellat : *Domine* ,
„ inquit , *Deus meus* , *quàm magnificatus es*
„ *vehementer* , *confeſſionem* , *& magnificen-*
„ *tiam induiſti* , *amictus lumine ſicut veſti-*
„ *mento : qui extendis cœlum ſicut pellem* ,
„ *qui facis Angelos tuos ſpiritus* , *& Mini-*
„ *ſtros tuos flammam ignis* . Neque tamen
„ exiſtimes , naturas illas ex mortali hoc ,
„ & terreno igne , aut ex ventis aëreâ &
„ rationis experte ſubſtantiâ præditis , eſſe
„ conflatas . Sed quomodò Deum ipſum nun-
„ cupare ſolent , qui cùm incorporeus , &
„ ab omni ſecretus materiâ ſit , ac mens
„ per ſe ſe totus , immò verò mentem om-
„ nem , atque rationem naturæ perfectione
„ tranſiliat ; metaphoricis tamen ſpiritus ,
„ ignis , lucis , atque aliis ejuſmodi morta-
„ les in aures cadentibus nominibus appel-
„ latur . Ita plane Angelos , Archangelos ,
„ Spiritus , Divinas Virtutes , Cœleſtes Exer-
„ citus , Principatus , Thronos , Domina-
„ tiones , perindè atque infinita quædam
„ ſeſeque conſequentia ſtellarum , ac lumi-
„ num genera , ſpiritales ac rationis com-
„ potes naturas , cùm Sacræ literæ nomi-
„ nant , tum verò cunctis Juſtitiæ So-
„ lem , ejuſdemque geminum ſanctum illum
„ Spi-

„ Spiritum præeſſe, atque imperare docent.
Hactenus Euſebius. Qui pariter docuit non
convenire Angelis nomen conſubſtantiale,
quia de ſolis naturis corporeis hoc poſſe
dici exiſtimabat, ut refert Sozomenus lib. 3.
hiſt. cap. 18. ubi ait: „ At verò Euſebius,
„ & alii quidam Orientalium partium Epiſ-
„ copi, qui tum doctrinæ, tum ſanctita-
„ tis causâ per id tempus celeberrimi habe-
„ bantur, diſtinctionem quandam, ſicuti
„ accepimus tradiderunt inter conſubſtan-
„ tiale, & ſimile quò ad ſubſtantiam, quod
„ illi *Homouſion* vocabant. Etenim conſub-
„ ſtantiale quidem in corporibus propriè
„ intelligi; in hominibus ſcilicet, ac reli-
„ quis animalibus, & in arboribus, ac
„ plantis, quæ participant, & generantur
„ ex ſimili. *Homouſion* verò in rebus incor-
„ poreis locum habere, puta in Deo, &
„ Angelis, quorum utrumque per ſeorſum
„ juxta propriam ſubſtantiam intelligitur.
Hæc Sozomenus. Quibus verbis palam oſten-
dit Angelos eſſe incorporeos.

129. Theodoretus verò in Epiſt. Divin.
Decret. lib. 5. de Angelis, ex eo quòd An-
geli ſunt incorporei, non eſſe inter eos ſe-
xus differentiam probat: „ Angelos autem,
„ ait, nec ut Græcorum Poetæ, & Philo-
„ ſophi, in Deos retulimus, nec in maſcu-
„ linum, & fœmininum ſexum incorpoream
„ naturam diſtinguimus, nec intemperantis
„ coitus, quæ ſub aſpectum non cadunt Po-
„ teſtates accuſamus. *Hæc ibi* & in queſt. 20.
in Geneſim ſuper illa verba, *faciamus homi-
nem ad Imaginem, & ſimilitudinem noſtram*,
exponens quid ſit illud, *ad Imaginem*, ait.
„ Quidam vocaverunt Imaginem Dei id, quod
„ eſt in anima inviſibile, ſed non rectè di-
„ xerunt. Si enim inviſibile animæ, ima-
„ go Dei eſſet, multò magis Angeli, Ar-
„ changeli, & univerſæ naturæ ſanctæ, &
„ incorporeæ, utpote à corporibus pror-
„ ſus liberatæ, inviſibilem, & impermiſtam
„ naturam poſſidentes, vocarentur Imagines
„ Dei. „ Porrò quæſt. 29. in lib. Exodi, ubi
quærit, cur Propheta vocaverit Manna pa-
nem Angelorum, ait: „ Propterea quòd An-
„ gelorum miniſterio datum ſit illud. Nàm
„ incorporea natura cibo non indiget. Sic
„ etiam appellatum eſt panis cœli, quia de
„ ſurſum veniebat, non ex ipſo cœlo, ſed
„ ex aëre.

130. Sunt quamplurima alia Græcorum
Patrum teſtimonia, quæ teſtantur Angelos
eſſe incorporeos, quæ recenſere valde lon-
gum eſſet, ſolum unum addam Nicephori vi-
delicet Conſtantinopolitani, qui in lib. de
Cherubinis à Moſe factis cap. 8. de circum-
ſcripto, & incircumſcripto, Angelos non cir-
cumſcribi loco aſſerit, utpotè incorporeos:
„ Angeli verò, *inquit*, quia non poſſunt
„ ipſi eſſe, nec operari ne uno quidem mo-
„ mento in diverſis locis, hoc enim eſt fi-
„ lius Dei. Hoc autem, cùm eſſe in loco di-
„ cimus, non propriè dicimus, ſed quia lo-
„ co certo, & definito, & non ubique ope-
„ rantur. Quòd verò ſubſtantiæ incorporeæ
„ non poſſunt circumſcribi, perſpicuum eſt,
„ locus enim ſemper corpora continet inter-
„ mediâ ſuperficie. Locus enim eſt termi-
„ nus continentis, quatenus continet ea,
„ quæ continentur. Natura autem Angelo-
„ rum incorporea eſt. *Et in lib. de Imagi-
„ nib. in principio*. Atqui, *ait*, Divini Che-
„ rubini ſimplices ſunt, & materiæ exper-
„ tes, ac ſine forma, & figura, ac proinde
„ incorporei, & tanquam incorporei loco cir-
„ cumſcribi naturaliter non poſſunt, ſicut an-
„ tea dictum eſt. „ *Hactenus Nicephorus*.

131. Ex Latinis autem Patribus primum
dabimus Hieronymo locum, is enim in Epi-
ſtola 53. ad Theodoram viduam data, ex-
pendens verba illa Matthæi cap. 22. *Non
nubent neque nubentur, ſed erunt ſicut An-
geli Dei*, ait non tolli hominibus, qui
erunt, ſimiles Angelis Dei eſſe corporeum,
ut ſimiles illis fiant, ſed quia Angelico ſplen-
dore decorati, ſimiles erunt. „ Quando di-
„ cit, *non nubent, neque nubentur, ſed erunt
„ ſicut Angeli in cœlis*; non natura & ſub-
„ ſtantia corporum tollitur, *inquit*, ſed glo-
„ riæ magnitudo monſtratur. Neque enim
„ ſcriptum eſt, erunt Angeli; ſed ſicut An-
„ geli. Ubi ſimilitudo promittitur, veritas
„ denegatur: *Erunt*, inquit, *ſicut Angeli*,
„ ideſt, ſimiles Angelorum: ergo homines
„ eſſe non deſinent. Inclyti quidem, & An-
„ gelico ſplendore decorati, ſed tamen ho-
„ mines. *Et Epiſt. 86. ad Euſtoch.* Quòd
„ ſi oppoſueris, *ait*, quomodò ergo erimus
„ ſimiles Angelorum. Sed converſationem,
„ & beatitudinem Dominus repromittit.
Hæc Hieronymus. Vult ergo Angelorum
ſubſtantiam eſſe incorpoream, cùm dicat,
homines, ut ſimiles Angelorum efficiantur,
non privari ſubſtantiâ corporeâ, ex quo hu-
juſmodi ſimilitudo non immutat hominum
naturam, nec facit homines ejuſdem cum An-
gelis naturæ.

132. Ambroſius deinde ad cap. 1. Pauli
Epiſtolæ ad Hebræos, ſuper illa verba: *Qui
facit Angelos ſuos Spiritus, & Miniſtros ſuos
flammam ignis*, ait: „ Non enim ſolos An-
„ gelos hoc Sermone ſignificat, ſed omnes
„ Virtutes miniſteriis ſupernis fungentes.
„ Sciendum eſt enim quòd Angelus, no-
„ men eſt officii non naturæ. Qui etiam
„ ſemper ſunt Spiritus: ſed non ſemper
„ Angeli vocari poſſunt. Quæris hujus na-
„ turæ nomen? Spiritus eſt. Quæris officii?
„ Angelus. Ex eo quod eſt, eſt Spiritus:
„ ex eo quod agit, Angelus; quia Ange-
„ lus Græcè, Nuncius Latinè dicitur. Si-
„ cut homo nomen naturæ, miles verò no-
„ men officii; ſic enim qui erant jam Spi-
„ ritus conditi à Creatore Deo, facit eos
„ An-

„ Angelos mittendo eos nunciare, quod „ juſſerit. *Et Miniſtros, flammam ignis*. „ Legimus appariuſſe ignem in Rubo. Le- „ gimus etiam miſſum ignem deſuper Apo- „ ſtolos, & impleſſe quod præceptum erat „ illis. Poteſt dici, quando levia nunciare „ mittuntur, Angelos eſſe: quando ad vin- „ dictam mittuntur, Miniſtros eſſe, ideſt, „ ignem ardentem. „ *Hæc S. Ambroſius*, disertè firmans Angelos puros eſſe Spiritus, nec aliquâ corporeâ mole conſtare.

133. Lactantius quoque hoc idem luculenter demonſtrat lib. 7. Divin. Inſtit. cap. 21. in principio, ubi Angeli inter ea quæ incorporalia ſunt, recenſet: „ Primum „ igitur, *ait*, dicimus tantam eſſe Dei „ poteſtatem, ut etiam incorporalia com- „ prehendat, & quemadmodum voluerit „ afficiat. Nam & Angeli Deum metuunt, „ quia caſtigari ab eo poſſunt, inenarrabi- „ li quodam modo: & Dæmones reformi- „ dant, quia torquentur ab eo, ac puniun- tur. „ *Hæc Lactantius*, qui & lib. 4. cap. 8. exponens diſcrimen inter Angelos, & Dei Filium, ait: „ Primùm nec ſciri à quoquam „ poſſunt, nec narrari opera Divina: ſed „ tamen ſanctæ Literæ docent, in quibus „ cautum eſt, illum Dei Filium, Dei eſſe „ ſermonem, itemque cæteros Angelos Dei „ Spiritus eſſe. Nàm ſermo eſt ſpiritus, „ cum voce aliquid ſignificante prolatus. „ Sed tamen quoniam ſpiritus, & ſermo di- „ verſis partibus proferuntur, ſiquidem ſpiri- „ tus naribus, ore ſermo procedit; magna „ inter hunc Dei Filium, & cæteros Ange- „ los differentia eſt. Illi enim ex Deo taci- „ ti ſpiritus exierunt, quia non ad do- „ ctrinam Dei tradendam, ſed ad miniſte- „ rium creabantur. Ille verò cùm ſit & „ ipſe ſpiritus, tamen cum voce, ac ſono „ ex Dei ore proceſſit, ſicut Verbum, eâ „ ſcilicet ratione, quia voce ejus ad popu- „ lum fuerat uſurus. *Hactenus Lactantius*.

134. Item S. Leo Magnus in Epiſtola 15. ad Turribium data, aliàs 93. de Priſcillianiſtarum erroribus cap. 6. ubi agens adversùs errorem illorum de Diabolo, quem malum naturâ ſuâ credebant, ait: „ Sexta an- „ notatio indicat eos dicere, quòd Diabo- „ lus nunquam fuerit bonus, nec natura ejus „ opificium Dei ſit, ſed eum ex chao & „ tenebris emerſiſſe, quia ſcilicet nullum ſui „ habuit authorem, ſed omnis mali ipſe ſit „ principium, atque ſubſtantia; cùm fides „ vera, quæ eſt Catholica, omnium crea- „ turarum ſive ſpiritualium, ſive corpora- „ lium bonam confiteatur ſubſtantiam, & „ mali nullam eſſe naturam. Quia Deus, „ qui univerſitatis eſt conditor, nihil non „ bonum fecit. „ *Hæc Leo*, diſtinguens inter Creaturas à Deo conditas corporeas, & ſpirituales, ſive corporia expertes, quales Angelos fuiſſe certum eſt, & rationalem animam, cùm nulla alia creatura ſpiritualis ſit adſignabilia.

135. Leoni Magno Gregorius addatur pariter Magnus, qui in Dial. 4. cap. 29. agens quomodo ignis corporeus, animas incorporea cruciare poſſit, diſertis verbis Angelos incorporeos dicit, & Apoſtatas corporeo igne cruciari. Ibidem ergo S. Gregorius Petrum interrogat. *Dic quæſo te. Apoſtatas Spiritus à Cæleſti gloria dejectos, eſſe corporeos, an incorporeos ſuſpicaris?* Cui Petrus reſpondit: *Quis ſanum ſapiens, eſſe Spiritus corporeos dixerit?* Cui Gregorius, *Gehennæ ignem eſſe incorporeum, an corporeum fateris?* Petrus ait: *Ignem Gehennæ corporeum eſſe non ambigo, in quo certum eſt corpora cruciari*. Subjungit Gregorius. *certè Reprobis veritas in fine dictura eſt*: Ite in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis ejus. *Si igitur Diabolus, ejuſque Angeli, cùm ſint incorporei, corporeo ſunt igne cruciandi; quid mirum ſi animæ, & antequam recipiant corpora, poſſint corporea ſentire tormenta?* Hactenus ibi. Sed & lib. 4. Moral. cap. 9. „ Duas verò inquit, ad intel- „ ligendum ſe, creaturas fecerat, Angeli- „ cam videlicet & Humanam, utramque ve- „ rò ſuperbia perculit, atque ab ſtatu in- „ genitæ rectitudinis fregit. Sed una teg- „ men carnis habuit: alia verò nihil infir- „ mum de carne geſtavit. Angelus namque „ ſolummodò ſpiritus, Homo verò & ſpi- „ ritus eſt, & caro. „ Porro in lib. 28. cap. 2. docet Angelos aliquando aſſumere imagines corporeas ex aëre, ut viſibiles reddantur hominibus, quòd certè ſi corporei eſſent, non aſſumerent ad tempus ex aëre „ corpora. „ Aliquando, *inquit*, imagini- „ bus, & ante corporeos oculos ad tempus „ ex aëre aſſumptis, per Angelos loquitur „ Deus, ſicut Abraham non ſolùm tres vi- „ ros videre potuit, ſed etiam habitaculo „ terreno ſuſcipere, & non ſolùm ſuſcipe- „ re, ſed eorum uſibus etiam cibos adhi- „ bere. Niſi enim Angeli quædam nobis in- „ terna nuntiantes, ad tempus ex aëre cor- „ pora ſumerent, exterioribus profectò no- „ ſtris obtutibus non apparerent.

136. Porrò Concilium Lateranenſe ſub Innocentio Papa III. celebratum cap. 1. in Decreto Fidei, Angelos incorporeos pronunciat, dum ait: „ Firmiter credimus, & „ ſimpliciter confitemur, quòd unus ſolus „ eſt verus Deus, Æternus, & Immenſus, „ Omnipotens, Incommutabilis, Incompre- „ henſibilis, & Ineffabilis, Pater, & Filius, „ & Spiritus Sanctus, &c. unum & univer- „ ſorum Principium, Creator omnium in- „ viſibilium, & viſibilium, ſpiritualium, & „ corporalium, qui ſuâ omnipotenti virtu- „ te ſimul ab initio temporis utranque de „ nihilo condidit creaturam, Spiritualem, „ & Corporalem, Angelicam videlicet, & „ Mun-

„ Mundanam: ac deinde Humanam quaſi „ communem ex ſpiritu, & corpore conſti- „ tutam. „ *Hactenus Concilium.*

137. Hoc tamen Decreto non eſse definitum ut dogma fidei, Angelicam naturam & ſubſtantiam eſſe incorpoream, notat Petavius Tom. 3. Theologor. Dogmat. lib. 1. cap. 3. num. 10. Intentum enim Concilii eo in loco, fuiſſe dumtaxat definire contra Manichæos, Deum utriuſque naturæ Angelicæ, & Mundanæ eſſe conditorem, Angelicam ſpiritualem appellans juxta communem tunc temporis receptam opinionem. Proinde contrariam opinionem, quæ docet Angelos eſſe corporeos, aut Spiritus corpori alligatos, non prorſus heræticam eſſe vult, ſed hæreſi proximam. Ejus verba ſunt: „ Quam ſententiam ſolam Theologi hodie „ ſequuntur omnes, ſed contrariam etiam, „ quæ vel mera eſſe corpora, vel illigatos „ corpori Spiritus Angelos putat, aut Dæ- „ mones, ut non prorſus hæreticam, ſic hæ- „ reſi proximam judicant. Nam quominus „ hæretica planè cenſeatur, id unum facit, „ quòd nondum ea res liquidò ab Eccleſia „ diſceptata ſit. Quippe Lateranenſe De- „ cretum illud, non ex inſtituto partem eam „ definire voluit: ſed in hoc unum intenta fuit Synodus, ut utriuſque conditorem naturæ Deum eſſe contra Manichæos „ ſtatueret. cætera verò ex recepta per id „ tempus opinione obiter intexuit. *Hæc Petavius.*

138. Et certè ferè omnes Scholaſtici ſentiunt, & defendunt Angelicam ſubſtantiam eſſe merè Spiritualem cum Petro Lombardo lib. 2. Sentent. diſt. 2. ubi ait: „ Simul „ creata eſt ſpiritualis creatura, ideſt, An- „ gelica, & corporalis, ſecundùm quod ac- „ cipi poteſt illud Salomonis: *Qui vivit in* „ *æternum, creavit omnia ſimul*, ideſt Spi- „ ritualem, & Corporalem naturam. & ità „ non priùs tempore creati ſunt Angeli, „ quàm illa corporalis materia quatuor ele- „ mentorum, & tamen primò omnium crea- „ ta eſt ſapientia, quia etſi non tempore, „ præcedit tamen dignitate. „ *Hæc Petrus Lombardus*, Angelicam naturam ſpiritualem & incorpoream appellans, prout ſpirituale, & incorporeum contradiſtinguitur à materiali, & corporeo,

139. Ad hæc, Pius II, in Epiſtola ad Morbiſanum Turcarum Principem apud Coccium Tom. 1. Theſaur. lib. 4. art. 1. adversùs Mahometi doctrinam, qui docuit Angelos ex flamma ignis creatos, & peccare, & mortuos eſſe, hæc ſcribit: „ Addit „ Mahometes, Angelos creatos ex flamma „ ignis, & peccare, & mortuos eſſe. Nos „ cum Propheta dicimus, quòd Deus fecit „ Angelos ſuos Spiritus, & creavit eos ex „ nihilo. Et Philoſophos nobiſcum ſentientes „ habemus, qui omnes Angelos, quos vocant „ Intelligentias, incorporeos eſſe dixerunt. „ Nec peccatum in Angelis reperiri poſſe cenſemus, qui Deum in eſſentia videntes, „ omnia vident, & omnia intelligunt ad ſuam „ perfectionem neceſſaria, nec eſt in eis igno- „ rantia peccati mater. Nec ſubjectam corru- „ ptioni Angelicam naturam arbitramur, in „ qua non eſt materia, quæ ſeparari poſſit à „ forma: ſed ipſa forma per ſe conſiſtit incor- „ ruptibilis, & immortalis. *Hæc Pius.*

140. Rectè ergo Pius ex Scriptura primò Angelos incorporeos eſſe demonſtrat: quia citra omne dubium Scripturæ verba in proprio ſenſu intellecta magis accommodantur huic ſententiæ, quàm contrariæ. nam Paulus ſpiritus abſolutè vocat Angelos ad Hebræos cap. 1. verſ. 7. *Qui facit Angelos ſuos Spiritus.* & verſ. 14. *Nonne omnes ſunt adminiſtratorii Spiritus, in Miniſterium miſſi, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis?* De malis Angelis in Epiſtola ad Epheſios cap.6. verſ.12. *Non eſt nobis colluctatio adversùs carnem, & ſanguinem: ſed adversùs Principes, & Poteſtates, adversùs Mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ.* Sic & Dominus malos Angelos ſpiritus immundos appellat, Lucæ cap. 11. verſ. 24. *Cùm immundus ſpiritus exierit de homine.* Et ipſe Evangeliſta cap.6. verſ.18. *Et qui vexabantur à Spiritibus immundis, curabantur.* Joannes quoque in ſua Apocalypſi ſeptem Angelos qui in conſpectu Throni ſunt, ſeptem Spiritus appellat cap.1. verſ.4. *Gratia vobis, & pax ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & à ſeptem Spiritibus, qui in conſpectu Throni ejus ſunt.* Et cap.3. verſ.1. *Qui habet ſeptem Spiritus Dei.* Atqui Spiritus ex genere ſuo à quocumque corporeo ſecernitur, hinc Jeſus ut Apoſtolis oſtenderet ſe non eſſe merum Spiritum, Lucæ cap. 24. *Videte*, inquit, *manus meas, & pedes, quia ego ipſe ſum: palpate, & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.* Si ergo Scriptura Angelos abſolutè Spiritus appellat, certè omni corporeitate carebunt, cùm rebus corporeis ratio ſpiritualis ſe opponat.

141. Deinde ſi Angeli corporei, Dæmones quoque erunt corporei. ſcimus ex Evangelio Lucæ cap. 8. verſ. 30. unam integram Legionem Dæmonum ejeciſſe Dominum à quodam viro in Regione Geraſenorum. num tot Dæmones potuerant in unico exiſtere corpore, ſi corporei concedantur? extitiſſe tradit Evangeliſta, qui aſſerit à Domino fuiſſe ejectos. Hinc licebit ſic diſcurrere cum Richardo. Si Dæmones corpora habent, ubi quæſo in eo fuere? In Spiritu, an in corpore? Conſtat autem, quia omne corpus longitudinem, latitudinem, altitudinem, locales videlicet dimenſiones habet: & eo ipſo ſine locali capacitate ſubſiſtere non valet, qualem quidem Spiritus omninò non habet. Ergo non in Spiritu, ſed in corpore fuerunt. Sed quomodo, vel in qua hominis parte tot corpora eſſe potuerunt?

Si

Si dicas quòd Angelici Spiritus tàm boni, quàm mali ſubtilia corpora habent: contra eſt, quia quantumvis ſubtilia ſint duo ejuſdem quantitatis corpora, unum eundemque locum occupare non valent. Non erit ergo corpus tante exiguitatis ut locum occupare non poſſit. At una Legio Dæmoniorum, conceſsà corporeitate, non eſt poſſibile, ut in uno eodemque exiſtat corpore. Quòd ſi hujuſmodi Angelorum corpora, adeo ſubtilia, & exigua fingantur, ut ſe invicem penetrare poſſint, jam vera corpora non erunt, ſed ficta, & imaginaria, cùm ſit contra rationem corporeitatis penetrabilitas.

142. His verò poſitis, negari tamen non poteſt, quin perſuaſum fuerit nonnullis Patribus corporeos eſſe Angelos, prout ſupra notavimus, quamvis non omnes acceperint naturam corporei, prout verum corpus ſignificat. Etenim nonnulli acceperunt eſſe corporeum prout importat contineri in loco definito, ad differentiam naturæ Divinæ, quæ non habet definitum locum. Hinc Damaſcenus lib. 2. Orthod. fidei cap. 12. ait: „ Hoc pacto igitur intelligibilem ſubſtan- „ tiam conſtituit Deus, Angelos inquam, „ & omnes qui in cælo ſunt Ordines, hi „ enim permanifeſtè intellectualis ſunt, & „ incorporeæ naturæ. Incorpoream autem „ dico comparatam ad materiæ craſſitiem: „ nam ſolus reverà Deus immaterialis, & „ incorporeus. „ *Hactenus Damaſcenus*. Sumit ergo incorporeum prout à Deo contradiſtinguitur. Hilarius quoque ſupra citat. num. 129. omne creatum corporeum dicit, *quia omne quod creatum eſt, in aliquo ſit neceſſe eſt*. Ubi accipit corporeum pro eſſe in loco determinato, unde & lib. 2. de Trinit. circa finem ait: *Deus Spiritus eſt, & Spiritus nec circumſcribitur, nec tenetur: quia per naturæ ſuæ virtutem ubique eſt, nec uſquam abeſt, in omnibus omnia exuberans*. Ubi ſumit ſpiritum pro eo, qui nullo loco determinato ſiſtit: & ita per contrarium ſenſum corporeum erit, quidquid locum determinatum habet. Sumunt etiam alii corporeum pro aliquo, quod non ſit omninò ſimplex, licèt ſpirituale ſit, ſed aliis atque aliis afficitur qualitatibus; quæ naturæ, ac ſubſtantiæ extrinſecùs aſſutæ, ad eam adhæreſcunt. Et in hoc ſenſu pariter ſolus Deus eſt incorporeus.

143. Porrò Origenes quamvis diverſis in locis ſupra recenſitis cenſeat Angelos corporeos, non tamen eſt ſibi conſtans, cùm alibi incorporeos, & merè ſpirituales pronunciet. Sic lib. 1. Periarchon cap. 7. ubi ait: „ Et omnia in ipſo creata, quæ in cœ- „ lis, & quæ in terra: ſive viſibilia, ſive „ inviſibilia, ſive Dominationes, ſive Prin- „ cipatus, ſive Poteſtates, omnia per ipſum, „ & in ipſo creata ſunt, & ipſe ante omnes, „ & ipſe eſt caput. Manifeſtè ergo in Chri- „ ſto, & per Chriſtum facta eſſe omnia, & „ creata pronunciat: ſive viſibilia, quæ ſunt „ corporalia, ſive inviſibilia, quæ non alia „ etiam arbitror, quàm incorporeas, ſpiri- „ tualeſque virtutes. *Et in lib.* 2. *cap.* 3. „ Ea namque quæ ſunt inviſibilia, non ſo- „ lùm non videntur, ſed ne naturam qui- „ dem habent, ut videri poſſint, quam „ Græcè *Aſomata*, ideſt, incorporea ap- „ pellarunt. *Et lib.* 3. *cap.* 5. Omnis igitur „ hæc ratio hoc continet: quòd duas ge- „ nerales naturas condiderit Deus, natu- „ ram viſibilem, ideſt corpoream, & natu- „ ram inviſibilem, quæ eſt incorporea. Iſtæ „ verò duæ naturæ diverſas ſui recipiunt „ permutationes. Illa quidem inviſibilis, „ quæ rationabilis eſt animo, propoſitoque „ mutatur pro eo, quòd arbitrii ſui liberta- „ te donata eſt, & per hoc aliquando in „ bonis, aliquando in contrariis invenitur. „ Hæc verò natura corporea ſubſtantialem „ recipit permutationem. „ *Hæc Origenes*, qui & ſimilia tradit Homilia 1. in Geneſ. & in lib. 4. Periarchon cap. 2.

144. Neque Baſilius ubique eandem ſequitur opinionem, nam etſi aliquando corporeos Angelos pronunciet, incorporeos etiam alibi definit. Sic de Diabolo ſcribit Homil. 9. ex lib. XI. Homil. cujus Titulus. *Quòd Deus non eſt Auctor malorum*, ubi erga finem ait: „ Diabolus verò dicitur, „ quoniam idem & in peccato nobis coope- „ ratur, & accuſator noſter eſt. Gaudet ex „ interitu noſtro, noſque eorum gratiâ, „ quæ commiſſa ſunt, traducit. Natura au- „ tem ipſius incorporea eſt, ſecundùm Apo- „ ſtolum dicentem: *Non eſt nobis colluctatio adversùs carnem & ſanguinem, ſed adversùs ſpiritualia nequitiæ*. „ Et lib. 4. contra Eunomium idem innuit, dum Angelorum naturam dicit corpore carentem, & ratione præditam.

145. Porrò S. Auguſtinus lib. 8. de Geneſi ad literam cap. 25. diſtinguit naturam corporalem, & incorporalem, & in hoc ſecundo Genere Angelos collocat: „ Natura „ igitur, *inquit*, univerſitatis corporalis „ adjuvatur extrinſecùs corporaliter. Ne- „ que enim eſt extra eam ullum corpus, „ alioquin non eſſet univerſitas. *Et paulò „ poſt*. Spiritalis autem creatura, ſi perfe- „ cta, atque beata eſt, ſicut Angelorum „ Sanctorum, quantùm attinet ad ſe ipſam, „ quo ſit, ſapienſque ſit, nonniſi intrinſe- „ cùs incorporaliter adjuvatur. *Et iterum*. „ Creatura ergo ſpiritualis, & intellectua- „ lis, & beata, qualis Angelorum eſt, ſicut „ dixi, quantùm attinet ad ſe ipſam, quo „ ſit, ſapienſque ac beata ſit, nonniſi in- „ trinſecùs adjuvatur æternitate, veritate, „ charitate Creatoris. „ Et infra cap. 26. pariter diſtinguit creaturam corporalem, & incorporalem dum ſubjungit: „ Deus Omni-

„ potens , & omnitenens , incommutabili „ æternitate , veritate , voluntate ſemper „ idem non per tempus , nec per locum „ motus , movet per tempua creaturam ſpi- „ ritalem . Movet etiam per tempua & lo- „ cum creaturam corporalem . „ *Hæc Auguſtinus* , & quamvis alibi conſtare corpore ſcribat , adeò tamen tennia , & ſubtilia corpora eſſe fatetur , aërea ſcilicet aut ætherea , ut nullam habeant ſoliditatem , & craſſitiem , penetrarique ad invicem poſſint ; quo ſenſu' nonniſi impropriè corporeoa eſſe , dici poteſt . Et ideo libro 21. de Civitate Dei , cap. 10. ubi qnærit an ignis gehennalia Dæmones incorporeos tactu ſuo adurere poſſit , nihil affirmat , an Angeli corporei ſint , an incorporei : ſolùm dicit qnibuſdam viris doctis viſum fuiſse Dæmonea eſse corporeos , attamen ſive corporei , ſive incorporei ſint , cruciari ab illo igne miria , & veris modis definit .

146. Id denique quod quidam exiſtimant definitum eſse in ſeptima Synodo , Angelos eſse corporeoa , vel ſaltem à Patribus receptam fuiſse doctrinam Joannis Epiſcopi Theſſalonicæ , qui Angeloa corporeoa definiverat ; à veritate prorſua abeſt . Non enim Patrea doctrinam de Angelorum corporeitate receperunt , ſed tantùm ex ea parte , quâ Joannes dicebat , poſse in humana forma Angelos pingi . Conſtat ex fine ſermonia , & reſponſione Taraſii . Joannes enim ſic ſermonem ſuum concludit : „ Nos ergo non ut „ Deos , ſed ut creaturas ſpirituales , & „ Miniſtroa Dei , & non Incorporeaa exiſtentes , pingentes & honorantes Angeloa non peccamus . Porrò in humana eoa „ forma depingimua , eò quòd frequenter „ ſic apparuerint his , ad quos miſſi ſunt à „ ſolo Deo effecti . „ His lectis Taraſiua ſanctiſſimus Patriarcha dixit : „ Auribus percipiamua dictum Patris , quia ibi quidem „ Samaritæ imaginea Domini , & Salvatoris noſtri Jeſu Jeſu Chriſti , & intemeratæ Matris ejus ſubverterunt , hoc autem „ Pagani , nt didicimua . Oſtendit verò Pater , qnòd & Angelos oporteat pingi , „ quoniam circumſcripti ſunt , & veluti homines apparuerunt multia . „ *Hæc Taraſius*, undè ſancta Synodus reſpondit : *Etiam Domine* . Ex quo apparet clariſſimè ſanctam Synodum approbaſse id quòd Taraſina propoſuerat , nimirum Angelos pingi poſse in humana forma ; prætериena quidquid de eorum corporeitate ex doctrina Joannis Theſſalonici lectum fuerat .

COLLATIO

Hæreſum Theodoti, & Theodotianorum; cum Hæreſibus quorundam Recentiorum Evangelicorum.

147. CARDINALIS Hoſius lib. 1. de Hæreſibus noſtri temporis, refert ex Schola Lutheri proceſſiſſe Joannem Campanum, & ex Hiſpaniis Michaelem Servetum, qui libros aliquot de Trinitatis erroribus, plenos blaſphemiis ediderunt: in iis nunc tandem, *ait*, veteres Arrii, & Macedonii errores in lucem revocare, fidemque, quam in Nicæno, & Conſtantinopolitano primo Conciliis, Patres congregati nobis tradiderunt, labefactare conantur. Solum enim Deum Patrem, & neminem alium adorari & invocari debere contendunt, quòd ille ſolus videt corda noſtra, quod nulla creatura facere poteſt. *Hæc Hoſius*. Ex quibus verbis ſatis liquet, Campanum, & Servetum, ablegaſſe à Chriſto Divinitatem, ſi cum Ario ſentiebant, qui negans Chriſtum Patri conſubſtantialem, in ordine puræ creaturæ illum reponebat, quemadmodum & ante Arium Theodotiani. Sic cum prima Theodotianorum hæreſi concordant Campanus, & Servetus. Petrus Richerus, ut ſcribit Feu-ardentius tom. 1. Theomachiæ Calviniſticæ lib. 3. cap. 10. dicebat hæreticum eſſe eum, qui dixerit Jeſum Chriſtum eſſe neceſſariò orandum, & invocandum, eſſe utique per Chriſtum orandum Patrem, ſed Filium nunquam invocandum, ne humanitati ejus honos haberetur, & ita omnem Divinitatem à Chriſto abjeciſſe videtur. Certè David Georgius, ut refert Reſcius in Centur. verbo *David Georgiani*, imitatus eſt Theodotum, in eo quòd Chriſtum negaverat, nam docebat ſtultum eſſe, ſi quis peccatum putaret abnegare Chriſtum coram hominibus, & propterea ſtolidos ajebat Apoſtolos & Martyres, quòd ob eam querelam ſe occidi permiſiſſent. Quo ſtante, conſequens eſt & ipſum credidiſſe, Chriſtum non fuiſſe Deum & hominem, ſed purum hominem. Et in Anglia inter varios errores, qui emerſerant ab anno 1640. ut refert Georgius Hornius in ſua Eccleſiaſt. hiſtor. Period. III. Art. 3. pag. mihi 612. ſub numero 27. & hic recenſetur, nimirum: *Chriſtum non eſſe Deum verum, & eſſentialem, ſed nominalem: nec per æternam generationem, ſed quatenus ſit homo*. Antonius Bruodinus in ſuo Catholicæ veritatis Propugnaculo lib. 4. cap. 10. inter eoſdem, qui tunc temporis in Anglia emerſerant errores, ſub num. 25. hunc conſignat: *Chriſtus non eſt verus Deus, ſed tantùm nominalis*. Et ſub num. 28. *Chriſtus, dum nos creaſſet, purus tantùm fuit homo*. Patet ergo in Anglia creditam fuiſſe ipſiſſimam Theodoti doctrinam. Idem Hornius loco ſupra cit. ſub num. 54. tradit, Londini ſub die 27. Febr. 1645. quendam Schiſmaticum prædicaſſe, *Chriſtum non magis eſſe Deum, quàm ſe, vel alium hominem*. Dicit inſuper quen-

dam nomine Web ; hominem inſimæ plebis , dixiſſe , *Se non credere Chriſtum eſſe Filium Dei* . Hinc liquet hanc hæreſim Theodoti , non ab uno ex recentioribus , ſed à pluribus ab inferis fuiſſe revocatam.

148. In ſecunda porrò hæreſi iidem cum Theodoto , & Theodotianis concordant ; qui enim Chriſtum purum hominem faciunt, neceſſe eſt aſſerant ex ſemine Joſeph genitum eſſe , quemadmodum ex virili ſemine cæteri geniti ſunt homines.

149. In eo porrò quod Theodatiani aſſerebant , Angelos Aſtra moderantes neceſſitatem inevitabilem inferre humanis actibus , aliquo modo concordant qui libertatem arbitrii denegant , quorum meminimus in Collatione hæreſis XII. Simonis Magi . Inſuper quotquot cenſent humanas actiones & liberas ab aſtris pendere , adeout iis ſubiiciantur , & juxtà eorum influxum neceſſariò evenire autumant , Cæterum , ut ſupra in Commentario adnotavimus, Cornelius Agrippa , & Paulus Scaliger , & alii cum antiquis Hebræis , ac pervetuſtis Magis , Angelos Aſtra moderantes & ipſi poſuerunt , licèt non conſtet in hac fuiſſe opinione , ut dicerent neceſſitatem inevitabilem inferre actibus humanis.

CAPUT

CAPUT XII.
SIVE XXXIV.
De Melchiſedecianis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1. MELCHISEDECIANI, *Melchiſedech Sacerdotem Dei excelſi non hominem fuiſſe, ſed Virtutem Dei eſſe arbitrantur.*

COMMENTARIUS HISTORICUS.

2. MELCHISEDECIANI) In iiſdem terminia hanc hæreſim recenſet Iſidorua lib. 8. Etymol, cap. 5. Epiphaniua in hæreſi 55. ſcribit hanc Sectam eſſe avulſam à Theodotianis: *Qui Melchiſedecianos*, ait, *appellari ſe ſe volunt, ac niſi fallor, à Theodotianis avulſi ſunt*. Theodoretua lib. 2. hæret. fabul. hujua hæreſis principem, alterum Theodotum, arte argentarium, conſtituit. *Incœpit autem*, inquit, *hanc hæreſim Theodotus artificio argentarius*. Cui opinioni aſſentitur Auctor Appendicis ad librum de Præſcript. Tertulliani, inquiena: „ Alter „ poſt hunc Theodotus hæreticus erupit, „ qui & ipſe introduxit alteram Sectam, „ & ipſum hominem Chriſtum tantummodò dicit ex Spiritu Sancto, ex Virgine „ Maria pariter conceptum & natum, ſed „ hunc inferiorem eſſe quàm Melchiſedech. Hujus Theodoti meminit Euſebiua lib. 5. hiſt. cap. 28. quem ſodalem & condiſcipulum fuiſſe Aſclepiodoti, auditorem verò Theodoti Byzantini ſcribit, & unà cum præſato Aſclepiodoto decepiſſe Natalium quendam confeſſorem tempore Zepherini Papæ, pariter adnotat ex quodam Anonymo pervetuſto Scriptore, cujus ſupra ſæpe mentionem fecimus.

3. Præter hoc quòd fuerit arte argentariua, unde & Trapezita quoque fuit cognominatus, nihil addunt Scriptores; ejus genua, proſapia, patria, & mures ſub ſilentio latent. Romæ viguiſſe Auctor Anonymua apud Euſebium citatum indicat, ſi Romæ, ut ille refert, Natalium confeſſorem ſeduxit, illum trahendo in ſuam ſodalitatem, licèt ut idem Auctor ſubjungit, divinitua monitua reſipuerit, & ad Pontificis pedea provolutua publicam pœnitentiam egerit. Nec de tempore, quo emerſit eſt magna facienda diſquiſitio. Fuit hæreſis hæc coæva hæreſi Theodotianorum, & ſub Zepherino Papa primùm incœpiſſe veriſimile eſt, ſi ipſe Theodotua, ut dictum eſt, unà cum Aſclipiodoto Natalium ſub Pontificatu Zepherini in ſuam ſectam traxerat.

4. Itaque Ricciolius par. 3. Chronolog. Reform. Catalog. 2. hanc hæreſim ſtatuit ſub anno Domini CXCV. Lambertus Danæua in lib. de hæreſibua cap. 34. ſub anno à Chriſto paſſo CLXXIV. qui erit à Chriſto nato annus CCVII. Certè ſi ſub Zepherino emerſit, non potuit emerſiſſe ante annum Domini CCI. quo anno ſublato Victore, ſedere cœpit Zepherinus, imperante Severo Principe, prout adnotat Aubertus Myræua in ſuo Chronic. Belgico. Veriſimile etiam eſt incœpiſſe ſub Victore, ut videtur velle Ricciolius, licèt poſtea Natalii ſeductio acciderit ſub Zepherino. Tradit porrò Epiphanius §. 8. hujua hæreſis Sectatorea conſueviſſe oblationea facere Melchiſedecho, utpotè apud Deum internuncio, cujus interventu Deo offerre par eſſe credebant: „ Jam „ verò, *inquit*, in ejuſdem Melchiſedecis „ nomine etiam oblationes ſuas eadem Secta celebrat, quem apud Deum internuncium eſſe prædicat. Quamobrem, ajunt, „ hujus interventu offerre Deo par eſt; eo „ quòd juſtitiæ ſit princeps, & ad id ipſum „ à Deo in Cœlo conſtitutus; utpote ſpi-

„ rita-

„ritalis, ac Dei filius. Itaque primùm ei debemua offerre, ut per eundem pro nobis repreſententur, ac vitam per eum conſequamur. Etenim Chriſtus, ajunt, ob id electus eſt, ut noa ad unam hanc ſcientiam ex multiplici viarum divortio revocaret, & idcircò à Deo unctus, & ſelectus eſt: quoniam nos à cultu Simulacrorum avertit, & iter oſtendit. Unde & Apoſtolus à Deo miſſus, iſtud ipſum nobis aperuit: *Magnum eſſe Melchiſedecum, & Sacerdotem in æternum manere. Intuemini*, inquit, *quantus eſt ille. Tum quoniam, quod minus eſt à majore benedicitur*. Ob id, inquiunt, Abrahamo Patriarchæ benedixit, utpotè eo major. Cujus nos Myſtæ ſumus, ut ab illo benedictionem impetremus.„ *Hactenus Epiphanius*.

5. Denique an diu duraverit non conſtat, nam Scriptores nihil affirmant. Refert tamen S. Hieronymus in Epiſtola ad Evangelium, inter Epiſtolas Criticas novæ edit. quæ habentur tom. 2. pag. 570. quam alii dicunt ad Evagrium data, quendam aſſeruiſſe Melchiſedech non eſſe inter homines computandum, ſed Divinioris naturæ: „Miſiſti mihi, *inquit*, volumen Anonymon, & neſcio utrum tu de titulo nomen ſubtraxeris: an ille, qui ſcripſit, ut periculum fugeret diſputandi, auctorem noluerit confiteri. Quod cùm legiſſem, intellexi famoſiſſimam quæſtionem ſuper Pontifice Melchiſedech illuc plurimis argumentis eſſe perductam, ut docere conatus ſit, eum qui benedixerit tanto Patriarchæ divinioris fuiſſe naturæ, nec de hominibus æſtimandum. Et ad extremum auſus eſt dicere, Spiritum Sanctum occurriſſe Abrahæ, & ipſum eſſe, qui ſub hominis figura viſus ſit. *Hæc Hieronymus*. Ex quo liquet hunc Anonymum ætate Hieronymi renovâſſe hæreſim hanc, ſed Hieronymi, & aliorum orthodoxorum diſputationibus, ſtatim repreſſam fuiſſe minimè dubitari poteſt, cùm non appareat poſt hunc Anonymum amplius viguiſſe, aut diutiùs ab aliis retentam, aut reaſſumptam fuiſſe.

COMMENTARIUS

Dogmaticus.

6. M*Elchiſedech Sacerdotem*) Palmaris Melchiſedecianorum error fuit, aſſerere Melchiſedech non hominem, ſed Virtutem aliquam Divinam fuiſſe. Ita præter Auguſtinum, S. Epiphanius hæreſ. 55. *Melchiſedechum illum, de quo in Scripturis mentio fit, cùm primis celebrant, & præclaram quandam eſſe Virtutem arbitrantur*. Theodoretus quoque lib. 2. hæret. fabul. poſt Theodotum Coriarium, atque Theodotianos, de iis agens Melchiſedecianis ait: „Melchiſedechianos autem dicunt eorum eſſe partem: in una autem re tantùm diſſentire, quòd Melchiſedech potentiam quandam, & divinam, & maximam exiſtimarent, ad ejus autem imaginem Chriſtum eſſe formatum.„ *Hæc Theodoretus*. Sic etiam Philaſtrius in lib. de hæreſibus, in catal. hæreſeon, quæ ſub Apoſtolis extiterunt cap. 5. inquiens: „Poſt illos alii recedentes ab iis dixerunt ſimilia: addunt etiam Melchiſedech Sacerdotem Virtutem Dei magnam eſſe, & nomina quædam diverſa hominum adſerunt à fide Catholica diſſonantes.„ *Hæc Philaſtrius*. Iſidorus porrò lib. 8. Etymol. cap. 5. *Melchiſedeciani vocati*, ait, *pro eo quòd Melchiſedech Sacerdotem Dei non hominem fuiſſe, ſed Virtutem Dei eſſe arbitrantur*. Damaſcenus inde in libro de hæreſibus apud Cotelerium tom. 1. Monument. Eccleſ. Græcæ, cap. 55. „Melchiſedeciani, *ait*, Melchiſedecem venerantur, quem dicunt eſſe Virtutem quamdam, non hominem merum; & ad cujus nomen cuncta referre ac proferre auſi ſunt.„ Et ita Rhabanus Maurus lib. 2. de Inſtit. Cleric. cap. 58. Honorius Auguſtodunenſis in lib. 2. de hæreſibus, & cæteri, qui de hæreſibus pertractarunt.

7. Auctor tamen Appendicis ad Tertullianum in libro de Præſcript., diffuſius de Melchiſedecianis agit, licèt ex profeſſo, & cunctis Scriptoribus latior, hanc hæreſim pertractet Epiphanius. Auctor ergo præfatæ Appendicis, ſic ſcribit: „Alter poſt hunc Theodotus hæreticus erupit, qui & ipſe introduxit alteram Sectam, & ipſum hominem Chriſtum tantummodò dicit ex Spiritu Sancto, ex Virgine Maria conceptum pariter & natum, ſed hunc inferiorem eſſe quàm Melchiſedech, eo quòd dictum ſit de Chriſto: *Tu es Sacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedech*. Nam illum Melchiſedech præcipuæ

„gra-

Digitized by Google

„ gratiæ cœleſtem eſſe Virtutem: eo quòd
„ agat Chriſtus pro hominibus, depreca-
„ tor & advocatus ipſorum factus. Melchi-
„ ſedech facere pro cœleſtibus Angelis,
„ atque Virtutibus. Nam eſſe illum adeò
„ Chriſto meliorem, *ut apator ſit, ametor*
„ *ſit, ageanologicus ſit, cujus neque initium,*
„ *neque finis comprehenſus ſit, aut comprehen-*
„ *di poſſit.* „ *Hæc ille.*

8. Epiphanius verò ferè idem refert, *in-
quiens*: „ Melchiſedechum illum, de quo in
„ Scripturis mentio fit, comprimis celebrant,
„ & præclaram quandam eſſe virtutem arbi-
„ trantur. Quem etiam in ſupremis, atque
„ inexplicabilibus locis conſtituunt. Neque
„ ſolùm virtutem illum eſſe quandam aſſe-
„ runt; ſed ipſo etiam Chriſto majorem eſ-
„ ſe dictitant. Chriſtum verò ſimpliciter
„ adveniſſe, atque illius ordine dignatum
„ eſſe narrant, ex illo videlicet David di-
„ cto: *Tu es ſacerdos in æternum, ſecundùm*
„ *ordinem Melchiſedech*. Quare Melchiſede-
„ cho dignitate ſit inferior. Niſi enim ſe-
„ cundum ab eo exiſtimationis locum habe-
„ ret, nequaquam ordine illius indigeret.
Hactenus Epiphanius.

9. Ex quibus duo colligendi ſunt errores, unum quo aſſerunt Melchiſedechum non fuiſſe hominem, ſed cœleſtem quandam Virtutem, alterum verò quò dicunt illum extitiſſe Chriſto ſuperiorem. Et ex his duobus tertius error emitur, ut nimirum, dicant Chriſtum eſſe puram creaturam, nàm ſemel conceſſo Deum eſſe, nequaquam aſſerere poterunt, Melchiſedechum fuiſſe Chriſto ſuperiorem, etiamſi concederetur fuiſſe cœleſtem virtutem, cœleſtes enim Virtutes utpote creatæ, inferiores longè ſunt Chriſto Deo, ut liquet. Itaque retentâ jam alterius Theodoti hæreſi, quâ dicebat Chriſtum fuiſſe purum & nudum hominem, adjecit iſte & aliam, dicens Chriſtum, utpotè purum hominem, inferiorem fuiſſe Melchiſedecho, quem in numero cæleſtium virtutum recenſebat. Cùm tamen hæc tertia, quæ eruitur hæreſis pluries à nobis examinata fuerit, & præcipuè in ſuperiori capite, eam ſolùm hic examinabimus, quæ eſt propria hujus Sectæ nimirum.

I. Melchiſedech non hominem fuiſſe, ſed cœleſtem Virtutem, Chriſto tamen ſuperiorem.

Scribit idem Epiphanius in hæreſi 55. §. 1. etiam libros quoſdam confinxiſſe, quibus magis ſectatores ſuos decipere potuiſſent. *Præterea*, inquit, *commentitios libros, ac confictos habent, quibus ſibimet ipſis illudunt.*

COMMENTARIUS

In hanc Hæreſim.

10. M*Elchiſedech*) Hujus hæreſis fundamentum deſumpſiſſe tradunt allegati Patres ex illo pſal. 109. *Tu es Sacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedech*. Et adnotat Epiphanius, hos hæreticos ex mala Scripturæ intelligentia in hujuſmodi errorem prolapſos, & exemplificat de aliis, qui Moſen ut Deum adorarunt, & filiam Jephtæ in venerationem habuerunt, propter eandem non rectam Scripturarum intelligentiam: „ Sane, *inquit*, quàm-
„ plurimos ſcripturarum profunda illuſtria-
„ que, quæque humanæ naturæ mentem om-
„ nem ac cogitationem ſuperant, in erro-
„ rem adduxerunt. Siquidem Arabiæ Pe-
„ treæ incolæ, quæ Regio Rochon, & Edom
„ appellatur, Moyſen propter edita ab illo
„ prodigia pro Deo venerantur, & ejus Ima-
„ ginem adorant, quâ effictâ in errorem
„ delapſi ſunt. Cujus quidem cauſam non
„ vir ille juſtus ſuſtinet; ſed horum demen-
„ tia potiùs, quæ illius occaſione veri opi-
„ nionem Numinis per ignorantiam excita-
„ vit. Sebaſte verò, quæ olim Samaria di-
„ cebatur, Jephtæ filiam Divinis honoribus
„ conſecrarunt; in cujus memoriam ſolenne
„ quotannis feſtum celebrant. Sic hæretici
„ iſti, cùm ſapientiæ, ac dignitatis plenas
„ Scripturæ voces audiiſſent, ad vecordiam
„ traducti ſunt, ac mente inſolentiùs elati
„ veritatis viam dereliquerunt: adeoque ni-
„ hil illos ſibi, præter fabulas finxiſſe pleniſ-
„ ſimè convincemus. „ *Hactenus Epipha-
nius.*

11. S. Hieronymus in Epiſtola ad Evangelium, ſive Evagrium data, ſupra cit. antiquæ edit. 126. ſcribit, Origenem in ea fuiſſe opinione, ut Melchiſedech non homo, ſed Angelus fuiſſet, id quod diverſis argumentis probaſſe dicit, quibus poſtea uſum Dydimum in eandem abiiſſe ſententiam: „
„ Revolui, *inquit*, Veterum libros, ut vi-
„ derem quid ſinguli dicerent, & tibi qua-
„ ſi de multorum conſilio reſponderem. ſta-
„ timque in fronte Geneſeos primam Homi-
„ liarum Origenis reperi ſcriptam de Mel-
„ chiſedech, in qua multiplici ſermone diſ-
„ putans, illuc devolutus eſt, ut eum An-
„ gelum diceret. Iiſdemque penè argumen-
„ tis, quibus ſcriptor tuus de Spiritu San-
„ cto, ille de ſupernis Virtutibus eſt locutus.
Hæc Origenes, ubi agit contra Anonymi doctrinam, qui aſſerebat Melchiſedech fuiſſe Spiritum Sanctum. Liquet tamen Origenis, & Dydimi opinionem, maximè convenire cum hæreſi Melchiſedecianorum.

Auctor

12. Auctor libri quæſt. Veter. & Novi
Teſtamenti, S. Auguſtino attributi, in Ap-
pendice tom. 4. operum S. Auguſtini in ean-
dem lapſus videtur opinionem, dùm quæſt.
109. de Melchiſedech, qui Abrahæ benedi-
xit, quærena, tradit meliorem naturâ fuiſſe
Abraha, adeout Melchiſedech fuerit altioris
naturæ, & ſupra humanam, quàm fuerit
Abraham. In primis autem ait Melchiſe-
dech Abrahæ benedixiſſe, non ſicut faciunt
alii homines Sacerdotes, ut ex legatione da-
ret benedictionem verbis ſolemnibus, ſed qua-
ſi propriam, quam non per verba, ſed per
naturam acceperat ſubſtantialiter, tanquam
propriam, & inde ſubjungit: „ Igitur Mel-
„ chiſedech non ideò melior Abraha dici-
„ tur propter ſolum officium Sacerdotii, ſed
„ & naturâ anteponitur illi, ut ultra homi-
„ nea intelligatur. Nullo enim modo fieri
„ poteſt, ut qui tanto amico Dei præpo-
„ nitur, & fideli uſque adeò, ut amore &
„ timore ejua, nec filium ſuum chariſſimum
„ dubitaret occidere, homo putetur. „ Inde
enarratis meritis, ac virtutibus Abrahæ,
ſibi videtur non potuiſſe in terris inveniri
hominem, juſtitiâ & virtute ac meritis Ab-
rahæ æqualem, ac proinde ſi Melchiſedech
nedum æqualis, ſed perfectior Abraha à Scri-
ptura dicitur, concludit naturâ & Sancti-
tate innatâ, meliorem & perfectiorem exti-
tiſſe: „ Igitur, *ait*, per hoc apparet Mel-
„ chiſedech ultrà hominem eſſe, quia non
„ erat unde melior eſſet quàm Abraham,
„ niſi ſolâ præcedat illum naturâ. „ Et idem
poſtea repetit.

13. Deinde ex loco Pauli ad Hæbreoa
cap. 7. probat eundem Melchiſedech, fuiſſe
naturâ inpeccabilem, & divinam induiſſe
naturam. Ait enim Paulua: *Hic enim Mel-
chiſedech Rex Salem Sacerdos Dei ſummi,
qui obviavit Abrahæ egreſſo à cæde Regum,
& benedixit ei, cui & decimos omnium di-
viſis Abraham, primum quidem qui inter-
pretatur Rex juſtitiæ, deinde autem & Rex
Salem qui eſt Rex pacis; ſine Patre, ſine
Motre, ſine genealogia, neque initium die-
rum, neque finem vitæ habens, aſſimilatus au-
tem filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum.
Intuemini autem quantus ſit hic, cui & de-
cimas dedit de præcipuis Abraham Patriar-
cha.*

14. Ex quo ergo Pauli textu arguit præ-
fatna Auctor, probans Melchiſedech nequa-
quam hominem fuiſſe. Nam Paulus dicit hunc
Melchifedech Regem pacis, & juſtitiæ fuiſ-
ſe; atqui talis eſſe non potuit niſi ut auctor
pacis, & juſtitiæ. Cùm porrò author pacis
& juſtitiæ minimè homo eſſe poſſit, ſequi-
tur Melchiſedech hominem non fuiſſe: „ Po-
„ teſt, *inquit*, aliquis hominum dici Rex
„ pacia, & juſtitiæ? Rex enim de homini-
„ bus prædicatur, ſimiliter, & juſtitia. Hic
„ autem ideo Rex pacis, & juſtitiæ dicitur,
„ ut ab eo juſtitia & pax originem ha-
„ bere noſcatur. Non enim ſemper ipſum
„ eſſe diei poteſt, quod ab ipſo regitur.
„ Nam hominea, juſtitiâ magiſtrâ, & pa-
„ ce erudiuntur ad Deum promerendum.
„ Hæc ergo quæ hominum magiſtra eſt, Mel-
„ chiſedech habet Regem quando guberna-
„ trix hominum ſub ipſo eſt, hoc eſt Regem
„ eſſe Regum. Itaque cùm Rex juſtitiæ, &
„ pacis dicitur, Auctor eorum ſignificatur,
„ ut quomodo Dominus Jeſus author vitæ
„ eſt, ita Melchiſedech author juſtitiæ ſit,
„ & pacis; quia, qui per Chriſtum vivunt,
„ hi diſpenſante juſtitiâ, & pace reguntur.
Hactenus ille, qui argumentum diffuſiùs inde
proſequitur.

15. Porrò ex quo Paulus dicat Melchi-
ſedech eſſe ſine Patre, ſine Matre, ſine ge-
nealogia, nec initium dierum habere, neque
finem, arguit hunc Melchiſedech hominem
non ſuiſſe: quoniam nemo eſt ex hominibus
qui Patre, & Matre careat, ſuam non ha-
beat genealogiam, initium quoque dierum
vitæ ſuæ, & finem. „ Dicit ergo, *inquit*,
„ quia ſine patre, ſine matre, ſine genea-
„ logia eſt Melchiſedech. Et ne aliter in-
„ telligeretur quàm dignum eſt, adjecit:
„ nec initium dierum, nec finem vitæ ha-
„ bens. Per quod oſtendit neque natum,
„ neque mortuum eſſe Melchiſedech. Quid
„ ad hæc tam manifeſta humana argumen-
„ tatur ſubtilitas? Quæ eſt tàm verſuta in-
„ genii calliditas, quæ audet reſiſtere mani-
„ feſtis, ut non ſenſum capiat ex lectione,
„ ſed ſenſum tribuat lectioni? *Hæc, & alia*
habet, & diffuſiùa etiam hoc idem proſequi-
tur argumentum.

16. Fortiùs inde arguit ex ſubſequen-
tibns verbis, videlicet ex eo quòd Paulus
de Melchiſedech ſubjungat: *Aſſimilatus eſt
filio Dei, manet Sacerdos in æternum*, nàm
probare contendit Melchiſedech fuiſſe ipſum
Spiritum Sanctum, eò qnia filio Dei nemo
aſſimilatur niſi Deus. Quemadmodum enim fi-
liua quia Patri aſſimilatur Deus eſt; ita &
Melchiſedech qui Deo filio aſſimilatur, Deus
erit: non utique Deua Pater, non Deua fi-
lius; ergo Spiritua Sanctus. „ Quis enim,
„ *inquit*, andeat dicere, niſi veſanna, hæc
„ omnia, qnæ ſublimia dicta ſunt, incongrua
„ eſſe illi, qui Deo filio ſimilia deſignatus
„ eſt, manens Sacerdos in perpetuum? Si-
„ milis autem Deo filio non poteſt eſſe, ni-
„ ſi ſit ejuſdem naturæ. Et quid incredibile
„ videtur, ſi Melchiſedech ut homo appa-
„ ruit, cùm intelligatnr tertia Perſona? Si enim
„ Chriſtus, qui ſecunda Perſona eſt, fre-
„ quenter viſus eſt in habitu hominis, quid
„ ambigitur de iis, quæ dicta ſunt?

17. Denique adducit illud pſalmi: *Tu
es Sacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Mel-
chiſedech*, quæ verba de Chriſto dicta eſſe,
communis eſt omnium ſententia. Quòd ſi
Chri-

Chriſtus eſt Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech, Chriſtus & Melchiſedech, neceſſe eſt ſint ejuſdem naturæ, nam quæ ſunt diverſæ naturæ, non poſſunt eſſe Sacerdotes ejuſdem ordinis. Si ergo ejuſdem naturæ, ſicut Chriſtus eſt Deus, ita & Deus Melchiſedech. „ Legimus etenim, *ait*, in pſalmo, *Quia tu es Sacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedech*. Hoc nemo „ noſtrum dubitat ad Chriſti pertinere per- „ ſonam, quia eodem genere Sacerdos eſt „ Chriſtus in æternum, quo & Melchiſe- „ dech. Sed Summus Sacerdos Chriſtus „ eſt, Melchiſedech ſecundus. Nam, ſi ho- „ mo eſt Melchiſedech, quomodo convenit, „ ut ſecundùm ordinem ejus Chriſtus Sa- „ cerdos ſit in æternum? Jam ambo ſimi- „ les eſſe leguntur, & unius eſſe diſpenſa- „ tionis, quia unius ſunt & naturæ. Quo- „ niam autem omni modo unius Dei autho- „ ritas conſervanda eſt, idcircò & tertia Per- „ ſona ſubiicitur paterno nomini. Chriſtus „ autem Vicarius Patris eſt, & Antiſtes, „ ac per hoc dicitur & Sacerdos appellatus „ eſt excelſi Dei, non ſummus, ſicut no- „ ſtri in oblatione præſumunt, quia quam- „ vis unius ſubſtantiæ Chriſtus & Spiritus „ Sanctus, uniuſcujuſque tamen ordo obſer- „ vandus eſt. Sacerdotes igitur vel legati, „ ideo dicuntur, quia illum in ſe oſtendunt, „ cujus legati ſunt; ſunt etenim ejus ima- „ go. Ac per hoc Chriſtus, & Spiritus San- „ ctus naturaliter habentes Dei imaginem, „ Sacerdotes ejus dicuntur. „ *Hæc & alia ille*.

18. Catholica tamen fides eſt, & una omnium Patrum ſententia, Melchiſedech non ſupernam aliquam fuiſſe Virtutem, non Deum, aut Spiritum Sanctum, ſed hominem purum, & verum, quemadmodum & cæteri homines. Neque obſtat huic veritati locus Pauli ad Hebræos, immò ex illo eodem Epiphanius loc. cit. §. 1. oſtendit Melchiſedech hominem non Deum fuiſſe. „ Verùm, *inquit*, ex ipſis Scripturæ verbis „ facile eſt iſtorum errorem convincere. „ Quod enim de Domino à Davide pronun- „ ciatum eſt, *cùm Sacerdotem illum ſecundùm ordinem Melchiſedech* fore prædixit: „ unà & Chriſti Sacerdotium iiſdem eſt il- „ lis literis conſignatum. Ac ſtatim illud à „ Divo Paulo ſubjectum legitur. *Aſſimilatus filio Dei manet Sacerdos in perpetuum*. „ Jam verò ſi Dei filio Melchiſedech aſſimi- „ latur, æqualis eidem eſſe non poteſt. „ Quomodo enim Servus Domino eſſe poſ- „ ſit æqualis? Nam Melchiſedech homo „ utique fuit. Patris verò, ac Matris ex- „ pers dicitur, non quòd ambobus illis ca- „ ruerit; ſed quòd nulla ſit illorum in Di- „ vinis literis expreſſa mentio. „ *Hæc Epiphanius*.

19. Hoc etiam pacto S. Hieronymus in Epiſtola ad Evangelum, ſive Evagrium locum Pauli explicat, inquiens: „ Non quòd „ abſque patre, & matre fuerit, quum Chri- „ ſtus quoque ſecundùm utramque natu- „ ram, & patrem habuerit & matrem, ſed „ quòd ſubitò introducatur in Geneſi occur- „ riſſe Abrahæ à cæde hoſtium revertenti, „ & nec ante nec poſt ejus nomen feratur „ adſcriptum. „ Theodoretus quoque in Commentario in Epiſtol. ad Hebræos eundem Pauli locum eodem modo exponit, dum ait: „ Melchiſedech autem nec Patrem „ nec genus docuit Divina Scriptura, & „ neque quanto tempore vixerit, neque „ quando unquam vitæ finem acceperit. Eâ „ ergo ratione eſt ſine patre, & ſine ma- „ tre, & ſine genealogia, neque initium „ dierum, nec vitæ finem habens. Divina „ enim Scriptura nihil horum nos docuit. *Hæc Theodoretus*, & ita exponunt Ambroſius, Chryſoſtomus, & cæteri in univerſum Patres.

20. Deinde antiquos omnes in hac extitiſſe opinione, ut nimirum Melchiſedech fuerit homo, quamvis Rex, & Sacerdos, teſtis eſt idem Beatus Hieronymus in prælaudata Epiſtola, ubi ait: „ Verti me „ ad Hypolitum, Irenæum, Euſebium Cæ- „ ſarienſem, & Emiſſenum, Apollinarem „ quoque, & Euſtathium noſtrum, qui „ primus Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus, „ contra Arium clariſſimâ tubâ bellicum ce- „ cinit, & deprehendi horum omnium opi- „ niones, diverſis argumentationibus, ac di- „ verticulis ad unum compitum perveniſſe, „ ut dicerent Melchiſedech hominem fuiſſe „ Chananæum, Regem Urbis Hieruſalem, „ quæ primùm Salem, poſtea Jebus, ad ex- „ tremum Hieruſalem appellata ſit. Nec „ mirum eſſe ſi Sacerdos Dei Altiſſimi de- „ ſcribatur abſque circumciſione, & legali- „ bus cæremoniis, & genere Aaron: quum „ Abel quoque, & Enoch, & Noë pla- „ cuerint Deo, & victimas obtulerint, & „ in Job volumine legimus, quòd ipſe & „ oblator munerum fuerit, & Sacerdos, & „ quotidie pro filiis ſuis hoſtias immolarit. „ Et ajunt ipſum quoque Job non fuiſſe de „ genere Levi, ſed de ſtirpe Eſau, licèt „ aliud Hebræi autument. „ *Hæc Hieronymus*.

21. Epiphanius verò in hæreſi 55. num.2. refert nonnullos Patris ac Matris Melchiſedech excogitaſſe nomina: „ Enimverò, *inquit*, nonnulli utriuſque Melchiſedecis pa- „ rentum nomina commemorarunt: ſed ea „ nuſquam expreſſis Scripturæ verbis, & in „ utroque teſtamento declarantur. Sunt qui „ Neraclam patrem illius appellatum, ma- „ trem verò Aſtaroth, ſive Aſteriam dicant. Addit poſtea filium fuiſſe cujuſdam ex in-

digenia temporis illius, qui tum in Sabæ
planitie degebat, Urbem ipſam Salem ap-
pellatam. Et inde sit diverſsm eſſe quorun-
dam opinionem, quænam fuerit hæc Urbs,
quæ tunc Salem dicta fuit: „ Ac nonnulli,
„ *inquit*, eam eſſe cenſent, quæ nunc Hie-
„ ruſalem, olim Jebus vocabatur. Alii Sa-
„ lem alteram in agro Sicimitico eſſe pu-
„ tant, quæ Neapolim ex adverſo reſpicit.
„ *Et ſubjungit*. Sed ſive hinc, ſive illinc ve-
„ niſſe dicatur, non longè smbo hæc loca à ſe
„ invicem diſtant.

22. Joſephus, ut tradit S. Hieronymua
in præcitata Epiſtola, in ea fuit ſententia,
ut Salem cujus Rex fuerat Melchiſedech,
ipſs Hieruſalem eſſet. Sed huic non adhæ-
ret opioni, ſed aſſentitur alteræ ab Epipha-
nio recitatæ, ut nimirum altera Salem fue-
rit ſita in agro Scythopolitano: „ Salem
„ autem, *inquit*, non ut Joſephus, & no-
„ ſtri omnea arbitrantur eſſe Hieruſalem,
„ nomen ex Græco, Hebraicoque compo-
„ ſitum; quòd abſurdum eſſe peregrinæ lin-
„ guæ miſtura demonſtrst. Sed oppidum
„ juxta Scythopolim, quod uſque hodie ap-
„ pellatur Salem, & oſtenditur ibi palstium
„ Melchiſedech, ex magnitudine ruinsrum,
„ veteria operis oſtendens magnificentiam:
„ de quo in poſteriore quoque parte Gene-
„ ſeos ſcriptum eſt: *Venit Jacob in Socoth*,
„ ideſt, *in Tabernacula*, *& fecit ſibi ibi Do-*
„ *mos*, *atque tentoria*, *& tranſivit in Salem*
„ *Civitatem regionis Sichem*, *quæ eſt in ter-*
„ *ra Canaan*. Conſiderandum quoque eſt;
„ quòd Abrahæ à cæde hoſtium revertenti,
„ quos perſequutus eſt uſque Dan, quæ
„ hodie Paneas appellatur; non de vis Hie-
„ ruſalem, ſed de oppido Metropoleos Si-
„ chem in itinere fuerit, de quo in Evan-
„ gelio quoque legimus: *Erat autem Joan-*
„ *nes Baptizans in Ennon juxta Salim*, *quia*
„ *aquæ erant multæ ibi*. Nec refert, utrum
„ Salem, sn Salim nominetur, cùm voca-
„ libus in medio literis perraró utantur
„ Hebræi, & pro voluntste lectorum, ac
„ varietate regionum, eadem verbs diver-
„ ſis ſonis, atque sccentibus proferantur.
Hactenus S. Hieronymus. Chriſtianus Adri-
chomius in Theatro Terræ Sanctæ pag. mi-
hi 148. §. 1. ſecutus fortè Joſephum, Sa-
lem cujus Rex fuerat Melchiſedech, non
aliam cngnoſcit, ptæter jam quæ poſtea di-
cta cſt Hieroſolyms, quam Abrsham tem-
poribus circa snnum ab Orbe condito 2023.
ab eodem Melchiſedeco conditam fuiſſe vult.
Mihi tamen magis fundata videtur allegata
S. Hieronymi opinio.

23. Sed modò redeundo ad perſonam
Melchiſedech, quinsm videlicet fuerit, dnss
antiquorum Epiphanius recenſet opiniones,
Judæorum unam, Samsritanorum alteram.
Judæi enim antiqui aſſeruerunt hunc Mel-
chiſedech virum probum, & ſsnctum, atque
Sacerdotem Altiſſimi fuiſſe, filium tamen
meretricis, & hac de cauſa non eſſe nec no-
men matris in Sscris literis proditum, nec
nomen patris cognitum: qusm opinionem
refellit, ex eo quòd Scriptura ubi opus fuit,
non tacuit Meritricis nomen, ut liquet exem-
plo Rachab Meretricia. „ Sed Judæi, *inquit*,
„ juſtum eundem, sc probum fuiſſe, & Sa-
„ cerdotem Altiſſimi fatentur, ut eſt in Sa-
„ cris literis proditum. Qnod sutem mere-
„ tricis filius eſſet, neque matris nomen
„ eſſe ſcriptum, neque patria ullo modo
„ cognitum. Atqui nec illorum ineptiſſimua
„ ſermo procedit. Nam & Rschab Meretrix
„ fuit; & ejus nihilominua Scripturs me-
„ minit. Sed & Zambri, & Chasbithæ
„ adulterium ibidem expreſſum; tametſi alie-
„ næ ſtirpis hæc eſſet, nec Iſraelitarum ex ge-
„ nere originem traheret. „ *Hæc Epiphanius*.

24. Samaritanorum autem opinio fuit,
Melchiſedech non slium fuiſſe præter Sem
Noë filium. Sed hanc quoque refellit, quia,
inquit, Sem vixit tantùm annia ſexcentis
quinque, non ergo potuit vixiſſe ætate Abra-
hæ, & eo tempore quò Abrahæ in occur-
ſum venerat Melchiſedech: nam tunc Abra-
ham octuageſimum octavum, vel nonageſi-
mum plus minus ætatis agebat annum, &
ab ortu Sem ad Abrahami tempus, quo
Melchiſedech obvism venit, reverſus à cæde
Chodollogomer, & Barſa, & Symobor, &
Hamarphal Regum, fluxerunt anni 1130.
unde ſi Sem ſolùm vixit annis ſexcentis quin-
que, non potuit fuiſſe ille Melchiſedech,
qui obviam venerat Abrahæ de cæde præ-
dictorum Regum revertenti. Verùm ſumma
annorum ab Epiphanio collects non ſubſi-
ſtit: ſequutus eſt enim editionem ſeptua-
ginta Interpetum, & quidem ut notat Pe-
tavius ad præfatum Epiphanii locum, neque
genuinsm, ſed mendnſam, nam juxta vul-
gatam editionem Interpretum alia ſupputa-
tio eruitur. Si tamen attendatur editio vul-
gata Hebræorum, cohærere optimè poteſt
allata opinio, quia juxta præfatam ſuppu-
tationem potuit optimè vixiſse Sem ætate
Abrahæ. Nam ut videre eſt apud Petsvium
loco cit. à Diluvio sd Abrahami ortum flu-
xerunt anni 292. quo tempore certè adhuc
in vivis degebat Sem ſi vixit annis ſexcentis.

25. Hinc S. Hieronymus in ſæpe cit.
Epiſtola sd Evagrium, refert Hebræorum
quoque opinionem aſserentium, Sem fuiſse
ipſum Melchiſedech, & eorundem annorum
ſupputationem recenſet, inquiens: „ Trs-
„ duntque hunc eſse Sem primum filium
„ Noë, & eo tempore, quo ortus eſt Abram
„ habuiſse ætatis annos trecentos nonsgin-
„ ta; qui ita ſupputantur. Sem anno ſe-
„ cnndo pnſt dilnvium quum centum eſset
„ annorum, genuit Arphaxad: poſt cujus
„ or-

„ ortum vixit annos quingentos, hoc eſt, ſimul ſexcentos. Arphaxad annos natus tringinta & quinque genuit Salem, qui & ipſe tricenarius procreavit Heber, quem triginta quatuor annorum legimus genuiſſe Phaleg. Rurſum Phaleg expletis annis triginta genuit Rheu, qui & ipſe poſt trigeſimum & ſecundum nativitatis ſuæ annum edidit Serug: de quo cùm ad triginta perveniſſet annos, ortus eſt Nachor, qui viginti novem annorum genuit Thare, quem legimus quòd ſeptuagenarius genuerit Abram, & Nachor, & Aran. Supputa per ſingulas ætates, annorum numerum, & invenies ab ortu Sem, uſque ad generationem Abram trecentos nonaginta annos. Mortuus eſt autem Abraham centeſimo ſeptuageſimo quinto ætatis ſuæ anno. Ratione deductâ, invenitur Sem abnepoti ſuo decimi gradus, Abraham ſupervixiſſe annos triginta quinque. „ *Hæc S. Hieronymus*.

26. Deinde ſubjungit: „ Simulque & hoc tradunt, quòd uſque ad Sacerdotium Aaron, omnes primogeniti ex ſtirpe Noë, cujus ſeries, & ordo deſcribitur fuerint Sacerdotes, & Deo victimas immolarint, & hæc eſſe primogenita, quæ Eſau fratri ſuo vendiderit Jacob. Nec eſſe mirum, ſi Melchiſedech victori Abraham obviam proceſſerit, & in refectionem tam ipſius, quàm pugnatorum ejus, panes, vinumque protulerit, & benedixerit ei, quum abnepoti ſuo hoc jure debuerit, & decimas prædæ, atque victoriæ acceperit ab eo: ſive quòd habetur ambiguum, ipſe dederit ei ſubſtantiæ ſuæ decimas, & avitam largitatem oſtenderit in Nepotem. Utrumque enim intelligi poteſt, & juxta Hebraicum, & juxta ſeptuaginta Interpretes, quod & ipſe acceperit decimas ſpoliorum, & Abrahæ dederit decimas ſubſtantiæ ſuæ: quamquam Apoſtolus in Epiſtola ſua ad Hebræos apertiſſimè definiat, non Abraham ſuſcepiſſe à Melchiſedech decimas divitiarum ejus, ſed de ſpoliis hoſtium, partem accepiſſe Pontificem. *Hactenus Hieronymus*, ex Hebræorum voluminibus. Quæ opinio fuit poſtea à nonnullis recepta, præcipue à Gerundenſi, & Primaſio, Freculpho, & aliis.

27. In contrarium tamen alii probant nullo modo convenire Sem ea, quæ Scriptura de Melchiſedeco commemorat, inter quos Procopius Gazæus in cap. 14. Geneſis: nam Paulus de Melchiſedech ſcribit in Epiſtola ad Hebræos, quòd fuerit ſine Patre, ſine Matre, & ſine genealogia, ſine initio, & dierum fine, non quòd Patrem, & Matrem non habuerit, nec initium vitæ aut finem habuerit, ſed quia Scriptura nullam de iis mentionem facit, ut ſupra oſtenſum eſt, & concorditer exponunt Patres; Atqui geneologiam Sem non tacet Scriptura, nec Patrem & Matrem ſub ſilentio præterit; notat etiam & initium vitæ & finem, ut liquet ex libro Geneſ. cap. 5. verſ. 31. & cap. 10. verſ. 1, & cap. 11. verſ. 10. & ſeq.

28. Deinde Paulus ad Hebræos cap. 7. oſtendit Melchiſedech non ex Judæorum gente prognatum, ſed veluti extraneum Judæorum Genti opponit: nam ait: *Equidem de filiis Levi Sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas ſumere à populo ſecundùm legem, ideſt à fratribus ſuis, quanquam & ipſi exierint de lumbis Abrahæ. Cujus autem generatio non annumeratur in eis, decimas ſumpſit ab Abraham, & hunc qui habebat repromiſſiones benedixit. Sine ulla autem contradictione quod minus eſt à meliore benedicitur*. Et ex hoc teſtimonio concludunt Patres Melchiſedech non fuiſſe ex Hebræorum gente, ſed extraneum. Ita Theodoretus in hunc Pauli locum inquiens: „ Qui ergo ſunt ex lege Sacerdotes, decimas à contribulibus exigunt. Hic autem, qui erat alterius generis decimas accepit ab ipſo Patriarcha, & ei, qui Divinas accepit promiſſiones benedictionem reddidit. *Hæc Theodoretus*. Ambroſius verò apertiſſimè alienigenam fuiſſe Melchiſedech tradit in Commentar. ad prælaudatum Pauli locum, ubi ait: „ Tanta quippe eſt Sacerdotii excellentia, ut etiam qui ſimiles eſſent à progenitoribus, eundem haberent progenitorem, tamen multò amplius meliores eſſent fratribus ſuis, ij qui Sacerdotio digni efficerentur, veluti Aaron inter vivos ac mortuos, ut Dei iram placaret quæ exarſerat, ſtare legitur: quòd propterea ex populo facere poterat, licèt omnes unum haberent progenitorem, quòd Sacerdos eſſet. Proinde ipſi Abraham nullo modo Alienigenæ decimas dediſſet, niſi plurimus, & excellens ejus eſſet honor, cui decimas excubiarum dari, Deo placere comperiſſet, oſtendens etiam incircumciſum Sacerdotem, Sacerdote circumciſo multò eſſe ſublimiorem. „ *Hactenus Ambroſius*. Et ita etiam exponit Chryſoſtomus, & paſſim communiter. Si ergo alienigena, & extraneus Melchiſedech; non ergo fuit ille Sem, ex cujus ſemine per lineam rectam proceſſit Abraham, nam ſic non fuiſſet extraneus.

29. Itaque Melchiſedech hominem fuiſſe Cananæum probabiliùs videtur, & in hanc opinionem inclinare videtur S. Hieronymus in Epiſtola cit. cujus teſtimonium ſupra retulimus. Joſephus quoque in lib. 7. de Bello Judaico cap. 26. edit. Venetæ de anno 1486. idem fatetur, licèt aberret, juxta aliorum opinionem, ex eo quòd dicat ab hoc Melchiſedeco conditam Hieruſalem, dum ait: „ Pri-

„ Primus autem couditor ejua fuerat Ca-
„ nançorum poteutiſſimua, qui patriâ liu-
„ guâ juſtus appellatus eſt Rex. Erat quip-
„ pe talis, Ideoque Sacerdotlum Deo pri-
„ mus exhibuit, & Phauo primùm ædifica-
„ to Hieroſolymam Civitatem vocavit, cùm
„ antea Solyma vocaretur. Chanauæorum
„ quidem populo Rex Judæorum Jeobius
„ pulſo, colendam ſuo tradidit. „ *Hæc Joſephus*. In hoc recipiendus, juxta ſuperiùs
dicts, quòd dicat Melchiſedech fuiſſe genere Cansnæum. Suidas in ſua *Hiſtorica* verbo *Melchiſedech* tradit originem habuiſſe à
Side Rege Libyæ, filio Ægyptiorum Regia.
Hic Melchiſedech, ait, *Abrahami tempore
floruit, vir religioſus ethnicus, genus ducens à Side, filio Ægiptiorum Regis, Libyæ*.
Sed huic opiuioni contradicit Paulus, qui
aſſerit ejus genealogiam ignorari, per illa
verba, *Sine genealogia*. Rectè tsmen notat ſuprà, Chananæum genere fuiſſe dum
ait: „ Itaque eum & patre, & matre care-
„ re dicunt. Natione antem fuiſſe Cana-
„ næum, eùm ex eo clarum eſt, quòd in
„ climate Chananæo regnavit, & quòd im-
„ probiſſimis Sodomis vicinus fuit. *Et in-
„ fra*. Melchiſedech Rex Chananæorum,
„ & Sacerdoa Summi Dei, Abrahamo
„ à bello revertenti occurrit, & panibua
„ ac vino oblatis, illi dixit: Benedictus
„ Abraham à Deo Summo, qui condidit
„ cœlum & terram, & benedictus Deus Al-
„ tiſſimus, qui hoſtes tuos poteſtati tuæ
„ ſubjecit. „ *Hæc Suidas*. Primaſius quoque
in Commentario in Epiſtolam Pauli ad Hebræos ad cap. 7. pariter Chananæum fuiſſe tradit, conſentiens D. Hieronymo.

30. In Apophthegm. Patrum apud Cotelerium tom. 1. Monum. Eccleſ. Græcæ
ſub litera D. uum. 8. pag. mihi 423. narratur quomodo quidam vir monaſticam in maxima ſimplicitate degens vitam, crediderit
Melchiſedech fuiſſe Dei filium, & quomodò
poſtea Divinitua Illuſtratua, profeſſus fuerit
miuimè fuiſse Dei filium, ſed purum, & verum hominem. „ Iterum Abbas Daniel, *in-
„ quit*, narravit de alio Sene, magno vi-
„ ro, qui reſidebat in inferioribus Ægypti
„ partibus, quòd in ſimplicitate sffirmaret
„ Melchiſedecem eſse filium Dei. Id cùm
„ Beato Cyrillo Alexandriæ Archiepiſcopo
„ nunciatum fuiſset, miſit ad eum. Scieus
„ autem Senem ſigns ſeù miraeula edere,
„ & quidquid à Deo poſceret, eò revela-
„ ri, quodque ex ſimplicitate eam haberet
„ opinionem, ejuſmodi uſus eſt arte, dicens,
„ Abba, rogo te, quandoquidem mihi mens
„ Interdum ſu gerit, Melchiſedecem eſse Fi-
„ lium Dei, interdum verò contraria me ſu-
„ bit cogitatio, quòd non ſit Filius Dei,
„ ſed homo, Dei Pontifex: quia igitur ea
„ iu re ambigo, miſi ad te, ut ores Deum,
„ quò tibi revelet rem. Senex autem con-
„ fideus ſuia virtutibus, liberè dixit: con-
„ cede mihi tres dies, Deum rogabo de
„ negotio, tibique renuuciabo quiſnam ſit.
„ Abiena ergo precabatur Deum de illa
„ quæſtione. Ac poſt trea dies veniens di-
„ cit Beato Cyrillo, Melchiſedech homo
„ eſt. At Illi Archiepiſcopus: Quomodo ſcis,
„ Abba? reſpondit; Deus iu revelatione
„ oſteudit mihi eunctos Patriarchas itaut ſiu-
„ guli tranſirent coram me, ab Adamo uſque
„ Melchiſedecem: certum hsbeto ita eſse,
„ Regreſsus ergo Senex ipſemet prædicabat
„ Melehiſedecem eſae hominem. Unde in-
„ genti gaudio perfuſus eſt Beatus Cyrillus.
Hactenus ibi. Itaque firmum ſtat, Melchiſedech non cœleſtem virtutem, nou Dei filium, non Spiritum Sanctum, ſed purum,
verum, atque realem extitiſse homiuem.

31. Neque obſtant in contrarium allegata
ab Auctore libri Queſt. Novi, & Veter. Teſtamenti, quem certò conſtat nou eſſe Auguſtinum, ſed potiua aliquem ex Hjeracitis,
ut uonnullis eruditis placet, nàm Hjeracitæ
aſſerebant Melchiſedech fuiſſe Spiritum Sanctum. Et ſanè quamvis Abrahsm fuiſſet Sanctior eunctis ſui ævi hominibus, ipſoque
homine Melchiſedeco, potuit tamen Melchiſedech eſſe major, & dignor Abraham, & ratione publici Sacerdotii quo ſungehatur, & ratione Dignitatis Regalis, ſicut contingit aliquando, quòd minùs ſanctua ſit dignitate major. Et
cùm etism Melchiſedech figura fuerit Chriſti, per quem Abrahæ factæ ſuerant repromiſſionea, potuit hac quoque de cauſa anteponi Abrahæ. Falſò porrò hie author deducit Melchiſedech fuiſſe authorem pacis, &
juſtitiæ, ex eo quòd Paulus illum sppellet
Regem pacis, & juſtitiæ: nam per illa verba uil aliud exprimere voluit Paulua, niſi
quòd ſuerit juſtua, & pacificus, eo pacto
quo aliquem appellamus loco filij dilecti, pacifici, aut perditi, filium dilectionis filium
pacis, & filium perditionis, & mortis, quibus vocabulis, & phraſi ſæpe Scriptura ipſa
utitur. Immò cùm Melchiſedech deſignetur
à Paulo iu figura Chriſti, qui nsturâ erat
Princeps paeis, & Rex juſtitiæ, volnit &
ipſum ſimilem delineare in hoc, quòd &
ipſe gratiâ uon naturâ fuerit Rex pacis &
juſtitiæ: figuræ enim nou convenit uaturâ
id quod de figurato dicitur, alias figura non
eſſet ſi omninò idem foret cum figurato.

32. Satis quoque ſupra demonſtravimus
in quo ſeuſu Melchiſedech dicatur à Paulo,
ſine patre, ſine matre, ſine geneslogia, ſiue
initio dierum & fine, undè Chryſoſtomus in
Commentario sd eundem locum Pauli, ait:
„ Quoniam igitur occurrebat illi quod di-
„ ctum eſt: *Tu es Sacerdos in æternum, ſe-
„ cundùm ordinem Melchiſedech*; ille autem
„ moriturus erat, & nou fuit Sacerdos in
„ per-

Digitized by Google

„ perpetuum; intuere quali contemplatione „ iſtud expoſuit. Et quis hoc unquam de „ homine dixerit? Non re ipsâ, *inquit*, dico: „ hoc eſt, neſcimus quem patrem habuit, „ vel quam matrem, neque quando ſuſcepit „ initium, neque quando defunctus eſt. Et „ quid hoc, inquis? Num enim quia nos ne- „ ſcimus, ideo defunctus non eſt? Non ha- „ buit parentes? benè dicis, & defunctus „ eſt, & parentes habuit. Quomodò ergo „ ſine patre, ſine matre? Quomodò neque „ initium dierum, neque finem vitæ habuit? „ Quomodò in illo non eſt narrata genea- „ logia ejus? ſic & Chriſtus ipsâ naturâ „ rei, & ſine initio, & ſine fine eſt. Sicut „ enim iſtius neſcimus neque initium die- „ rum, neque finem vitæ, propter quod non „ ſit ſcriptum: ſic & neſcimus Filij Dei, „ vel initium vel finem, non quia non eſt „ ſcriptum, hoc autem veritas, & ideo ex „ hoc non eſſe, non eſt ſicut etiam in no- „ minibus. *Hæc Chryſoſtomus*, confirmans „ quæ ſuperiùs diximus.

33. Nec denique ex eo quòd de Chriſto ſcriptum ſit: ***Tu es Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech***, ſequitur Melchiſedech ejuſdem fuiſſe naturæ cum Chriſto, ut infert præcitatus Auctor. Immò ſequitur fuiſſe hominem. Nam ut idem Paulus docet, omnis Pontifex ex hominibus aſſumitur, non enim Deus Sacerdos dici poteſt: & ipſemet Chriſtus, non quà Deus, ſed quà homo Sacerdos fuit, & eſt in æternum. Sequitur ergo hoc ſolum, quòd ſicut Chriſtus ut homo Sacerdos fuit, ſic oportuit hominem fuiſſe Melchiſedech, ut Sacerdos diceretur. Neque Chriſtus participatione ſacerdotii, aut imitatione dictus eſt Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech, quaſi in Melchiſedech veluti in exemplari, & fonte tota Sacerdotii præextiterit dignitas, & ex eo ad Chriſtum derivata: ſed ritu tantùm, & ſimilitudine, & tantâ quantâ inter figuram & figuratum, corpus & umbram ſolet intercedere. Sacrificium enim Melchiſedech, Chriſti Euchariſticum figuravit ſacrificium, prout notat S. Auguſtinus lib. 16. de Civit. cap. 22. inquiens: „ Sed planè tum benedictus eſt à Melchiſedech, qui erat Sacerdos Dei excelſi; de quo in Epiſtola, „ quæ inſcribitur ad Hebræos, quam plures „ Apoſtoli Pauli eſſe dicunt, quidam verò „ negant, multa & magna conſcripta ſunt. „ Ibi quippe primum apparuit Sacrificium, „ quod nunc à Chriſtianis offertur Deo toto Orbe terrarum, impleturque illud „ quod longè poſt hoc factum, per Prophetam dicitur ad Chriſtum, qui fuerat adhuc venturus in carne: ***Tu es Sacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedech***. „ Non ſcilicet ſecundùm ordinem Aaron, „ qui ordo fuerat auferendus illuceſcentibus rebus, quæ illis umbris prænotabantur. „ *Hactenus S. Auguſtinus*.

COL-

COLLATIO

Hujus Hæreſis, cum Hæreſi cujuſdam recentioris Hæretici.

34. SCRIBIT Petavius tom. 3. Theolog. Dogmatum lib. 1. de Opificio ſex dierum cap. 4. num. 3. prodiiſſe librum Anonymum, inſcriptum *Epiphaniam*, in quo de tribus anilem fabulam Auctor texuit: „Hos enim
„ tres, *inquit*, iſtos eſſe defendit, Henochum, Mel-
„ chiſedecum, & Eliam. Tum de Melchiſedeco ita
„ ſentit; Cœleſtem hunc hominem eſſe, hoc eſt, non
„ terreno, ſed cœleſti conſtantem corpore, qui non ex Adami ſtirpe deſcen-
„ dens, nec humano ſatu editus, ante Adam ipſum, immò ante lucis exor-
„ tum, primumque diem, procreatus eſt à Deo. Et quoniam de Melchiſede-
„ co ſcribit Apoſtolus, *aſſimilatum hunc eſſe Filio Dei*, conſequens putat, Fi-
„ lium Dei paulò ante Melchiſedecum, unum eſſe factum è cœleſtibus illis ho-
„ minibus, de quibus loqui Paulum exiſtimat iis verbis: *Primus homo de terra*
„ *terrenus*; *Secundus homo de cœlo cœleſtis*. Hinc enim concludit duo eſſe ho-
„ minum genera: unum terrenorum, qualis fuit Adam: alterum cœleſtium,
„ cujuſmodi Dei Filius extitit, itemque Melchiſedecus. Utrumque ergo ante
„ Angelos, ac lucis ortum, hoc eſt ante primi opera diei à Deo procreatum
„ aſſerit. Et ad hanc priorem, cœleſtemque nativitatem in tempore factam re-
„ ferri Davidis illa verba contendit: *Ex utero ante Luciferum genui te*. Hoc eſt
„ ante creatos Angelos, ſive ante lucem quæ Mundo diem attulit. „ *Hæc ex Petavio*. Hinc liquet hujuſmodi Auctorem maximè accedere ad Hæreſim Melchiſedecianorum, cùm & ipſe cœleſtem Virtutem Melchiſedecum fuiſse probare contendat. Porrò Guilhelmum Poſtellum hanc Sectam renovaſse, tradit Beza in cap. 7. ad Hebræos, verſ. 1. ubi de eo ſcribit: *Melchiſedecianorum portenta auxit, impurum illud, & verè modis omnibus execrandum caput, omnium quantumlibet abſurdarum hæreſeon conſarcinator Poſtellus*, ita referente Georgio Hornio in ſua Eccleſiaſtica hiſtoria Period. 1. Art. 1. num. 38.

CAPUT XIII. SIVE XXXV.

De Bardeſanitis, ſive Bardeſaniſtitis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1. *BARDESANISTÆ à quodam Bardeſane, qui in Doctrina Chriſti priùs exſtitiſſe perhibetur inſignis: quamvis poſtea per omnia in Valentini hæreſim lapſus eſt, addens de ſuo, ut Fato adſcriberet conſtellationes hominum.*

COMMENTARIUS HISTORICUS.

2. BARDESANISTÆ *à quodam Bardeſane*) De Bardeſane agunt Euſebius lib. 4. hiſt. cap. 30. D. Hieronymus in libro de Viris Illuſtr. Epiphanius in hæreſi 56. Theodoretus lib. 1. hæret. fabul. Damaſcenus in lib. de Hæreſibus, & alii. Epiphanius non Bardeſanem appellat, ſed Bardeſianem, undè hujus hæreſis ſectatores vocat Bardeſianiſtas, quemadmodum & Damaſcenus. Cæterum cunctis antiquior Euſebius nomen retinet *Bardeſanes*, à quo non Bardeſianiſtæ, ſed Bardeſaniſtæ appellati meritò veniunt. Ab Auctore ergo hæc hæreſis nomen deſumit.

3. Fuit hic genere ſyrus Meſopotamiâ oriundus, patriâ Edeſſenus. Ita Epiphanius: „ Proximè ab illis Bardeſianes quidam numerandus eſt, à quo Bardeſianiſtarum hæreſis initium accepit. Hic è Meſopotamia oriundus, ex urbe Edeſſa. „ Euſebius quoque Meſopotamium facit. Et è Meſopotamia prodiiſſe notat quoque Damaſcenus. Syrum dicit, & ex Edeſſa ortum Theodoretus: quemadmodum & Hieronymus clarum fuiſſe in Meſopotamia ſcribit. Itaque in Meſopotamia Syriæ ex urbe Edeſſæ originem ſuam habuiſſe, conſtans eſt omnium Patrum opinio.

4. Profeſſus eſt ab exordio ſui Chriſtianam & Catholicam fidem, in qua multùm profecerat, & cum utriuſque linguæ Grææ, atque Syriacæ peritiſſimus fuerit, quamplurimos rectæ fidei conſcripſit libros. „ Principio longè optimus vir fuit, *ait Epiphanius*, ac libros quamplurimos conſcripſit, cum adhuc ſanâ, & integrâ mente eſſet. Quippe in Eccleſia Catholica verſabatur, utriuſque linguæ, Græcæ videlicet, ac Syriacæ peritus. *Hæc Epiphanius.* Addit Damaſcenus hunc inter Philoſophos quoque claruiſſe: *Initio veram fidem profeſſus eſt*, inquit, *& inter Philoſophos claruit*. Ingenium ejus à Syris permaximè prædicatum fuiſſe, notat S. Hieronymus in libro de Viris Illuſt. cit.

5. Euſebius loco cit. refert Bardeſanem ſcripſiſſe adversùs Marcionem, alioſque hæreticos Dialogos, & infinita propemodum Opuſcula. „ Bardeſanes quidam, *inquit*, vir diſertiſſimus ſyriaco ſermone, & acerrimus in diſputando, adversùs Marcionem, alioſque variarum opinionum authores atque aſſertores, patriâ linguâ Dialogos conſcripſit unà cum infinitis aliis opuſculis. Hieronymus verò ait ſcripſiſſe adversùs omnes hæreticos ſui temporis. *Scripſit*, inquit, *infinita adversùs omnes penè Hæreticos, qui ætate ejus pullulaverant*. Inter ejus opera maximè celebratur illud quod ſcripſit de Fato, quem Marco Antonino tradidiſſe idem Hieronymus ſcribit, inquiens: *In quibus clariſſimus eſt ille, & fortiſſimus liber, quem Marco Antonino de Fato tradidit*. Quem ſcriptum adversùs Abido Aſtrologum, notat Epiphanius dum ait: *Idem adversùs Abido Aſtrologum contra Fatum pluribus diſputavit.* Euſebius quoque lib. 4. hiſt. cap. 30. cit. meminit ejuſdem Operis, inquiens: *In his eſt Dialogus de Fato ad Antoninum ſcriptus, ſanè luculentiſſimus*. In quem librum ſe inci-

diſſe,

diſſe refert Theodoretus loc., cit. ac in eos, quos contra Marcionem ſcripſerat: *Ego quoque*, inquit, *in ejus libros incidi, quos & contra Fatum ſcripſerat, & adversùs hæreſim Marcionis, & alios non paucos*.

6. Difficultatem movet Valeſius in notis ad locum citatum Euſebii, nùm Dialogum de Fato inſcripſerit Antonino Imperatori, aut alicui ex ſuis ſodalibus ejuſdem nominis, & in eam videtur præponderare ſententiam, ut alicui ex ſodalibus ſuis inſcriptus fuerit, fundamento deſumpto ex verbis Euſebii lib. 6. de Præparatione Evangelica ad calcem cap. 9., ubi ait: „ Quas quidem ex homine ſyro, qui ſummam Chaldaicæ doctrinæ perfectionem, & abſolutionem adeptus erat, hoc loco proferemus. Bardeſanes is fuit, quem in ſuis, quos ad Diſciplinæ ſocios ſcripſit, Dialogis, hunc in modum philoſophari memorant. „ *Hæc Euſebius*, qui poſtea longum fragmentum ejuſdem Dialogi refert. Verba autem Valeſii hæc ſunt: „ Dubitari tamen poteſt utrum Antoninus Imperator, an potiùs aliquia ex Bardeſanis ſodalibus hic intelligatur. Neque enim veriſimile eſt, Bardeſanem libros ſuos ſyro ſermone ſcriptos Imperatori Romano nuncupaſſe. Adde quòd Euſebius in lib. 6. de Præparatione Barbaſanem Dialogos ſuos ſodalibus, ac familiaribus nuncupaſſe ſignificat. Ubi & luculentiſſimum affert fragmentum ex illo Bardeſanis libro de Fato: ex quo colligitur Bardeſanem in eo libro cum Philippo quodam eſſe collocutum. „ *Hæc. Valeſius*. Et ex eo culligit cum Philippo quodam eſſe allocutum, quia erga finem fragmenti illius Dialogi, relata opinione Aſtronomorum dividentium Terram in ſeptem climata juxta plantarum numerum, ſubjungit Bardeſanes: *Verùm id Philippe, falsò reſpondetur*.

7. Cæterum, Antoninum Imperatorem eſſe accipiendum probabiliùs eſt, nam D. Hieronymus ſupra cit. ut exprimeret nomen eſſe Imperatoris, & non alterius Antonini, addidit & Marcum, cùm dicat: *Quem ſcriptum Marco Antonino de Fato tradidit*. nomen enim Marci Antonini proprium fuit Imperatorum hujus nominis: neque conjectura Valeſii tanta eſt, ut ei magis aſſentiendum ſit quàm Hieronymo: nam verba illa *ad diſciplinæ Socios ſcripſit* verificari optimè poſſunt, ſi dicatur ſcriptos fuiſſe Dialogos ad diſciplinæ ſocios, pro illorum inſtructione, ſed traditos poſtea Imperatori, ſeu dicatos Imperatori. Sæpè accidit ut quæ ad aliorum inſtructionem ſcribuntur, alicui veluti patrono exhibeantur. Quòd porrò introductum fuerit in eo libro nomen Philippi, non eſt mirum, quia cùm ſcriptus fuerit ad formam Dialogi, Philippi nomen poteſt eſſe introductum velut altera perſona, licèt vera perſona non fuerit. Nam in quovis Dialogo duæ ſaltem perſonæ colloquentes introduci ſolent, quæ perſonæ ut implurimùm ſunt arbitrariæ, & fictæ, non veræ, & reales, cum quibus reverà Dialogiſta diſputationem habuerit.

8. Altera moveri ſolet difficultas, cui nimirum Antonino Imperatori præſatum Dialogum de Fato inſcripſerit, cùm conſtet plures fuiſſe hoc nomine Imperatores. Nam Theodoretus ſcribit Bardeſanem floruiſſe tempore Severi, & Marci Cæſaris. *Bardeſanes*, inquit, *autem Syrus ex Edeſſa ortus, floruit tempore Severi, & Marci Cæſaris*. Sed certè error irrepſit in textu Theodoreti, & loco *Severi* reponendus eſt *Verus*, adeout dicat floruiſſe tempore Veri. Hic fuit M. Antoninus Verus non Pius, ut optimè obſervat Epiphanius, dum ait: *Ad Antonini Cæſaris uſque tempora perſeveravit, non Pii ſed Veri*. Et ita veriſimilius eſt, Dialogum de Fato inſcriptum fuiſſe M. Antonino Vero, ſive Lucio Vero Antonino, & notat Danæus in opuſculo de Hæreſibus cap. 35. Lucium Verum Antoninum notiorem fuiſse Orientalibus quàm M. Antoninus, qui etſi eodem tempore regnaverit, tamen ignotior iiſdem populis fuit, quia non ultra Epheſum in eam Orbis partem progreſsus fuit, inquit Danæus. Quare notandum eſt regnaſse primùm Antoninum Pium, deinde M. Aurelium Antoninum, & Lucium Verum Antoninum; nec ergo Antonino Pio, neque Marco Aurelio Antonino, inſcriptum exiſtimamus præſatum Dialogum, ſed Lucio Vero Antonino. Et ita ex Epiphanio notat etiam Vigerus in notis in Euſebium ad lib. 6. Præparat. Evangelicæ, *pag.* 273.

9. Scribit idem Euſebius lib. 4. hiſt. cit. cap. 30. Bardeſanem primùm educatum fuiſſe in Schola Valentini. *Atque hic primùm quidem*, ait, *ſectator fuit Valentini*. Et Chriſtophorſonus vertit. *Hic primùm in Schola Valentini educatus eſt*. Et Ruffinus. *Ferunt autem hunc ipſum fuiſse primò de Valentini Schola*. Hoc idem innuit S. Hieronymus in lib. de Viris Illuſtribus cit. ubi ait: „ Bardeſanes in Meſopotamia clarus habitus eſt, qui primùm Valentini ſectator deindè confutator, novam hæreſim condidit. „ Hæc tamen non cohærent cum iis, quæ ſcribit Epiphanius, qui tradit ab initio virum optimum fuiſse: *principio*, inquit, *longè optimus vir fuit*. Si ergo in Valentini Schola primùm educatus fuiſset, certè ab initio non fuiſset vir longè optimus. Immò addit Epiphanius, uſum maximè fuiſse familiaritate cum Ahgaro Edeſſenorum Regulo viro ſanctiſſimo. „ Cùmque, *ait*, Abgaro Edeſſenorum Regulo viro ſanctiſſimo familiaritate conjunctus eſset, ac cum eo concorditer ſe in omnibus gereret, & ejuſdem diſciplinæ eſset particeps, poſt ejus obitum

„ ad

„ ad Antonini Cæſaris uſque tempora per„ ſeveravit, non Pii, ſed Veri. „ *Hæc Epiphanius*, undè conſtat ab initio Catholicum fuiſse, non Valentinianum.

10. Et hoc magis liquet ex iis, quæ Epiphanius ſubjungit, nam ſcribit Bardeſanem, ſollicitatum ab Apollonio Antonini familiari, ut Chriſtum abnegaret, fortiter reſtitiſse, nomenque Confeſsoris meruiſse: „ Quin etiam, *ſubjungit*, Apollonio Anto„ nini familiari, ut ſe Chriſtianum negaret, „ ſuadenti aquieſcere noluit, ac propemo„ dum inter fidei Confeſsores relatus eſt. „ Etenim pietatis patrocinio fortiſſimè ſu„ ſcepto ſapienter in primis reſpondit, ne„ gavitque mortem ſe timere, cujus etſi „ Imperatori non reſiſteret, ſibi nihilominus „ neceſſitas immineret. „ *Hæc Epiphanius*, poſtquæ omnia lapſum ejus ennarrat, & quomodò ad Valentinianos acceſserit. „ Ita, „ *ait*, vir ille præclariſſimis ornamentis præ„ ditus hactenus fuit, donec infelici fato „ ſuum illum in errorem incidit, ſimiliter „ ac egregia navis, quæ infinitis onuſta „ mercibus, ad portum illiſa, non modò „ jacturam rerum omnium facit, ſed & Ve„ ctoribus exitium adfert. Nam cùm ad „ Valentinos miſerrimè ſe applicaſset, ex „ eorum improbitate peſtiferum illud vi„ rus, ac lolium contraxit. „ *Hæc Epiphanius*.

11. Itaque probabilius eſt, primùm fuiſſe Catholicè educatum, inde ad Valentinos acceſſiſse, ſed improbatâ poſteà Valentini hæreſi, ſuam propriam Sectam condidiſse, adeout nunquam amplius catholicè vixerit. Hoc evinci poteſt ex ipſius etiam Euſebii verbis, qui ait: „ Atque hic primùm „ quidem ſectator fuit Valentini: poſtea „ verò cùm doctrinam illam improbaviſset, „ & pleraque ejus dogmata fictas eſse fabu„ las conviciſset, ipſe quidem ſibi viſus eſt „ ad rectiorem ſententiam tranſiviſse: ve„ tuſti tamen, atque inoliti erroris ſordes „ non penitùs exterſit. „ *Hæc Euſebius*, undè liquet ab eo tempore, quo lapſus fuit in Valentini hæreſim, quamvis poſtea illam abjuraverit, nunquam tamen amplius evaſiſſe optimum catholicum, nam *inoliti erroris ſordes non penitùs exterſit*, ait Euſebius. Hinc ergo optimè S. Auguſtinus in textu noſtro ait: *Qui in doctrina Chriſti priùs perhibetur extitiſſe inſignis, quamvis poſtea per omnia in Valentini hæreſim lapſus ſit*.

12. Ex ſuprà adductis colligi poteſt quo tempore emerſerit Bardeſanis hæreſis: nam cùm dicat Epiphanius perſeveraſse uſque ad ætatem Antonini Veri, & Euſebius referat Dialogum de Fato inſcriptum fuiſse eidem Antonino, conſequens ſit Bardeſanem coævum fuiſse Antonino Vero. Proinde Lambertus Danæus ſcribit, Bardeſanem vixiſse ſub M. Aurelio Antonino, & Lucio Vero, ac Soteris Pontificatu, circa annum à Chriſto paſso CXLIV. ideſt à Chriſto nato circa annum CLXXVII. Guilielmus Cave in hiſtoria literaria Sæculi Gnoſtici verbo *Bardeſanes* claruiſse dicit anno CLXXII. Ricciolius verò in ſua Chronologia Reformata par. 3. Catal. 2. conſignat Bardeſanem ſub anno CLXXIV. Sequendo tamen Chronologiam Auberti Myræi, habemus initium Imperii M. Aurelii Antonini Philoſophi, & Lucii Veri Antonini anno Domini CLXI. ſub quo anno conſignat exceſsum Antonini Pii, M. Aurelio Cæſare III. & L. Ælio Vero Cæſare Coſs. Inde notat, Lucium Verum Apoplexiâ correptum inter Concordiam & Altinum vivere deſiiſse anno Domini CLXIX. Soſio Priſco, & Q. Cœlio Apollinari Coſs. in expeditione Marcomanici Belli. Initium porrò Pontificatus Soteris ſtatuit ad annum CLXXII., quo Martyrio affectus Anicetus migravit ad Dominum, Claudio Severo, & Claudio Pompejano Coſs. Quibus ſtantibus veriſimile eſt, claruiſse catholicum ſub Lucio Vero, cui librum de Fato inſcripſerat, defeciſse poſteà, & hæreticum cognitum fuiſse ſub Pontificatu Soteri, poſt annum Domini CLXXIV. imperante adhuc M. Aurelio Antonino cognomento Philoſopho. Non diu tamen liquet perduraſse hanc hæreſim, etſi poſtea in Priſcillianiſtis revixerit.

13. Denique de exceſsu Bardeſanis, & quo genere mortis obierit, & quo anno, altum ſilentium eſt apud Veteres. Filium habuiſse Armonium nomine Græcis literis eruditum, auctor eſt Theodoretus ſcribens: *Dicunt autem etiam Armonium, qui fuit ejus filius, Athenis in Græca lingua fuiſſe inſtitutum*. Non tamen conſtat veneni paternâ labem contraxiſse; non enim indicat Theodoretus, neque apud alium Scriptorem legitur quidquam memoriæ demandatum.

COMMENTARIUS

Dogmaticus.

14. Q*Vamvis poſtea per omnia in Valentini hæreſim*) S.Epiphanius ex erroribus Valentini tribuit Bardeſani, quòd diverſaa productiones, & varia principia conſtituerit: quòd mortuorum reſurrectionem ſuſtulerit: quòd cum novo & veteri Teſtamento, etiam quibuſdam Apocryphis uſua fuerit. „Multa hic perinde, „ *ait*, & alia principia, & productiones „ invexit. Mortuorum Reſurrectionem ſu- „ ſtulit, itaque privatam hæreſim condidit. „ Porrò Legis, ac Prophetarum libros, „ adeòque vetua, ac novum Teſtamentum, „ nec non Apocriphos qnoſdam adhibet. *Hæc Epiphanius*. Cæterum quæ de pluribua principiis atque Aeonibus ex ſchola Valentini hauſiſſe ſcribit Epiphanius, non retinuiſſe probabiliùa eſt, cùm Euſebius referat Valentini dogmata veluti ſabuloſa poſtcà improbaſſe: nam certè in Valentini doctrina nil eſt magis fabuloſum, quàm doctrina illa excogitata de Aeonibus, principiis diverſis, eorumque productionibua, & ita tantùm retinuiſſe putarim hæreſim de Mortuorum reſurrectione, quam etiam Valentinus ſuturam negabat. Id quòd ex ipſius Epiphanii verbis optimè conjectari licebit, cùm Epiphanius dicat: *Mortuorum Reſurrectionem ſuſtulit*, & poſtea ſubjungat: *itaque privatam hæreſim condidit*. Undè videtur de mente Epiphanii hunc ſuiſſe palmarem Bardeſanis errorem, poſt ſuum à Valentiniania diſceſſum, retentum, ut nimirum Mortuorum reſurrectionem negaret. Et hac de canſa hanc tantùm hæreſim, etſi ſæpius reſutatam, iterum in Bardeſane tanquam illius propriam iternm reſutat.

15. D. Augnſtinua in noſtro textu aliam addit Bardeſanis hæreſim, quam vult addidiſſe ad hæreſes Valentini, nimirum quòd Fato adſcriberet converſationes hominum: ideſt, quòd vellet propter connexionem cauſarum ſuperiorum cum inferioribus, omnia evenire fatali ſen inevitabili neceſſitate. Sed hæc hæreſis ſolùm in textu Auguſtini reperitnr, non enim recenſetur ab Epiphanio, neque à Hieronymo, neque ab Enſebio, aut Theodoreto; immò ex iis quæ allegati Patres referunt, contrarium potiùs evineitur, cùm referant adveraùs hanc eandem hæreſim Bardeſanem, eruditiſſimum Dialogum ſcripſiſſe Lucio Vero Antonino oblatum. Non enim veriſimile videtur, voluiſſe errorem illnm retinere, quem priùs tam eruditè, & efficaciter in aliis reſutaverat. Proinde ſuſpicatur Eminentiſſimus Baronius ad annum 175. num. 19. textum Auguſtini eſſe interpollatum, & verba illa: *Addens de ſuo, ut ſato adſciberet converſationes hominum*, ab aliquo inerudito genuino textui eſſe adjecta, quam ſuam conjecturam probat, quia in pluribus exemplaribus verba illa habentur omiſſa, quod non accidiſſet, ſi ad genuinum textum Auguſtini pertinerent. Notat hoc idem Vigerus ſupra cit. in notis in Euſebium ad cap. 10. lib. 6. de Præparatione Evangelica, ubi ait: „ At cùm „ ille vehemens adeò ſuerit Fati oppugna- „ tor, quemadmodum apud Beatum Augu- „ ſtinum, hæreſi 35. irrepſerit neſcio, hunc „ ad Valentini errores, *addidiſſe de ſuo, ut* „ *Fato adſcriberet converſationes hominum*. „ Sed Manuſcrip. Cod. clauſulam iſtam ex- „ pungunt.„ *Hæc Vigerus*.

16. Lambertus Danæus in opuſculo de hæreſibus cit. cenſet, Bardeſanem in diſputatione habita cum Abida Aſtrologo, cujus meminit Epiphanius, ceſſiſſe argumentis Abidæ, quamvis falſiſſimis, & propriam deferendo ſententiam, Fatum approbaſſe. „ Abidam quendam, *ait*, ſummum Fati pro- „ pugnatorem, ut ſcribit Epiphanius, audi- „ vit, cujus argumentis quanquam ſalſiſſi- „ mis cedens, mutavit ſententiam, & Fa- „ tum probavit.„ *Hæc Danæus*. Hæc tamen eſt mera divinatio, nam Epiphanius nequaquam fatetur Bardeſanem audiviſse Abidam Aſtrologum, ſed contra Fatum adversùs Abidam Aſtrologum diſputaſae. *Item*, inquit, *adversùs Abidam Aſtrologum contra Fatum pluribus diſputavit*. Sic & cæteri ſupra allegati Patres ſcripſiſse contra Fatum tradunt. Non ergo ceſſit Abidæ argumentis, ſi initâ cum eo diſputatione totam de Fato doctrinam reſutavit, & libellum ſuum Imperatori obtulit. Cæterum fragmentum Bardeſanis ex libro de Fato, ab Euſebio relatum lib. 6. Præparat. Evangel. cap. 10. quod reperitur apud Auctorem lib. 9. Recognitionum, & quo uſua eſt Cæſarina Vir Illuſtris Dial. 2. Interrogat. 109. & 110. ſatis ſuperque demonſtrat, non potuiſse Bardeſanem ceſſiſse rationibus Abidæ, & in illius abiiſse ſententiam, ſuâ propriâ, tam ſolidè firmatâ, relictâ. Neqne otioſum erit illud hìc recenſere: utile erit legentibus, ne à Chaldæia, & Mathematicis decipiantur.

Fragmentum Bardeſanis, ex libro de Fato.

17. Naturæ legibus, *inquit*, generatur homo, alitur, creſcit, generat, comedit, bibit, dormit, ſeneſcit, moritur: atque id omni non homini tantùm, ſed etiam experti rationis animanti commnne eſt. Verùm animantes cæteræ, quòd præter ſenſum nihil

Digitized by Google

hil habeant, quodne totæ maris ae fœminæ congreſſione generentur, naturæ quoque in omnibus propemodum impetu rapiuntur. Leo carne veſcitur; idem, ſi lædis, ulciſcitur: itaque leonea omnes, & carne veſcuntur, & ulciſcuntur, ſi lædis. Oves herbâ veſcuntur, carnes ne attingunt quidem, nec, ſi læſeris, ulciſcuntur: ac toti ovium generi inſtinctus iſte communis eſt. Scorpiua, & terram comedit, & illos etiam, à quibua nihil ipſe læſus fuerit, venenato ſtimulo vulnerat; quâ improbitate genua omne Scorpiorum laborat. Formica id à natura habet, ut hyemem imminere præſentiat, eòque totam æſtatem aſſiduo labore terens, alimenta reponat ſibi: quod ab omnibus formicis fieri videmus. Apis cùm in elaborando melle verſari, tùm etiam eodem ali ſolet: quare id ſtudium omnibua in Apibua cernitur. Poſſem equidem aliqua pleraque animantium genera producere, quæ quòd peculiaris naturæ vim & impetum deſerere nequeant, eo ipſo nobis plurimùm admirabilitatis habere viderentur. Sed futurum id ſatis exiſtimavi, ſi vulgarium, & quotidianorum exemplo docerem, animantes quidem cæteras, proùt eaa vel inter ſe communione conjunxit, vel diſſimilitudine natura diſtinxit, ejus ductum neceſſariò quidem, ſed tamen jucundè ſequi: homines verò, qui proprium aliquid ſoli, ac ſingulare, hoc eſt mentem, quæque proficiſcitur ex mente, rationem habeant, ut in iis, quæ ad communionem pertinent, eandem naturam ſequantur, (quemadmodum jam ante dixi) in iis tamen, quæ peculiari ex jure, ac facultate pendent, ad communem illam naturam minùs adhæreſcunt. Nec enim eodem omnes utuntur eibo, cùm alij leonum, ovium alij ritu veſcantur: non cultua idem omnibus, non mos, non vitæ lex, & ratio placet, non earundem omnes rerum cupiditate ducuntur: ſuo quiſque vivit arbitrio, nec vicinum quiſquam, niſi quatenùs viſum fuerit, æmulatur. Eſt enim eâ libertate præditus, quæ ſervitutem pati non poſſit. Quòd ſi volens aliquandò libenſque ſerviat, hoc ipſum libertatis ejus eſt, quòd ſervire liberè poſſit. Quàm multi homines, Alanæorum præſertim ex genere, crudis ferarum more carnibus veſcuntur, panem ne attingunt quidem, non penuriâ, ſed voluntate? Alij perindè ac cieurea animantea carnibus abſtinent. Alij ſolis utuntur piſcibus, quos alij, ut maximè fames urgeat, guſtare non poſſunt. Alij aquam, vinum alij, alij ſiceram bibunt. Denique magna eſt in hominum genere cibi, potuſque diverſitas, quam in olerum etiam, ac pomorum uſu videre licet. Nonnulli præterea, quomodò Scorpij Aſpideſque ſolent, nullâ injuriâ laceſſiti lædunt, illataa alii brutorum animantium ritu perſequuntur injurias. Sunt qui rapacitate lupos, feles, & catoa furacitate imitentur: ſunt contra, qui tanquam oves, aut capreæ à ſimilibua impunè vexentur, acceptaſque injurias patienter ferant. Itaque alii boni, improbi alij, alij juſti vocantur. Atque hinc nemo non intelligit, hominem rebus in omnibua naturâ minimè ferri: (quam enim aut cujuſmodi propriam ejus naturam eſſe dicemus?) Sed partim naturâ, partim voluntate. In iis ergò, quæ voluntatis ſunt, modò laude, modò vituperio, modò pænâ digna eſt: at in iis, quæ naturæ vitio fiunt, omni reprehenſione carere debet; atque id judicium non miſericordia, ſed ratio dictat. Hæc ille, quibua idem quæ ſequuntur adjungit. Varias, inquit, leges ſingulis in regionibua, partim ſcriptas, partim non ſcriptas hominea tulerunt, è quibus eas, quæ notæ mihi ſunt, quæque in memoriam ab Orbis conditu ſubeunt, hoc loco proferam. Apud Seras lex eſt, quâ cædes, ſcortatio, furtum, & ſimulacrorum cultus omnis prohibetur. Quare in ampliſſima regione non templum videas, non meretricem, non adulteram, non furem in jus raptum, non homicidam, non occiſum. Nullius adhue liberæ voluntati, flammivomi ſtella Martis, medio licèt in cælo volvatur, hominis ferro necandi neceſſitatem impoſuit. Neminem apud eos congreſſa cum Marte Venus ad uxoris alienæ congreſſionem impulit; tametſi nullo non die Mars ille medium in Cælum evadat, nullâ non horâ quotidiè naſcantur Seres. Apud Indos, & Bactros, multa ſunt eorum millia, quos Brachamanaa vocant. Ij tàm majorum, quàm legum traditione, ab omni cæde, cultuque ſimulacrorum abſtinent, animantium nihil guſtant, ſicci nunquàm, & ſobrii non ſunt, quòd vino, ſiceræque parcant, dumque uni Deo vacant, nullius unquam ſceleris communione polluuntur. Cæteri autem Indi cædibus interea, ſtupria, ebrietati, colendiſque ſimulacris dediti ſunt, ac fato eunctis propemodum in rebus obſequuntur. Imò verò eodem in Indiæ climate, genus quoddam reperitur Indorum, qui allatos caſu peregrinos ubi ceperint, eoſdem poſtmodum hoſtiarum more jugulatos devorent. Ita, nec iſtos ab hac vel cædium immanitate, vel indignitate nuptiarum benefica ſidera revocare, nec ad ſcelus Brachamanas adigere malefica potuerunt. Apud Perſas lex erat, quâ non filias tantùm aut ſorores, ſed ipſaa quoquè matres ſecum matrimonio jungere licebat. Nee in ea regione tantùm, eove duntaxàt in climate, ingeſtas illas Perſæ nuptias contrahebant; ſed etiam quotquot eorum è Perſide aliò commigrarunt, quoa Maguſæos vocant, iiſdem flagitiis obſtricti manent, poſteriſque ſuis hæreditario quaſi jure leges, & conſuetudinea eaſdem relinquunt. Atque hujus nationis

plnrimi etiamnum, in Media, Ægypto, Phrygia, Galatia reperiuntur. Neque tamen Venerem, opinor, quiſquam dixerit, in omnium ac ſingulorum ortu, ſic in finibus ædibuſque Saturni conſtitiſſe, ut Mars cum eodem Saturno comitaretur. Apud Gelos cautum lege eſt, ut mulierea terram colant, domos ædificent, ac reliquis hujuſmodi operibus vacent, imò quibus cum ipſæ voluerint, impune conſueſcant. Ita, nec reprehendi à viris, nec adulteræ vocari ſolent, quòd omnes paritèr, & in ſimilium artium occupatione verſentur, & cum omnibus promiſcuè, ac præſertim cum peregrinia conjungantur. Præterea nec unguentorum Geliſſis mulieribus nec tinctarum veſtium uſus eſt: imò nudis quoqne pedibus incedunt omnes; cùm interèa viri non mollia tantùm, ac delicata, ſed etiam, & colore diſtincta multiplici, & auro collucentia veſtimenta ferre, atque unguentis perfundi conſueverint. Quod ipſi tamen pro ſuâ quadam inſitâque animorum ignavià non utique ſaciant, cùm & fortiſſimi ſint, & bellorum venationiſque peritiſſimi. Nec fœminæ apud illos, aut in Capricorno, aut in Aquario infauſtam omnes Venerem infeſtamque ſortitæ ſunt: nec rurſus viri omnes eandem in Ariete cum Marte conjunctam habent, quo utriuſque ſitu, fortes ſimul ac delicatos naſci Chaldęorum ſectatores autumant. Apud Bactros, mulieres omni cultua, ac mundi elegantiâ, omnique unguentorum genere uti ſolent, adeòque pluribus, quàm viri, ancillarum, ac puerorum obſequiis, officiſque coli. Prodeunt in equis, quos multo auro, gemmiſque prætioſiſſimis phaleratos habent, ingenti ſpecie, atque pompâ: eædem uſque adeo intemperantià laborant, ut cum ſervis etiam, atque peregrinis promiſcuè conſueſcant: nec ullam propterea virorum offenſionem, aut reprehenſionem extimeſcunt, utpotè quibus ipſæ prope dominentur. Neque tamen opinor, in Bactrianarum omnium mulierum ortu, Venus illa jocorum, ac deliciarum amans cælo in medio, ac ſuis in finibus, cum Jove ſimùl ac Marte congreditur. In Arabia, & Oſroene, cùm adulterij crimen in mulieribua capitale eſt, tum ipſa quoque ſuſpicio pænam habet. In Parthia ſimul & Armenia, vulgares quidem homicidæ nonnunqnam à Judicibus, interdùm à cæſorum propinquis morte puniuntur: ſi quia verò aut uxorem aut fratrem liberis orbum, aut ſororem innuptam, aut filium, aut filiam occiderit, accuſat nemo: hoc enim ut liceat certâ populorum iſtorum lege cautum eſt; cùm apud Græcos, & Romanos acerbiorea adversùs propinquorum, & affinium interfectores pœnæ conſtitutæ ſint. Apud Atros, qui vel obolare quidpiam furatus erit, lapidatur; apud Bactros levioris furti reus conſpuitur; apud Romanos verberatur. Ejuſmodi quippè legea ab iis ſancitæ ſunt. Ab Euphrate fluvio ad Oceanum uſque versùs Orientem, quibus vel homicidij, vel ſurti crimen impingitur, non graviter admodùm, ac moleſtè ferunt: at quibua maſcula Venus obiicitur, ii voluntarià ſæpè morte turpitudinia ſuſpicionem ulciſcuntur: cùm apud Græcoa, amores ſuos habere, ne ſapientibus quidem ipſia probro detur. In eodem Oriente, quibus oblatum ſtuprum ſuerit, ii, compertâ re, à fratribus aut parentibua, aut cognatis non occiduntur modò, ſed etiam ſepulchri honore ſpoliantur. Apud Gallos autèm adoleſcentes publicè, ac ſecurè nubunt, nec turpe ſacinus, cui patriæ legis patrocinetur auctoritas, arbitrantur. Neque tamen fieri profectò poteſt, ut quotquot in Galliis eo ſe ſe flagitio, tam projecta cum impudentia contaminant, ii ſuo in ortu Veſperum omnea, in Saturni ædibus, Martiſque finibus cum Mercurio occidentem ſortiti ſint. In Britannia plurea viri uxorem unicam; in Parthia virum unicum plures uxores habent; quæ tamen caſtè omnes vivunt, eique, quòd ita lege ſancitum eſt, obtemperant. Amazones contra nullum apud ſe virum patiuntur, ſed brutorum animantium ritu, ſemèl quotannis circa vernum æquinoctium, patriis egreſſæ finibus, rem cum finitimia habent, qui tempus illud ſolennis cujuſdam Feſti loco ducunt. Revertuntur poſtmodum concepto fætu, eodemque neceſſariò tempore, proùt lex naturæ fert, ſimùl omnea pariunt: ſed projectis maribua, ſolas ſuſcipiunt, aluntque ſœminas. Sunt autem bellicoſæ omnea, & in omni exercitationis genere præcipuo ſtudio curâque verſantur. Jam Mercurium ferunt ſuis in ædibua cum Venere congredientem, Fictores, Pictores, Nummularios; at in Veneris ædihus, Unguentarios, Phonaſcos, Hiſtriones efficere. Atqui apud Tainos, & Saracenoa, ac tàm in ſuperiore Libya, quàm apud Mauros, nec non apud Nomadas illos, qui Oceani oſtium accolunt, ſimùlque tàm in exteriore Germania, quàm in Sarmatia ſuperiore, Scythia quoque, ac cæteris omnibus, quæ ad Septentrionalea Ponti partes habitant gentibus; inſuper totâ paſſim Alaniâ, Albaniâ, Otene, Sauniâ, & aureâ Cherſoneſo, neque Nummularium ullum videas, neque Fictorem, neque Pictorem, neque Architectum, neque Geometram, neque Phonaſcum, neque Hiſtrionem: ſed ambitu illo terrarum univerſo, vis iſta Mercurii, Veneriſque nulla eſt. Medi omnea canibua, quos ingenti alunt ſtudio, adhuc ſpirantia moribundorum corpora abiicinnt; neque tamen omnes Lunam, atque Martem in Cancro, diurni ortus Præſides ſub terram habuere. Indi, & mortuorum cadavera, & illorum uxores ultrò ſe ſe offerentes comburunt: neque tamen

quot-

quotquot apud illos vivæ mulieres comburuntur, Solem omnes, Leonis in ædibus, Martiſque finibus, ſub terram cum eodem Marte conjunctum, ortn nocturno ſortitæ ſunt. Germaui plerique, fractis laqueo cervicibus morinntur; nec tamen Germanorum utique multitudo tanta, Lunam, horamque naſcendi à Saturno, Marteque interceptam habere potuit. Enim verò quotidiè, omnique naſcendi genere, apud omnes populos naſcuntur homines, vincunt ubique tamen hominum ipſorum leges, mores liberumque voluntatis arbitrium. Itaque nec Seres ad homicidia, nec Brachamanes ad eſum carnium, nec Perſæ ad inceſtis nuptiis abſtinendum, nec Indi ad rogum ſugiendum, nec Medi ad canum dentes evitandos, nec Parthi ad uxorum multitudine abſtinendum, nec Meſopotamiæ mulieres ad intemperantiam, nec Græci ed repudlandas nudorum corporum exercitationes, nec Romani ad Imperium abiiciendum, nec Galli ad fugiendum muliebrium nuptiarum turpitudinem, nec reliquæ nationes barbaræ, ad Muſarum (quas Græci vocant) conſuetudinem, ortus ſui conditione, invitæ nolenteſque coguntur. Sed quemadmodum ante diximus, ſingulæ nationes, homineſque ſinguli, ſuâ ipſi libertate, ubi quotieſque libuerit, utuntur: tametſi partim naſcendi conditioni, partim naturæ quiſque ſuæ, quæ ſuo quemque corpore induit, libens nonnunqnam atque volens, interdùm nolens, & invitus obtemperet. Quippè ubique terrarum, atque apud omnes omninò populos, divites paritèr, & inopes, Principes, Principibuſque ſubditi, valentes, morbiſque vexati reperinntur, proùt ortus cujuſque ſors, & ratio tulerit. Hæc, inquam, ò Bardeſane hujus mihi ſententiæ veritatem abundè perſuadent. At enim Aſtronomi Terram ajunt in ſeptem climata diviſam eſſe, quibus ſingulis ſinguli Planetæ præſint: ita diverſas illas ab hominibus poſitas, & conſtitntas leges non fuiſſe, ſed principiis cujuſque ſyderis voluntatem ſua in regione dominari, quam loco legis habuerint, qui ejus imperio, ac ditione teneantur. Verùm id, Philippe, falſo reſpondetur. Nam ut demus Orbem terrarum ſeptem in partes diſtributum eſſe; magnum, vel una tantùm in parte legum diſcrimen agnoſcimus. Nec enim uti Planetæ ſeptem, ſeptem quoque leges; nec pro ſignorum Zodiaci numero duodecim; nec, quot ipſi Decanos ponunt, ſex tantùm, & triginta, ſed prorſus infinitæ numerantur. Quippè, meminiſſe vos eorum, quæ ſupra diximus, oportebit: eodem in climate, unoqne Indiarum in tractu, Indos alios eſſe, qui carnibus veſcantur humanis, alios qui ab omni rerum animatarum eſu abſtineant: Maguſæos non in Perſide tantùm filias uxores ducere, ſed etiàm ubicumque degant, acceptas à Majoribus leges, eoſdemque myſteriorum ritus, ac cæremonias retinentes. Multas quoque recenſuimus barbaras nationes, ad Meridiem, Occaſum, Orientem, Septentrionem incolentes, hoc eſt in varia climata diſſipatas, apud quas nullum extet Mercurianæ artis, doctrinæque veſtigium. Jam verò, quàm multos extitiſſe viros ſapientes putatis, qui leges perperam conſtitutas immutarint? Imò quàm multæ leges, vel conſilii, vel rerum inopiâ conciderunt? quàm multi Reges debellatis victiſque nationibus, novas ipſi propriaſque leges, antiquatis prioribus impoſuerunt? Neque tamen ſuo climate Planetarum ullus excidit. Romani ſubactâ nudiustertius Arabiâ, Barbarorum leges ſuſtulerunt. Imperium enim rerum poteſtas omnium licentiaque conſequitur. Sed juvat illud afferre, quod vel incredulis fidem faciat. Judæi omnes, qui à Moſe legem acceperunt, infantes maſculos ante octavum ab ortu diem circumciſione cruentant. Quâ quidem in re nec ſyderis præſentiam ullius expectant, nec certi climatis vim, ac jura declinant, nec alterius regionis legibus agi ſe patiuntur. Itaque ſeu in Syria, ſeu in Gallia, ſeu in Italia, ſeu in Græcia, ſeu in Parthia, verbo ubicumque verſentur, morem eundem retinent. Id autem naſcendi conditionem profectò non ſequitur, cum unâ Judæi paſſim omnes eâdemque teneri non poſſint. Iidem, ubicumque degant, ſeptimo quoque die ab omni prorsùs opere vacant omnes; adeoque ne iter quidem ſuſcipiunt, aut igni utuntur. Ita Judæus nemo Sabbati diebus ad domum, vel ædificandam, vel demoliendam, ad laborandum, vendendum, emendum, ortus neceſſitate adigitur: cùm tamen eo ipſo die paſſim generent, atque naſcantur, ægrotent paſſim, moriantorque Judæi, quòd nequaquam ex libertate pendeant. in Syria quondam, & Oſroene pleroſque Opis in honorem abſcindi moris erat: verùm cum repentè juſſiſſet Rex Abgarus, ut quibus abſciſſa verenda eſſent, iis etiam manus abſcinderentur; nemo ſe deinceps totâ Oſroene abſcidit. Quid porrò de Chriſtianorum inſtituto dicemus, cujus nos ſectatores, & plurimi, & diverſis in terræ partibus extitimus, qui tamen in omni cùm genere tùm climate uno omnes, eodemque nomine appellati ſumus? Enimverò nec in Parthia Chriſtiani, Parthi licèt, pluribus utuntur uxoribus; uec in Media deſunctorum corpora canibus obiiciunt; nec in Perſide, Perſæ licèt, filias uxores dueunt; uec apud Bactros, aut Gallos nuptiarum honeſtatem, & jura contaminant; nec in Ægypto Apin, Canem, Hircum, Felemve colunt. Ita, ubicumque degant,

gant, nec legum morumque ſceleratorum improbitate vincuntur, nec ad flagitium ullum, Præceptoris ſui legibus interdictum, naſcendi conditionis ex Principum Aſtrorum imperio nutuque deſcriptæ vi adiguntur. Iidem tamen, morbis, egeſtati, calamitatibus, & contumeliis, ut vulgò appellantur, obnoxii ſunt. Quemadmodum enim homo ille noſter, quem liberum eſſe volumus, aut in ſervitutem non cogitur, aut ſi urgetur interdum, vim afferentibus reſiſtit; ita noſter hic homo, qui ſub aſpectum cadit, ſervus ipſe non ſit, obſequendi neceſſitatem haud facile declinare poteſt. Quippe, ſi noſtræ cuncta poteſtatis eſſent, nihil non eſſemus: quemadmodum ſi poſitum, ac ſitum in nobis eſſet nihil, aliorum, ut ante dixi, adminiſtri eſſemus, non juris noſtri. At annuente Deo, fieri cuncta poſſunt, impediri nihil. Ejus enim voluntati res obſiſtere nulla poteſt, cùm ea, quæ nonnunquam videntur obſiſtere, id catenùs modò faciant, quatenùs ſuam ipſe naturæ cuilibet prærogativam, integramque voluntatis libertatem pro ſua benignitate conceſſit. Atque hactenùs Syrus ille. Ego verò, poſtquam unius adhùc teſtimonium produxero huic diſputationi finem imponam. Quandoquidem enim abundè profanis adhuc è literis hauſimus, ſolaque divitiarum Auctoritas ſupereſt, quæ certè quidem ad hanc præſertim Evangelicæ demonſtrationis Præparationem deſideratur: æquum ſanè, opportunumque fuerit, in eas quoque diligenter intueri, nihil ut omninò deſideretur, quod ad ſuſceptæ quæſtionis diſceptationem pertineat. Itaque ex illis etiam hujus veritatis argumenta producere ſtatui. Sed quoniam ſacrorum Oraculorum, ſi nudè ponerentur, ſenſum mentemque capere non poſſes, quòd ferè umbris quibuſdam involuta proferantur, eorum Interpretem adducam in medium. Tu verò niſi forte ſublimioribus illis mentibus invides, hominem probè noſti, qui ut hic adhuc inter Chriſti cætus, operum, quæ ſui tanquam vicaria reliquit, uſu, & tractatione verſatur, ita nec hominibus à noſtris etiam ritibus alienis, propter ſummam, quâ in eorum quoque diſciplinas incubuit contentionem, ignotus eſt. Vide igitur, quemadmodum, quibuſque verbis Origenes vir ille ſingularis hac tota de re ſuis in Geneſin Commentariis ſtatuat, iſtamque de Fato diſputationem quâ ratione pertractet.

18. Si ergo tam ſolidè, tam eruditè, tamque ineluctabiliter doctrinam de Fato refutavit Bardeſanes, eſt prorſus improbabile contra ſe ipſum abiiſse, & in tantam dementiam incidiſse: undè certum exiſtimo talem ſententiam in textu noſtri Auguſtini ab imperitis adjectam, ut emandatiores codices oſtendunt. Si ergo quid de Valentini ſordibus retinuit, ſicut reverà retinuiſse tradunt, certè nonniſi dogma de diverſis Principiis, & alterum de Mortuorum reſurrectione, prout indicare videtur Epiphanius per illa verba: *Multa hic perinde & alia Principia, & productiones invexit: Mortuorum reſurrectionem ſuſtulit: itaque privatam hæreſim condidit.* Et ita ad duo capita totum Bardeſanis dogma ipſius proprium, reducitur, & ſunt.

I. Non unum ſed plura eſse rerum omnium Principia.
II. Mortuorum Reſurrectionem nequaquam dari, aut non eſse futuram.

Quas quidem hæreſes ex ſuperioribus hæreſibus depromptas fuiſse conſtat, & in eis reſutatas, ut liquet ex prima parte horum Commentariorum. Cùm tamen Epiphanius adversùs eaſdem in hac eadem hæreſi, aliquid ſuperaddat, id dumtaxat in præſentiarum etiam à nobis ſuperaddendum erit.

COMMENTARIUS

In Hæreſim I.

19. Non *unum, ſed plura*) Epiphanius: „ De pluribus verò Principiis, quoniam adversùs alios, qui in „ eodem errore verſantur, jam pridem mul„ ta diximus, longam hoc loco diſputatio„ nem non inſtituam. Sed illud ex Apoſto„ lo dumtaxat in memoriam revocabo: *No„ bis unus eſt Deus Pater, ex quo omnia; „ & nos in ipſum, & unus Dominus Jeſus „ Chriſtus, propter quem omnia, & per quem „ omnia; & nos per ipſum.* Quomodò igi„ tur Deorum illa multitudo, Principiorum„ que conſtabit? *Et unus*, inquit, *Domi„ nus Jeſus Chriſtus, propter quem omnia, „ & per quem omnia, & nos per ipſum.* „ Quamobrem unus eſt tantummodò condi„ tor, neque plures Dii ſunt, Aeoneſve plu„ res. Sic enim dixit: *Si ſunt multi qui „ dicuntur Dij*; quam particulam, *qui di„ cuntur*, adjecit ideo, ut non eſse reverà „ ſignificaret. Sed cùm propter eos, qui „ ab Ethnicis eſse dicuntur, quoſque illi „ Deos conſtituunt: putà Solem, Lunam, „ Sydera, reliquaque id genus iſtud pro„ tulerit; nullam aberrantium hominum opi„ nioni locum reliquit.„ *Hactenus Epiphanius.*

COM-

COMMENTARIUS

In Hæreſim II.

20. M*Ortuorum reſurrectionem*) Epi-
phanius : „ Quod enim ad
„ mortuorum excitationem attinet ; licèt
„ ſæpiùs de ea in aliis hæreſibus diſputa-
„ tum ſit, non gravabor iterum paucis ad
„ eum refellendum eâdem de re diſserere.
„ Nsm ſi Vetus Teſtamentum, ac Novum
„ admittis, nonne & corrupiſse veritatis
„ viam, & à veriſſima Domini vita abhor-
„ rere manifeſtè convinceris ? Siquidem
„ Princeps ipſe Dominus ; ut nobis reſur-
„ rectionis arrhabo quidem eſset, ac pri-
„ mogenitus è mortuis, noſtrâ causâ mor-
„ tuus eſt, ac reſurrexit ; neque ſpecie te-
„ nus eſt paſsus, utpotè qui ſit ſepultus,
„ ejuſque corpus nonnulli geſtaverint. Te-
„ ſtis eſt Joſephus Arimathæenſis. Teſtes
„ illæ mulieres, quæ ad monumentum un-
„ guenta detulerunt. Teſtes centum illæ
„ Aloës libræ, non eam inanem opinionem
„ atque imaginem fuiſse. Teſtes denique
„ Angeli, qui id Mulieribus declararint.
„ *Surrexit*, inquiunt, *non eſt hic*. Quid
„ quæritis viventem cum mortuis ? Neque
„ verò dixit. *Non eſt mortuus*, ſed, *ſurre-*
„ *xit*, qui in carne paſsus, ſpiritu perpe-
„ tuò vivit, ac ſecundùm Divinitatem ſuam
„ perpeſſionis omnis eſt expers. Qui è ſu-
„ premis ortus, & à Patre genitus perpe-
„ tuò exiſtit. Idem tamen noviſſimis tempo-
„ ribus ex Msria Virgine homo fieri voluit,
„ ut Paulus teſtstur his verbis. *Factus ex*
„ *muliere, factus ſub lege*. Numquamne il-
„ lam Scripturæ ſententiam exaudiſti, *Opor-*
„ *tet corruptibile hoc induere incorruptionem*,
„ *& mortale hoc induere immortalitatem* ? An
„ non tibi Iſaias Propheta perſuaſit, cùm
„ ita loquitur, *Et mortui reſurgent*, *& ex-*
„ *citabuntur qui in monumentis ſunt* ? Non
„ illud denique Abelis poſt mortem cum
„ Deo colloquium recordaris ; utque non
„ illius animam, ſed ſanguinem ſupplicare
„ dicat, ac Deum clamoribus interpellare ?
„ Sanguis porrò nequaquam anima eſt ; ſed
„ in ſangnine anima potiùs ineſt. Quippe
„ ſanguis aſpectsbile corpus eſt: Anims ve-
„ rò, cùm viſum omnem effugiat, in ſan-
„ guine reſidet. Ita dogmatis tui, ò Barde-
„ ſiane, pravitas ipſius vi veritatis everſa
„ penitùs concidit. „ *Hactenus Epiphanius*.
Collationes harum hæreſum collige in ſu-
perioribus.

CAPUT

CAPUT XIV.
SIVE XXXVI.
De Noëtianis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1. NOETIANI *à quodam Noëto, qui dicebat Chriſtum eundem eſſe Patrem, & Spiritum Sanctum.*

COMMENTARIUS HISTORICUS.

2. NOETIANI *à quodam Noëto*) Ab Auctoris nomine, hæc quoque hæreſis denominationem ſuam accipit. De ea agunt prçter S. Auguſtinum, Epiphanius in hæreſi 57. Theodoretua lib. 3. hæretic. ſabul. Philaſtrius in lib. de Hæreſ. Damaſcenus in Catal. hæreſ. Nicetas Choniates lib. 4. Theſaur. & alii Scriptores, qui omnes Noëtum quendam fuiſſe hujus Sectæ authorem aſſerunt. Poſt Bardeſanis hæreſim, de hac Noëti agit Theodoretus; verùm eam collocat poſt Montaniſtas, Philaſtrius nullum ordinem ſervat. Damaſcenus ſequitur Epiphanium. Sed Nicetas qui Bardeſanis hæreſim omittit, de hac immediatè poſt Theodotianos agit. Honorius verò Auguſtudonenſis in libro de hæreſibus, eam recenſet poſt Origeniſtaa. Patet ergo non eſſe à cunctis Scriptoribus in recenſendis hæreticis ſervatum ordinem temporum.

3. Noëtus ergo, non Noëtianus, ut corruptè legitur apud Philaſtrium, Noëtianorum hæreſis author, ſuit genere Aſianus, patriâ Epheſinus, ut ſcribit Epiphanius, *In Aſia oriundus, urbe Epheſo*. At Theodoretus Smyrnæum genere ſuiſſe ſcribit: *Noëtus autem erat genere quidem Smyrnæus*. Ita pariter Damaſcenus: *Noëtus hic ex Aſia Smyrna fuit*. Et idem Epiphanius in Synopſi tom. 1. lib. 2. Smyrnæum pariter facit: *Noëtus hic Smyrnenſis ex Aſia fuit*. Undè probabilius eſt reverà fuiſſe ſmyrnæum, non epheſinum; aſianum tamen, ubi & ambæ civitates ſitæ ſunt.

4. Idem Theodoretus eodem lib. 3. hærat. fabul. agens de Montaniſtis, innuere videtur Noëtum de ſchola Montani prodiiſſe, dum ait: „ Nonnulli autem eorum, tres perſonas Divinitatis, ſicut & Sabellius negarunt, eundem eſſe dicentes, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, quemadmodum aſianus Noëtus, „ *Hæc ibi*. In Noëto poſtea, & Cleomene illius diſcipulo: *Renovavit autem*, inquit, *hæreſim. Epigonius nomine primus peperit: Cleomenes autem acceptam confirmavit*.

5. Dum ergo inſanâ ſuperbiâ elatus primùm hanc hæreſim propsgare conabatur, coacto quorundum Presbyterorum Coneilio, hominem in medium advocatum acriter reprehenderunt, objurgantes quòd hactenus inauditam blaſphemiam pronunciaſſet, ut ſcribit Epiphanius, inquiens: „ Inter hæc Beatæ memoriæ Presbyteri ejus rei famâ permoti, hominem advocant; deque his omnibus interrogant: utrumnam tam contumelinſum in Patrem dogma propoſuiſſet. At ille coram Presbyterorum conſeſſu productus inficiari primò, quòd ante ipſum nemo atrox illud, atque exitiale virus evomuiſſet. „ *Ita Epiphanius*. Indè dimiſſua inſolentior factus diſcipulos ſibi aggregare curavit, quorum primi decem numero fuerunt, quo audito illi iidem Preshyteri denuò congregato Concilio, Noëtum unà cum præſatis ſuia diſcipulia, quos in ſententia pertinaces cognoverunt, à Fidelium communione ſegregarunt, prout ſubjungit idem Epiphanius, inquiens: „ Poſtea verò. cùm rabiem ſuam, nonnullis, ut ita dicam, aſperſiſſet, ac decem ferè homines ſibi adjunxiſſet, majorem in ſuperbiam, atque inſolentiam elatus, atque audacior

„ ſa-

,, factus, palam hæreſim ſuam diſſeminavit. ,, Proindè rurſum iidem illi Presbyteri, tam ,, ipſum, quàm qui ſe ad eum infeliciter ,, aggregarent, arceſſunt atque iiſdem de ,, rebus ſciſcitantur. Ille cum grege ſuo ,, frontem perfricans audacter contradicere ,, cœpit. Ac quid, *inquit*, mali feci? Unum ,, Deum veneror, unum novi; nec præter ,, ipſum alterum natu[illegible] paſſum, mortuum. ,, Ad quam opinionem cùm conſtanter adhæ- ,, reſceret, eum pariter, atque ejus diſci- ,, pulos ab Eccleſia pellunt. ,, *Hactenus Epiphanius*.

6. Non diù vixit infeliciſſimus homo, brevi poſt hæc tempore unà cum fratre, quem nequitiæ ſuæ conſortem habebat, ex hac vita deceſſit, excommunicatus, & execratus à Catholica Eccleſia, à qua non meruit ſepulturæ donari. ,, Moritur deinde, ,, *ait Epiphanius*, paulò poſt cum fratre ſuo; ,, neque tamen aut ille pari ac Moyſes olim, ,, aut ejus frater eâdem, quâ Aaron hono- ,, rificentiâ ſepulti ſunt: tanquam enim de- ,, ſertores abjecti ſunt, nec ab ullo Catho- ,, licorum ſepulturæ mandati. ,, Cæterùm qui ab eo decepti fuerant non reſipuerunt, & iiſdem argumentis, quibus uſus fuerat eorum præceptor Noëtus, in ſententia perſtiterunt, impiumque dogma roborarunt, ut ſubjungit idem Epiphanius, dum ait: ,, Poſt ,, hæc, qui corruptam ab eo doctrinam hau- ,, ſerant iſtud ipſum dogma corroborarunt, ,, iiſdem quibus ipſorum Magiſter initio, ,, verbis adducti. ,, *Sic Epiphanius*. Inter ejus primarios ſectatores Theodoretus lib. 3. hæret. fabul. recenſet Calixtum quendam, quem vult, & de ſuo etiam aliquid addidiſſe. *Eam poſt Noëtum*, ait, *defendit Calixtus, qui etiam excogitavit quædam additamenta impietati dogmatis*.

7. De tempore, quo emerſit hæc hæreſis, ſive quo Noetus agnitus fuit hæreticus, Lambertus Danæus in Opuſculo de Hæreſibus cap. 36. in ea ſententia eſt, hanc hæreſim, ut à Noëto defenſam, innotuiſſe ſub Pontificatu Soteri, & imperio Marci Antonini, & Lucii Veri, circa annum à Chriſto paſſo CXL., octuageſimo & quarto anno antequam à Sabellio recoqueretur, hoc eſt circà annum Domini CLXXIII.

8. Cæterùm S. Epiphanius disertè verum annum conſignare videtur, dum ait: *neque multis ab hinc annis, ſed ante hos ferè centum & triginta*, ideſt antequam adversùs eam ſcriberet, centum & triginta annis. Cùm verò Epiphanius Panarium ſuum rogatu Acacii, & Pauli Archimandritarum, incohaverit anno Domini CCCLXXIV., Valentis & Valentiniani Imperii anno XI., ſequitur hanc hæreſim innotuiſſe circa annum Domini CCXLIV. Quæ opinio confirmari poteſt ex iis, quæ de Sabellio referunt Scriptores, & Patres; nam ut ſuo loco dicemus infra, concordant Patres in hoc, quòd Sabellius diſcipulus fuerit Noëti. Cùm porrò Sabellius innotuerit ſub potificatu Xyſti, ut tradit Dionyſius Alexandrinus apud Euſeb. lib. 7. hiſtor. cap. 6. circa annum Domini CCLVII., ſequitur Noëtum paucis ante annis agnitum fuiſſe. Nec officit, quòd Epiphanius conſignet hæreſim Noëti poſt Bardeſanem, quia ut ſæpe monuimus, in recenſendis hæreticis Epiphanius non ſervavit ordinem temporis. Neque pariter obſtat, quòd idem Epiphanius ſcribat, ante Noëtum neminem hanc hæreſim excogitaſſe, quia hujuſmodi verba explicari rectè poſſunt de modo, quo Noëtus illam explicavit: vel quia non adeo ante Noëtum fuerat recepta, aliàs ante Praxeam collocandus eſſet Noëtus. At retento nomine ſuo non diù hæc hæreſis duravit, ab aliis poſtea ſuccedentibus hæreticis, & maximè Sabellianis recepta ut propria; unde notat Theodoretus lib. 3. hæret. fabul. agens de Nepote, ſua ætate neminem extitiſſe hæreticum à Noëto cognominatum.

COMMENTARIUS

Dogmaticus.

9. **Q***Ui dicebat*) Unum dumtaxat fuiſſe palmare Noëti dogma notat S. Auguſtinus in Textu, dum ait: *Qui dicebat, Chriſtum eundem eſſe Patrem, & Spiritum Sanctum*. Epiphanius verò eundem errorem recenſet, inquiens: ,, Qui alieno ,, Spiritu afflatus, ea dicere ac docere au- ,, ſus eſt, quæ nec Prophetæ, nec Apo- ,, ſtoli, nec Eccleſia ab initio tenuit, ac ,, nec cogitavit quidem. Igitur velut qua- ,, dam elatus inſaniâ, paſſum eſſe Patrem ,, non dubitavit aſſerere. ,, Theodoretus verò Noëti dogma diffuſiùs explicat lib. 3. hæret. fabul. inquiens: ,, Unum dicunt, ,, *ideſt Noëtiani*, eſſe Deum, & Patrem ,, omnium opificem, latentem quidem quan- ,, do voluerit, rurſus autem apparentem ,, quando placuerit, & eundem eſſe inviſi- ,, bilem & videri, & genitum & inge- ,, nitum: ingenitum quidem ab initio, ge- ,, nitum autem quando naſci voluit ex Vir- ,, gine; impatibilem, & immortalem; rur- ,, ſus patibilem, & mortalem. Cùm enim ,, eſſet impatibilis, crucis, *inquit*, paſſio- ,, nem ſuâ ſponte ſuſtinuit: Eum & Patrem, ,, & Filium nominant, prout uſus exe- ,, gerit, vel hoc, vel illud appellantes. *Hactenus Theodoretus*. Et hanc ſingularem atque propriam Noëti hæreſim adnotant Phi-

Philaſtrius, Damaſcenus, Nicetas, & alii Scriptores communiter.

10. Aliam porrò dementiam in Noëto refert Epiphanius, dicens auſum fuiſſe aſſerere, ſe Moyſen fuiſſe, fratrem verò ſuum, Aaronem: *Sed & majori quadam arrogantiâ*, inquit, *ac vecordiâ elatus, ſe ſe Moyſem, fratrem verò ſuum Aaronem eſſe dixit.* Cujus inſaniæ nec Auguſtinus, nec Theodoretus meminerunt. Philaſtrius verò refert dixiſſe, ſe utique Moyſem, ſed fratrem ſuum, non Aaronem, ſed Heliam fuiſſe. *Hic etiam dicebat*, inquit, *ſe Moyſem eſſe, fratrem ſuum Heliam prophetam*. At Damaſcenus concordat cum Epiphanio: *Porrò*, inquit, *ſe Moſem dicebat, & fratrem ſuum Aaronem*. Et Nicetas Chonistes: *In extremam tandem abſurditatem incidit, adeòut ſe ipſum Moſem, fratremque ſuum Aaronem diceret*. Quare in textu Philaſtrii errorem irrepſiſſe certum eſt, proinde loco Heliæ, reponendus eſt Aaron; non enim Helias frater fuerat Moſis, ut teſtantur Sacra eloquia, ſed Aaron; ſi ergo ſe Moſem fuiſſe fatebatur, ex conſequenti aſſerere debebat fratrem ſuum fuiſſe Aaronem. Itaque Noëti, & Noëtianorum dogmata ad duo capita reducuntur.

I. Non eſſe in Divinis tres perſonas diſtinctas, ſed unam & eandem perſonam dici Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum.

II. Noëtum fuiſſe ipſum Moſem, Noëti verò fratrem fuiſſe Aaronem.

COMMENTARIUS

In Hæreſim I.

11. NOn *eſſe in Divinis*) Iſidorus lib. 8. Etymolog. cap. 5. hanc Noëti hæreſim ſic exponit: *Dicebant*, inquit, *Chriſtum eundem eſſe, & Patrem, & Spiritum Sanctum: ipſamque Trinitatem in officiorum nominibus, non in perſonis accipiunt: unde & Patripaſſiani vocantur, qui Patrem paſſum dicunt*. Sed ante Noëtum Praxeas eandem hæreſim docuerat, teſte Tertulliano in libro de Trinitate adversùs Praxeam cap. 1. ubi ait: „Variè Diabolus æmulatus eſt veritatem. Adfectavit illam aliquando defendendo concutere, unicum Dominum vindicat omnipotentem Mundi conditorem, ut & de unico hæreſim faciat. Ipſum dicit Patrem deſcendiſſe in Virginem, ipſum ex ea natum, ipſum paſſum, denique ipſum eſſe Jeſum Chriſtum. *Et poſt aliqua ſubjungit*. Ita duo negotia Diaboli Praxeas Romæ procuravit, Prophetiam expulit, & hæreſim intulit, Paracletum fugavit, & Patrem crucifixit.„ *Hactenus Tertullianus*.

12. Certè Cyprianus in Epiſtola 73. novæ edit. ad Tubajanum data, meminit hæreſis Patripaſſianorum, velut antiquæ, ubi ait: „Si eundem Patrem, eundem Filium, eundem Spiritum Sanctum, eandem Eccleſiam confitentur nobiſcum Patripaſſiani, Anthropiani, Valentiniani, Apelletiani, Ophitæ, Marcionitæ, & ceteræ hæreticorum peſtes, & gladiis, ac venenis ſubvertentes veritatem, poteſt illic, & Baptiſma unum eſſe, ſi eſt & fides una. *Hæc Cyprianus*, ex quibus verbis colligitur Patripaſſianos ipsâ ætate Cypriani fuiſſe inter antiquos hæreticos adnumeratos. Prima tamen ſemina jecerat Simon Magus, ut adnotavimus in 1. par. cap. 1. in Commentar. ad hæreſim IV. Sed à Judaiſmo hanc hæreſim progreſſam indubium eſt, nam Judæi unam tantùm perſonam in Deo cognoverunt, abiicientes Trinitatem perſonarum, & Evangelium Chriſti prorſus contemnentes, eique ſemper & ubique contradicentes.

13. Verùm utique eſt, Trinitatia Myſterium, Judæis non fuiſſe clarè manifeſtatum, & in veteri Lege obſcurè tantùm expreſſum, ne fortè illius occaſione ad plures Deos colendos cor verterent; utpotè diù in Ægypto verſati, ubi Deorum cultus vigebat, facilè poterant ad impietatem propendere. Ita tradit Theodoretus lib. 2. de Principiis, ſive de Curat. Græcar. affection. inquiens: „Etenim cùm in Ægypto longinquum ſanè tempus permanſiſſent, multorumque ibi Deorum cultum ritu Ægyptiaco didiciſſent, ſapientiſſimus Deus nequaquam illis manifeſtè, ſpertâque prorſus oratione, Trinitatis myſteria tradidit, ne ita propoſitam ſibi eſſe Deorum multitudinem arbitrantes, occaſionem hanc haberent ad impietatem Ægyptiam reclinandi.„ *Hæc Theodoretus*. Nec planè diſſimiliter loquitur Cyrillus Alex. lib. 9. Commentar. in Joan. ad illa Chriſti verba: *Si cognoviſſetis me, & Patrem meum utique cognoviſſetis, & amodò cognoſcetis eum*, ubi ait: „Lex enim Moſaica Filiis Iſrael inclamahat: Dominus Deus tuus, Dominus unus eſt; neque veteribus de Filio mentionem faciebat, ſed à multorum Deorum cultu eos dumtaxat abſtractos ad unius adorationem vocabat.„ *Hæc Cyrillus*. Attamen non adeò in veteri Lege Trinitatis Myſterium latuit, ut ſaltem in ænigmate non fuerit expreſſum, prout idem Theodoretus loc. cit. ſubjungit, inquiens: „Trinitatis autem dogmata nè tunc quidem venturis impoſterum penitùs occultavit. In antiquis enim Scripturis, perfectioris „Theo-

„ Theologiæ materiam, quaſi ſemina quæ„ dam diſperſit. Ideoque unius Dei nomi„ ne Legaa tulit, cùm tamen ſic quoque „ per ænigma Trinitatem ſubinnuat. „ *Hactenus Theodoretus*, ſubjungens diverſa loca veteria Teſtamenti, ex quibus erui poteſt Sanctiſſimæ Trinitatis Myſterium. Et quidem plura à nobis allegata ſunt in Commentario ad hæreſim IV. Simonis, & alia adducemus infra occaſione hæreſis Sabellii. Modò tantùm examinabimua Noëtianorum fundamenta, quibus ſuam impietatem firmare conantur, prout relata habentur apud Sanctum Epiphanium.

14. Itaque adferunt in primia verba Dei ad Moſem: *Ego ſum Deus Patrum veſtrorum. Ego primus, & ego poſterior. Non erunt tibi Dij alteri*. Ex quibua inferunt, unum ſolum Deum eſſe, qui ſit & Pater, & Filiua, qui ſemper ſuit, & eſt: „ Ex quibua „ ita colligebant, *ait Epiphanius*, nos ipſum „ novimus ſolum. Quarè ſi veniens Chri„ ſtus natus eſt, idem ipſe Pater eſt, & „ Filiua, idem denique Deua eſt, qui & „ ſemper fuit, & in præſentia venit, ut „ Seriptura declarat. Deinde addunt locum Baruc. cap. 3. verſ. 36. *Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius adversùs eum. Hic adinvenit omuem viam diſciplinæ, & tradidit illam Jacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt*. „ Ex his inquiunt, „ *ſubjungit Epiphanius*, animadvertere po„ tea, qnemadmodum Scriptura nos ſapien„ ter informet, nè alium, atque alium Deum „ arhitremur: cùm illum Deum eſſe ſolum „ aſſerit, qui venerit, quique poſtea ſit „ viſus.

15. Adferunt inde & locum Iſaiæ cap. 45. verſ. 14. *Hæc dicit Dominus, labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri ſublimes ad te tranſibunt, & tui erunt. Poſt te ambulabunt, vincti manibus pergent, & te adorabunt, neque deprecabuntur. Tantùm in te eſt Deus, & non eſt abſque te Deus. Verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Salvator*. Ex quibus ſic loqui Noëtianos opinatur Epiphanins: „ Vides in Seripturis „ unum indicari Deum, ac manifeſtè præ„ dicari. Adeoqne in confeſſo eſt unum il„ lum eſſe ac ſemper exiſtere. Ob idque non „ plures Deos affirmamua, ſed unum dum„ taxat Deum, qui & pati nihil poſſit, & „ idem Filii Pater ſit, ac Filius; qui ideò „ paſſus ſit, ut nos ſuâ perpeſſione ſervaret, „ nec alium ab eo pronunciare poſſumus. *Hæc apud Epiphanium*.

16. At idem Sanctus Doctor primò oſtendit non poſſe, ſiſtendo in Seripturia unam & eandem perſonam Patrem eſſe, & Filium, & inde allegataa à Noëtianis authoritates explicat. Non enim fieri poteſt, ait, ut idem Pater ſit, & Filius: nam ſi Filiua eſt, neceſſe eſt alicujus ſit Filius, à quo ſit genitua. Sin Pater eſt; ſe ipſum generare nihil poteſt. Neque enim id ipſum, quod Filiua dicitur, ſe ipſum genuit, ſed eſt à Patre genitus. Et ſanè diſtinctionem Patris à Filio Iſaias pronunciat cap. 42. verſ. 1. per illa verba: *Ecce Servus meus, ſuſcipiam eum: electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea: dedi ſpiritum meum ſuper eum, judicium Gentibus proferet*. Et ut vertit Epiphanius: *Ecce intelliget Filius meus dilectus, quem elegi*. Vox ergo Patria eſt, & eum, qui propriè eſt Filiua, manifeſtè declarat, in quo & ſpiritum ſuum collocat: non enim ad ſe ipſum loquitur Pater, ſed ad alium, ad Filium ſcilicet. Non eſt ergo idem Pater, & Filius, ſive non eſt eadem & una perſona. Filius quoque ad Patrem loquens Joan. cap. 17. verſ. 5. ait: *Et nunc clarifica me Pater apud semetipſum, claritate quam habui, priùs quàm mundus eſſet, apud te*. Non ergo ſe Patrem appellat, ſed alium ſuum Patrem agnoſcit: agnoſcit ergo Patrem ſuum, ut perſonam à ſe diſtinctam. Sic & Matthæi cap. 17. verſ. 5. audita eſt vox de Cœlo dicens: *Hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: ipſum audite*, unde apud Marcum cap. 9. verſ. 6. legitur: *Hic eſt Filius meus chariſſimus: audite illum*. Vox ergo Patria illa fuit, Filium ſuum glorificantis, unde Petrua Epiſt. 2. cap. 1. verſ. 16. ait: *Non enim doctas fabulas ſecuti notam fecimus vobis Domini noſtri Jeſu Chriſti virtutem, & præſentiam; ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo Patre honorem & gloriam voce delapsâ ad eum hujuſcemodi à magnifica gloria: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipſum audite*. Patris ergo vox eſt, non ad ſe ipſum loquentis, ſed ad alium, puta ad Filium, non enim dicit *ego ſum Filius meus, audite me*. Neque, *natus ſum Filius*, ut notat Epiphaniua, ſed dixit: *Hic eſt Filius meus, ipſum audite*, manifeſtans ſic perſonam Filii diſtinctam à ſe, adeout perſona Patria loquentis, alia ſit à perſona Filii cui Pater loquitur.

17. Porrò idem Dominus Jeſua æterni Patris Filius, ſe à Patre diſtinctum declarat Joan. cap. 10. verſ. 30. per illa verba. *Pater meus, quod dedit mihi, majus omnibus eſt, & nemo poteſt rapere de manu Patris mei. Ego & Pater unum ſumus*. Jam Patrem alium à ſe declarat in hypoſtaſi, in natura verò non ſic: Nam non ita eſt loquutua, ut notat Epiphanius: *Ego & Pater meus unum ſumus*. Hæc enim vocabula, inquit, *Ego & Pater*, addito articulo (ὁ) & interjectâ copulâ (&) non obſcurè declarant, Patrem propriè eſſe Patrem, Filiumque propriè Filium. Et Novatianus in lib.

da Trinitate cap. 22. expendens eadem verba ait: „ Si erat, ut Hæretici putant, Pa-
„ ter Chriſtus, oportuit dicere: *Ego & Pa-*
„ *ter unus ſum*. At cùm, *Ego*, dicit, dein-
„ de Patrem inſert dicendo, *Ego & Pater*,
„ proprietatem perſonæ ſuæ, ideſt, Filii à
„ paterna auctoritate diſcernit, atque di-
„ ſtinguit, non tantummodo de ſono no-
„ minis, ſed etiam de ordine diſpoſitæ po-
„ teſtatis. Qui potniſſet dicere, *Ego & Pa-*
„ *ter*, ſi Patrem ſe eſſe meminiſſet? Et quia
„ non dixit, *Unus*; Unum enim naturali-
„ ter poſitum, Societatis concordiam, non
„ unitatem perſonæ ſonat. Unum enim,
„ non unus eſſe dicitur, quoniam nec ad
„ numerum refertur, ſed ad Societatem al-
„ terius expromitur. Denique adiicit, di-
„ cens, *Sumus*, non, *Sum*; ut oſtenderet,
„ per hoc, quòd dixit, *Sumus*, &, *Pater*,
„ duas eſſe perſonas. „ *Hæc Novatianus*. Et
Tertullianus in lib. contra Praxeam cap. 22.
eadem verba Chriſti Domini hoc pacto pariter explicat, inquiens: „ Hic ergo jam
„ gradum volunt figere ſtulti, immò cæci,
„ qui non videant primò, *Ego & Pater*,
„ duorum eſſe ſignificationem; dehinc in
„ noviſſimo, *Sumus*, non ex unius eſſe per-
„ ſonæ, quod pluraliter dictum eſt, tum
„ quòd, *Unum ſumus*, non, *Unus ſumus*.
„ Si enim dixiſſet, *Unus ſumus*, potuiſſet
„ adjuvare ſententiam illorum. *Unus* enim,
„ ſingularis numeri ſignificatio videtur. Ad-
„ huc cùm *Duo*: maſculini generis. Unum
„ dicit, neutrali Verbo, quod non perti-
„ net ad ſingularitatem, ſed ad unitatem,
„ ad ſimilitudinem, ad conjunctionem, ad
„ dilectionem Patris, qui Filium diligit,
„ & ad obſequium Filii, qui voluntati Pa-
„ tris obſequitur. *Unum ſumus* dicens, *Ego*
„ *& Pater*, oſtendit duos eſſe, quos æquat,
„ & jungit. „ *Hactenus Tertullianus*.

18. Neque per hoc, quòd Novatianus, & Tertullianus illa verba, *Ego & Pater unum ſumus*, explicent de unitate concordiæ, dilectionis, & ſimilitudinis, in extremam deſcendunt ſententiam, ut cum Ario dicant Filium Deum non eſſe, nec Patri conſubſtantialem, ſed puram creaturam. Hoc enim pacto deſtruerent magis, quàm aſtruerent Trinitatem. Agunt ibi contra Sabellianos, Praxeanos, & Noëtianos unam tantùm perſonam aſſerentes Patrem eſſe, & Filium, & ex illo loco probat nullatenus unam & eandem eſſe perſonam, cùm duæ per illam orationem explicentur. Cæterum idem Novatianus cap. 13. diverſis Scripturæ teſtimoniis probat Chriſtum Deum eſſe, immò utitur & iiſdem Chriſti Verbis, ut idem oſtendat: *Ego & Pater unum ſumus*, quibus relatis, ſtatim ſubjungit. *Hanc vocem de conſcientia Divinitatis Chriſtus ſolus edicit*. Et cap. 14. ſubjungit: *Et tamen adhuc dubitat hæreticus, Chriſtum dicere eſſe Deum, quem Deum tot & rebus animadvertit, & vocibus approbatum*. Et inde proſequitur probare non tantummodo hominem Chriſtum eſſe.

19. Similiter Tertullianus Trinitatem Divinarum perſonarum, ac Filii Deitatem apertè tradit in Apologetico, ubi inter alia ſub cap. 21. ait: „ Quod de Deo profectum
„ eſt, Deus eſt, & Dei Filius, & unus am-
„ bo; ita & de Spiritu, Spiritus; & de
„ Deo, Deus. Modulo alterum, non nume-
„ ro, gradu, non ſtatu fecit, & à matrice
„ non receſſit, ſed exceſſit. Iſte igitur Dei
„ radius, in retro ſemper prædicabatur, de-
„ lapſus in Virginem quandam, & in ute-
„ ro ejus caro figuratus naſcitur homo Deo
„ miſtus. *Et libro 3. contra Marcionem*.
„ Non negans enim Filium, & Spiritum,
„ & ſubſtantiam Creatoris eſſe Chriſtum
„ ejus, concedas neceſſe eſt, eos, qui Pa-
„ trem non agnoverint, nec Filium agno-
„ ſcere potuiſſe, per ejuſdem ſubſtantiæ con-
„ ditionem. „ Item & in eodem libro contra Praxeam cap. 11. Fidem Trinitatis hoc pacto profitetur: „ Unicum quidem Deum
„ credimus, ſub hac tamen diſpenſatione,
„ quam œconomiam dicimus, ut unici Dei
„ ſit & Filius, Sermo ipſius, qui ex ipſo
„ proceſſerit, *per quem omnia facta ſunt*,
„ *& ſine quo factum eſt nihil*. Hunc miſſum
„ à Patre in Virginem, & ex ea natum
„ hominem & Deum, Filium hominis &
„ Filium Dei. *Et de Spiritu Sancto*. Qui
„ exinde, *ait*, miſerit ſecundum promiſſio-
„ nem ſuam à Patre Spiritum Sanctum Pa-
„ racletum, ſanctificatorem fidei eorum, qui
„ credunt in Patrem, & Filium, & Spiritum
„ Sanctum.

20. Denique in eodem libro contra Praxeam cap. 3. hanc eandem Noëtianorum hæreſim refellit, cum contra Praxeanam arguit, & Trinitatis Myſterium profitetur. „ Nu-
„ merum, *inquit*, & diſpoſitionem Trinita-
„ tis, diviſionem præſumunt unitatis; quan-
„ do unitas ex ſemetipſa derivans Trinita-
„ tem, non deſtruatur ab illa, ſed admini-
„ ſtretur. Itaque duos, & tres jam jacti-
„ tant à nobis prædicari, ſe verò unius Dei
„ cultores præſumunt. Quaſi non & uni-
„ tas irrationaliter collecta hæreſim faciat,
„ & Trinitas rationaliter expenſa, verita-
„ tem conſtituat. *Et cap*. 8. Sermo ergo,
„ *inquit*, in Patre ſemper, ſicut dicit: *Ego*
„ *in Patre*, & apud Deum ſemper, ſicut
„ ſcriptum eſt: *Sermo erat apud Deum*.
„ Et nunquam ſeparatus à Patre, aut alius
„ à Patre: quia *Ego & Pater unum ſumus*.
„ Hæc erit probaſa veritatis, cuſtos uni-
„ tatis, quà prolatum dicimus Filium à Pa-
„ tre, ſed non ſeparatum. „ *Hæc Tertullianus*. Liquet ergo tam Tertullianum, quàm
No-

Novatiànum eundem locum Evangelii, eadem verba Chriſti, *Ego & Pater unum ſumus* explicare de unitate non ſolùm concordiæ, & ſimilitudinis, verùm etiam & naturæ: adeout dum dicunt eſſe unum unitate concordiæ, & ſimilitudinis, non excludant unitatem in natura, utentes ſolùm vocabulis magis accommodatis ad reſutandam, modò unam, modò alteram hæreſim.

21. Epiphanius verò connectit poſtea hoc idem teſtimonium, *Ego & Pater unum ſumus* cum illo altero Joan. cap. 14. verſ. 11. *Ego in Patre, & Pater in me eſt*. Et ait: „ Unum itaque Deum cautè ac prudenter „ Eccleſia prædicat: Patrem videlicet, & „ Filium: *Quoniam*, inquit, *Ego in Patre,* „ *& Pater in me eſt, & ambo unum ſu-* „ *mus*, hoc eſt, una Divinitas, & volun- „ tas una, & una dominatio. Cæterùm ex „ Patre Spiritus quoque procedit, ſuaptè „ conſtans hypoſtaſi, ac re ipsâ perfectus „ veritatis Spiritus, *qui illuminat omnia*, „ *qui à Filio accipit*; *veritatis*, inquam, „ *Spiritus, Spiritus Patris, Spiritus Chriſti.* „ Itaque unam Eccleſia Divinitatem agno- „ ſcit: eſtque Deus unus veritatis Pater, „ perfectus Pater, hypoſtaſi ſuâ præditus; „ perfectus Filius, ſuam peræquè habens „ hypoſtaſim; perfectus denique Spiritus „ Sanctus, & ſuam ſibi hypoſtaſim vendi- „ cans. Una Divinitas, unaque dominatio. *Hæc Epiphanius*.

22. Conſentanea ſunt Tertulliani verba in libro cit. adversùs Praxeam cap. 9. ubi ait: „ Hanc me regulam profeſſum, quâ „ inſeparatos ab alterutro Patrem, & Fi- „ lium, & Spiritum, teſtor: tene ubique, „ & ita quid, quomodò dicatur, agnoſces. „ Ecce enim dico, alium eſſe Patrem, & „ alium Filium, & alium Spiritum. Malè „ accipit idiotes quiſque, aut perverſus „ hoc dictum, quaſi diverſitatem ſonet, & „ ex diverſitate ſeparationem protendat Pa- „ tris, & Filii, & Spiritus. „ *Hæc & alia Tertullianus*.

23. Itaque inepta eſt argumentatio Noëtianorum, dum præſumunt unam tantùm in Deo eſſe perſonam, quia unus tantùm Deus in Scripturis adorandus prædicatur. Non enim Scripturæ Divinas perſonas excludunt, dum unum Deum prædicant, ſed plures Deos abiicere volunt. Unum nos Deum confitemur, ſtat tamen cum unitate Dei Trinitas perſonarum. Optimè S. Athanaſius orat. 4. adversùs Arianos eidem occurrit argumento, inquiens: „ Cùm Pater „ ſolus Deus, & verus appellatur, non ad „ exauctorationem ejus appellatur, qui di- „ cit: *Ego ſum veritas*, ſed ad demolitio- „ nem eorum, qui ex natura tales non ſunt, „ qualis eſt Pater, & Patris Verbum, ne- „ que veri Dii ſunt. „ *Hæc Athanaſius*. Et hoc pacto intelligenda ſunt Pauli verba 1. ad Corinth. cap. 8. dicentis: *Nam etſi ſunt qui dicuntur Dij, ſive in Cælo, ſive in Terra, ſiquidem ſunt Dij multi, & Domini multi: Nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illum, & unus Dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum*. Unus enim Deus eſt ex quo omnium rerum eſt principium: „ Ne ani- „ mum noſtrum, *ait Epiphanius*, ad plura „ cogitanda principia converteret, ac mor- „ talium ingenia vaniſſimâ illâ Deorum mul- „ titudine decepta, rurſus ad eandem affe- „ rendam copiam adduceret. Vides enim „ quemadmodum uno nomine ſit uſus, & „ appellatione unâ: non ut unigenitum „ Deum abnegaret. Dominum quippe eſſe „ illum intelligit, eundemque Deum.

24. *Et unus utique Dominus Jeſus Chriſtus per quem omnia*; teſtante Joanne cap. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt*, & ut ait Epiphanius, *cùm Paulus Dominum dicit, non eundem indicat eſſe Patrem, eundemque Filium. Sed eum, qui Pater eſt, eſſe Patrem; qui Filius, verè Filium eſſe declarat*. Et S. Ambroſius lib. 5. de Fide cap. 1. „ Quem- „ admodum, *ait*, cùm legimus Dominum „ Jeſum, nec Patrem à dominationis jure „ ſecernimus, quod ei commune cum filio „ eſt: ita cùm legimus ſolum verum Pa- „ trem, nec Filium à ſolius veri Dei jure „ poſſumus ſeparare, quod ei commune cum „ Patre eſt. *Et iterum Epiphanius*. Neque „ cùm de Patre agens, unus Deus, *inquit*, „ ex quo omnia, eſſe illum Dominum ne- „ gavit. Neque contrà ſubiiciens, *Et unus* „ *Dominus Jeſus Chriſtus*, hunc eſſe Deum „ inficiari voluit, ſed quemadmodum in Pa- „ tre, unâ appellatione contentus, hoc tan- „ tum dixit, *Unus Deus*, quâ voce etiam „ altera, *Dominus*, continetur; ita in Filio, „ *Unus Dominus* dumtaxat expreſſit, quâ „ cum voce, *Dei* quoque eſt appellatio „ conjuncta.

25. Porrò neque ex textu Iſaiæ allegato à Noëtianis quidquam colligi poteſt adversùs diſtinctionem Divinarum perſonarum. Dicit enim Dominus Deus apud eundem Iſaiam cap. 45. verſ. 6. *Ego primus, & noviſſimus, & abſque me non eſt Deus*. Hoc certè, quia plures Dii non ſunt: ſed eſt primus, & noviſſimus in tota Trinitate, unus Deus. Undè Epiphanius in hæreſi 62. ait: „ Plures Dii nequaquam exiſtunt, ſed „ unus dumtaxat primus, ac poſterior, „ Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Non „ ut confuſio quædam Trinitas illa ſit, aut „ ab unitate ſua diſcreta. Sed Pater Filium „ verè genuit, & Filius verè à Patre geni- „ tus in perſona ſua ſubſiſtens, initii omnis „ expers, ac temporis. Item Spiritus San- „ ctus, à Patre, & Filio, & eâdem Divi-

„ ni-

„ nitate præditus à Patre procedit, & à Filio ſemper accipit; unus Deus, primus, ac poſterior.„ *Hæc Epiphanius*.

26. Dicit inde idem Iſaias cap. 45. ante verba allegata à Noëtianis: *Ego feci terram, & hominem ſuper eam creavi ego: manus meæ tetenderunt cœlos, & omni militiæ eorum mandavi: ego ſuſcitavi eum ad juſtitiam, & omnes vias ejus dirigam. Ipſe ædificabit civitatem meam, & captivitatem meam dimittet, non in pretio, neque in muneribus, dicit Dominus Deus exercituum*. Deinde ſtatim ſubjungit: *Hæc dicit Dominus, labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ*, cum reliquis ſupra adductis, uſque ad illa verba: *Tantùm in te eſt Deus*, vel ut legit Epiphanius: *Quoniam in te Deus eſt, & non eſt Deus præter te*. Ubi idem Epiphanius ſtatim verba explicans, ait: „ In quo verò alio, quàm in paterno Verbo Deum ineſſe didicimus? Verè quippe Deus Verbum Filius eſt: in eoque cognoſcitur Pater, quemadmodum ipſe teſtatur: *Qui vidit me, vidit & Patrem*. Item: *Ego glorificavi nomen tuum in terra*. Deinde: *Ego ſuſcitavi regem*. In quo nonne propriam Patris vocem agnoſcis, quæ verum ex ſe ſe Verbum excitans, Regem omnium conſtituit, eum ſcilicet quem verè ex ſe, ſine ullo initio, ac tempore genuit? Qui quidèm eundem rurſus Regem excitavit, ut Apoſtolus his verbis expreſſit: *Quòd ſi Spiritus ejus; qui ſuſcitavit Chriſtum à mortuis, habitat in vobis, qui ſuſcitavit Chriſtum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora veſtra, per inhabitantem Spiritum ſuum in vobis*. Ut & Prophetarum oracula cum Apoſtolicis, & Apoſtolica cum Evangelicis, & Evangelica cum Apoſtolicis, Apoſtolica deniquè cum Propheticis conſentiant. Sequitur: *Suſcitavit Regem*. Et hic declaratur ille, qui Chriſtum à mortuis excitavit. At cùm dicit: *In te Deus eſt*, quanto cum Myſterio, quamque admirabiliter omnia Scriptura Sacra proponit? Etenim in carne, velut in Templo quodam, prævidebatur, atque hominum ſpei per converſionem ad Deum oſtendebatur Divinitas. Si quidem Dei Filius, ut Deus ipſe Verbum, quaſi in ſancta quadam Urbe, religioſoque Templo, nimirum in aſſumpta hominis natura, & incarnatione Deus exiſtens, in ſanctiſſimo, inquam, Templo habitans ità loquitur: *Solvite Templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*.„ Hactenus Epiphanius hæreſ. 57. Itaque liquet per textum Iſaiæ excludi tantùm pluralitatem Deorum, non Perſonarum in unitate naturæ, immò Verbi Divinitatem, & Filii concludi.

27. Verba autem Baruc. cap. 3. *Iſte Deus eſt noſter, & non æſtimabitur alius*, unitatem Dei peroptimè declarant, pluralitatem tamen perſonarum non adimunt. Et Epiphanius hæreſ. 55. num. 9. verbis Baruc. teſtimonium Pauli ad Rom. cap. 9. verſ. 5. adjungit: videlicet, *Quorum Patres, ex quibus Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt ſuper omnia Deus*. Et ait: „ Quæ quidem admirabiliter ab eo dicta ſunt. Hic enim, qui eſt, *ſuper omnia Deus eſt*. Nàm cùm iis ipſe nos verbis doceat; *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo*; propterea *ſuper omnia Deus eſt*. Atque ita quoque Joannes teſtatur: *Quod fuit*, inquit, *ab initio, quod audivimus, & oculis vidimus, & manus noſtræ contrectaverunt*. At rurſus in Apocalypſi: *Qui eſt ab initio, & qui venturus eſt omnipotens*. Egregie planè hæc ab illo pronunciata ſunt. Rectè inquam, dixit: *omnia mihi tradita ſunt à Patre meo*; accuratèque nos docuit. Ille itaque ſupra omnes Deus exiſtit, cùm nihilominus Patrem habeat ſuum. Quod iis Verbis expreſſit: *Vado ad Patrem*. At ſi Pater eſſet ipſe, quem tandem ad Patrem, ò ſtulte, diſcederet? *Hæc Epiphanius*.

28. Denique, & Spiritum Sanctum eſſe aliam perſonam à Patre, & Filio, idem Epiphanius ſub num. 5. tradit inquiens: „ Nec eſt tamen, quòd quiſquam exiſtimet, pro eo quòd *unum* atque *unum* ſolummodo dixerit, aliquid de Triadis numero eſſe detractum; quaſi Spiritus Sancti mentionem nullam fecerit. Etenim cùm Patrem, & Filium Deum nominavit, ac Dominum, in Spiritu Sancto utique nominavit. Nàm neque cum de Patre agens, *unus Deus*, inquit, *ex quo omnia*, eſſe illum Dominum negavit. Neque contrà ſubiiciens: *& unus Dominus Jeſus Chriſtus*, hunc eſſe Deum inficiari voluit. Sed quemadmodum in Patre unâ appellatione contentus, hoc tantùm dixit, *unus Deus*, quâ voce etiam alteram, *Dominus*, dumtaxat expreſſit, qua cum voce Dei quoque eſt appellatio conjuncta. Quarè cùm de Patre, ac Filio diſſerebat Apoſtolus, non Spiritu Sancto vacuus erat, ſed in eodem loquebatur, ut diximus. Solet autem Spiritus Sanctus ſui minimè commendationem facere, ne exemplum nobis commendandi noſtri præbuiſſe videatur. *Eſt* igitur *unus Deus Pater ex quo omnia, & unus Dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia: & unus Spiritus Sanctus à Deo nequaquam alienus*, qui propriam habet perſonam: quoniam *Dei Spiritus eſt, & veritatis Spiritus, Spiritus*, inquam, *Patris, & Chriſti*.„ Hactenus Epiphanius. At de Spiritus Sancti Divinitate, & Perſona alibi diffuſiùs.

COM-

COMMENTARIUS

In Hæreſim II.

29. N*Oëtum fuiſſe ipſum Moſem*) Diverſa olim fuit Scriptorum de Moſe ſententia: nàm quidam dixerunt ab Ægyptiis pro Deo habitum fuiſſe, & ſub *Apidis*, & *Mnevis* nominibus conſecratum. Nomenius verò apud Euſebium lib. 9. de Præparat. Evangelica, *Muſæum* neminem alium fuiſſe præter ipſum Moſem ſcribit. „ Deinceps verò, *inquit Numenius*, Jannes, & „ Jambrea ſcribæ rerum Sacrarum Ægypti, „ quo tempore Ægypti finibus ejecti Judæi „ ſunt, claruere, viri omnium judicio re„ rum magicarum ſcientiâ nemini conceden„ tes. Quippe ambo quidem communi Ægy„ ptiorum conſenſu delecti ſunt, qui Mu„ ſæo duci Judæorum, cujus apud Deum po„ tentiſſimæ preces erant, ſe ſe opponerent. Iſti ſunt ſapientes illi, quos Pharao advocaverat, ut per incantationes ſuas miracula patrarent coram Moſe, ut ſcribitur lib. Exodi, cap. 7. verſ. 11. & propriis nominibus appellat Paulus 2. ad Timoth. cap. 3. verſ. 8. *Quemadmodum autem, Jannes & Mambres reſtiterunt Moyſi: ita & hi reſiſtunt veritati*. Artapanus verò apud eundem Euſebium cit. cap. 27. ſcribit primùm Moyſum appellatum, à Græcis verò Muſæum. Agens enim de Ægypti Regis ſterili filia ait „ Hanc „ porrò, ſterilis cùm eſſet, Judææ mulieris „ infantem ſuppoſuiſſe, quem Moyſum ipſa „ primùm, deinde verò Græci, cùm ad vi„ rilem ætatem perveniſſet, Muſæum nomi„ narint. „ *Hæc Artapanus*, qui poſtea ſubjungit, etiam Mercurium fuiſſe nuncupatum, ob Sacrarum literarum interpretationem. „ Verùm etiam, *ait*, parem Superis „ honorem à Sacerdotibus, qui illum Mer„ curium ſive interpretem, ob Sacrarum li„ terarum interpretationem appellarunt, fa„ cilè impetravit. Denique præter multa alia, tradit à Moyſe totam Ægypti Metropolim fuiſſe in ſex, & triginta Præfecturas diviſam, ſuoſque ſingulis Numini colendo ritus aſſignatos literaſque Sacras, putà Felium, Canum, &c. figuras Sacerdotibus „ cum ſingulari ac propria Regione attributas fuiſſe.

30. Verùm Artapanus multa fabuloſa de Moſe ſcripſit: nec Muſæum fuiſſe Moſem nec Mercurium, ex iis quæ ſcriptores Græci de Muſæo & Mercurio ſcribunt, manifeſtum fit. Quatuor enim Muſæos, ut habent Græca monumenta recenſet Suidas, neminem autem fuiſſe ipſum Moſem, liquet ex diverſitate generis, patriæ, & profeſſionis. Primus ergo recenſetur Muſæus Eleuſinius Athenienſis, Antiphemi filius, Ecphanti nepos, Cercyonis pronepos, quem debellavit Theſeus, & Eleuæ uxoris ejus. Hunc fuiſſe Orphei diſcipulum, vel potiùs illo antiquiorem ſubjungit Suidas, aitque ſcripſiſſe verſus heroicos, & floruiſſe ſub altero Cecrope. Quod ergo Artapanus ſcribit Moſem Muſæum illum fuiſſe, Orphei Magiſtrum, confundit certè Moſem noſtrum cum Muſæo Eleuſinio, & ita non ſine craſſo errore. Alter Muſæus genere Thebanus fuit, Thamyræ filius, Philammonis nepos, poëta lyricus, qui carmina ſcripſit & cantica, claruitque diù ante bellum Trojanum. Tertium Epheſium Muſæum faciunt, verſificatorem, qui ſcripſit Perſeidos libros decem, & de Eumone, & Attalo. Quartum denique Muſæum Philoſophum apud Græcos extitiſſe ferunt, quem alii Thracem, alii Eleuſinium indigenam fuiſſe ſcribunt.

31. De Mercurio porrò ſcribit Cotta apud Ciceronem lib. 3. de Natura Deorum num. mihi 56. plures fuiſſe Mercurios apud antiquos, ſed neminem ex illis Moſem fuiſſe conſtat. Ait enim: „ Mercurius unus cœlo Pa„ tre, Die matre natus, cujus obſcenius ex„ citata natura traditur, quòd adſpectu Pro„ ſerpinæ commotus ſit. Alter Valentis, & „ Phoronidis Filius, is, qui ſub terris ha„ betur, idem Throphonius. Tertius Jove „ tertio natus, & Maja, ex quo, & Pene„ lope Pana natum ferunt. Quartus Nilo „ Patre, quem Ægyptii nefas habent nomi„ nare. Quintus, quem colunt Pheneatæ, „ qui Argum dicitur interemiſſe, ob eam„ que cauſam Ægypto præfuiſſe, atque Ægy„ ptiis leges & literas tradidiſſe: hunc „ Ægyptii Thoyth appellant, eodemque no„ mine anni primus menſis apud eos voca„ tur. „ *Hæc Cotta*. Moyſi ergo accommodari non poſſunt, quæ de ejuſmodi Mercuriis ſcribit Cotta. Moyſes enim natus eſt in Ægypto, de parentibus Judæis, de Tribu Levi, ut ſacra Exodi narrat hiſtoria cap. 2. adoptatus à Filia Pharaonis, & in aula Regis educatus. Amarammis nomen Patris fuit, Johvel matris, Auctore Joſepho lib. 2. Antiquit. cap. 6. antiquæ edit. Non itaque ità natus, quemadmodum de Mercuriis ſcribit Cotta,

32. Porrò falſum eſt quod Artapanus ſcribit, à Moſe regulas traditas eſſe Ægyptiis, & ritus colendorum Numinum. Etenim ante Moſem hujuſmodi ſuperſtitio invaluerat apud Ægyptios, deteſtata à Moſe cæteriſque Judæis, veri & unius Dei cultoribus. Hoc quidem ex cap. 8. libri Exodi palàm fit: dum ſub num. 25. Pharaoni dicenti: *Ite, & ſacrificate Deo veſtro in Terra hac*, reſpondit Moyſes: *non poteſt ita fieri: Abominationes enim Ægyptiorum immolabi-*

dabimus Domino Deo noſtro? Quòd ſi mactaverimus ea, quæ colunt Ægyptii coram eis, lapidibus nos obruent. Quibus verbis indicatur, oves & boves coluiſſe Ægyptios ex antiquo inſtituto, qua de cauſa in Civitate mactare renuebant Judæi, ne Ægyptii videntes mactare animalia, quæ colebant, indignati irruerent in Judæos. Et ut ait S. Hieronymus in Commentar. ad cap. 4. Oſee, Ægyptii ſub Bovum figura Apim colebant, & Mneyn, & hoc didicentes Judæi, vitulum fecerunt in Oreb, & vitulos aureos adorandos fecerat quoque Jeroboam filius Nabath. Oves ergo & Boves, quibus ad idololatriam abutebantur Ægyptii, abominationem appellavit Moyſes, ſicut & Gentium Idola abominationes dicuntur in Sacris literis, Dcuteronomii cap. 7. verſ. 25. & cap. 12. verſ. 30. lib. 4. Reg. cap. 23. verſ. 19. Iſaiæ cap. 44. verſ. 19. & alibi. Quæ ergo abominationes dicebantur à Judæis, non potuerunt à Moyſe eſſe inſtituta.

33. Neque à Moſe profanas literas acceperunt Ægyptii: conſtans enim fama eſt apud externos Scriptores, ex Æthiopia ad Ægyptios manaſſe literas, leges, ritus Civitatum, inſtituta Sacrorum, & Colonias; proindè non deſuerunt, qui ſcriberent, ex Ætiopia Iſidem veniſſe Reginam in Ægyptum, quæ & literas inſtituerit, juſtèque imperaverit, & multa commoda Ægyptiis attulerit, quorum cauſâ poſt mortem honorem Divinum meruerit; quamvis alii ſentiant hanc fuiſſe Inachi Argivorum primi Regis filiam, qui Abrahæ temporibus regnare incœperat: filiam, Jò primùm appellatam, ut tradit S. Auguſtinus lib. 18. de Civitate cap. 3. Sunt porrò qui tradunt Mercurium Trimegiſtum in Ægypto artes, & ſcientias mortalibus tradidiſſe, quem Diodorus Siculus ſcribit, fuiſſe Iſidi, & Oſiridi in conſilio; & cùm in expeditionem Oſiris iret, Mercurium Iſidis conjugis ſuæ Domi reliquiſſe. Utcumque res ſe habeat, hoc unum certum eſt, profanas literas, non primùm Moyſen Ægyptiis tradidiſſe. Id quod etiam indicat ſacra Actorum hiſtoria cap. 7. ubi Beatus Stephanus de Moyſe dicit: *Et eruditus eſt Moyſes omni ſapientiâ Ægyptiorum*. Non ergo ipſe attulit Ægyptiis ſapientiam, ſi in Ægyptiorum ſapientia fuerat eruditus: præceſſerat ergo ſapientia apud Ægyptios, à quibus Moyſes fuerat eruditus.

34. Cæterùm ad iſtas opiniones non deſcendit Noetus, qui ſe ipſum Moyſem fuiſſe fabulabatur, fratrem verò ſuum Aaronem, quemadmodum & veri Moſis frater verus fuerat Aaron: ſed unde hanc dementiam hauſiſſe potuit, certè nonniſi ex illa opinione, quâ quidam putarunt Moyſem nequaquam mortuum eſſe, ſed dumtaxat translatum, quemadmodum de Enoch & Helia ſacra narrat hiſtoria. Quâ ſtante opinione, potuit fingere ſe fuiſſe Moyſen à loco translationis reverſum, ut Mundo novam annunciaret doctrinam, ut ita tanti viri auctoritate facilè in ſuam Sectam incautos trahere poſſet. Et quidem pro opinione aſſerente Moyſen non mortuum, ſed translatum fuiſſe, ab aliquibus citantur Ambroſius lib. 1. de Cain cap. 2. Nyſſenus in vita Moyſis, & Hilarius can. 17. in Matthæum. Etenim Ambroſius agens de Moſe, ait: „ Mortuus eſt igitur per verbum Dei, ut ait Scriptura, non ſecundùm verbum: ut advertas non nuncium mortis, ſed gratiæ munus expreſſum, qui translatus magis, quàm derelictus eſt, cujus nemo novit ſepulturam. Quis enim in terrenis reliquias ejus potuit deprehendere, quem ſecum eſſe Dei Filius in Evangelio demonſtravit? „ Nyſſenus verò obſcurius loquitur. in fine autem Vitæ Moſis, ante myſticam interpretationem ait: „ Ita geſtis aſcendit in altum Moyſes montem, & procul repromiſſam majoribus ſuis terram ſpeculatus, humanam vitam exivit, itaut nihil in terris hujus migrationis ſuæ ſignum relinqueret. „ Hilarius verò potiùs reſurrexiſſe Moſem innuere videtur, quàm non mortuum, cùm loco cit. dicat: *Simulque ut & humanis corporibus decreta eſſe reſurrectionis gloria docetur, cùm Moyſes conſpicabilis adſtitiſſet*.

35. Utcumque tamen allegati Patres ſentiant, verior eſt ſententia aſſerens reverà mortuum eſſe Moyſen non translatum, mortuum utique & ſepultum, ut in terminis loquitur Scriptura Deutronomii cap. ult. verſ. 5. *Mortuuſque eſt ibi Moyſes Servus Domini, in terra Moab, jubente Domino, & ſepellivit eum in Valle Terræ Moab contra Phoger, & non cognovit homo ſepulchrum ejus uſque in præſentem diem*. Quòd verò ignotum fuerit ſepulchrum ejus, non infert non fuiſſe ſepultum, aut fuiſſe translatum, cùm apertis verbis Scriptura ſepultum dicat. Ut autem ait Philo Judæus in lib. ult. de Vita Moſis, ad gloriam Moyſis pertinet, quòd ſepultus ſit in tam admirando Sepulchro, ut nullus hominum dignus fuerit unquam illud conſpicere. Providentia Dei factum eſſe, ſcribit Chryſoſtomus homil. 5. in cap. 1. Matthæi, ut illius Sepulchrum ignoraretur, & quòd non fuerit ingreſſus in terram promiſſionis, nè ſcilicet Judæi proni ad Idololatriam Deo vero relicto, Moyſen ipſum ut Deum adorarent: „ Nequaquam, *inquit*, utilis in illam terram Sancti Moſis fuiſſet ingreſſus, & qui omninò plurimos Judæorum in maximam erroris ruinam ſupplantare valuiſſet. Si enim quia per illum fuerant de ſola Ægypto liberati, relicto Deo,

„ tan-

„ tantummodo Moſen requirebant, ipſius „ eſſe prorſus cuncta illa beneficia credentes. Hunc ſi introductorem quoque in „ terram repromiſſionis habuiſſent, in quæ „ non illi impietatis prærupta cecidiſſent? „ Ut igitur omnis hujuſmodi amputaretur „ occaſio, ipſum quoque ejus eſt occultatum ſepulchrum. „ *Hactenus Chryſoſtomus*.

36. Legimus autem lib. 4. Reg. cap. 18. à Judæis Idololatris adoratum fuiſſe Serpentem æneum, quem Moyſes in deſerto erexerat, cujus aſpectu à ſerpentum morſibus vulnerati ſanabantur: quantò ergo magis ipſum Moyſis corpus fuiſſet ab iiſdem adoratum, ſi eis cognitum fuiſſet. Certè Diabolus non alia de cauſa manifeſtare conabatur Moyſis corpus, niſi ut ita Idololatras efficeret Judæos, quam occaſionem adimere volens Archangelus Michael, reſtitit Diabolo, & conatum illius repreſſit, ut innuit Judas in ſua Catholica Epiſtola num. 9. per illa verba: *Cùm Michael Archangelus cum Diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus judicium inferre blaſphemiæ*. Conabatur Satan, quòd in terram promiſſam corpus aſportaretur Moyſis, ut cunctis palam fieret Judæis, & ita ad Idololatriam illos traheret, prout exponunt univerſi Patres, & ſacri Interpretes, ſed reſtitit Michael. Patet ergo Moſem non fuiſſe translatum, ſed mortuum & ſepultum. Mortuus eſt cùm eſſet annorum centum & viginti; ut præcitato loco Deuteronomii ſcriptum eſt: *Moyſes centum & viginti annorum erat quando mortuus eſt: non caligavit oculus ejus, nec dentes illius moti ſunt*. Mortuus quoque eſt Aaron frater Moyſis, ut habetur lib. Num. cap. 20. verſ. 29. & Deuteronom. cap. 10. verſ. 6. *Aaron mortuus, ac ſepultus eſt*. Et cap. 32. verſ. 50. *Sicut mortuus eſt Aaron frater tuus in Monte Hor*. Si ergo mortui ſunt Moyſes, & Aaron, ſtultè Noëtus ſe Moyſen proclamavit, & fratrem ſuum Aaronem eſſe affirmavit. Irridenda eſt magis hujuſmodi dementia, quàm diutiùs refutanda.

COLLATIO

Hæreſum Noëti, cum Hæreſibus quorundam Recentiorum Hæreticorum.

37. PLURA adduximus recentiorum Hæreticorum exempla, qui Sanctiſſimæ Trinitatis Myſterio adverſati ſunt, primâ parte, in collat. Hæreſis IV. Simonis Magi. Proinde pauca addenda erunt pro collatione hæreſis primæ Noëti. Sectarii in Anglia de Anno 1540. & ſeq. apud Georgium Hornium in ſua Eccleſiaſtica hiſtoria Period. 3. art. 3. inter alias, quas docuerunt blaſphemas propoſitiones, duæ referuntur prorſus concordantes cum doctrina Noëti, quarum prima eſt 24. quæ ſic ſe habet: *In unitate Dei*

non eſſe Trinitatem, altera eſt 25. *non tres perſonas eſſe in Deo*, *ſed tantùm tria officia*. Ut porrò in terminis oſtenderent ſe hæreſim Noeti renovaſſe, in propoſitione 26. dicunt: *Unam tantùm in Deo eſſe perſonam*. Joannes Crellius Racoviæ in Polonia Miniſter, eandem reſtauravit hæreſim edito libro, cujus argumentum eſt, demonſtrare, unicum & ſingularem eſſe non eſſentiâ ſolùm, ſed etiam perſonâ Deum verum, ac ſummum, qui eſt Pater Domini Noſtri Jeſu Chriſti: hunc ipſum verò nullâ aliâ conſtantem naturâ, præterquàm humanâ, prout refert Petavius Tom. 2. Theolog. Dogmat. lib. 3. de Trinitat. in Proœmio. Porrò poſt Michaelem Servetum, Valentinum Gentilem, Blandratam, alioſque citat. in Collat. Hæreſis IV. Simonis; Fauſtus Socinus, Blandratæ, ac Stephani Poloniæ Regis auctoritate fretus, ejuſdem impii dogmatis in eodem Poloniæ regno patrocinium ſuſcepit, ut idem Petavius loco cit. §. 2. refert.

38. De Socino ſcribit Hornius ſupra cit. Periodo 1. Art. 1. num. 42. Alium fuiſſe Lelium Socinum, alium Fauſtum, licèt ejuſdem progeniei. De Lelio autem hæc ſcribit: „ Lelius Socinus clariſſimi Mariani Socini „ Senenſis Juris Conſulti filius Genevam & ipſe delatus, Joanne Calvi- „ vino familiariter utebatur, clam verò Samoſateuianiſmum, & Photi- „ nianiſmum fovebat, ac novis argumentis incruſtabat. Quæcumque ne- „ pos ejus Fauſtus Socinus dogmata edidit, ea præmeditata à patruo ſuo, „ & conſignata accepit. Tiguri conſcripſit Tractatum ſub nomine Marti- „ ni Bellii, quo oſtendere conabatur, Servetum injuſto ſupplicio affectum. „ Emiſit etiam Commentarium in caput 1. Joannis, quo fundamenta So- „ cinianiſmi totius jecit, ejuſque interpretationem hodieque ſequuntur om- „ nes Sociniani. *Subjungit ſub num.* 23. Sed quæ Lelius cœperat, ea ne- „ pos ipſius Fauſtus Socinus abſolvit, & in publicam lucem protulit, „ peculiari Sectâ conditâ, quam Socinianam appellant. „ Denique poſt pauca, Fauſti Socini dogmata recenſet, quæ fuiſſe ſcribit. I. *Deum ut eſſentiâ*, *ita perſonâ unum eſſe*. II. *Chriſtum non eſſe Filium Dei naturalem*, *ita tamen dici propter conceptionem ex Spiritu Sancto*, *officium Divinum*, *ac Reſurrectionem*. III. *Spiritum Sanctum non eſſe Deum*, *nec Perſonam*, *ſed Virtutem Dei*, *ac donum gratiæ*.

COLLATIO

Hæreſis II.

39. David Georgius, etſi non Moyſen ſe eſſe diceret, ſe tamen Meſſiam eſſe jactabat, de quo idem Hornius ſub. num. 38. hæc ſcribit. „ David Georgius Batavus Delphenſis, qui ſe verum eſſe „ Meſſiam jactabat, non ex carne, ſed Spiritu Sancto, vel Spiritu Jeſu „ Chriſti eſſe conceptum. Doctrinam Moſis, & Chriſti, & Apoſtolorum „ imperfectam, & inutilem, ſuam verò perfectam, & ad æternam ſalu- „ tem conſequendam idoneam eſſe: adeoque ſe eſſe illum Spiritum San- „ ctum, in quem qui peccat, ejus peccati nullam eſſe condonationem. „ Dicebat, Trinitatem eſſe tres excellentes Mediatores, Moſen, Chri- „ ſtum, & Chriſtum Davidis; Chriſtum Moſe, Chriſto Davidem eſſe ſu- „ periorem. „ *Hæc Hornius*. Concordat ergo in doctrina cum Noëto, in

eo

eo quòd Divinas adimat in Deo perſonas, & affinis eſt ei, per hoc quòd fingat ſe non hominem vulgarem eſſe, ſed Chriſtum. Cæterùm ſimiles Noëto impoſtores non defuerunt, ut enim ſcribit Stanislaus Reſcius in Phalariſmis Evangelicorum pag. mihi 452. diverſis in locis prodierunt Impoſtores, anno maximè 1554. de quibus ſic ſcribit. „ Hoc 1554. anno, „ fuit quidam Pariſiis, qui ſe Joannis Apoſtoli, & Evangeliſtæ mente „ perfuſum diceret. Porrò & Baſileæ, & Pariſiis viſus eſt, qui Genio „ Petri Apoſtoli, ſe duce frui contenderet. Alius quoque Baſileæ aſſe- „ rere non dubitavit, ſe Moſis Angelum habere, prædixitque Regem „ Galliæ ante menſis Junii initium, Proteſtantium dogma recepturum. *Hæc Stanislaus Reſcius*, qui & pag. 444. narrat de altero impoſtore, qui dicebat ſe à Spiritu Sancto miſſum, ut Rex fieret, ſicut David, Iſrael & Juſtitiæ, agens enim de Anabaptiſtis, qui ſe in Civitate Veſtphaliæ Monaſterienſi inſinuarant, poſt aliqua ait: „ Eorum præcipuus „ Propheta Joannes à Leidis oppido Hollandiæ, artificio Sartor, poſt „ oppugnationem ab Epiſcopo fruſtrà tentatam, ſuis perſuaſit, Deum ſi- „ bi per Spiritum mandaſſe, ut Rex fieret Iſrael & Juſtitiæ, ſicut Da- „ vid fuerat, ac toti dominaretur Orbi, perderetque omnem poteſtatem „ tum Sæcularem, tum Eccleſiaſticam, & nemini parceret niſi iis, qui „ ſuam reciperent fidem, fierentque ſubditi Juſtitiæ.

Digitized by Google

CAPUT XV.

SIVE XXXVII.

De Valeſiis, ac Valeſianis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1. *VALESII ſe ipſos caſtrant & Hoſpites ſuos, hoc modo exiſtimantes Deo ſe debere ſervire. Alia quoque hæretica docere dicuntur & turpia: ſed quæ illa ſint, nec ipſe commemoravit Epiphanius, nec uſpiam potui reperire.*

COMMENTARIUS HISTORICUS.

2. VALESII *ſe ipſos caſtrant*) Valeſios à Valente, hujus Sectæ auctore dictos, tradit Epiphanius in hæreſi 58. undè Nicetas lib. 4. Theſaur. Orthodox. hanc hæreſim, non Valeſiorum, ſed Valentiorum appellat. Alii porrò ex operatione, Eunuchorum Sectam dixerunt, non attento Auctoris nomine, ſed geſtis illorum dumtaxat ſpectatis. Hunc Valentem genere Arabem fuiſſe autumat Epiphanius, ex quò hujus hæreſis ſectatores in Bacathis Philadelphenæ Provincia in Arabia ultra Jordanem ſedem ſuam haberent: „ Sæpenumerò, *inquit*,
„ de Valeſiis audivimus, ita tamen ut de
„ illorum authore Valente, ubinam in gen-
„ tium fuerit, quæ illius dicta, quæ præ-
„ cepta, ac ſermones extiterint, nondum
„ comperire potuerimus. Quanquam ex
„ ejus nomine, quod Arabicum eſt, non-
„ nulla nobis ſuſpicio eſt, in eâdem illum
„ opinione fuiſſe, atque ipſius hoc tempo-
„ re verſari ſectam, quam eſſe nonnullo-
„ rum diximus, qui in Bachatis Philadel-
„ phenæ Provinciæ ultrà Jordanem habitant.
Hactenus Epiphanius. Damaſcenus quoque idem adnotat in lib. de hæreſibus, inquiens; *Valeſii quantùm ſuſpicamur, ij ſunt qui Bacathum metrocomiam, ſeu primarium vicum Philadelphiæ Arabum incolunt*. Et Nicetas rotundis verbis ſcribit. *Valens quidam Arabs natione fuiſſe fertur, ex quo evenit, ut ejus hæreſis in Bacathis pullularet*. Verùm & ab incolis illius loci, qui hanc hæreſim ſectabantur, Gnoſticos fuiſſe nuncupatos, ſubjungit Epiphanius, licèt reverà Gnoſticos minimè fuiſſe adſerat.

3. De tempore, quo hæc hæreſis primùm emerſerit, nihil certi apud antiquos colligi poteſt, pauci de hac ſecta ſcripſerunt, proinde multa in obſcuro latent. Sunt tamen, qui exiſtimant ab Origene initia deſumpſiſſe, qui auſus fuit ſe ipſum evirare, ut ſcribit Euſebius lib. 6. hiſtor. cap. 8. & tradunt communiter antiqui Patres; vel ſaltem ex ejuſdem Origenis facto, non modicum accepiſſe fomentum: unde Ricciolius par. 3. Chronol. Reform. Catal. 2. poſt Origenis hæreſim collocat Valeſianos, ſub anno Domini CCXLIX. Et Lambertus Danæus in opuſculo de hæreſibus cap. 37. apertè hanc tuetur opinionem, inquiens: „ exti-
„ tiſſe verò, & primùm innotuiſſe videtur
„ poſt Origenem, cujus ſæculo variè per
„ univerſam Arabiam hæreſes ortæ ſunt,
„ quemadmodum ex hiſtoriis apparet, &
„ cujus etiam exemplo Valeſii ſuam fortaſ-
„ ſe ſententiam, & errorem confirmarunt.
Deinde enarrans Origenis evirationem, quemadmodum refert Euſebius ſtatim ſubjungit:
„ Quod Origenis factum hi fortaſſe ſequuti,
„ in omnibus Chriſtianis idem locum ha-
„ bere voluerunt. Undè niſi me fallit conje-
„ ctura, hujus hæreſis ortus ſub Anthero
„ Romano Epiſcopo, & Juliano Philippo
„ Imperatore collocandus eſt, circà annum
„ à Chriſto paſſo CCXVI. „ *Hactenus Lambertus Danæus*. Et ita Ricciolius circà hujus hæreſis exordium concordat cum Danæo.

Sunt

Digitized by Google

4. Sunt qui ad Juſtiniani tempora ſimilem referunt hæreſim exortam inter Abaſgorum Gentem ad Euphratem ſitam, quæ ut plurimum ſe hoſpiteſque ſuos caſtrabat, ut ex Procopio ſcribit Evagrius lib. 4. hiſt. cap. 22. Verùm ex ipſo Evagrii textu liquet, hanc non fuiſſe hæreſim, nec Chriſtianorum ſectam, ſed Barbarorum & Ethnicorum conſuetudinem, ut ita caſtrati majoris pretii efficerentur apud Mercatores: ait ergo Evagrius: „ Refert præterea idem Scri„ ptor, Abaſgos per idem tempus ad man„ ſuetiorem cultum translatos, Chriſtianam „ Religionem ſuſcepiſſe, & Eunuchum quen„ dam Palatii, Euphratam nomine, qui „ natione Abaſgus erat, ab Imperatore Ju„ ſtiniano ad eos miſſum eſſe, qui interdi„ ceret, nè cuiquam deinceps in ea gente „ virilia ferro abſcinderentur, neve vis in„ ferretur naturæ. „ *Hæc Evagrius*. Ex quo ſatis conſtat hujuſmodi gentem in infidelitate tantùm, barbaram hanc ſervaſſe conſuetudinem; ſed ſide receptâ, ipſius Juſtiniani juſſu, ſtatim abolitam.

5. Conjecturæ Danæi obſtant Canones Apoſtolorum, ſive primitivæ Eccleſiæ, ubi contra ſe ipſos abſcindentes plura leguntur ſancita, ut canone XXII. *Si quis abſcidit ſemetipſum, ideſt, ſi quis amputavit ſibi virilia, non fiat Clericus; quia ſui ipſius homicida eſt, & Dei conditionis inimicus*. Et canone XXIII. *Si quis cùm clericus fuerit, abſciderit ſemetipſum, omninò damnetur: quia ſuus eſt homicida*. Et canone XXIV. *Laicus ſemetipſum abſcindens, annis tribus communionis privetur, quia ſuæ vitæ inſidiator exiſtit*. Hos autem Canones editos eſſe occaſione hæreſis Valeſiorum probat Guilielmus Beveregius in notis ad eoſdem, & hos violaſſe Origenem ſe evirando demonſtrat. & nos ſuo loco, ubi de Origene, diffuſiùs oſtendemus. Itaque ſi Canones allegati editi ſunt adversùs Valeſiorum hæreſim, & Origenes poſt editos illos ſe caſtravit, ſequitur hanc hæreſim præceſſiſſe factum Origenis; unde non potuit ſua ab Origene deſumpſiſſe initia. Non ergo quid certum hac in re mihi ſtabiliendum videtur: veriſimile eſt proximam fuiſſe hæreſi Noëti, & circa eadem emerſiſſe tempora.

6. De Valeſiorum moribus nihil aliud ſcriptum legitur, niſi uniuſcujuſque illorum caſtrationem, non enim in ſuam ſocietatem admittebant viratos homines, & neminem in ſuam diſciplinam recipiebant, quamdiù nondum exſecta virilia fuerant. Hoſpitibus quoque ad ipſos divertentibus idem faciebant, renuentes verò vinculis, & manicis alligatos, vi evirabant. Ante evirationem nemini licuiſſe de animatis comedere, tradit Epiphanius, conceſſo poſtea quovis ciborum genere. „ Quemcumque verò, *ait Epiphanius*, in ſuam diſciplinam receperint, „ quandiù nondum ei exſecta virilia ſunt, „ ab animatis abſtinet. Poſteaquàm autem, „ ſive illi perſuaſerint, ſive violenter exſe„ cuerint, tum demùm, quaſi ab omni cer„ tamine liber, atque extra periculum omne „ poſitus, nè ciborum uſu ad libidinum vo„ luptates inflammetur; quodcumque cibo„ rum genus permittitur. „ *Hæc Epiphanius*. qui poſtea referens violentiam, quam Hoſpitibus inferebant, ſubjungit: „ Neque verò „ ſuos eo modo dumtaxat afficiunt, ſed „ etiam peregrinos ſæpe tranſeuntes, & ad „ ſe ſe divertentes, quemadmodum frequenti „ de illis rumore ſpargitur. Hos enim in„ tus correptos, & manicis, ac vinculis „ alligatos, violenter membris ſuis mutilant. Sic Epiphanius, & idem refert Nicetas lib. 4. Theſauri cit. agens de horum hæreſi, inquiens: „ Hominem autem quemcumque „ ſuis ritibus, & cæremoniis initiandum ſu„ ſceperint, nullis animatis veſci permit„ tunt, quandiù pudenda habuerit. Qui„ bus ablatis, perſuaſo jam, vel coacto „ diſcipulo, liberè tum, & ex animi ſen„ tentia quidquid arriſerit edere permit„ tunt, quia jam, ut ipſi ajunt, à certa„ mine liber & expeditus eſt. Necamplius „ eum in pathicam libidinem ciborum de„ liciis deſpumaturum ſuſpicantur. Nec hos „ dumtaxat his adficiunt modis, ſed & ſi „ quis tranſeuntium ad eos divertat, illum „ intrò revinctis à tergo manibus abripiunt, „ tumque vi pudendas partes exſecant. *Hactenus Nicetas*. Ab exordio ſui, qui hanc Sectam profitebantur, nondum cogniti, in communione Catholicorum tenebantur; verùm cognitâ eorum deteſtandâ hæreſi, ejecti & ſegregati fuerunt, prout tradit idem Epiphanius, ſcribens: „ Principio „ itaque Eccleſiam plerique frequentabant, „ quod eò uſque tenuit, donec amplificatâ, diffusâque illorum inſaniâ, ab Eccleſiæ „ conſortio ſegregati ſunt.

COM-

COMMENTARIUS

Dogmaticus,

7. E*T ſe ipſos caſtrant*) Cauſam hujuſmodi evirationis adſert S. Auguſtinus in Textu, quia nimirum hoc pacto putabant eſſe Deo ſerviendum: *Hoc modo exiſtimantes*, ait, *Deo ſe debere ſervire*. In ea verſabantur ſententia, neminem poſſe ſalutem conſequi, nec pervenire ad regnum cœlorum, niſi qui ſe caſtraverit propter regnum cœlorum: nam Dominus ait Matthæi cap. 19. *Et ſunt Eunuchi, qui ſe caſtraverunt propter Regnum cœlorum*. In hanc quoque ipſorum dementiam trahebant verba ejuſdem Domini cap. 18. *Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te; abſcinde eum, & proiice abs te: bonum tibi eſt ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quàm duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te; bonum eſt tibi cum uno oculo in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in ignem æternum*. Literaliter autem hanc ſententiam accipientes, ad omnia membra extendebant, & maximè ad virilia, propter carnis ſomitem, quæ prorſus amputanda volebant, ad evitandam carnalis copulæ maculam, exiſtimantes ſine hujuſmodi abſciſſione impoſſibile, poſſe quenquam ſalutem conſequi. Et hic ſuit hujus Sectæ palmaris error.

8. Ex hoc, & alterum dogma conſequi neceſſe eſt, ut nimirum abominabiles apud eos forent nuptiæ, & illicitæ: ſi enim eviratio neceſſaria erat, in eorum ſententia, ad ſalutem conſequendam, ergo non evirati & habentes uxores, non erant, ſecundùm ipſos, ſalutem conſecùturi; ſicque malæ nuptiæ, & abominabiles. Ineptè tamen Danæus loco cit. cælibatum Clericorum & Monachorum, fundamentum deſumſiſſe ab ejuſmodi Valeſiorum dogmate dicit. Non enim Eccleſia Catholico-Romana nuptias damnat, aut illicitas proclamat: laudat Virginitatem, non damnat nuptias. *Non eſt detrahere nuptiis, cùm illis Virginitas antefertur*, ſcribit S. Hieronymus Epiſt. 18. ad Euſtachium, de Cuſtodia Virginitatis. *Nemo malum bono comparat*. Et inſra. *Laudo nuptias, laudo conjugium, ſed quia mihi Virgines generant*. Nemo enim cogitur ad virginitatem, & caſtimoniam ſervandam, ſed qui ſervat majorem mercedem accipit, ut idem Hieronymus ibidem docet, inquiens: *Quare ergo non habet Domini de Virginitate præceptum? Quia majoris eſt mercedis, quod non cogitur, & offertur. Quia ſi fuiſſet Virginitas imperata, nuptiæ videbantur ablatæ*. Videatur idem Hieronymus lib. 1. adversùs Jovinianum.

9. Alia hæretica docuiſſe Valeſianos, tradit S. Auguſtinus, ea tamen ſibi non conſtare ſatetur, cùm neque apud Epiphanium, aut alium Scriptorem legantur expreſſa. *Alia quoque hæretica*, inquit, *docere dicuntur, & turpia, ſed quæ illa ſint, nec ipſe commemoravit Epiphanius, nec uſpiam potui reperire*. Damaſcenus verò ſcribit, inter alia hæretica, legem reſpuiſſe, & Prophetas. *Docent etiam alia nonnulla*, inquit, *Hæreſeos plena, reſpuentes Legem, & Prophetas: nec non alia quædam turpia facinora inducentes*. Addit Nicetas choniates, Valeſios de Principiis, & Poteſtatibus idem ſenſiſſe cum Archonticis, & Sethianis. *Eadem itaque*, ait, *Valentii quoque de Principiis, & Poteſtatibus, cum Archonticis, Sethianis, & cæteris hujus farinæ, ſentiunt*. Indicat & Epiphanius per illa verba: *Ac de Principatibus, & Poteſtatibus, cæteriſque hunc in modum ſentiunt*.

10. Danæus more ſuo calumniatur Eccleſiæ Romanæ Presbyteros de incontinentia, propter cælibatum cui ſunt adſtricti, attendens enim verba illa Auguſtini, *alia quoque hæretica docere dicuntur, & turpia*, pro tertia hæreſi Valeſiurum conſignat, quòd *multa turpia, & inhoneſta fieri concedant*, & inde ſubjungit: „ Quod omninò conſequi neceſſe eſt. Nàm qui conjugium, quod a Deo „ inſtitutum eſt, damnat, is omnem incon„ tinentiam, & ſornicationem toleret, & „ permittat neceſſe eſt. Id quod videmus ac„ cidiſſe in Papatu, ubi Presbyteris legi„ tima conjugia non licent, ſædiſſima autem „ ſtupra conceduntur. „ Quibus verbis duo mendacia profert, unum quòd admiſſo cælibatu, neceſſariò toleranda ſit ſornicatio, toleranda quoque incontenentia: nàm cunſtat tot Sanctiſſimos Eccleſiæ viros, totque Sanctas Virgines cælibes vixiſſe, nec toleraſſe incontinentiam, nec ſornicationem. Non ergo ſequitur ex cælibatu voluntariè ſelecto, quòd neceſſariò toleranda ſit ſornicatio, & incontinentia. Alterum verò, quòd in Papatu propter Presbyterorum cælibatum concedantur ſtupra. Eccleſia omnem ſæditatem carnis deteſtatur. Si qui verò Preſbyteri vitam cælibem profitentes, forte labuntur, eos punit Eccleſia, ut ex Sacris Canonibus hac de re editis, tum in Provincialibus, tum in Generalibus ſynodis, cautum eſt. Non enim apud Danæi aſſeclas, & qui ejusdem cum Danæo ſunt Religionis, permiſſa eſt uxorum pluralitas ſimul: numquid igitur per hoc conceditur impunè alienas violare uxores? certè quòd non, ſed ſi quis labitur, punitur. Hoc pacto accidit Presbyteris, quibus conjugia non ſunt permiſſa: ſi ſtupra committunt, ſi fornicantur, ſeverè puniuntur: non

enim

enim impunè talia flagitia ſunt eis conceſſa.

11. Denique licèt Valeſiani plures hæreſes habuerint, ut quòd legem, & Prophetas repudiaverint, & quòd de Principatibus, & Poteſtatibus ſimilia prioribus hæreſibus docuerint, & quòd rurpia licita eſſe voluerint; tamen, cùm omnia hæc examinata, & refutata ſuerint in ſuperioribus; quod proprium, & palmare Valeſiorum dogma ſuit, tantùm in præſentiarum erit à nobis conſiderandum, nimirum.

I. Neminem poſſe in Regnum cælorum pervenire, niſi ſe Eunuchum fecerit, & reipsâ virilia exſecuerit.

Ex hoc dogmate utique, ut dicebamus, & alterum ſequitur, quòd nimirum abominabiles ſint nuptiæ, & prorſus illicita connubia: verùm de hac hæreſi plura in ſuperioribus diximus, quæ neceſsè non eſt ut iterum repetantur.

COMMENTARIUS

In banc Hæreſim.

12. NEminem poſſe) Scribit S. Baſilius in libro de vera Virginitate, Diabolum non minùs animi quàm corporis inimicum, authorem evirandi homines extitiſſe: „ Conſtat enim profectò, *inquit* „ Dæmonis artem, & inventionem id opus „ eſſe. Nam quos prior ætas apud Gentiles „ prodidit, cos modò apud nos quoquè „ prodiiſſe monſtratum eſt, caſtitatiſque nomen, „ & tunc apud illos, & modò apud „ nos, hujuſmodi abſciſſione contra naturæ „ jura inveniſſe. *Hæc Baſilius*. Primam tamen, quæ hoc Dæmonis inventum executionl demandavit, Semramidem ſuiſſe Auctor eſt Ammianus Marcellinus lib. 14. de Conſtantio, & Gallo, inquiens: „ Ut, quaqua „ inceſſerit quiſquam cernens mutilorum „ hominum agmina, deteſtetur memoriam Semiramidis „ Reginę illius veteris, quę teneros „ mares caſtravit omnium prima, velut vim „ injectans naturæ, eandemque inſtituto curſu „ retorquens, quæ inter ipſa oriundi crepundia, „ per primigenios ſeminis fontes, „ tacitâ quodammodo lege vias propagandæ „ poſteritatis offendit.

13. Hac itaque dc cauſa etiam Gentilibus Eunuchi ſuerunt exoſi, adeout Aelius Lampridius in Alexandro Severo ſcribat, hujuſmodi eviratos homines eſſe Reipublicæ cladem, Principum circumſcriptores & perditores, undè & ipſum Alexandrum Severum vel maximè commendat, quòd Eunuchos nec in officiis habuerit, nec in miniſteriis. „ Huc accedit, *ait*, quòd Eunuchos „ nec in conſiliis, nec in miniſteriis habuit, „ qui ſoli Principes perdunt, dùm eos more „ Gentium Perſarum volunt vivere, qui „ à populo etiam amiciſſimum Principem ſemovent, „ qui internuntii ſunt, aliud quàm „ reſpondetur ſepè referentes, claudentes „ Principem ſuum, & agentes ante omnia „ nè quid ſciat. Qui cùm empti ſint, & pravi „ ſuerint, quid tandem poſſunt boni ſapere? Hæc Lampridius, qui pariter ſcribit, quotquot Eunuchos ab Eliogabalo in Aula retentos ejeciſſe Alexandrum, atque amicis ſuis dono dediſſe, datâ eis poteſtate, etiam ſine Prætoris aſſenſu morti addicendi, ſi ad bonos mores non rediiſſent: „ Eunuchos, *inquit*, quos Eliogabalus, & in „ conſiliis turpibus habebat, & promovebat, „ donavit amicis, addito elogio, ut ſi „ non rediiſſent ad bonos mores, eoſdem „ liceret occidi ſine authoritate Judicii. Tàm huic Principi ſuerunt exoſi, ut tertium genus hominum eos diceret, nec videndum, nec in uſu habendum à viris, ſed vix à fœminis nobilibus. Scribit Porrò Caſſiodorua in Chronic. Domitianum ſub IV. ſuo Conſulatu, & III. Rufi, Eunuchos fieri proibuiſſe. Idem refert Ammianus Marcellinus lib. 18. laudans in hoc Domitianum, licèt aliunde turpiſſimum Principem: „ Horum, & ſimilium „ tædio, *inquit*, juvat veterem laudare „ Domitianum, qui licèt patri, fratrique „ diſſimilis, memoriam nominis ſui inexpiabili „ deteſtatione perfudit; tamen receptiſſimâ „ inclaruit lege, quâ minaciter interdixerat, „ nè intra terminos juriſdictionis „ Romanæ caſtraret quiſquam puerum. „ Et Svetonius in Domitiano ait: *Caſtrari mares vetait; Spadonum, qui reſidui apud Mangnones erant, pretia moderatus eſt*. Hinc Euſebius in Chronico, hoc Domitiani edictum conſignat ſub anno Domini LXXXIV. Anno III. Olympiad. CCXV. qui fuit Imperii ipſiua annus IV.

14. At poſt Domitianum eandem legem confirmavit Hadrianus, ut habetur lib. 48. Digeſtorum Titul. 8. Ad legem Corneliam dè Sicariis, & Veneficis, ubi Hadriani reſcriptum ſic ſe habet: „ Conſtitutum quidem „ eſt nè Spadones fierent, eos autem qui „ hoc crimine arguerentur, legis Corneliæ „ pœnâ teneri, eorumque bona, meritò fiſco „ meo vindicari debere. Sed in ſervos, qui „ Spadones ſecerint, ultimo ſupplicio animadvertendum „ eſſe: & qui hoc crimine „ tenentur, ſi abſuerint, de abſentibus quoque, „ tanquam lege corneliâ teneantur, „ pronunciandum eſſe. Planè, ſi ipſi, qui „ hanc injuriam paſſi ſunt proclamaverint, „ audire eos Præſes Provinciæ debet, & qui „ virilitatem amiſerunt. Nemo enim liberum, „ ſervumve invitum, ſinentemvę caſtrare de- „ bet:

„ bet: nec quis ſe ſponte caſtrandum præ„ bere debet. At ſi quis adverſùs edictum „ meum fecerit, Medico quidèm qui excide„ rit, capitale erit: item ipſi, qui ſe ſpon„ te excidendum præbet. *Hoc tenus Hadriani reſcriptum*. Hujus legis meminit Juſtinus Martyr in Apol. 11. ad Antoninum Pium, ubi Chriſtianis à Gentilibus irrogatam calumniam, quòd promiſcuos concubitus exercerent, defendens, exemplum affert chriſtiani Juvenis Alexandrini qui ut caſtè viveret, libellum Felici Præſidi obtulerat, petens ut permitteret ſe à medico caſtrari, quia lege cautum erat, ſine Præfecti aſſenſu, nemo auderet quempiam abſcindere: „ Jamque extitit, *inquit*, quidam ex no„ ſtris, qui ut vobis perſuaderet, non eſſe „ nobis Sacrum, & Myſterium obſcenum, „ & impudicum concubitum, libellum Felici „ Præfecto Alexandriæ obtulit, petens, ut „ Medicum ſineret teſtes ſuos præcidere (Hoc „ enim ſine Præfecti permiſſu fieri nefas eſ„ ſe, Medici qui illic erant aſſeverabant.) „ Cùmque Felix hoc nullo modo vellet con„ cedere, adoleſcens in ſententia permanens, „ & in ſua, & in eorum qui idem ſentie„ bant, conſcientia acquievit.„ Et S. Hieronymus in cap. 5. Epiſt. ad Galatas lib. 3. Commentarior. ad illa verba: *Utinam, & abſcindantur, qui vos conturbant*, ad eandem legem fortè reſpicit, dùm ait: „ Tàm enim „ deteſtanda eſt abſciſſionis paſſio; ut, & „ qui invitis eam intulerit, legibus publi„ cis puniatur; & qui ſe ipſum caſtraverit, „ infamis habeatur.

15. Deinde poſt hæc Juſtinianus Imperator Novellâ ſuâ Conſtitutione 142. *Titul. 25. De his qui Eunuchos faciunt, Authenticorum Collatio. 9. cap.* 1. „ Sancimus, *inquit*, „ ut qui in quocumque Reipublicæ noſtræ „ loco, quamcumque perſonam caſtrare præ„ ſumunt, aut etiam præſumpſerint: ſiqui„ dem viri ſunt, quòd hoc facere præſum„ pſerint, aut etiam præſumunt; idem hoc „ quod aliis fecerunt, & ipſi patiantur. Et „ ſi incolumes evaſerint: tàm bona eorum „ addicantur fiſco per eum, qui pro tem„ pore Magiſtratum obit gloriæ tuæ: quam „ ipſi mittantur in gypſum, ubi locorum „ per omne vitæ ſuæ tempus eſſe debebunt. „ Sin verò mulieres ſint, quæ id egerint, „ afficiantur & ipſæ ſupplicio, & bona ea„ rum per eum, qui pro tempore gerit Ma„ giſtratum tuum, addicantur fiſco, mit„ tanturque in exilium: ut ex quo putave„ rint, aut putant impium ſe lucrum aſſe„ cuturas, ex eo ſupplicia ſimul, & bono„ rum ſuorum amiſſionem ſuſtineant. Por„ rò eos, qui ad hoc mandatum dederint, „ obtulerintve perſonas, aut etiam domos, „ vel locum aliquem ad hoc præbuerint, aut „ præbent, ſive viri ſint, ſive mulieres, „ eadem ſubire ſupplicia jubemus; utpotè „ qui injuſtæ hujus actionis teſtes facti ſunt. *Hæc Juſtinianus Auguſtus*.

16. Hujuſmodi leges honeſtiſſimæ permaximè laudatæ à probis viris fuerunt, & quidem Domitianus, licèt aliundè ſceleſtiſſimus, in hoc maximè extollitur à Martiali, qui Domitiani florebat ætate, ſcribens lib. 9. Epigram. 7.

Tibi ſumme Rheni domitor, & parens Orbis,
Pudice Princeps, gratias agunt Urbes:
Populos habebunt; parere jam ſcelus non eſt.
Non puer avari ſectus arte Mangonis,
Virilitatis damna mæret erepta.

Porrò lib. 7. Epigram. clariſſimè.

Luſus erat ſacræ connubia fallere tædæ:
Luſus & immeritos exſecuiſſe mares.
Utraque Tu prohibes Cæſar: populiſque futuris
Succurris, naſci quos ſine fraude jubes.
Nec Spado jam, nec Mœchus erit, Te præſide quiſquam,
At prius (ò mores!) & Spado mœchus erat.

Accedit & Statius lib. 4. Sylv. in Carmine, cui titulus *Via Domitiana*, ubi de eodem Domitiano canit.

Qui fortem vetat interire ſexum;
Et cenſor prohibet mares adultos,
Pulchrâ ſupplicium timere formâ.

Et lib. 3. ejuſdem operis, in Carmine de Coma Earini Eunuchi ait:

Nondum pulchra Diis clementia cœperat ortu
Intactos ſervare mares. Nunc frangere ſexum,
Atque hominem mutare nefas: gaviſaque ſolos
Quos genuit natura videt, nec lege ſiniſtrâ
Ferre timent famulæ natorum pondera matris.

17. Conſtantinus quoque ante Juſtinianum in reſcripto ad Aurelium Ducem Meſopotamiæ, ut habetur lib. 4. Codic. Titul. 42. ſub capitali pœna vetuit Eunuchos facere: „ Si quis poſt hanc ſanctionem, *inquit*, in Orbe Romano Eunuchos fecerit,

„ ca-

„ capite puniatur: mancipio tali, nec non
„ etiam loco, ubi hoc commiſſum fuerit,
„ Domino ſciente,& diſſimulante confiſcando.
Hæc ibi. Extat etiam Novella 60. Leonis
cognomento Sapientis, quâ pariter inhibetur
hujuſmodi abſciſſio.

18. Et quidem nedum jus Civile adver-
ſatur hujuſmodi Valeſiorum dementiæ, ve-
rùm & ipſum naturæ lumen: nam jus na-
turæ dictat, non eſſe evertendum, quod eſt
à Deo ſapientiſſimè ac providentiſſimè con-
ſtitutum, ejuſque opificium ſervandum eſſe
integrum, ac denique conſulendum eſſe pro-
pagationi, atque humani generis conſerva-
tioni. Hæc omnia pugnant cum exſectio-
ne: ipſa enim exſectio, evertit quod Deus
conſtituit, mutilat Dei opificium, & pro-
pagationi, ac humani generis conſervatio-
ni, directè adverſatur. Et ita naturæ re-
pugnare agnovit Aſſyrius ille Rex apud Lu-
cianum de Dea Syria, qui comperiens Com-
hambum pulcherrimum Juvenem accuſatum
de violato Thalamo cum Stratonice Regina
uxore ſua, ſe exſectum fuiſſe ſuâ propriâ
manu, ad hunc eundem effectum, ne pro-
pter familiaritatem cum præfata Regina, in
ſuſpicionam violatæ fidei veniret; exclama-
vit: „ O' Combambe, cur magnum hoc ma-
„ lum perpetraſti? Cur autem te ipſum in-
„ digno adeo facinore ſolus virorum de-
„ formaſti? Non ita prorſus laudo hæc, ò
„ infelix, qui talia quidem ſuſtinuiſti, qua-
„ lia utinam neque te pati, neque me aſpi-
„ cere unquam contigiſſet. Neque enim iſtâ
„ Apologiâ mihi opus erat. „ *Hæc Aſſyrius
ille*, cui viſum eſt facinus contra jus natu-
ræ commiſſum, à nullo hactenus quem no-
viſſet perpetratum, undè & magnum ma-
lum appellavit, Et apud eundem Lucianum
in Eunucho, ſive Pamphilo, Diocles dicit
Eunuchum à profeſſione Philoſophiæ repel-
lendum, immò & ab omni miniſterio, &
publicis cœtibus: „ Tandem, *ait Lucianus*,
„ Diocles illud ajebat: nefas eſſe, vel co-
„ nari, aut proponere Bagoam, uti cum
„ Philoſophiæ ſtudio, eùmque pulcherrimis
„ illius præmiis commercium haberet, qui
„ quidem Eunuchus eſſet: immò hoc ho-
„ minum genus, non ſolùm ab ejuſmodi
„ contubernio ſecludi oportere, verùm ab
„ ipſis etiam Sacris, ac vaſis puris; bre-
„ viter ab omnibus publicis cœtibus eiici:
„ oſtendens inauſpicatum quoddam & occur-
„ ſu infauſtum ſpectaculum fore, ſi quis
„ mane domo egreſſus vel videat iſtiuſmodi
„ quippiam.

19. Porrò Charicles eod. Luciano Au-
ctore, in Dial. *Amores* ſolo naturæ ductu
deteſtatur hominum evirationem: „ Dixeris
„ verò, *inquit*, eòuſque tyranniceæ violen-
„ tiæ audaciam ipſam progreſſam eſſe, ut
„ jam & ferro naturam ſacrilego quodam
„ modo deprædentur, ac marum virilitate
„ exhauſtâ & exinanitâ, invenerunt volu-
„ ptatis ſupervacaneos, & appoſititios mo-
„ dos. Miſeri autem & illi infelices, ut eò
„ magis pueri ſint, jam ne viri quidem am-
„ plius manent, ambiguum naturæ dupli-
„ cis obſcuramentum, cùm neque ad quod
„ nati ſunt conſerventur, neque id ad quod
„ tranſiere habeant: flos autem ille, qui
„ in juventute adeſt ac manet, in ſenium
„ præmaturum marceſcere ipſos facit. Si-
„ mul enim inter pueros numerantur, &
„ jam conſenuere nullum virilitatis inter-
„ vallum habentes. „ *Hæc ibi*. Sed & Dan-
damis Brachmanes agens cum Alexandro,
apud Auctorem libri de Moribus Brachma-
norum, Ambroſio adſcripti, adeò ſibi con-
tra naturæ jura viſum fuit, quòd homines
caſtrarentur, ut diceret: „ Audivimus quòd
„ à maſculis veſtris partem quandam cor-
„ poris amputatis, in muliebremque ſexum
„ convertere geſtiatis, & quòd ſit apud
„ vos talis homo, qui neque generare, ut
„ vir, neque parere poſſit ut mulier; &
„ qui in ſuum tantùm dedecus, & in ſuam
„ vivat injuriam. Quis talem humani ge-
„ neris prævaricationem, & tam miſerabi-
„ lem caſum, etiam cogitando non doleat?
Hactenus Dandamus. Faciunt & verba Her-
motimi Pedaſenſis turpiter & violenter ab-
ſciſſi à Panionio Chienſe, dum neſandum
hoc ſcelus, apud Erodotum lib. 8. hiſtor.,
illi exprobrat, inquiens: „ O' omnium poſt
„ homines natos ſceleſtiſſimum, qui ex ne-
„ fandiſſima negociatione quæſtum facis.
„ Quid autem ipſe ego, aut meorum quiſ-
„ piam, tibi aut tuorum cuipiam mali fe-
„ cit, qui ex viro neutrum me reddidiſti?
„ Putabas fore, ut quæ tunc machinaba-
„ ris, Deos laterent? Qui juſtâ lege uten-
„ tes, te infandorum opificem tradiderunt
„ in manus meas, ut de pœna tibi irro-
„ ganda queri non poſſis. „ *Hæc Hermoti-
mus*, cùm jam potens eſſet apud Xerſem
Perſarum Regem juſſit Panionium ipſum
caſtrari, ut qui alios caſtraverat, & ipſe
caſtraretur.

20. Liquet ergo quàm exoſa fuerit Va-
leſiorum ſecta, ea peragendo, quæ natura
ipſa vetat, & quæ etiam Gentes abominan-
tur, & ſæviſſimis Principum edictis inter-
dicuntur. Sed quid apud Deum? Etiam
muta animalia, ut indigna à Sacrificio arce-
bantur, ſi exſecta inventa fuerint. Scriptum
eſt in libro Levitici cap. 22. verſ. 24. *Omne
animal, quod vel contritis, vel tuſis, vel ſectis,
ablatiſque teſticulis eſt, non offeretis Domi-
no, & in terra veſtra hoc omninò nè facia-
tis*. Duo enim prohibet Dominus, ne offe-
rantur animalia contrita, vel tonſa, vel ſe-
cta habentia teſticula, primum; alterum nè
filii Iſrael audeant animalium teſticula ſe-

care, quod explicatur per illa verba: *Et in terra veſtra hoc omninò ne faciatis*, & certè propter illam generalem regulsm, fundstam in violatione opificii Dei, & Divinæ ſabricæ, cui veluti cenſorem, & reprehenſorem ſe ſtatuit, qui etiam muti animalis corpus à Deo ſtructum, detruncat, aut mutilat. Et in lib. Deuteronomii cap. 23. verſ. 1. *Non intrabit Eunuchus attritis, vel amputatis teſticulis, & abſciſſo veretro, Eccleſiam Dei*. Sive ſumatur Eccleſia pro cœtu fidelium, juxta illud lib. Num. cap. 20. *Cur eduxiſtis Eccleſiam Dei, in ſolitudinem?* Et lib. Judic. cap. 20. *Omnes anguli populorum, & cuncta Tribus Iſrael in Eccleſiam populi Dei convenerunt*; ſive pro Atrio Tabernaculi, aut Templi; ſtabit quàm exiguam habuerint Eunuchi apud Deum gratiam. Etenim ſi ſumatur pro cætu fidelium, per illa verba srcentur Eunuchi a dignitatibus, & præfecturis obtinendis in Eccleſia, ne aliis præeſſe poſſint, juxta illud Eccleſiaſtici cap. 38. verſ. 38. de Mechanicis Artificibus: *Et non inbabitabunt, nec inambulabunt, & in Eccleſiam non tranſilient. Snper ſellam Judicis non ſedebunt, & teſtamentum judicii non intelligent, neque palam facient diſciplinam & judicium*; prout Cornelins Janſenins exponit. Si autem ſumstur pro Atrio Tabernaculi, vel Templi; magis liquet quàm fuerint Deo ingrsti, quibua etiam ſimplicem ingreſſum in Domum ſusm interdixerat.

21. At modò finem Valeſiorum, de quibus in præſentiarum agimus attendamus; dicebant enim ſervandæ continentiæ grstiâ neceſſariam ſuiſſe evirationem, cùm enim incontinentibus & fornicariis janua regni Cœlorum minimè pateat, juxta Pauli doctrinam, quòd hujuſmodi regnum Dei non poſſidebunt; inferebant, viratos homines non poſſe conſeqni Cœlorum regnum, cùm continentes eſſe non poſſint. Sed proinde continentes dici minimè poſſunt, quia evirati, undè Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædag. cap. 4. „ Eunuchi multi, *inquit*, iique le- „ nones: propterea quòd ſit probsbile eos „ libidini uon poſſe dsre operam, iis qui „ volunt vacare voluptati, inſervientes citra „ ullsm ſuſpicionem. Eunnchns autem ve- „ rus eſt, non qui non poteſt, ſed qui non „ vult dare operam voluptati. „ *Hæc Clemens*. Scriptum eſt in libro Eccleſiaſtici cap. 20. verſ. 2. *Concupiſcentia Spadonis devirginabit juvenculam*. Et cap. 30. verſ. 21. *Videns oculis & ingemiſcens, ſicut Spado complectens Virginem, & ſuſpirans*: proindè S. Auguſtinus lib. 6. contra Julianum Pelag. cap. 14. ſcribit: „ Utique concupiſcere vi- „ ventis ſentientiſque nsturæ eſt, itaut non „ deſit concnpiſcentia, quam Spadonum „ quoque caſtitas ſrenet: minus quidem „ laborioſa; quia ubi materiam, de qua „ operetur non invenit, minus adversùs eam „ libido conſurgit. Eſt tsmen, pudicèque „ comprimitur, nè concumbeadi quamvis „ irritus ipſe conatus, in eam turpitudi- „ nem veniat, propter quam Calligonum „ Valentinisni Junioris Eunuchum gladio „ novimus ultore puuitum, meretricis con- „ feſſione convictum. Neque enim & in li- „ bro Eccleſiaſtici adhiberetur inde ſimili- „ tudo, atque diceretur: *Videns oculis, &* „ *ingemiſcens, quaſi Spado complectens Vir-* „ *ginem, & ſuſpirans*: niſi & ipſi move- „ rentur concupiſcentiæ carnalis sffectibus, „ licèt deſtituti carnia effectibua. „ *Hæc S. Auguſtinus*.

22. Caſſianns quoque collat. 12. csp. 10. idem sdnotat, dùm ait; „ Quòd autem „ inevitabilem eſſe commotionem carnis, „ hoc aſtruere voluiſtis indicio, quòd eâ nè „ ipſi qnidem Eunuchi carere demptis ge- „ nitalibus poſſunt; ſciendum eſt non eia „ carnales æſtus nec affectum libidinis, ſed „ ſolam ſstivæ generationis deeſſe virtntem. „ Undè manifeſtum eſt, ne illos quidem, „ ſi sd hanc, ad quam nos nitimur caſti- „ tatem cupiunt pervenire, ab humilitate, „ & contritione cordis, vel continentiæ di- „ ſtrictione debere laxari. „ Optimè ergo S. Nilus apud Damsſcenum lib. 2. Paralell. cap. 34. moncbat cavendum quoque mulieri eſſe ab Eunuchis, nec eorum cuſtodiæ eſſe fidendum, inquiens: „ Ab uxore tua ſtre- „ pitum Spsdonum remove. Qusmvis „ enim Spsdo, infra, geminos teſtes exſe- „ ctos habere videatur; at ſupra tamen, „ geminos in facie oculos habet libidinosè „ obtuentes, sc mala teſtimonia ſecum tra- „ hentes.

23. Hoc & S. Hieronymus admonet ſcribens ad Demetrisdem de ſervanda Virginitate Epiſtola 97. novæ edit. inquiens: „ Eu- „ nuchorum quoque tibi, & puellarum ac „ ſervulorum mores magis eligantur, quàm „ vultuum elegantia, quia in omni ſexu, „ & ætate, & truncatorum corporum vio- „ lenta pudicitia, animi conſiderandi ſunt; „ qui smputari, niſi in Chriſti timore non „ poſſunt. „ Et ſcribens ad Lætam Epiſt. 57. coram Eunuchis ſe in balneis lavari Virginibus non permittit: „ Scio, *inquit*, præ- „ cepiſſe quoſdam, ne Virgo Chriſti cum „ Ennuchis lavet, nec cum maritstis fœ- „ minis, quia alii non deponunt animos „ virorum, aliæ tumentibus uteris præfe- „ runt fœditatem. „ *Hæc Hieronymus*, proinde libro adversùs Jovinianum, ſecernens Ennuchum ab Ennucho, illum quem natura facit, ab illo quem vis hominum talem reddit, concludit eos Domino ſolùm placere, quos voluntas, non neceſſitss Eunuchos fecit: *Mihi illi Ennuchi placent*,

quos

quos caſtravit non neceſſitas, ſed voluntas;
ideſt eos, qui ſe ipſos caſtraverunt propter
regnum cœlorum, non virilia abſeindentes,
ſed voluntariè caſtè viventes.

24. Diſertiſſimè Baſiliua hauc materiam
pertractat in lib. de Vera Virginitate ubi
de iucontinentia Spadonum & Eunuchorum
plura differit. Ait enim: „ Porrò membro-
„ rum genitalium abſciſſio majorem in ocu-
„ lis, ita abſciſſi, adulterinæ coucupiſcen-
„ tiæ flammam ineſſe criminatur, quòd ia
„ diffidens à libibine ſe poſſe contiuere, id
„ abſcidit, eujus miuiſterio flagrantem cu-
„ pidinem in opus producturus erat. Im-
„ mò cùm ſciret eo non amoto ſe impudi-
„ citiæ daturum manus, eâ quidem abſciſ-
„ ſione iuſtrumeutum libidinis ſuſtulit, nè
„ laſcivire per corpus videretur. Cæterùm
„ impudicitiæ non abſtulit flammam, ſed
„ animo deſiderioque luxuriaus, incouti-
„ nenter per omnem concupiſcentiam aſſi-
„ duèqne mœchatur. Aceuſat quippe ipſius
„ incontiuentiam, conatus improbus. Idcir-
„ cò hujnſmodi poſt abſciſſionem impudi-
„ ciorea meritò quiſque appellaverit. Cùm
„ enim ſe eontinere non poſſint, metu ne
„ depreheudantur iu opere neſario, utque
„ licenter jam ſuâ, prout volunt, libidine
„ exatientur ſervl, quippe voluptatis no-
„ lunt effectum operis ad habitum ſibi &
„ perpetuum voluptatis uſum impedimento
„ eſſe, quominus impoſterum, & ſemper
„ voluptate ſruantur, præciſo fœdæ actio-
„ nis argumento, liberè jam ad coitus petu-
„ tulanterque laſciviunt. „ *Hæc & alia ibi
Baſilius*.

25. Affert poſtea duorum Eunuchorum
Incontinentium exempla, à diverſis ſibi enar-
rata viris fide dignis, inquiens: „ Atteſtan-
„ tur his, quæ dicimus nou ſolùm naturæ
„ ratio, verùm & plurima ætatis noſtræ do-
„ cumenta, ſieuti quodam ſummæ reveren-
„ tiæ viro, eanicieque, ac vitæ meritis or-
„ nato reſerente didicimus. Ajebat enim
„ confeſſam ſibi eſſe mulierem, Eunuchum,
„ cui illa à Domino, ſive à viro ſuo cre-
„ dita ſuerat, quaſi virum impudicè ſibi
„ commiſceri ſolitum. Præſumebatqne, ut
„ ait, actum turpitndinis ipſa ſua inſecun-
„ ditate, ac ſeminis privatione ſecuriùs. Ne-
„ que hic ſolùm, ſed alius quoque nobis
„ unanimls haud quaquam ſacile mentiri
„ ſolitus, retulit Virginem quandam Ec-
„ cleſiæ canonicam ſibi cum ejulatu nun-
„ tiaſſe, quòd in cubiculo ipſius Eunuchua
„ fuerit, qui illam vitioſo complecteretur
„ affectu, totuſque thoro effuſus cùm uon
„ haberet, quo poſſet concupiſcentiæ ſuæ
„ ſatisfacere, dentibus utebatur, ardentem
„ in carne concubitus rabiem morſibua in-
„ dicans. Atque ob eam, quam diximua,
„ abſciſſionis illecebram, quòd ignara &
„ imprudens rei eſſet, tentatione implici-
„ tam Virginem. Ubi verò ejus neſarios co-
„ natus animadverterat, exeeratam eſſe ho-
„ minem. „ *Hæc ex Baſilio*.

26. Cæterùm Magnæ Deæ, Deorum ſci-
licet Matri, apud Romanos, eviratos præ-
ficere Sacerdotes, Religio fuit. Non lice-
bat niſi Eunuchis, & Spadonibua, Sacra
magnæ Deæ peragere, hoc pacto caſtita-
tem affectantes, cùm tamen impuriſſimi eſ-
ſent. Hunc morem deplorat Lactantius
lib. 5. Divin. Inſtit. cap. 9. per illa verba:
„ Qui ſanctiſſimam quoque corporis ſui
„ partem coutra fas omne polluant, & pro-
„ fanent, qui virilia ſua ſerro metant, &
„ quod eſt ſceleratius, ut ſint Religionis
„ Antiſtites. „ Meminit ejuſdem inſtituti
S. Auguſtinua lib. 7. de Civit. cap. 24. 25.
& præcipuè 26. ubi ait: „ At verò iſta ma-
„ gna Deorum mater etiam Romauis Tem-
„ plis eaſtratos intulit, atque iſtam ſævi-
„ tiam moremque ſervavit: credita vires
„ adjuvare Romanorum, exſecando virilia
„ virorum. „ Et hoc non alia de eauſa age-
bant, niſi ut in alia vita beatè vivereut,
prout innuit idem S. Doctor, qui poſt ali-
qua ſubjungit: „ Verùm illud, quòd de
„ abſciſſorum conſecratioue Mater Deorum
„ coli meruit, non poëtæ confinxerunt, ſed
„ horrere magis, quàm caucre maluerunt.
„ His ne Diia ſelectis quiſquam couſecran-
„ dus eſt, ut poſt mortem vivat beatè,
„ quibus conſecratua aute mortem honeſtè
„ non poteſt vivere, tam ſœdis ſuperſtitio-
„ nibus ſubditus, & immundis Dæmoni-
„ bus obligatus? „ *Hæc S. Auguſtinus*. Cer-
tè Valeſii hiſce Ethnicis ſimilea fuerunt, qui
ut vitam beatam conſequi valerent, ſub Re-
ligionis prætextu, & vitæ coutinentis gratiâ,
ſe caſtrare ſinebant, omneſque abſcindendos
eſſe exiſtimabant.

27. Quomodo ergo huic Deæ ſacraren-
tur homines ſcribit Lucianus de Dea Syriæ
versùs finem, aſſerens nonniſi in magna hu-
jus Deæ ſolemnitate licuiſſe; multis euim
præmiſſis, ad ejuſmodi ſolemnitatem ſpe-
ctantibus, ſubjungit: „ Diebus autem hiſce
„ ſolemnibus multitudo quidem ad Tem-
„ plum congregatur, Galli autem ſrequen-
„ tes, & ij quos dixi homines Sacrati
„ peragunt Sacrificia, vulneranturque cù-
„ bitia, & in terga à ſe mutuo verberau-
„ tur. Multi autem adſtantes ipſis tibiis
„ accinunt, & tympana pulſaut, alii autem
„ Divinitus inſpirata ſacraque carmina can-
„ tant. Atque hoc opus extra ædem peragi-
„ tur, neque ingrediuntur in ædem quicum-
„ que iſta faciunt. Hiſce diebus Galli fiunt.
„ Poſtquam enim cæteri tibiis eanunt, &
„ ſacrificia peragunt, ad multos alios in-
„ terea ſuror iſte pervenit, & multi, qui
„ ad ſpectaculum ſolummodo venerant, po-

„ ſtea eadem fecern. Recenſebo autem &
„ quæ faciunt. Adoleſcens quicumque for-
„ tè ad hoc paratus venit, abjectis veſti-
„ bus msgna voce in medium progreditur,
„ atque enſem diſtringit (hæc autem multis
„ annis, ut mihi videtur, per hoc ſteterunt.)
„ Accepto autem ao cntinuò ſe ipſum ſe-
„ cat, curritque per Urbem, & manibus
„ ea, quæ reſecuit portat. In quancumque
„ autem domum hæc abiicit, ex ea & ve-
„ ſtem fœmineam, & ornstum muliebrem
„ sccipit. Atque hæc quidem in caſtrstio-
„ nibus faciunt. „ *Haſteuns Lucianur*.

28. Hunc ritum exſecandi Sacerdotes Cybelis & magnæ Matris, ad Romanos trsnſiiſſe, Minutius Felix in Octavio, exclamst: „ Cybele Dyndima, pubet dice-
„ re, quæ sdulterum ſuum infeliciter pla-
„ citum, quoniam & ipſa deformis, & ve-
„ tula, ut multorum Deorum mater, ad
„ ſtuprum illicere non poterat, exſecuit,
„ ut Deum ſcilicet faceret eunuchum. Pro-
„ pter hanc fabulam Galli eam ſemiviri ſui
„ corporis ſupplicio colunt. Hæc jam non
„ ſunt Sacra, tormenta ſunt. „ Ipſemet Seneca
fortè ſpectator hanc impietatem deteſtatur apud S. Auguſtinum lib. 6. de Civit. cap. 10. inquiens: „ De ipſis verò Ritibus crudeliter
„ turpibus, quàm libere ſcripſit? Ille, in-
„ quit, viriles ſibi partes amputat, ille la-
„ certos ſecat. Ubi iratos Deos timent, qui
„ ſic propitios merentur? Dii autem nullo
„ debent coli genere, ſi & hoc volunt.
„ Tantus eſt perturbatæ mentis, & ſedi-
„ bus ſuis pulſæ furor, ut ſic Dii placen-
„ tur, quemadmodum ne homines quidem
„ ſæviunt teterrimi, & in ſabula traditi
„ crudelitstis. Tyranni laceraverunt aliquo-
„ rum membra, neminem ſua lacerare juſſe-
„ runt. In regiæ libidinis voluptatem ca-
„ ſtrati ſunt quidam: ſed nemo ſibi nè vir
„ eſſet, jubente Domino, manus intulit.
„ Se ipſi in Templis contrucidant, vulne-
„ ribus ſuis, ac ſanguine ſupplicant. Si cui
„ intueri vacet, quæ faciunt, quæque pa-
„ tiuntur, inveniet tam indecora honeſtis,
„ tam indigna liberis, tam diſſimilia ſanis,
„ ut nemo fuerit dubitaturus furere eos,
„ ſi cum paucioribus furerent: nunc ſanita-
„ tis patrocinium inſanientium turba eſt.
Hæc ibi.

29. Nec ſunt omittenda, quæ ad rem præſentem canit Prudentius, diſertiſſimè hanc dementiam deſcribens, dum ait:

Sunt Sacra quandò voſmetipſi excidi-
tis,
Votivus & cùm membra detruncat do-
lor.
Cultrum in lacertos exerit phanati-
cus,
Sectiſque Matrem brachiis placat Deam:
Parta ad ſecandum dextera fertur im-
pia,
Cælum meretur vulnerum crudelitas.
Aſt hic metenda dedicat genita-
lia,
Numen reciſo mitigant ab inguine;
Offert pudendum ſemivir donum Deæ:
Illam revulſa maſculini germinis,
Vena effluenti paſcit auctum ſanguine.
Uterque ſexus ſanctitati diſpli-
cet,
Medium retentat inter alternum genus:
Mas eſſe ceſſat ille, nec fit fœmina,
Felix Deorum mater, imberbes ſibi
Parat Miniſtros, laudibus novaculis.

Audiendus eſt etiam Juvenalis Satyr. 6. ubi de ejuſmodi magnæ Deæ conſecratis per genitalium abſciſſionem ait:

——————— Ecce furentis
Bellonæ, matriſque Deum, chorus in-
trat & ingens
Semivir obſcœno faciet reverenda mi-
nori,
Mollia qui ruptâ ſecuit genitalia teſtâ;
Tum pridem, cui rauca cohort, cui tym-
pana cedunt
Plebeja, & Phrygiâ veſtitur bucca tiarâ.

Idem pariter deſcribit Claudianus lib. 1. in Eutropium, ſic:

Vel ſi Sacra placent, habeat pro Marte
Cybellem;
Rauca Celæneos ad tympana diſce furo-
res;
Cymbala ferre licet, pectuſque illidere
pinu,
Inguinis & reliquum Phrygiis abſcinde-
re cultris.

Cui dementiæ adhæſit ſtultiſſimus ille Heliogabalus eunctorum Principum dedecus, more ſacratorum magnæ Deæ Sacerdotum ſe abſcindens, prout Ælius Lampridius in ejus vita ſcribit, inquiens: *Jactavit autem caput inter præcioſos phanaticos, & genitalia ſibi devinxit, & omnia, quæ Galli facere ſolent*. Galli enim à Romanis dicebantur abſciſſi, qui in Miniſteriis Deorum Matri inſerviebant. Ita S. Hieronymus lib. 1. Commentar. in Oſeam cap. 4. ubi ait: „ Effœ-
„ minatos hodie Romæ, Matri non Deorum,
„ ſed Dæmoniorum ſervientes, Gallos vo-
„ cant: eò quòd de hac gente Romani trun-
„ catos libidine in honorem Athys, quem
„ Eunuchum Dea meretrix fecerat, Sacer-
„ dotes illius mancipaſrint. „ Notat & S. Au-
guſtinus lib. 7. de Civit. cap. 24. Hinc Tertullianus Apologetico cap. 25. Horum abſciſſorum Antiſtitem Archigallum appellat.

Hæc

Digitized by Google

30. Hæc ergo fuit Valeſiorum Raligio, innovatio antiquæ Gentilium ſuperſtitionis: non enim aliud æmulati ſunt, quàm diabolicum inventum, primùm in praxi poſitum in Phrygia, inde Romæ, illic ut hoc pacto Deam Syriam venerarentur, hic verò ut Deorum Matri in miniſterio eſſent, undique verò ut Diabolica ſectarentur præcepta. Quòd ſi etiam à cordatis Gentilibus hujuſmodi abſciſſiones in ſuis deteſtantur, quamvis in ſuorum Numinum venerationem peractæ dignoſcantur: quantò magis deteſtandæ erunt in Chriſtianis? Duo ergo peſſima, & hominis execratione digna in Valeſiorum moribus, in eorum impiiſſimo dogmate ſunt conſideranda, & quidèm præter turpitudinem ipſam abſciſſionis omni juri adverſam: unum quòd crederent Chriſtum Dominum noſtrum abſciſſionem præcepiſſe: alterum quòd putarent poſſe Deo placere, quod falſis Numinibus, immò Dęmoniis placebat: vel quòd Chriſtiani ita Deo vivo, & vero ſacrari deberent, quemadmodum ethnici, & infideles Cybeli, & Deæ Syriæ, falſis numinibus conſecrari conſueverant.

31. Attamen inquiunt Valeſii, ſi ſcandalizaverit te ullum ex membris tuis abſcinde abs te: expedit enim tibi intrare in Regnum Cœlorum claudum, aut mancum aut cæcum, aut curvum, quàm integrum mitti in Gehennam, ut Dominus monet Matthæi cap. 18. Si ergo genitalia, te ſcandalizant, abſcinde ea, & proiice abs te, bonum erit tibi ſine genitalibus ad vitam ingredi, quàm illis retentis mitti in gehennam. Atqui Genitalia plurimùm te offendunt, ergo ſi vis ad vitam ingredi, illa abſcinde, & proiice abs te. Sic arguunt inſani homines, ut innuit S. Epiphanius in panario hæreſ. 58. ſub num. 2. Cui & ipſe occurrit, quia, ſi literaliter ſententia Domini intelligenda eſſet, ferè omnia membra eſſent abſcindenda. „ Si membrum illud unum, *inquit*, quod ſcandalizat, relinquendum eſt, conſequens eſt, nullum ut prorſus relinquatur. Etenim nos omnia membra ſcandalizaverunt. Quis autem eſt, qui cor ſuum in omnibus ſcandalum obiiciens avellere, atque amputare poſſit? Quippe ex interioribus, inquit, *exeunt fornicationes, adulteria, libidines, & id genus cætera*. Ecquis igitur cor ſuum abrumpet? *Hæc Epiphanius*. „

32. At S. Baſilius in libro de Vera Virginitate optimè huic objectioni reſpondet, dum ait: „ Quòd ſi putant abſciſſionem genitalium aliquid ad pudicitiam atque innocentiam animæ conferre poſſe; eruant & oculos, plurima præter rationem ſalutis intuentes. Præcidant ſimul, & manus, pedes, & aures penitùs obſtruant, ne quid horum, peccati inſtrumentum fiat. At id „ quidem ſtultum, & irrationabile eſt, & inſaniæ furoriſque pleniſſimum, peccati cauſam non aliter auferri poſſe arbitrari, niſi undique circumcidantur membra omnia eâ ratione, quâ diximus, truncique in morem inutile omninò jaceat corpus, quando ſic etiam ex præcedentibus imaginibus deluſa mens peccet. Permittentes itaque corpus ita manere, ut effectum eſt, membra omnia caſtiſſimæ rationi moderanda, juxta quod ſuperiùs diximus, ac regenda tradamus, bonumque opus noſtrum non neceſſitatis, ſed voluntatis munus faciamus. *Hæc Baſilius*.

33. Denique S. Joannes Chryſoſtomus homil. 60. in cap. 18. Matthæi expendens verba illa, *ſi manus, vel pes tuus ſcandalizaverit, abſcinde, & proiice abs te*, cum iis quæ ſequuntur, exponens ait: „ Non enim hæc de membris ibi dicta ſunt, ſed de amicis, ac neceſſariis, quos quaſi membra nobis conjunctos ducimus: quod, & ſi ſuperius ab eo tactum ſit, tamen etiam nunc dicitur. Nihil enim ità perniciosum, ac peſtiferum eſt, ut conſuetudo pravorum hominum, ac converſatio: quippe cùm amicitia, atque neceſſitudo, & ad docendum, & ad juvandum plus nonnunquam efficit, quàm neceſſitas potuiſſet: ac ideo magna quadam cum vehementia juſſit nocentes à nobis propinquos depellere, eos verò amputandos, atque proiiciendos eſſe, conſequentia ipſa rerum ſignificat, qui ſcandali authores ſunt. „ *Hæc Chryſoſtomus*.

34. Subjungit poſtea Epiphanius ſub num. 3. & ſic hanc dementiam reprehendit, inquiens: „ Verùm quicumque ad hoc perpetrandum facinus prompti ſunt, & audaces, ab omni genere hominum alienos ſe extorreſque facerent. Nàm neque viri ſunt, propter amputatam illam corporis partem; neque fœminæ, repugnante ſcilicet naturæ conditione eſſe poſſunt. Sed iſtiuſmodi certaminis corona, ac præmium appellatione nullâ concipi poteſt. Si quidem ex tribus Spadonum ordinibus, quos Dominus recenſuit, ad nullum omninò revocare poſſunt. „ Deinde oſtendit revocari non poſſe ad genus illorum, qui ex ventre matris Eunuchi nati ſunt, quia illi nullam caſtrationis ſuæ culpam ſuſtinent; neque ſe ullo ſcelere obſtrinxerunt, eò quòd ità in lucem prodierunt. Neque enim ad genus illorum, qui ab hominibus facti ſunt, quomodo illi ſunt, qui ad miniſterium alicujus Principis deſtinati, in puerili ætate Eunuchi fiunt: neque iſti propter Regnum Cœlorum caſtrantur, ſed propter mundanam quandam ſpem. Neque tandem in genere illorum ſunt, qui ſe caſtraverunt propter Regnum Cœlorum, etenim hujuſmodi fuerunt Apoſtoli, Monachi, & Sanctæ Virgines, qui in caſtitate, & virgini-

ginitate perſiſtentes, neque membra ſua propriis amputantes manibus, neque copulati nuptiis, ſed animo, ac pectore dimicantes certaminis illius coronam, ac gloriam ſumma cum admiratione reportarunt.

35. Hæc pariter omnia adnotat Baſilius in prælaudato libro de Vera Virginitate, ubi attendens illa trium Spadonum, ſive Eunuchorum genera à Salvatore noſtro indicata, nec primi generis Eunuchis, nec ſecundi generis regnum cœleſte promiſſum dicit, ſed iis qui ſunt tertii generis, quales non propter materialem abſciſſionem dicuntur Eunuchi, ſed propter voluntariam continentiam, & virginitatem. „ Nam, *inquit*, qui ex „ utero matris Eunuchus eſt, ut per naturam „ caſtus, nihil operis proprii poteſt in ſpe„ cie Sanctæ Virginitatis oſtendere, naturæ „ ut dixi, bonitate non caſtitatis affectu, „ aut ſtudio connubium renuens. Ita, & qui „ abſciſſus ab hominibus eſt, dùm obſerva„ tione jugi virginitatem ſervare compelli„ tur, hujuſve ſanctitatis gratiam non eſſe „ ſui meriti, verùm ſe obſervantium indi„ cat. At verò, qui ſe ipſum inſtinctu gra„ tiæ ſpiritalis abſcidit, præcipuumque ac „ ſingulare opus per continentiam, & ardens „ ad cuncta exercitium, munus ſuum facit; „ hic ſuis, non alienis rectè factis in cœ„ leſti Regno honeſtus, & clarus eſt.

36. Diſertiſſimè S. Hieronymus in Commentar. ad cap. 18. Matthæi eadem verba Chriſti exponens, ait. „ Triplex genus eſt „ Eunuchorum, duorum carnalium, & ter„ tii ſpiritualis. Alii ſunt, qui de matris „ utero ſic naſcuntur. Alii quos vel capti„ vitas facit, vel deliciæ matronales. Ter„ tii ſunt, qui ſe ipſos caſtraverunt propter re„ gnum Cælorum, & qui cùm poſſint eſſe „ viri, propter Chriſtum Eunuchi fiunt. „ Iſtis promittitur præmium: ſuperioribus „ autem quibus caſtimoniæ neceſſitas, non „ voluntas eſt, nihil omninò debetur.„ *Hæc Hieronymus*, qui, & in libro 1. adverſùs Jovinianum introducit Dominum ſic loquentem: „ Alios Eunuchos natura facit, „ alios vis hominum; mihi illi Eunuchi „ placent, quos caſtravit non neceſſitas, ſed „ voluntas. Libenter illos in meos ſinus re„ cipio, qui ſe caſtraverunt propter regnum „ cælorum, & ob mei cultum noluerunt eſſe, „ quod nati ſunt.„ *Hæc ibi*. De genere hoc non ſunt ſceleſtiſſimi Valeſii, quibus talia perpetrantibus facinora non eſt à Deo promiſſum regnum cælorum, ſed è patre eorum Diabolo æterna gehenna. Satis ergo de hac hæreſi. Nonnulla erunt addenda inferiùs, ubi de Origenis caſtratione ſermo erit.

CAPUT

CAPUT XVI.

SIVE XXXVIII.

De Catharis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1. *CATHARI, qui ſe ipſos iſto nomine, quaſi propter mundiciem ſuperbiſſimè, atque odioſiſſimè nominant. Secundas nuptias non admittunt, pænitentiam denegant, Novatum ſectantes hæreticum. Unde etiam Novatiani appellantur.*

COMMENTARIUS HISTORICUS.

2. CATHARI, *qui ſe ipſos*) Qui Cathari ab Auguſtino, & Epiphanio dicti ſunt, ab aliis appellati ſunt Novatiani à Novato, quem hujus Sectæ authorem faciunt. De his agunt Theodoretus lib. 3. hæret. fabul. Philaſtr. in Catal. hæreſ. quæ ſub Apoſtol. extiterunt cap. 34. Damaſcenus in lib. de Hæreſ. Iſidorus lib. 8. Etymol. cap. 5. Nicetas lib. 4. Theſaur. Honorius Auguſtud. in lib. de Hæreſibus. Rhabanus Maurus lib. 2. de Inſtit. Cleric. cap. 58. S. Hieronymus in lib. de Viris Illuſtr. in Novatiano, Epiſt. 38. novæ edit. ad Pamachium, lib. 2. adverſ. Jovinianum. Commentar. in cap. 1. Epiſt. ad Titum, & alibi paſſim, ſed ante hos diffusè Euſebius lib. 6. hiſt. cap. 43. Porrò Nicephorus Calixtus lib. 6. hiſtor. cap. 3. & alii tam recentiores, quàm vetuſtiores Scriptores hujus hæreſis meminerunt.

3. Appellati ſunt Cathari, qui à Novato originem traxerunt, ut tradit S. Auguſtinus in Textu, *quaſi propter mundiciem.* Sic etiam Epiphanius in hæreſi 59. §. 13. *Qui Cathari, hoc eſt, puri vocantur.* Theodoretus verò loco cit., agens de Novato. *Qui ſuæ autem Sectæ*, ait, *aſſeclæ erant, eos non ſolùm Novatianos, ſed etiam Catharos, hoc eſt, mundos appellavit.* De iis loquitur etiam Hieronymus in Epiſt. ad Titum cit. dum ait: *Et qui Novati ſchiſma ſectantur, nomen ſibi munditiæ præſumpſere.* Rectiùs tamen *impuri* appellandi ſunt, quàm *puri*, prout monet idem Epiphanius loco mox cit. Cæterùm ab exordio dicti ſunt Novatiani ab Auctoris nomine, licèt poſtea elatâ præſumptione Cathari appellari maluerint.

4. Confundunt ſanè nonnulli Novatum Africanum, cum Novatiano Romano Presbytero, & ab hoc Novatiano, qui certè Novato ſynchronus ſuit, hujus hæreſis ſectatores appellatos eſſe Novatianos, poſtea Catharos autumant. In hunc errorem lapſi ſunt Euſebius, & Theodoretus; nam Euſebius lib. 6. hiſtor. cap. 43. agens de Novato, ait: „ Etenim Novatus Eccleſiæ Romanæ presbyter, arrogantiâ adversùs eos „ elatus, quaſi nulla ſpes ſalutis ipſis poſthac ſupereſſet, tametſi omnia explerent, „ quæ ad ſinceram converſionem, puramque „ confeſſionem pertinent, propriæ cujuſdam „ ſectæ eorum, qui tumore mentis elati, „ ſe ipſos Catharos, cognominarunt, auctor „ exiſtit. „ *Hæc Euſebius*, quibus verbia liquet de Euſebii mente hujus Sectæ Auctorem fuiſſe Novatum Presbyterum Romanum. Et ita Theodoretus lib. 3. hæret. fabul. *Novatus autem erat Romanæ Eccleſiæ presbyter*, inquit. Neque ab hoc errore immunis eſt Epiphanius, qui in Indiculo lib. 2. tom. 1. §. 13. Romanum facit Novatum, à quo Cathari emerſerunt. *Cathari*, inquit, *Novatum Romanum ſecuti ſunt*. Et in hæreſi 59. ſcribit Novatum Romæ perſecutionis illius tempore fuiſſe, quæ eam anteceſſit, quam Maximinus excitavit, quæ Decii, ut opinatur, aut Aureliani fuit.

5. At Cyprianus in Epiſtola ad Cornelium Papam data, que eſt 52. novæ edit. peroptimè diſtinguit Novatum à Novatiano licèt ambo primùm ſchiſmatici, inde hære-

tici:

tici: „ Et cum diligentis, *inquit*, & cum
„ dilectione feciſti, frater chariſſime, feſti-
„ natò ad nos mittendo Nicephorum Aco-
„ lythum, qui nobis & de Confeſſoribus
„ regreſſis glorioſam lætitiam nunciaret, &
„ adversùs Novatiani & Novati novas, &
„ pernicioſas ad impugnandam Chriſti Ec-
„ cleſiam machinas pleniſſimè inſtruxerit,
„ *Hæc Cyprianus* ſecernens Novatum à No-
vatiano: ſic pariter in Epiſtola 47. ad eun-
dem Cornelium data, & Epiſt. 60. ubi No-
vatiani ſcelera complectitur, & in Epiſto-
la 73. ad Jubajanum, & alibi ſuis in Epi-
ſtolis frequenter. Pacianus quoque in Epi-
ſtola 2. ad Sympronianum circà finem adno-
tat Novatianum à Novato fuiſſe diſtinctum,
cùm dicat Novatianum Novati inſaniæ ſe
accommodaſſe. Et Epiſtolâ 3. agens de origine
erroris Novatianorum, Novatianum Romæ
ſchiſma adversùs Cornelium excitaſſe ſcribit,
adjutum nefario opere Novati africani pre-
sbyteri. Immò ipſemet Euſebius in Chro-
nico juxta D. Hieronymi verſionem, eandem
diſtinctionem agnoſcit, dum ſub anno Do-
mini CCLV, vel juxta emendationem Sca-
ligeri CCLIII. ſcribit: *Novatus Presbyter
Cypriani Romam veniens Novatianum, &
cæteros Confeſſores ſibi ſociat, eo quòd Cor-
nelius pænitentes Apoſtatas recepiſſet*. Hoc ta-
men verum eſt, Novatum ex Africa Ro-
mam venientem, adjunctum Novatiano roma-
no presbytero, quem adversùs Cornelium
Papam incitaverat, unam & eandem Sectam
conflaſſe, quæ poſtea communi vocabulo di-
cta eſt Novatianorum, licèt Cyprianus epi-
ſtolâ 73. ad Jubajanum data, eos qui à
Novatiano prodierant, Novatianenſes etiam
nuncupaverit: *Quod in literis tuis comple-
xus es; Novatianenſes rebaptizare eos, quos
à nobis ſollicitant*.

6. Hic ergo Novatus, à quo prima hu-
jus hæreſis ſemina, genere africanus fuit,
humiliter natus, & ſatis obſcuræ progeniei,
cujus Pater in Vico paupertate, & miſeriâ
defecerat, cui nec ſepulturam dare digna-
tus fuit. Sic Cyprianus in Epiſtola 52. ad
Cornelium data. *Pater etiam ejus*, inquit,
*in vico fame mortuus, & ab eo in morte poſt-
modum nec ſepultus*. Uxorem duxerat, quam
prægnantem calce in ventre percuſſam, abor-
tire coëgit. *Uterum uxoris*, ſubjungit, *calce
percuſſus, & abortione properante in parricidium
partus expreſſus*. Moribus quidem peſſimus,
inſatiabili avaritiâ præditus, nec viduis pe-
percit, nec pupillis, nec certè ipſi Eccleſiæ,
*Spoliati ab illo pupilli, fraudatæ viduæ, pe-
cuniæ quoque Eccleſiæ denegatæ, has de illo
exigunt pœnas, quas in ejus furore conſpicimus*,
ait idem Cyprianus. Hæc omnia S.Pacianus
de eodem Novato in Epiſt. 3. ad Sympronium
ſuis complectitur verbis. „ Tùm forte qui-
„ dam Presbyter Novatus ex Africa, frau-
„ datis in Carthaginenſi Eccleſia viduis,
„ ſpoliatis pupillis, pecuniâ Eccleſiæ dene-
„ gatâ, projecto extra domum Patre, &
„ eodem fame mortuo nec ſepulto, uxoris
„ gravidæ utero calce percuſſo, partuque ejus
„ effuſo, Romam venit. *Hæc Pacianus*.

7. Alia porrò de infandis Novati mo-
ribus ſcribit in prælaudata Epiſtola Cypria-
nus: „ Nam de Novato, *inquit*, nihil inde
„ ad nos fuerat nunciandum, cùm magis
„ per nos vobis debeat Novatus oſtendi,
„ rerum novarum ſemper cupidus, avaritiæ
„ inexplebili rapacitate furibundus, arrogan-
„ tiâ & ſtupore ſuperbi tumoris inflatus,
„ ſemper iſtic Epiſcopis malè cognitus, qua-
„ ſi hæreticus ſemper & perfidus, omnium
„ Sacerdotum voce damnatus, curioſus ſem-
„ per ut prodat, ad hoc adulatur ut fallat,
„ nunquam fidelis ut diligat, fax, & ignis
„ ad conflanda ſeditionis incendia, turbo,
„ & tempeſtas ad fidei facienda naufragia,
„ hoſtis quietis, tranquillitatis adverſarius,
„ pacis inimicus *Hæc Cyprianus*.

8. Cùmque Eccleſiæ Carthaginenſis pres-
byter eſſet, egit ut inſcio Cypriano Eccle-
ſiæ illius Epiſcopo, ordinaretur in Diaconum
quidam nomine Feliciſſimus, ſui certè in mo-
ribus ſimilis. *Ipſe eſt* ait Cyprianus, *qui
Feliciſſimum ſatellitem ſuum, Diaconum, nec
permittente me, nec ſciente, ſua factione, &
ambitione conſtituit*. Quem Feliciſſimum alium
fuiſſe ab illo qui Schiſma fecit adversùs S.Cy-
prianum, de quo in Epiſtola 43. novæ edit.
& 40. apud Pamelium, ſcribit Cyprianus
ad Univerſam plebem; ex oppoſito utriuſ-
que Feliciſſimi dogmate perſpicuum fit. Ete-
nim ille qui ex parte Novati erat, & Dia-
conus ordinatus, veniam Lapſis cum Novato
prorſus dandam denegabat: alter verò qui
Schiſma conflaverat, abſque ulla prævia pœ-
nitentia, univerſis Lapſis veniam dandam con-
tendebat, ut in eadem Epiſtola ad univer-
ſam plebem data optimè tradit S.Cyprianus.

9. Hiſce ergo ſtantibus Novati ſceleribus
ſanctiſſimi Eccleſiarum Africæ Epiſcopi,
in unum convenire jam parati erat, ut in
pleno Concilio cognitâ illius causâ damna-
retur. Sed nova adversùs Eccleſiam excitata
per Romanum Imperatorem perſecutio, Epiſ-
copos convenire non permiſit. Ipſe verò ſuo-
rum criminum conſcius, juſtè timens Epiſ-
coporum judicium, arreptâ fugâ, ut illud
evaderet, Romam navigare decrevit. Ita S.Cy-
prianus in Epiſtola 52. cit. ad Cornelium da-
ta, aliàs in edit. Pamelii 49. ubi ſubjun-
git: „ Hanc conſcientiam criminum jampri-
„ dem timebat, propter hoc ſe non de Pres-
„ bytero excitari tantùm, ſed & commu-
„ nicatione prohiberi pro certo tenebat; ut
„ urgentibus fratribus imminebat cognitio-
„ nis dies, quo apud nos cauſa ejus agere-
„ tur, niſi perſecutio ante veniſſet. Quam
„ iſte

„ iſte voto quodam evadendæ, & lucrandæ „ damnationis excipiens, hæc omnia commiſit, & miſcuit; ut qui eiici de Eccleſia, & excludi habebat, judicium Sacerdotum voluntariâ diſceſſione præcederet, quaſi „ evaſiſſe ſit pœnam, prævenifſe ſententiam. *Hactenus Cyprianus*.

10. Vacabat tunc Romana Petri Cathedra, ad ſuperos evocato poſt Martyrii glorioſi certamen Fabiano Papâ, dum Novatus ex Africa Romam properare decreverat, ac ſecum etiam initâ ratione, ut ſi ſuâ præſentiâ agere poſſet, quòd ad Pontificiam dignitatem eveheretur quiſpiam ex ſuis factionariis, aut eorum quos ſibi conciliaverat, facilè poſſet fretus Romani Pontificis patrocinio, & Epiſcoporum Africanorum judicium eludere, & ſuam ſectam tueri. At ſpe fruſtratus, electo jam antequam Romam perveniret, Cornelio Papâ, ferè poſt biennium vacationis, Novatiano romano presbytero ſe adjunxit, illumque adversùs Cornelium incitavit, & ad ſchiſma faciendum primas manus dedit. „ Et cùm „ ſua tempeſtate, *ait Cyprianus*, Romam „ quoque ad evertendam Eccleſiam navigans, „ ſimilia illic & paria molitus eſt, à Clero portionem plebis avellens, fraternitatis benè ſibi cohærentis, & ſe invicem „ diligentis, concordiam ſcindens. Planè, „ quoniam pro magnitudine ſua debeat „ Carthaginem Roma præcedere, illic majora, & graviora commiſit. Qui iſthic „ adversùs Eccleſiam Diaconum fecerat, illic „ Epiſcopum fecit. „ *Hactenus Cyprianus* in prælaudata Epiſt. 52.

11. Clariùs S. Pacianus in Epiſt. 3. ad Sympronianum, operam Novati ad ſchiſma Romæ conflandum per Novatianum deſcribit, ubi de Novato ait: „ Romam venit. „ Et cùm apud Carthaginem, urgentibus „ in Eccleſia fratribus, dies cognitionis „ ipſius immineret, & hic latitavit: nec „ multò poſt Novatianum iſtum Epiſcopatu „ Cornelii anxium (nam ſibi ſperaverat) „ cum aliquantis, ut in tali re ſolet, ex „ ſua parte fautoribus nutantem impellit, „ dubitantem ſovet, ut magnum aliquid „ ſperet, hortatur. Invenit aliquos ex eorum numero, qui tempeſtatem perſecutionis illius evaſerunt; apud quos hanc „ ipſam de lapſis receptia, Cornelio conflaret invidiam: dat eorum Epiſtolas ad Novatianum. Ille ex authoritate Epiſtolarum, ſedente jam Romæ Epiſcopo, adverſùm fas Sacerdotii ſingularis, alterius Epiſcopi ſibi nomen aſſumit, „ *Hæc Pacianus*.

12. At quinam fuerit iſte Novatianus videamus. Certè Romæ natalem habuit, non tamen ex parentibus Chriſtianis, & in Chriſtiana pietate ab infantia educatus, natus eſt ex Ethnicis parentibus, & inter Idololatras prima expertus eſt incunabula. Hoc exponit Cornelius Papa in Epiſtola ad Fabium Antiochenum data apud Euſebium lib. 6. hiſt. cap. 43. ubi ait: „ Exponamus „ deinceps quibus operibus, & cujuſmodi „ converſatione confiſus ad Epiſcopalem lo- „ cum aſpiraverit. An ideo fortaſſe, quòd „ ab initio in Eccleſia verſatus eſt, & multa pro ejus defenſione certamina ſubivit, „ multiſque & graviſſimis periculis religionis causâ conflictatus eſt? Minimè id quidem. Et addit cauſam ſuſcepti Baptiſmatis, Satanam potiùs ei dediſſe, quàm pietatem ſectandi veram fidem. Erat enim energumenus, jacebatque oppreſſus à Dæmone ſemivivus in lectulo, cùmque ab exorciſtis foveretur, & jam jam ſe moriturum crederet, baptizari poſtulavit, in ipſoque lectulo Baptiſmum ſuſcepit: „ Quippe, *ſubjungit Cornelius*, cui cauſam, atque initium „ credendi præbuit Satanas in ipſum ingreſſus, atque in ipſo aliquandiù commoratus. Cùmque ab Exorciſtis foveretur, in morbum graviſſimum collapſus; „ dum jam jamque moriturus creditur, in „ ipſo, in quo jacebat lectulo perſuſus, Baptiſmum ſuſcepit. Si tamen hujuſcemodi „ Baptiſmum ſuſcepiſſe dicendum eſt.

13. Ab hac porrò infirmitate liberatus, nec Sacramentum Confirmationis ſuſcepit, nec ut reciperet poſtulavit: „ Sed neque, „ *ait*, poſt quam liberatus eſt morbo, reliqua percepit, quæ juxta Eccleſiaſticam „ regulam percipi debent: neque ab Epiſcopo conſignatus eſt. Hoc autem ſignaculo „ minimè percepto, quo tandem modo Spiritum Sanctum potuit accipere? „ Proſequitur inde alia illius geſta enarrare, quomodò perſecutionis tempore, ſe presbyterum eſſe negavit, ſtudio alterius philoſophiæ, & licèt à Diaconis rogatus, ut fratribus auxilio indigentibus præberet, de cubiculo in quo ſe incluſerat perſecutionis metu, exire nullatenus voluit. „ Qui perſecutionis tempore præ metu & nimia vi- „ vendi cupiditate Presbyterum ſe eſſe negavit. Admonitus enim, & rogatus à Diaconis, ut ex cubiculo, in quo ſe ipſum „ incluſerat, egreſſus, fratribus auxilio indigentibus ſuccurreret, tantùm abfuit, ut „ hortantibus Diaconis morem gereret, quin „ potiùs irâ, & indignatione percitus, abiit, „ ac diſceſſit. Neque enim Presbyterum ſe „ amplius velle eſſe reſpondit, ſed alterius „ Philoſophiæ deſiderio teneri.

14. Fuerat jam ordinatus presbyter, ſed præter Eccleſiaſticam regulam, quâ cantum erat, ne quiſpiam in lectulo baptizatus, in Clerum adoptaretur, id quòd poſtea renovarunt Patres Synodi Neocæſarienſis ſub Sylveſtro Papa can. 12. *Si quis in ægritudine*

ne conſtitutus, fuerit baptizatus, Presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, ſed ex neceſſitate eſt, niſi forte poſtea ipſius ſtudium, & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas cogat. Ex benevolentia Epiſcopi Novatianus presbyterii gradum adeptus fuit, Epiſcopo ipſo diſpenſante cum eo, licèt vetantibus plurimis laicis, ac univerſo Clero, prout in prælaudata Epiſtola ſcribit Cornelius, inquiens: „ Cùm egregius ille vir Eccleſiam Dei reliquiſſet, „ in qua poſt ſuſceptum Baptiſmum Presbyteri gradum fuerat conſecutus, idque per „ gratiam Epiſcopi, qui manus illi imponens eum ad Presbyterorum ordinem evexit: Cui cùm univerſus Clerus, multique ex populo refragarentur, eò quòd „ non liceret, quenquam ex iis, qui urgente vi morbi in lectulo, perinde ac ille „ perfuſi fuiſſent, in Clerum aſſumi; poſtulavit ab iis Epiſcopus, ut hunc ſolum „ ordinari à ſe paterentur.

15. Erat enim Novatianus aliunde vir eruditus, in humanis primùm literis, & Stoica Philoſophia apprimè verſatus, inde Chriſtianus ad Divinas literas ſe convertens plurimùm profecerat. Hinc à D. Hieronymo in lib. de Viris Illuſtr. in Novatiano, plura illius edita opuſcula recenſentur. Scripſerat enim de Paſcha, de Sabbato, de Circumciſione, de Sacerdote, de Oratione, de Cibis Judaicis, de Inſtantia, de Attalo, & multa alia: inſuper & nobile volumen de Trinitate, quod nonnulli Tertulliano, alii Cypriano falsò adſcribunt. Ob viri ergo eruditionem, potuit Romanus Epiſcopus diſpenſaſſe cum Novatiano, ut quamvis in lectulo baptizatus, coaptaretur in Clerum, & hanc certè cauſam fuiſſe, cur poſtulaverit Pontifex, ut paterentur hunc ſolum ab eo ordinari, ne fortè Clerus tantæ eruditionis viro privaretur. Et quidem ante ſchiſma, ſcripſit elegantiſſimam, & omni eruditione ſcatentem Epiſtolam, ſub nomine Presbyterorum & Diaconorum Eccleſiæ Romanæ, ad Cyprianum, quæ inter Cyprianicas novæ edit. eſt 30. apud Pamelium 31. Scriptam autem præfatam Epiſtolam à Novatiano, author eſt ipſe Cyprianus in Epiſtola 55. aliàs 52. ad Antonianum data, ubi recitato parvo illius Epiſtolæ fragmento, ſubjungit: *Additum eſt etiam Novatiano tunc ſcribente, & quod ſcripſerat ſua voce recitante, & Presbytero Moyſe tunc adhuc Confeſſore, nunc jam Martyre ſubſcribente; ut Lapſis infirmis, & in exitu conſtitutis pax daretur.* De Stoica Novatiani Philoſophia ſcribit Pacianus in Epiſtola ſecunda ad Sympronianum, ubi Sympronianum ita convenit: „ Novatianum „ mihi ingeris? Philoſophum ſæculi fuiſſe „ audio: nec ſatis miror ab Eccleſia Dei vivi „ degeneraſſe: cognoſco radicem legis anti„ quæ, fontem veteris populi reliquiſſe, „ Cornelio invidentem Novati inſaniæ ac„ commodatum. „ Et S. Cyprianus in Epiſtola ad Antonianum citata agens de perſona Novatiani: „ Jactet ſe licèt, *inquit*, „ & Philoſophiam, & eloquentiam ſuam „ ſuperbis vocibus prædicet, qui nec fraternam charitatem, nec Eccleſiaſticam „ unitatetem ratinuit, etiam quod prius fuerat amiſit.

16. Prima ergo ſchiſmatis ſemina jecit, dum calumniari Cornelium de variis criminibus incœperat. Primùm erga eum arguebat, quòd lapſis communicaſſet. *Cornelium lapſis communicaſſe arguit*, ſcribit Pacianus in Epiſtola 3. *Se vendicat innocentem.* Neque in hoc ſolùm ſtetit, de inhoneſtis quoque Sanctiſſimum Pontificem accuſavit, immò & quòd urgente perſecutione libellum ab ethnicis Judicibus accepiſſet, ſicque inter libellaticos eum adnumerabat. Dicebat inſuper cum Epiſcopis, qui Idolis ſacrificaverunt ſacrilegâ communicatione ſe miſcuiſſe. Quæ omnia refert Cyprianus in prælaudata Epiſtola ad Antonianum, & ut meras calumnias refutat. „ Quod autem, *inquit*, quædam de illo inhoneſta, & maligna jactantur, nolo mireris; cùm ſcias „ hoc eſſe opus ſemper Diaboli, ut Servos „ Dei mendacio laceret, & opinionibus falſis glorioſum nomen infamat; ut qui con„ ſcientiæ ſuæ luce clareſcunt, alienis ru„ moribus ſordidentur. Exploraſſe autem „ collegas noſtros ſcias, & veriſſimè com„ periſſe, nullam illum libelli, ut quidam „ jactant, labe maculatum eſſe; ſed neque „ cum Epiſcopis, qui ſacrificaverunt, com„ municationem ſacrilegam miſcuiſſe: ſed „ eos demum, quorum cauſa audita, & in„ nocentia comprobata ſit, conjunxiſſe no„ biſcum. „ *Hactenus Cyprianus.*

17. Hiſce nefariis mediis, vocibus hujuſcemodi per vulgus ſparſis, qui leves corde erant citò credentes, ab Cornelii obedientia ſe ſe retrahebant, & ad Novatiani & Novati partem accedebant, nec parvus fuit seductorum numerus, multi ex plebe, plurimi etiam ex inſignioribus ad Novatianum acceſſerut, & præcipuè quidam, qui in perſecutione pro fidei confeſſione clariſſimi erant, inter quos adnumerantur, Maximus, Urbanus, Sidonius, & Celerinus Presbyteri, qui hactenus pro fidei confeſſione, Divinâ auxiliante gratiâ, omnia genera tormentorum ſuſtinuerant, & maximè Celerinus. Horum enim lapſus maximam partem Romanæ plebis ad Novatianum traxit. Sed inde cognitâ Novatiani vafricie, ejuſdemque perſpectâ perfidiâ, ipſo derelicto, gemebundi, & pœnitentes ad Eccleſiam redierunt, prout ſcribit Cornelius in præcitata ad Fabium Antiochenum epiſtola, inquiens:

„ Ma-

,, Maximus Eccleſiæ noſtræ Presbyter, &
,, Urbanus, ambo ex fidei confeſſione egre-
,, giam jam ſecundò laudem adepti: Sido-
,, nius etiam & Celerinus, vir qui cuncta
,, tormentorum genera per Dei miſericor-
,, diam fortiſſimè ſuſtinuit, & qui fidei ſuæ
,, conſtantiâ infirmitatem corporis ſui ro-
,, borans, adverſarium penitùs debellavit:
,, hi omnes cùm illum tandem cognoviſ-
,, ſent, & fraudem ejus ac verſutiam, perju-
,, ria quoque atque mendacia, & abhorren-
,, tem ab omni ſocietate feritatem, & lu-
,, pinam quandam in eo amicitiam depre-
,, hendiſſent, ad Sanctam Eccleſiam reverſi
,, ſunt: cunctaſque illius præſtigias, ac ne-
,, quitiam, quam jam pridem intra ſe oc-
,, cultans, ſe ſe interim ſubmittebat, præ-
,, ſentibus aliquot Epiſcopis, ac Presbyte-
,, ris, & Laicis compluribus evulgarunt:
,, ingemiſcentes & dolentes, quòd à fraudo-
,, lenta illa malignaque beſtia inducti, ali-
,, quanto temporis ſpatio ab Eccleſia receſ-
,, ſiſſent. ,, *Hæc Cornelius*.

18. Deindè, ut faciliùs deciperet, hac etiam Diabolicâ utebatur arte, ut diceret ſolius Dei, & S. Eccleſiæ zelo, ſe ad obedientia Cornelii retraxiſſe, cùm compertum ei fuerit illius ordinationem nullam fuiſſe, irritam & caſſam, utpote hominis libellatici, ſacrificatoris, inhoneſti, atque totius Eccleſiaſticæ diſciplinæ adverſarii, prorſus indigni, ut in Solio ſederet Petri: nec ſe locum illius concupiſcere, aut hujuſmodi dignitatis ambitione permotum talia adversùs Cornelium egiſſe, jusjurando, tremendiſque ſacramentis affirmabat, ut idem Cornelius refert: *Qui tremendis quibuſdam ſacramentis affirmaverat, ſe Epiſcopatum non concupiſcere*. Sed facto apparuit qualis ejus fuerat animus, *repentè tanquam ex machina quadam*, ſubjungit Cornelius, *in medium projectus*, *Epiſcopus apparuit*. De repente enim qui Nòvatiano favebant, pronunciatâ ſententiâ adversùs Cornelii ordinationem, Novatianum ipſum totius diſſidii authorem, ſeductorem plebis, & ſchiſmaticorum omnium anteſignanum & principem, in Romanum Pontificem proclamarunt.

19. Porrò advocatis ex Italia tribus ex ſimplicioribus Epiſcopis, incluſis in Domo ſua, nocte jam temulentos, & crapulâ oppreſſos, coëgit Novatianus, ut ſibi manus imponerent, ſicque clandeſtinè Epiſcopus per manuum impoſitionem ordinaretur. Rem totam idem enarrat Cornelius in ſæpe laudata Epiſtola, ubi de Novatiani ordinatione ſcribit: ,, Is qui ſe Doctorem, & Eccle-
,, ſiaſticæ diſciplinæ propugnatorem ferebat,
,, cum Epiſcopatum ſibi à Deo minimè con-
,, ceſſum rapere, & vindicare conaretur,
,, duos deploratæ ſalutis homines ſibi ſocios
,, adjunxit: ut eos in exiguam, ac viliſſi-
,, mam Italiæ partem mitteret, atque illinc
,, tres Epiſcopos, homines planè rudes ac
,, ſimplices, fraudolentâ quadam molitione
,, deciperet; conſtantiſſimè affirmans ipſos
,, quàmprimùm Romam proficiſci oportere,
,, ut omnis undecumque orta diſcordia,
,, ipſorum unà cum aliis Epiſcopis inter-
,, ventu atque arbitrio ſedaretur. Qui cùm
,, adveniſſent, homines, ut jam diximus,
,, ſimplicioris ingenii, nec in his perdito-
,, rum hominum artibus, ac fallaciis ſatis
,, triti: eos ille à quibuſdam ſui ſimilibus,
,, quos ad id comparaverat, incluſos horâ
,, decimâ, temulentos, & crapulâ oppreſ-
,, ſos, adumbratâ quadam & inani manuum
,, impoſitione Epiſcopatum ſibi tradere per
,, vim coëgit: eumque nullo ſibi jure com-
,, petentem, per fraudem atque inſidias vin-
,, dicat. ,, *Ita Cornelius*.

20. Hoc pacto ſe conſiſtere in Petri Cathedra exiſtimaverat, favore præcipuè ſuorum factioſorum, compluriumque ex omni genere, quos deceperat, & ſacramento obſtrinxerat, ne amplius ad Cornelium redirent. Etenim ut idem Cornelius ſcribit, tempore oblationis, portionem ſingulis diviſam, dum eam tradebat; benedictionis loco miſeros homines jurare cogebat, retinens ambabus ſuis manibus, illius qui portionem accipiebat manus, nec priùs dimittebat, niſi exacto juramento de nunquam ſe deſerendo, nec revertendo ad Cornelium. Dicebat enim: *Jura mihi per Corpus, & Sanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, te nunquam meas partes deſerturum, nec ad Cornelium eſſe rediturum*. ,, Ita miſer ille non
,, prius guſtare finitur, *ait Cornelius*, quàm
,, ſibi ipſe malum imprecatus ſit. Et cùm
,, panem illum accipiens dicere debuiſſet,
,, *Amen*, ejus loco dicit: *Non revertar dein-*
,, *ceps ad Cornelium*.

21. Scripſit porrò Novatianus de ſua ordinatione literas ad complures Eccleſias, præcipuèque ad S. Dionyſium Epiſcopum Alexandrinum, in qua callidè conteſtabatur, ſe invitum electum fuiſſe, ut ita eo verborum fuco excuſaret deteſtandum ſchiſmatis facinus, cui Dionyſius reſponſum dedit. Extat exemplar Epiſtolæ Dionyſii apud Euſebium lib. 6. hiſt. cap. 45. ita ſe habens.

Dionyſius Novatiano fratri Salutem.

22. ,, Siquidem invitus, ut aſſeris, eò
,, adductus es, id nobis oſtendes tuâ ſpon-
,, te redeundo. Satiùs quidem fuerat quid-
,, vis pati, nè Eccleſia Dei diſcinderetur.
,, Nec minus glorioſum fuiſſet idcircò ſubire
,, Martyrium, nè Eccleſiam ſcinderes, quàm
,, ut ne Idolis ſacrificares. Immò illud,
,, meo quidem judicio, illuſtrius fuiſſet.

„ Hic enim pro ſua unius anima: illic pro „ omni Eccleſia Martyrium quis ſuſtinet. Si „ tamen vel nunc perſuaſeris fratribus, aut „ eos coegeris, ut ad concordiam redeant, „ majus tibi meritum erit quàm culpa. Et „ hæc quidem non imputabitur: Illud verò „ prædicabitur. Quòd ſi fratribus parere „ recuſantibus id efficere non potes, tuam „ ipſe animam ſerva. Opto te paci ſtudentem „ in Domino bene valere.„ *Hactenus Dionyſii Epiſtola*,

23. Solemni poſtmodum Legatione factâ, idem Novatianus cum literis de ſua ordinatione miſit ad S. Cyprianum Maximum Presbyterum, Augendum Diaconum, Macheum quendam, & Longinum. Sed cùm ſanctiſſimus Epiſcopus jam Romæ viros ſanctiſſimos miſiſſet, ut de geſtis ibi cùm in ordinatione Cornelii, tum Novatiani rectam inquiſitionem facerent, & ab eis certioratus eſſet, de recta Cornelii ordinatione, & ſchiſmate Novatiani, rejecit Legatos Novatiani, & coactâ Synodo eoſdem à Fidelium communione ſemovit: cùmque Legati iterum atque iterum ſe rejectos vidiſſent, obſtinatiores redditi perditiſſimi homines illi, circumeuntes per Caſtella & Loca, Domoſque illic penetrantes, ſparſis in vulgus adversùs S. Cornelium calumniis, in partem Novatiani adducere quotquot poterant, conabantur. Hæc omnia S. Cyprianus refert in Epiſtola 45. novæ edit. Pamelii Epiſt. 41. ad Cornelium data, quæ talis eſt.

Cyprianus Cornelio fratri Salutem.

24. „ Venerunt ad nos, frater chariſſime, „ miſſi à Novatiano Maximus Presbyter, „ & Augendus Diaconus, & Macheus quidam, & Longinus. Sed enim cùm ex literis, quas ſecum ferebant, & ex eorum „ ſermone, atque aſſeveratione, Novatianum Epiſcopum factum comperiſſemus, „ illicitè & contra Eccleſiam Catholicam „ factæ ordinationis pravitate commoti, à „ communicatione eos noſtra ſtatim cohibendos eſſe cenſuimus, refutatis interim, „ ac retuſis, quæ obſtinatè, ac pertinaciter aſſerere tentabant. Nam & ego, & „ collegæ plurimi qui ad me convenerant, „ expectavimus adventum Collegarum noſtrorum, Caldonii, & Fortunati (quos „ ad te nuper & Coepiſcopos noſtros, qui „ ordinationi tuæ affuerant, legatos miſeramus) ut eis adventantibus, & rei geſtæ veritatem reportantibus, majore auctoritate, & elucidâ per eos probatione, „ partis adverſæ improbitas frangeretur. „ Supervenerunt verò Pompejus, & Stephanus Collegæ noſtri, qui & ipſi quoque „ inſtruendos iſthic nos, manifeſta ſecundùm gravitatem, ac fidem ſuam indicia „ ac teſtimonia protulerunt, ut nec neceſſè fuerit audiri ultra eos, qui à Novatiano venerant miſſi. Qui cùm in ſtatione invidioſis quoque convitiis, & clamoribus turbulentis proruerent; & flagitarent, ut crimina, quæ ſe aſſerre, ac probare dicebant, publicè à nobis, & à plebe cognoſcerentur; gravitati noſtræ negavimus convenire, ut Collegæ noſtri „ jam delecti, & ordinati, & laudabili multorum ſententiâ comprobati, ventilandum „ ultrà honorem maledicâ æmulantium voce pateremur. Et quia, quibus refutati, „ & compreſſi ſunt, & illicitis conatibus „ hæreſim feciſſe nudati ſunt, in epiſtolam „ congerere longum fuit; ex Primitivo compreshytero noſtro pleniſſimè ſingula, quando ad vos venerit audietis. Ac ne eorum „ furens audacia unquam deſiſteret, hic quoque in ſchiſmatis partes Chriſti membra „ diſtrahere, & Catholicæ Eccleſiæ Corpus „ unum ſcindere, ac laniare nituntur: oſtiatim per multorum domos, vel oppidatim „ per quaſdam Civitates diſcurrentes, obſtinationis ſuæ, & erroris, ſibi quærunt comites. Quibus ſemel reſponſum dedimus, „ nec mandare deſiſtimus, ut perniciosâ diſſenſione & concertatione depoſitâ, impietatem eſſe ſciant matrem deſerere, & „ agnoſcant atque intelligant, Epiſcopo „ ſemel facto, & Collegarum ac plebis teſtimonio & judicio comprobato, alium „ conſtitui nullo modo poſſe: proindè ſi pacificè ſibi, ac fideliter conſulunt, ſi ſe aſſertores Evangelii Chriſti eſſe confitentur, „ priùs ad Eccleſiam revertantur. Opto te, „ frater cariſſime, ſemper bene valere. „ *Hactenus Cypriani Epiſtola*.

25. Fruſtratâ ergò hac Novatiani legatione, non deſtitit à propoſito, indignatus & furibundus, aliâ viâ conatus eſt Eccleſias Africanas evertere, illarum Fideles ſubvertere: ſpiritu quidem ſatanico agitatus, decrevit in Africam remittere Novatum ipſum omnium malorum architectum, ad ſeditionem faciendam magis idoneum, cui adjunxit Nicoſtratum, Evariſtum, Primum, & Dionyſium infamiſſimæ vitæ homines, ut horum opera ſchiſma in Africam introducerent; quorum omnium monet Cornelius S. Cyprianum per Epiſtolam eidem data, quæ inter Cyprianicas novæ edit. eſt 50. Pamelii verò 48. tenoris ſequentia.

Cornelius Cypriano Fratri Salutem.

26. „ Ne quid minus ad pœnam futuram hujus ſcelerati hominis deeſſet; proſtratus virtutibus Dei (cùm Maximus, „ & Longinus, & Macheus inde fuiſſent „ ex-

„ expulſi) denuò reſurrexit; & ſicut prioribus literis tibi, quas per Augendum confeſſorem miſi, ſignificavi; puto Nicoſtratum, & Novatum, & Evariſtum, & Primum, & Dionyſium illò jam perveniſſe. Invigiletur ergo, ut omnibus Coepiſcopis noſtris, & fratribus innoteſcat; Nicoſtratum multorum criminum reum, & non ſolùm patronæ ſuæ carnali, cujus rationes geſſit, fraudes & rapinas feciſſe; verùm etiam, quod eſt illi ad perpetuam pœnam reſervatum, Eccleſiæ depoſita non modica abſtuliſſe. Evariſtum verò auctorem ſchiſmatis fuiſſe, & ſucceſſorem plebis, cui ante præfuerat, Zetum in locum ejus Epiſcopum eſſe conſtitutum. Majora verò & graviora hic deſignavit, & malitiâ, & inexplebili pravitate ſuâ, quàm quæ illic apud ſuos ſemper exercuit, ut ſcias quales duces, & protectores iſte ſchiſmaticus, & hæreticus lateri ſuo ſemper junctos habeat. „ *Hactenus Epiſtola Cornelii*.

27. Haſce literas accepit Cyprianus per Nicephorum Accoluthum allatas, ſequenti die poſtquam dicta ſchiſmaticorum factio in Africam appulerat, ut idem Cyprianus epiſt. 52. alias 49. eidem Cornelio reſcripſit, inquiens: „ Et cum diligentia, & cum dilectione feciſtl, frater chariſſime, feſtinato ad nos mittendo Nicephorum Acoluthum, qui nobis, & de Confeſſoribus regreſſis glorioſam lętitiam nunciaret, & adversùs Novatiani, & Novati novas, & pernicioſas ad impugnandam Chriſti Eccleſiam machinas pleniſſimè inſtruxerit. Nàm cùm pridie iſthic veniſſet hæreticę pravitatis nocens factio ipſa iam perdita, & alios qui ſibi conſenſerint perditura, poſtero die Nicephorum cum veſtris literis ſupervenit. *Hæc Cyprianus*. Non ergo profuit ſchiſmaticorum in Africam adventus, ut pios homines ad Novatiani partem traherent, præmonitis catholicis Epiſcopis, & ſuper gregem ſuum vigilantibus. „ Circa cæteros autem fratres, *ait ibidem Cyprianus*, elaboramus, quos ab eo circumventos dolemus, ut veteratoris pernicioſum latus fugiant, ut lethales laqueos ſollicitantis evadant, ut de qua ille pelli divinitus meruit, Eccleſiam repetant.

28. Dum ergo ſeductores illi per Africam fruſtra divagarentur, Romæ ſchiſmaticorum factio notabiliter minui cœpit; complures enim cognitâ Novatiani vaſricie, ad Cornelium redierunt, cum gemitibus, atque lacrymis expoſtulantes, ut in Eccleſia Catholica reciperentur, inter quos præcipui fnerunt Maximus Presbyter, Urbanus, Sidonius, & Macarius, qui omnes ut ſcribit Cornelius in præcitata ad Fabium Antiochenum Epiſcopum. „ Cùm illum tandem cognoviſſent, & fraudem ejus, ac verſutiam, perjuria quoque, atque mendacia, & abhorentem ab omni ſocietate feritatem, & lupinam quandam in eo amicitiam deprebendiſſent, ad ſanctam Eccleſiam reverſi ſunt, cunctaſque illius præſtigias, ac nequitiam quam jam pridem intra ſe occultans, ſeſe interim ſubmittebat, præſentibus aliquot Epiſcopis, ac Presbyteris, & laicis compluribus evulgarunt, ingemiſcentes ac dolentes, quòd à fraudolenta illa malignaque beſtia inducti, aliquanto temporis ſpatio ab Eccleſia receſſiſſent. *Hæc Cornelius*.

29. Sed datâ alterâ Epiſtolâ ad Cyprianum quæ eſt inter Cyprianicas 49. Pamelii 46. eum pariter certiorat de Maximi, Urbani, Sidonii, & Macarii pœnitentia, & quomodò de Presbyterorum, & Epiſcoporum conſenſu, qui tum Romæ degebant, recepti fuerint, altâ voce in publico Patrum conſeſſu, coram etiam compluribus ex laicorum numero, emiſsâ priùs Fidei profeſſione hiſce verbis: *Nos errorem noſtrum confitebimur: nos impoſturam paſſi ſumus. Circumventi ſumus perfidiâ, & loquacitate captioſâ; nam etſi videbamur quaſi quandam communicationem cum ſchiſmatico, & hæretico homine babuiſſe, ſincera tamen mens noſtra ſemper in Eccleſia fuit. Nec enim ignoramus unum Deum eſſe, unum Chriſtum eſſe Dominum, quem confeſſi ſumus, unum Spiritum Sanctum, unum Epiſcopum in Catholica Eccleſia eſſe debere*. Hæc ibi, ſubjungens poſtea Cornelius, ſe ſperare brevi tempore cæteros quoque ſchiſmaticos, ad unitatem S. Eccleſiæ reverſuros. „ Credimus autem fore, *ait*, quinimmò pro certo jam confidimus, cæteros quoque qui in errore hoc ſunt conſtituti, in Eccleſiam brevi reverſuros, cùm auctores ſuos viderint nobiſcum agere.

30. Gratulatus eſt valde ſanctiſſimus Epiſcopus Cyprianus hiſce receptis Epiſtolis, ſuamque lętitiam in reſcripto ad eundem Cornelium, Epiſt. 51. aliàs 48. oſtendit his verbis: „ Et egiſſe nos, & agere, frater chariſſime maximas gratias ſine ceſſatione profitemur Deo Patri omnipotenti, & Chriſto ejus Domino, & Deo noſtro Salvatori, quòd ſic Eccleſia Divinitus protegatur, & unitas ejus, & ſanctitas, non jugiter nec in totum perfidiæ, & hæreticæ pravitatis obſtinatione, vitietur. *Hæc & alia ibi* Cyprianus. Eidem porrò ſcripſerunt etiam ipſi pœnitentes, nimirum Maximus, Urbanus, Sidonius, & Macarius, certiorantes eundem Sanctum Epiſcopum, de eorum reditu ad unitatem Catholicæ Eccleſiæ cum Cornelio Epiſcopo, ut liquet ex Epiſtola 53. aliàs 50. quæ ita ſe habet.

Cy-

Cypriano Fratri, Maximus, Urbanus, Sidonius, & Macarius Salutem.

31. „ Certi ſumus, frater chariſſime, Te
„ quoque nobiſcum pari voto congaudere, nos
„ habito conſilio, utilitatibus Eccleſiæ, & pa-
„ cis magis conſulentes, omnibus rebus præ-
„ termiſſis, & Judicio Dei ſervatis, cum Cor-
„ nelio Epiſcopo noſtro pariter, & cum uni-
„ verſo Clero pacem feciſſe, cum gaudio
„ etiam univerſæ Eccleſiæ, pronâ etiam om-
„ nium charitate. Hoc factum his literis
„ noſtris ſcire certiſſimè debuiſti. Oramus
„ Te, frater cariſſime, multis annis bene
„ valere. *Hactenus Epiſtola.*

32. Reſcripſit Cyprianus planè tanto viro dignam Epiſtolam, quæ eſt 54. alias 51. cujus initium eſt. Lectis literis veſtris.
„ Fratres chariſſimi, quas ad me de veſtra re-
„ greſſione, & de eccleſiaſtica pace, ac fra-
„ terna redintegratione feciſtis, in tantùm
„ me lętatum eſſe confiteor, in quantùm fue-
„ ram, & ante lætatus, quando confeſſio-
„ nis veſtræ gloriam comperi, & militiæ ve-
„ ſtræ cœleſtem & ſpiritalem laudem gra-
„ tulabundus excepi. Nàm, & hæc fidei Ve-
„ ſtræ, & laudis veſtræ aliàs confeſſio eſt,
„ unam eſſe Eccleſiam confiteri: nec alieni
„ erroris, vel potius pravitatis perticipem
„ fieri: repetere eadem caſtra unde prodi-
„ ſtis, unde ad gerendum prælium, & ad-
„ verſarium ſubigendum fortiſſimis viribus
„ proſiliſtis. *Hæc ibi*, & alia plura habet Cyprianus.

33. Paulatim tandem deſtitutus ſuis Novatianus penè ſolus remanſit, ut innuit Cornelius in Epiſtola ad Fabium Antiochenum, ubi ait: *Scias porrò illum jam nudatum, ac penè ſolum remanſiſſe; fratribus quotidie eum deſerentibus, & ad Eccleſiam redeuntibus.* Manſit Romæ Novatianus, Novatus in Africa, ambo deſtituti, ſed in errore obſtinati, de quorum exitu altum ſilentium eſt apud Patres. Nihil de Novatiani morte apud Catholicos Scriptores ſcriptum reperitur, nihil de Novato; Socrate excepto lib. 4. hiſt. cap. 28. qui utpote ejuſdem hæreſis, in ſuæ ſectæ laudem, Novatum Martyrem occubuiſſe ſub Valentino Principe, falsò ſcribit. Obſcurior tamen fama Novati manſit: etſi uterque initia dederint Sectæ, quæ Novatianorum cognominata eſt, à Novatiano magis quàm à Novato prodiiſſe ſe gloriabantur, ut videre eſt apud S. Pacianum, in Epiſtolis ad Sympronianum. Novatianum porrò Romæ ſolemniter unam cum ſuis in Patrum ſynodo excommunicatum fuiſſe, ex Epiſtola Cornelii ad Fabium Antiochenum refert Euſebius dict. lib. 6. cap. 43. in fine, ubi ait:
„ Sub finem autem Epiſtolæ numerum re-
„ cenſet Epiſcoporum, qui in Urbem Ro-
„ mam convenientes, amentiam Novati
„ (ſupple *Novatiani*) condemnaverat, nomi-
„ na quoque illorum, & quam quiſque re-
„ gebat Eccleſiam adſcribens. Eorum item,
„ qui Romæ quidem minimè adfuerunt, ſu-
„ periorum tamen Epiſcoporum ſententiam
„ literis ſuis approbaverant: vocabula ſi-
„ mul, & Civitates undè ſinguli literas de-
„ derant, accuratè commemorat. „ *Hactenus Euſebius.*

34. Novatiani porrò, qui vel remanſerant, etſi pauci, & qui poſtea illius hæreſim receperunt, de ſuo gloriantes authore, Martyrem obiiſſe pronunciarunt, allegantes teſtimonium S. Cypriani, quem ſupervixiſſe Novatiano fatebantur, ut refert Pacianus in Epiſtola ſecunda ad Sympronianum erga finem, & ſimul ſententiam refutat, inquiens:
„ Nam quod ante paſſum Novatianum pu-
„ tas, & Cyprianum dixiſſe ſubjungis,
„ *præceſſit me adverſarius meus*; unde quàm
„ manifeſtè reſpondeam. Novatianus Mar-
„ tyrium nunquam tulit, nec ex verbis
„ Beatiſſimi Cypriani auditum eſt, aut le-
„ ctum eſt. *Et poſt aliqua ſubjungit*: Nam
„ & ideo ab Eccleſia Chriſti receſſerat, nè
„ illum labor confeſſionis urgeret. Qui pri-
„ mùm ſtimulatus invidia, Epiſcopatum Cor-
„ nelii non ferebat; inde ſe, Novato, pau-
„ corum Epiſtolis deriſus addixerat. Hæc
„ te omnia de Novatiano Cypriani literæ
„ perdocebunt. Porrò etiam ſi paſſus eſt ali-
„ quid Novatianus, non tamen etiam occi-
„ ſus. Etiam ſi occiſus, non tamen coro-
„ natus. Quid ni? Extra Eccleſiæ pacem,
„ extra concordiam, extra eam matrem,
„ cujus portio debet eſſe, qui Martyr eſt.
Hæc & alia Pacianus. Obiit ergo non Martyr, non coronatus, ſed ut peſſimus hæreticus in æternum ignem damnatus. Hoc pacto deceſſiſſe Novatum certum eſt, ut quorum impietas fuit una, una & eſſet utriuſque communis pœna.

35. De tempore quo primùm hæc hæreſis emerſit, facilè ex dictis colligi licebit. Etenim Novatus ſub duobus Philippis primùm agnitus fuit hæreticus, & eodem anno, quo mortuo Donato Carthaginenſi Epiſcopo, datus fuit ſucceſſor Cyprianus, quo & Feliciſſimus ſchiſma adversùs Cyprianum excitaverat: qui fuit annus Domini CCXLVIII. M. Julio Philippo Auguſto III. & M. Julio Philippo filio & Cæſare III. ejus ſub Pontificatu S. Fabiani. Præceſſerat enim ante Imperium duorum Philipporum Maximini perſecutio, indicta anno Domini CCXXXVI. Anno I. hujus Tyranni, ipſo Imperatore Julio Maximino Auguſto, & C. Julio Africano Coſſ. quæ perduravit uſque ad Imperium duorum Philipporum, ſub quibus omninò ceſſavit. Captâ ergo à No-

vato

Digitized by Google

vato occaſione de lapſia in perſecutione Maximini, quibus in mortis periculo petentibus veniam concedebstur, cœpit novum dogma propalare, quo docebat lapſis nullo tempore veniam eſſe dandsm. Hæc quidem accidiſſe in fine Imperii duorum Philipporum ex Cypriano in Epiſt. 52. ubi fatetur, non potuiſſe in Patrum Synodo cauſam Novati dignoſci, propter excitstam perſecutionem; nec de alia perſecutione loquitur, quam de illa à Decio Imperatore excitsta, quis ſub anteriori perſecutione, nimirum ſub illa Msximini nondum Epiſcopus erat Cyprianus. Decius verò ferè anno I. ſui Imperii perſecutionem movit, ſub ejus primo Conſulatu, & Annii Msximi Grati, Anno Domini CCL. ultimo Fsbisni Papæ.

36. Novatianua poſtea primùm ſchiſmaticus appsrnit, eo snno quo Cornelins fuerat in Petri Cathedra loco Fabiani ſubſtitutus, qui fuit annus Domini CCLI. Imperii Decii annus II. eodem Decio Auguſto II. & Q. Etruſco Decio Cæſsre F. Coſſ. eo anno quo ipſe Decius iniens cum Bsrbaris bellum, in promiſcua turba paludis gurgite hauſtus miſerè periit, extincto in eadem pugna ejus filio. Licèt ergo primùm Novatus in Africa hujua hæreſis prima ſeminns ſparſerit, attamen robur ſuum accepit ſub ſchiſmate Novstisni, ut clariùa infra in Commentario Dogmstico, oſtendemus. Perduravit tamen hæc ſects diutiſſimè. Etenim Paciani ætate qui claruit msximè circa snnum Domini CCCLXX. Imperantibus Valentiniano, & Valente, sdhuc erant Epiſcopi Novatiani, ut liquet ex tribus ejus Epiſtolis ad Sympronisnum Epiſcopum Novatianum datis. Etism ſuh Innocentio I. qui clsruit ſub Arcadio, & Honorio Imperatoribus, ſuffecto in Petri Solio loco Anaſtaſii anno Domini CCCCII., adhuc Novstianorum reliquiaa nondum penitua extinctas fuiſſe, liquet ex ejus Epiſtols ad Victricium Epiſcopum Rothomagenſem, in qus ſub csp. 8. docet non eſſe rebaptizandos venientes à Novstisnis. *Ut venienter à Novatianir vel Montenſibur, per manus tantùm impoſitionem ſuſcipiantur*. Poſt verò hujuſmodi tempora Novatisnorum nomen prorſus delituit.

COMMENTARIUS

Dogmaticur.

37. S*Ecundar nuptiar*) Præcipua Novsti, & Novstiani hæreſis, quæ cauſsm illorum ſchiſmati præbuit, non fuit ſecundas denegare nuptiss, licèt & hoc priori errori ſectstores Novatisni addiderint. Prima ergo & fundamentalis hæreſis fuit, lapſis in fide urgente perſecutionc, non eſſe veniam concedendam, nec Eccleſiam hujuſmodi poteſtatem habere; tsliter enim lapſos relinquendos eſſe ſolius Dei judicio, cujus eſt peccata dimittere. Hoc enim in primis liquet ex iis, quæ Euſebius ſcribit lib. 6. hiſt. cap. 43. in initio, ubi agens de iis quæ Dionyſius Alexsndrinus ſanciverat circa lapſos in perſecutione, ſtstim ſubnectit: „ Etenim Novstus (ſupple *Novatianus*) „ Eccleſiæ Romanæ Presbyter, arrogsntia „ adversùs eos elatus, quaſi nulla ſpes ſalutis ipſis poſthsc ſupereſſet, tametſi „ omnia explerent, quæ ad ſinceram con„ verſionem, puramque confeſſionem perti„ nent, propriæ cujuſdam ſectæ eorum, qui „ tumore mentis elati, ſe ipſos Catharos „ cognominarunt, Auctor extitit. „ *Hæc Euſebius*, nec aliam hæreſim in Novatiano, præter ſubſecutum, ab eo tamen excitatum, ſchiſma, recenſet.

38. Socrates quoque lib. 4. hiſtor. cap. 28. profeſſione, ſeu religione Novatianus, cauſam Schiſmstis Novatiani referena, non aliam conſignat, niſi quia Cornelius lapſos recipiebst, quos nullatenus recipiendos eſſe Novstianua prædicabat: „ Novatus Presbyter, „ *inquit*, Eccleſiæ Romsnæ (ſupple *Nova*„ *tianur*) ideo diſſidium fecit, quòd Cor„ nelius Epiſcopua fideles, qni tempore per„ ſecutionis à Decio Imperatore contra Ec„ cleſiam excitatæ, Idolis ſscrificaverant, in „ communione ſuſcepiſſet. Hsnc igitur ob „ cauſsm cùm ſeceſſiſſet, ab Epiſcopis, qui „ idem cum ipſo ſentiebsnt ad Pontificatum „ evectus, ſcripſit ab omnea ubique Eccle„ ſiss, ne eos qui Dæmonibus immolave„ rant, ad Sscra Myſteris admitterent. Sed „ ut hortsrentur quidem eoa ad pœniten„ tiam: indulgentiam sutem criminum relin„ querent Deo, penes qnem jus arbitrium„ que eſt crimina remittendi. *Hactenur So*„ *crater*.

39. Ab hoc porrò errore, quòd lapſis in perſecutione non eſſet concedenda venia, in alium Novatianus lspſus eſt, nimirum, nemini ad mortem peccsnti dandam eſſe veniam, prorſus negans In Eccleſia poteſtatem remittendi peccata poſt Bsptiſmum commiſ-

ſa.

ſa. Notat hoc S. Epiphanins in hæreſi 59. §. 1.
ubi de Novatiano ſcribit. „ Quemobrem
„ propter eos, qui in illa perſecutione lapſi
„ fuerant, cum arrogantia unà cum ſuia in-
„ flatua, eos in communione nollet admit-
„ tere, qui poſt perſecutionem pœnitentiam
„ ſuſceperant, ad eam ſe convertit hæreſim
„ ut nullam eſſe ſpem ſalutis aſſereret, at-
„ que unam dumtaxat eſſe pœnitentiam.
„ Qui autem poſt Baptiſmum delinqueret,
„ nullam erga eum miſericordiam adhiberi
„ poſſe. *Hæc Epiphanius*. Hinc Cyprianus
in Epiſt. 60. aliàs 57. ad Corneliurn, appel-
lat Novatianum interſectorem pœnitentiæ,
de ipſo enim loquens ſcribit: „ In perniciem
„ fratrum linguà ſuâ perſtrepens, & facun-
„ diæ venenatæ jacula contorquens, magis
„ durus ſæcularis Philoſophiæ pravitate,
„ quàm Philoſophiæ Dominicæ lenitate pa-
„ cificua; deſertor Eccleſiæ, miſericordiæ ho-
„ ſtia, interfector pœnitentiæ, doctor ſu-
„ perbiæ, veritatis corruptor, preditor cha-
„ ritatis.

40. Deinde in Epiſtola 68. aliàs 67. ad
Stephanum data de Marciano Arelatanſi lo-
quena, qui ſe Novatiano conjuxerat ejuſdem
Novatiani hæreſim exponit ità ſcribens: „
„ Fauſtinus collega noſter Lugduni conſi-
„ ſtena, frater chariſſime, ſemel atque iterum
„ mihi ſcripſit, ſignificans ea, quæ jam vo-
„ bis ſcio utiqne nunciata, tàm ab eo, quàm
„ à cæteris Coepiſcopis noſtris in eadem Pro-
„ vincia conſtitutis, quòd Marcianua Are-
„ late conſiſtens Novatiano ſe conjunxerit,
„ & à Catholica unitate, atque corporia
„ noſtri, & Sacerdotii conſenſione diſceſſe-
„ rit, tenena hæreticæ præſumptionis du-
„ riſſimam pravitatem; ut ſervis Dei pœ-
„ nitentibua, & dolentibus, & Eccleſiam
„ lacrymis, & gemitu, & dolore pulſan-
„ tihus, Divinæ pietatis, & lenitatis pater-
„ næ ſolatia, & ſubſidia claudantur, nec
„ ad fovenda vulnera admittantur vulnerati,
„ ſed ſine ſpe pacis, & communicationis re-
„ licti ad luporum rapinam, & prædam Dia-
„ boli proiiciantur. „ *Hæc Cyprianus*. Ean-
dem hæreſim adnotat in Novatiano Pacia-
nua tribus in Epiſtolis ad Sypronianum Epiſ-
copum Novatianum datis, & præcipuè in 3.
ubi in exordio ait: „ Tractatus omnia No-
„ vatianorum, quem ad me confertia undi-
„ que propoſitionibus deſtinaſti, Symproniа-
„ ne frater, hoc continet. Quòd poſt Ba-
„ ptiſmum pœnitere non liceat; quòd mor-
„ tale peceatum, Eccleſia donare non poſ-
„ ſit; immò quòd ipſa pereat recipiendo
„ peccantes. „ *Hæc Pacianus*. Sed, & Aſcle-
piades Epiſcopua pariter Novatianua apud
Socratem lib. 7. hiſtor. cap. 25. idem profi-
tetur dùm ait: „ Præter Sacrificium Idolo-
„ rum, ſunt & alia multa peccata ad mor-
„ tem, ut loquuntur Scripturæ: propter quæ
„ vos quidem clericos, nos verò etiam lai-
„ cos à communione removemus, ſoli Deo
„ poteſtatem condonandi illis relinquentes.

41. Hoc ergo ſuit primua, & palmaris
Novatianorum error, à quo inde in alios de-
ſcenderunt. Abyſſus enim, abyſſum invocat.
nàm idem Novatianua, quos in Eccleſia Ca-
tholica baptizatos reperiebat, ad ipſum acce-
dentes rebaptizabat, hoc pro firmo dogma-
te retinens, valibum non eſſe baptiſma col-
latum extra Sectam ſuam. Hoc enim à Cy-
priano relatum legimus in Epiſtola 73. ad
Jubajanum data, erga cujus initium ſcribit: „
„ Nec nos movet, frater chariſſime, quod in
„ literis tuis complexua eſt; Novatianen-
„ ſes rebaptizare eos, quos à nobis ſollici-
„ tant: quando ad nos omninò non perti-
„ neat, quid hoſtes Eccleſiæ ſaciunt, dum-
„ modò teneamus ipſi poteſtatis noſtræ ho-
„ norem, & rationis ac veritatia firmitatem.
„ Nàm Novatianus Simiarum more, quæ
„ cùm hominea nos ſint, homines tamen
„ imitantur, vult Eccleſiæ Catholicæ aucto-
„ ritatem ſibi, & veritatem vindicare, quan-
„ do ipſe in Eccleſia non ſit: immò adhuc
„ inſuper contra Eccleſiam rebellis, & hoſtia
„ extiterit. Sciens etenim unum eſſe ba-
„ ptiſma, & hoc unum ſibi vendicat, nt
„ apud ſe eſſe Eccleſiam dicat, & nos hære-
„ ticos ſaciat.

42. Nec obſeurè in Novatiano eundem
errorem adnotat Dionyſiua Alexandrinua in
Epiſtola ad alteram Dionyſium Romanum
Epiſcopum data, apud Euſebium lib. 7. hiſt.
cap. 8. ubi breviter complectena Novatiani
errorea, ait: „ Nam Novatianum meritò
„ averſamur, quippe qui Eccleſiam diſcidit,
„ & quoſdam ex fratribua ad impietatem,
„ blaſphemiamque pertraxit; qui neſariam
„ de Deo doctrinam invexit, & clementiſ-
„ ſimum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum
„ quaſi imolacabilem calumn ator: qui præ-
„ terea Sacrum lavacrum obliterat: fidem-
„ que, & confeſſionem, quæ baptiſmum
„ præcedunt evertit, & Spiritum Sanctum
„ penitùs ab illis ſugat. „ *Hæc Dionyſius*:
per quæ verha, & ſchiſma Novatiani con-
ſignat; & errorem de non recipiendis lapſis
ad pœnitentiam, & alterum de non reci-
piendo baptiſmate extra ſuam ſectam col-
lato, diſertè adnotat. Et S. Ambroſius aper-
tis verbis in lib. 1. de pœnitentia cap. 6.
ſcribit Novatianum iteraſſe Baptiſmum, in-
quiens: *Novatianus ſervos tuos, à quibus
invitabatur tenuit, & contumelia affectos oc-
cidit, quos iterati baptiſmatis labe inquina-
vit*. Et in Commentario ad cap. 1. Epiſt. 1.
ad Corinthioa, ſi ipſe eſt Auctor, pariter
ait: *Sic enim erant ſicut nunc Novatiani,
qui baptiſmum ſibi vindicant, à noſtris ba-
ptizatos reprobantes*. Idem pariter de Nova-
tianis recenſet Auctor lib. Quæſt. Nov. &
Veter.

Veter. Teſtam. ad calcem tom. 4. Oper. S. Auguſt. quæſt.102. ubi per totum adversùs Novatianum diſputat.

43. Poſt hæc adjecerunt & alios errores: unde ut S. Auguſtinus ſcribit in noſtro Textu, ſecundas uuptias damnabant Novatiani: Et ita Theodoretus lib.3. hæret. ſabul. ſcribens: *Ejus autem Succeſſores etiam alia ipſius dogmati adjecerunt. Eos enim, qui ſecundum matrimonium coiſſent à Sacris Myſterijs arcebant*. Et Epiphaniua hæreſi 59. cit. §. 3. „Præterea, *ait*, iidem illi longiùs ex „ illo dogmate proſilientes alia quædam adjecerunt. Ajunt enim ſe eandem nobiſcum „ habere fidem; ſed tamen cum Digamia „ communicare detrectant: uam ſi quis poſt „ Baptiſmum ſecundam uxorem duxerit, ab „ illis nou amplius admittitur. „ *Hæc Epiphanius*.

44. Ex eodem porrò Theodoreto innui videtur eoſdem Novatianos Sacramentum Confirmationis obliteraſſe, cùm dicat: *Pænitentiam autem à ſuo Conventu arcent penitùs, ijſque, qui ab ipſis tinguntur ſacrum chriſma non præbent. Quo circa eos etiam, qui ex hac hæreſi corpori Eccleſiæ conjunguntur, benedicti Patres ungi juſſerunt*. Idem colligi poteſt ex verbis Paciani in Epiſtola 3. ad Sympronianum paulò poſt initium, inquiens: *Veſtræ plebi undè ſpiritum, quam non conſignat unctus Sacerdos? undè aquam, quæ à matrice diſceſſit?* Et quidem in eo hæc hæreſis ſundata videtur, quòd cùm Auctor Novatianus hoc Sacramento caruerit, nè hoc ei in vitium adſcriberetur, maluit illud penitùs obliterare. Scribit enim Cornelius Papa in Epiſtola ad Fabium Antiochenum ſæpe cit. apud Euſebium lib. 6. hiſt. cap. 43. Novatianum in lectulo baptizatum ab Epiſcopo minimè fuiſſe conſignatum, ex quo infert, non accepiſſe Spiritum Sanctum. „ Sed neque, *inquit*, poſtquam „ liberatus eſt morbo, reliqua percepit, quæ „ juxta Eccleſiaſticam regulam percipi de- „ bent: neque ab Epiſcopo conſignatus eſt. „ Hoc autem ſignaculo minimè accepto, „ quo tandem modo Spiritum Sanctum po- „ tuit accipere? „ *Hæc Cornelius*: unde verba illa, *neque ab Epiſcopo conſignatus eſt*, Chriſtophorſonus vertit: *neque Domini ſigillo ab Epiſcopo obſignatus fuit*: clariùa Ruffinus lib. 6. cap.33. legit: *Nec ſignaculo chriſmatis conſummatus ſit, unde nec Spiritum Sanctum unquam potuerit promereri*. Ex textu ergo Cornelii liquet, in Novatiano baptizato, prætermiſſam fuiſſe Confirmationem, quæ Sacramentum eſt, quod ab Epiſcopo confertur per chriſmatis obſignationem, manuumque impoſitionem, & per quod confertur Spiritua Sanctus: cujus rei causâ, neminem ex ſuia ſectatoribus conſignandum voluit, contemnens hoc Sacramentum; Id quod in cauſa fuit, ut Patres decreverint, Novatianos ad Eccleſiam venientes eſſe inungendoa, ut ſcribit Theodoretus, hoc eſt, ſacro chriſmate per Epiſcopum conſignandos. Et ita præcipua hæreſum Novatianorum capita ſunt.

I. Lapſis in fide, & quibuſvis peccantibua ad mortem non eſſe locum venię, nec in Eccleſia eſſe poteſtatem remittendi hujuſmodi crimina.

II. Nou eſſe validum Baptiſmum collatum extra Sectam Novatiani, licèt in collatione ſerventur omuia, quæ Eccleſia Catholica ſervat.

III. Non licere Chriſtiania ſecundas inire Nuptiaa, ſive Clerici ſint, ſive Laici.

45. Hæc ergo erant præcipua Novatianorum dogmata, quæ & ab univerſis credenda docebant. Sed & de tempore celebrandi ſanctum diem Paſchæ apud eoſdem Novatianos irrepſit error: non tamen apud univerſos, ſed orto ſchiſmate inter eos, aliī celebrandum Paſcha volebant die XIV. Lunæ primi menſis, in quamcumque hebdomadæ diem inciderit, alii cum Catholicis, die Dominico immediatè ſequenti dictam Lunam XIV. Univerſi tamen ritum hunc pro re adiaphora, ſive indifferenti habebant, undè licere ſibi putabant illud celebrare tam ipſo die Lunæ XIV. quàm Dominico die ſequenti, ut tradit Socrates lib. 5. hiſt. cap. 22. Immò & pro re indifferenti habendum eſſe ritum celebrandi Paſcha idem Socrates eodem lib. 5. cap. 21. deciſum refert in conſeſſu Epiſcoporum Novatianorum, habito Conſtantinopoli poſt mortem Agelii Epiſcopi Novatiani: licèt in quadam Synodo celebrata in Vico Phrygiæ Pazo ſub imperio Valentis Auguſti decretum fuiſſet jam Paſcha omninò celabrandum eſse cum Judæis ipſomet XIV. die Lunæ menſis primi, quemadmodum Deus ipſis Judæis præceperat, ut ibidem Socrates adnotat; qui & lib.1. cap.10. refert Aceſium Epiſcopum Novatianum interrogatum à Magno Conſtantino, num aſſentiretur definitioni Concilii Nicæni, tam in cauſa fidei quàm celebrationis Paſchatis; reſpondiſse, ſic olim ab initio, & ab ipſis Apoſtolorum temporibus, tum fidei definitionem, tum Feſti Paſchalis tempua traditum, ſe accepiſse. Et ita liquet nec inter ſe fuiſse concordes in cauſa temporis celebrandi Paſcha.

46. Porrò S. Dionyſius Alexandrinua ſupra cit. ſub num. 4. innuit, Novatianum tradidiſse, ante Baptiſmum non eſse præmittendam fidei confeſſionem: *Fidemque*, inquit, *& confeſſionem quæ Baptiſmum præcedunt, evertit*. Pro cujus rei elucidatione notandum eſt, fidei confeſſionem, quæ in baptizandis

Digitized by Google

exigitur, non ſumi pro habitu fidei, quæ eſt para eſsentialis juſtificationis, hæc enim ſequitur Baptiſinum, & hanc poſtulant baptizandi, dum interrogati, quid petant, reſpondent: *Fidem vitam æternam præſtantem*, ut ex Concilio Trid. ſeſs. 7. cap. 6. ſed ſumitur pro actu fidei elicito, qui exigitur à Baptizandis, cùm jubentur recitare Symbolum, & interrogantur an credant, qui actus in plurimum non eſt ex habitu fidei, ſed ex ſpeciali, & actuali Dei auxilio. Et de hac fide aliter diſcurrendum eſt in parvulis baptizandis, aliter in adultis: Adulti enim per ſe eliciunt actum fidei, & per ſe credunt: non ſic tamen parvuli, qui, ut ait Nanz. orat. *in Sancta Lumina*, ſine ſenſu ſanctificationis, ſanctificantur: non enim habere poſsunt actualem fidem, cùm non cognoſcant diſtantiam boni, & mali, ut ſcriptum eſt Deuteronomii cap. 1. verſ. 39. *Filij, qui hodie boni, ac mali ignorant diſtantiam*: carent enim perſectæ rationis uſu: credunt tamen partim re ipsâ dum baptizantur, ut ſcribit S. Auguſtinus lib. 1. de Peccatorum merit. cap. 27. nam ipſum baptizari, ait, eſt infantibua credere, ut etiam tradit Epiſtola 23. Partim verò credunt fide alienâ, ideſt Eccleſiæ fide, ut docent Patres, S. Dionyſius in lib. de Eccleſ. Hierarchia cap. ult. S. Ambroſ. in Commentar. ad cap. 11. Epiſt. ad Hebræos, ſi ipſe eſt Auctor, S. Auguſt. lib. 3. de liber. arb. cap. 23. ubi palam ſatetur, hanc eſſe totius Eccleſiæ ſententiam, & repetit in lib. 4. de Baptiſm. cap. 24. & 25. ſerm. 10. & 14. de Verbis Apoſtoli. Epiſt. 23. & Epiſt. 57. & Epiſt. 105. & alibi S. Proſper lib. 2. de Vocat. Gentium cap. 8. & communiter univerſi Patres: & liquet ex Concilio Trid. ſeſs. 7. can. 13. de Baptiſmo: *Si quis dixerit parvulos, eò quòd actum credendi non habent, ſuſcepto Baptiſmo inter fideles computandos non eſſe, ac propterea cùm ad annos diſcretionis pervenerint, eſſe rebaptizandos: aut præſtare omitti eorum baptiſma, quàm eos non actu proprio credentes baptizari in ſola fide Eccleſiæ; Anathema ſit*. Itaque ſecundùm tradita à Dionyſio Alexandrino, contra totius Eccleſiæ conſenſum, Novatianus excludebat fidem illam in baptizandis, quæ præcedit Baptiſmum; adeont tam inſantes baptizari oportere, docebat, quàm adultos abſque ullo actu fidei elicito, tam à ſe ipſis, quàm ab aliis per illos ut ſaltem in fide Eccleſiæ baptizari dicantur, ut reverà baptizantur parvuli uſu rationis carentes.

47. Denique Seleucia quidam apud S. Auguſtinum in Epiſt. 108. refert quendam Novatianum ſcripſiſse, S. Petrum non fuiſse baptizatum: ſed S. Doctor eidem ſcribens in prælaudata Epiſtola, exiſtimat hunc talia diſseminantem non ſuiſse ſectâ Novatianum, ſed alterius hæreſis fantorem, mentito Novatiani nomine. *Sed quiſquis fuerit*, ait S. Doctor, *à regula fidei Catholicæ, & Doctrina Chriſti, & Apoſtolorum alienus eſt*. Etenim non legitur utique Petrum ſuiſse baptizatum, ſicut ſcriptum eſt de Paulo: neque tamen ſcriptum eſt, quando Galatæ, & Corinthii, aliæque plures Nationes, ad quas Paulus ſcripſit, ſuerint baptizatę, quamvis ſcriptum ſit, plebem Samariæ, & Hieruſalem baptiſmum ſuſcepiſſe. Sicut ergo non ſequitur; ſcriptum eſt, Samaritas ſuſcepiſſe Baptiſmum, ſcriptum non eſt, Corinthios ſuiſſe baptizatoa; ergo Samaritani ſuerunt baptizati, non ſic tamen Corinthii: ita non ſequitur Paulum ſuiſſe baptizatum, quia ſcriptum eſt; non ſic Petrum, quia ſcriptum non eſt. Ex regula illa generali fidei: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei*, evincitur Petrum ſuiſſe baptizatum. Hinc idem S. Doctor in prædicta Epiſtola, ait: „ Poſtquam Dominus Chriſtus in Ec-
„ cleſia ſua Sacramentum novi Teſtamenti
„ pro circumciſione carnis ſanctum Baptiſ-
„ mum dedit, & apertiſſimè dixit: *Niſi*
„ *quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu*
„ *Sancto, non intrabit in regnum cælorum*:
„ jam non debemus credere, quando quiſ-
„ que baptizatus ſuerit, ſed quoſcumque
„ legimus in corpore Chriſti, quod eſt Ec-
„ cleſia, pertinere ad regnum cœlorum, non-
„ niſi baptizatos intelligere debemus: niſi
„ ſortè, quos anguſtia paſſionis invenit, &
„ nolentes negare Chriſtum, antequam ba-
„ ptizarentur, occiſi ſunt, quibus ipſa paſ-
„ ſio pro Baptiſmo deputata eſt. Sed num-
„ quid hoc poſſumus de Apoſtolis dicere,
„ qui uſque adhuc largum tempus habuerunt,
„ quo baptizarentur, ut alios etiam baptiza-
„ verint? „ *Hæc S. Doctor*, ſubjungena Apoſtolos fuiſſe baptizatos, & Diſcipulos, quando exiit in Terram Judæam cum illis, & illic moratus eſt, & baptizabat, ut habetur apud Joannem cap. 3. & 4. Immò tradit, per illa verba Chriſti Domini Petro in ultima cœna: *Qui lotus eſt non indiget, niſi ut pedes lavet*, oſtendit Petrum ſuiſſe baptizatum, loquente Domino, de lotione Baptiſmi jam priùs in Petro peracta.

COM-

COMMENTARIUS

In Hæreſim I.

48. L*Apſis in Fide*) Lapſi in Fide
ſecundùm antiquam Eccleſiæ
diſciplinam cenſebantur tum Sacrificatores,
tum Libellatici. Sacrificatores illi diceban-
tur, qui urgente perſecutione, tormentorum
metu, aut ſacrificabant, aut Idolis incen-
ſum adolebant, vel aliquid agebant in eorun-
dem Idolorum venerationem. Libellatici non
ita, ſed tales erant, qui ne Idolis ſacrifica-
re cogerentur, numeratâ pecuniâ aut mu-
neribus, ſive pro ſe, ſive pro ſuis libellum
immunitatis à Magiſtratibus obtinebant, quo
muniti à Satellitum furore liberi ſervaban-
tur, & ſi fortè capti, oſtenſis libellis, di-
mittebantur: ſicque ſibi videbantur conſu-
luiſſe & ſaluti propriæ, & fidei indemnitati.
Sed adversùs hos declamat Tertullianus in
lib. de Fuga cap. 12. & 13. Duo porrò erant
Libellaticorum genera: primum eorum, qui
Chriſtianos coram Judice ſe eſſe conteſta-
bantur, ſed oblatâ pecuniâ nè à Miniſtris
moleſtarentur, libellum ſecuritatis accipie-
bant. Alterum verò illorum erat, qui ex-
ternè fatebantur ſe Chriſtianos non eſſe, un-
de libellum expoſcebant, ne ſub prætextu
Chriſtiani Nominis turbarentur. Hæc duo
genera Libellaticorum agnoſcit Cyprianus,
nam primi generis meminit in Epiſtola 50.
aliàs 52. ad Antonianum data, ubi ait:
„ Quando is cui libellus acceptus eſt, dicat:
„ Ego prius legeram, & Epiſcopo tractan-
„ te, cognoveram non Sacrificandum Ido-
„ lis, nec Simulacra ſervum Dei adorare
„ debere; & idcircò nè hoc facerem, quod
„ non licebat (cùm occaſio libelli fuiſſet
„ oblata, quem nec ipſum acciperem, niſi
„ oſtenſa fuiſſet occaſio) ad Magiſtratum
„ vel veni, vel alio eunte mandavi: Chri-
„ ſtianum me eſſe, ſacrificare mihi non lice-
„ re, ad aras Diaboli me venire non poſſe,
„ dare me ob hoc præmium, ne quod non
„ licet faciam. Nunc tamen etiam iſte, qui
„ libello maculatus eſt, poſteaquam nobis
„ admonentibus didicit nec hoc ſe facere
„ debuiſſe, & ſi manus pura ſit, & os ejus
„ feralis cibi contagia nulla polluerint, con-
„ ſcientiam tamen ejus eſſe pollutam.„ *Hæc
Cyprianus* de Libellaticis primi generis, qui
etſi Chriſtum confitebantur, libellum tamen
ne moleſtarentur accipiebant.

49. De Libellaticis verò ſecundi generis
agit in libro de Lapſis, ubi ait: „ Nec ſibi
„ quominus agant pœnitentiam, blandian-
„ tur, qui etſi nefandis Sacrificiis manus
„ non contaminaverunt, libellis tamen con-
„ ſcientiam polluerunt. Et illa profeſſio de-
„ negantis; conteſtatio eſt Chriſtiani, quod
„ fuerat abnuentis; feciſſe ſe dixit, quidquid
„ aliud faciendo commiſit. Cùmque ſcriptum
„ ſit: *Non poteſtis duobus Dominis ſervire*;
„ ſervivit ſæculari Domino, qui obtempe-
„ ravit ejus edicto: magis obaudivit huma-
„ no imperio, quàm Deo. Viderit an mi-
„ nore vel dedecore, vel crimine apud ho-
„ mines publicaverit, quod admiſit, Deum
„ tamen judicem ſubterfugere, & vitare non
„ poterit, cùm dicat Spiritus Sanctus in
„ pſalmis: *Quod eſt imperfectum meum, vi-
„ derunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcri-
„ bentur.* „ *Hactenus Cyprianus.*

50. De iis autem libellaticis, qui fidem
negabant, alii per ſe, ſive perſonaliter ac-
cedebant ad Judicem, & negantes ſe Chri-
ſtianos eſſe libellum recipiebant; ſed nonnulli
non perſonaliter accedebant, alios amicos
mittebant, qui conteſtarentur ſe Chriſtia-
nos nullatenus eſſe, & dato nomine, & obla-
tâ pecuniâ libellum ſic obtinebant. Utroſque
complectitur Clerus Romanus in Epiſtola ad
Cyprianum data, inter Cyprianicas 30. aliàs
31. & ejuſdem criminis reos declarat, ſic
paulò poſt initium, inquiens: „ Hoc nos
„ non falsò dicere ſuperiores noſtræ literæ
„ probaverunt, in quibus vobis ſententiam
„ noſtram dilucidâ expoſitione protulimus,
„ adversùs eos, qui ſe ipſos infideles illici-
„ tâ nefariorum libellorum profeſſione pro-
„ diderant, quaſi evaſuri irretientes illos
„ Diaboli laqueos viderentur, quominus
„ quàm ſi ad nefarias Aras acceſſiſſent, hoc
„ ipſo, quod ipſum conteſtati fuerint, te-
„ nerentur; ſed etiam adversùs illos, qui
„ accepta feciſſent, licèt præſentes cùm fie-
„ rent non affuiſſent, præſentiam ſuam uti-
„ que ut ſic ſcriberentur mandando feciſſent.
„ Non eſt enim immunis à ſcelere, qui ut
„ fieret imperavit; nec eſt alienus à crimi-
„ ne, cujus conſenſu, licèt non à ſe admiſ-
„ ſum crimen, tamen publicè legitur; &
„ cùm totum fidei Sacramentum in confeſ-
„ ſione Chriſti nominis intelligatur eſſe di-
„ geſtum; qui fallaces in excuſatione præ-
„ ſtigias quærit, negavit: Et qui vult vi-
„ deri propoſitis adversùs Evangelium vel
„ edictis, vel legibus ſatisfeciſſe, hoc ipſo
„ jam paruit, quòd videri paruiſſe ſe voluit.
Hactenus ibi.

51. Adversùs ergo hujuſmodi Lapſos,
duæ fuerunt extremæ ſententiæ, ambæ hæ-
reticæ, quæ & ſchiſma introduxerunt. Pri-
ma fuit Feliciſſimi in Africa, qui contra
Cyprianum ſchiſma conflavit, altera Novati
pariter primùm in Africa, & Novatiani Ro-
mæ. Feliciſſimus verò contendebat, lapſos
hujuſmodi abſque ulla prævia pœnitentia,
nec datâ ſatisfactione, eſſe recipiendos: No-
vatus verò & Novatianus in contrarium di-

cebant, neminem ex lapſis recipiendum in Eccleſia, quavis peractâ pœnitentiâ, aut datâ ſatisfsctione. De Feliciſſimo, & ejus factionariis plura ſcribit Cyprianus præcipuè in Epiſt. 43. aliàs 40. sd Plebem univerſam data, & inter alia, sit: „ Ac ne parum fuiſ-
„ ſet corrupiſſe quorundsm Confeſſorum
„ mentes, & contrs Sscerdotium Dei por-
„ tionem ruptæ fraternitatis armare voluiſ-
„ ſe; nunc ſe ad Lspſorum perniciem vene-
„ natâ ſuâ deceptione verterunt, ut ægros,
„ & ſaucios, & ad capiends fortiora con-
„ ſilia, per calamitatem ruinæ ſuæ minus
„ idoneos, & minus ſolidos, à medels vul-
„ neris ſui avocent, & intermiſſis precibus,
„ & orstionibus, quibus Dominus longâ,
„ & continuâ ſatisfsctione placandus eſt, ad
„ exitioſsm temeritatem mendacio captioſæ
„ pacis invitent.

52. Deinde psucis intermiſſis ſubjungit:
„ Eadem nunc rstio, eadem rurſus everſio,
„ per quinque Presbyteros Feliciſſimo co-
„ pulstos, ad ruinam ſalutis inducitur, ut
„ non rogetur Deus, nec qui negsvit Chri-
„ ſtum, eundem Chriſtum, quem nagave-
„ verat deprecetur: poſt culpam criminis
„ tollstur & pœnitentia: nec per Epiſcopos
„ & Sacerdotes Domino ſatisfiat, ſed re-
„ lictis Domini Sacerdotibus contra Evan-
„ gelicsm diſciplinam novs traditio ſacri-
„ legæ inſtitutionis exurgat; Cùmque ſe-
„ mel plscuerit tam nobis, quàm Confeſ-
„ ſoribus & Clericis urbicis; item univerſis
„ Epiſcopis vel in noſtra Provincis, vel
„ trans mare conſtitutis, ut nihil innove-
„ tur circa lapſurum cauſam, niſi omnes in
„ unum convenerimus, & collatis conſiliis
„ cum diſciplina, & miſericordis tempera-
„ tam ſententiam fixerimus; contra hoc con-
„ ſilium noſtrum rebelletur, & omnis Ss-
„ cerdotalis anthoritas, & poteſtas factio-
„ ſis conſpirstionibus deſtrustur. „ *Hactenus Cyprianus*. Cæterum de hujus Feliciſſimi ſchiſmate peſſimiſque moribus diffusè ſcribit idem Cyprianus in Epiſtola 59. aliàs 55. ad Cornelium Romsnum Epiſcopum dats.

53. Item Feliciſſimus cum ſuis, maximè nitebantur in Martyrum libellis, lapſis conceſſis. Etenim hæc diſciplina in primitiva Eccleſia ſervabatur, ut qui pro fidei confeſſione in carceribus detinebsntur, pro lspſis rogsrent, & tantus erat honor qui eis deferebatur, ut ad eorum petitiones, & preces tam Sacrificstoribus, quàm Libellaticis cujuſvis generis per Epiſcopos, & Eccleſiæ Præſules, aliqua ſatisfactionis, & pœnitentiæ pars relaxaretur. Hoc liquet ex Cypriano, qui in Epiſtols 18. aliàs 13. ad Presbyteros, & Disconos data, ubi de ejuſmodi lapſis, qui libellum à Mstyribus acceperunt, ita ſcribit: „ Quoniam tamen video facul-
„ tatem veniendi ad vos nondum eſſe, &
„ jam æſtstem cœpiſſe, quod tempus infir-
„ mitatibus aſſiduis, & gravibus infeſtstur,
„ occurrendum puto fratribus noſtris; ut
„ qui libellos à Msrtyribus acceperunt, &
„ prærogativâ eorum apud Deum adjuvari
„ poſſunt, ſi incommodo aliquo, & infir-
„ mitatis periculo occupati fuerint, non
„ expectatâ præſentiâ noſtrâ, apud Presby-
„ terum quemcumque præſentem, vel ſi
„ presbyter repertus non fuerit, & urgere
„ exitus cœperit, apud Diaconum quoque,
„ exomologeſin facere delicti ſui poſſint; ut
„ msnu eis in pœnitentia impoſitâ venisnt
„ ad Dominum cum pace, quam dsri Mar-
„ tyres literis ad nos fsctis, deſideraverunt.
Hæc Cyprianus, qui idem repetit in Epiſtola 19. aliàs 14. ad eoſdem dsta. Ejuſdem conſuetudinis meminit, & Tertullianus in lib. ad Martyres cap. 1. in fine, inquiens:
„ Nec illi tam bene ſit in ſuo regno, ut
„ nos committat: ſed inveniat munitos,
„ & concordiâ armatos, quis psx veſtra
„ bellum eſt illi. Qusm pacem quidam in
„ Eccleſis non habentes, à Martyribus in
„ carcere exorsre conſueverunt. „ Et idem innuit in libro de Pudicitia cap. 22. in initio, quamvis jam factus Montaniſta hujuſmodi conſuetudinem reprobet, & prorſus damnet.

54. Ex hsc itaque recepta diſciplina factum eſt ut complures lapſi accepto ſupplici Martyram libello, per vim, nullâ præmiſsâ ſatisfactione pacem ſibi dari volebant, ſovente hanc petulantiam ipſo ſchiſmatico Feliciſſimo, cujus violentiæ meminit idem S. Cyprianus in Epiſt. 20. aliàs 15. ad Preſbyteros, & Diaconos Romæ conſiſtentes, ſcribens: „ Poſtmodum verò cùm quidam
„ de lapſis, ſive ſuâ ſponte, ſive aliquo in-
„ citatore, audaci flagitatione prorumpe-
„ rent, ut pacem ſibi à Msrtyribus, &
„ Confeſſoribus promiſſam, extorquere vio-
„ lento impetu niterentur, de hoc etiam bis
„ ad Clerum literas feci. „ *Hæc Cyprianus*, repetens quid ſtatuerit circa hujuſmodi lapſos, prout ſupra expreſſum eſt.

55. Immenſus quoque lspſorum numerus erat, qui ad Msrtyres in csrcere conſtitutos confugiebant, ut ab eis pacis libellum extorquerent, nec eorum importunis precibus, atque poſtulationibus vslentes Sancti Martyres reſiſtere, etism involuntsriè quibuſdam concedere cogebantur, immò etism aliquando ſuppreſſo nomine lapſi, hac ſervatâ formulâ, *Communicet ille cum ſuis*. Cujus malo occurrere volentes Eccleſiæ Catholicæ Miniſtri, conſtitutum fuit, ut Diaconi carceres luſtrarent, & Martyrum deſideria vivâ voce exquirerent, ac ſimul & ſana eis darent conſilia, quibus hac in cauſa ſe gubernari oportuiſſet. Hæc quidsm omnia con-

conſtant ex Cypriani Epiſtola 15. aliàs 11.
ad Martyres data, quibus inter alia ſcribit:
„ Et credideram quidem Presbyteros, &
„ Diaconos, qui illic præſentes ſunt, mo-
„ nere vos, & inſtruere pleniſſimè circa
„ Evangelii legem, ſicut in præteritum ſem-
„ per ſub anteceſſoribus noſtris factum eſt;
„ ut Diaconi ad carcerem commeantes, Mar-
„ tyrum deſideria conſiliis ſuis, & ſcriptu-
„ rarum præceptis gubernarent. „ Et poſt
aliqua adversùs facilitatem dandi hujuſmodi
pacis libellos, ſubjungit: „ Et quoniam au-
„ dio, fortiſſimi, & chariſſimi fratres, im-
„ pudentiâ vos quorundam premi, & ve-
„ recundiam veſtram vim pati; oro vos,
„ quibus poſſum precibus, ut Evangelii me-
„ mores & conſiderantes quæ, & qualia in
„ præteritum anteceſſores veſtri Martyres
„ conceſſerint, quàm ſolliciti in omnibus
„ fuerint; vos quoque ſollicitè & cautè pe-
„ tentium deſideria ponderetis. „ Denique
monet eoſdem Martyres ut nomina eorum
pro quibus pacem poſtulabant, exprime-
rent: „ Sed & illud, *ait*, ad diligentiam
„ veſtram redigere, & emendare debetis, ut
„ nominatim deſignetis eos, quibus pacem
„ dare deſideratis: audio enim quibuſdam
„ ſic libellos fieri, ut dicatur: *Communicet*
„ *ille cum ſuis*. Quod nunquam omninò
„ à Martyribus factum eſt, ut incerta &
„ cæca petitio invidiam nobis poſtmodum
„ cumulet: latè enim patet quando dicitur:
„ *Ille cum ſuis*; & poſſunt nobis viceni, &
„ & triceni, & amplius offerri, qui pro-
„ pinqui & affines, & liberti ac domeſtici
„ eſſe aſſeverentur ejus, qui accipit libel-
„ lum; & ideo peto ut eos, quos ipſi vi-
„ detis, quos noſtis, quorum pœnitentiam
„ proximam conſpicitis, deſignetis nomina-
„ tim libello, & ſic ad nos fidei, ac diſci-
„ plinæ congruentes literas dirigatis. „ *Ha-
ctenus Cyprianus*.

56. Porrò hæc alia diſciplina ſervari con-
ſueverat circa lapſos, qui libellum pacis à
Martyribus recipiebant, ut non prius admit-
terentur ad communionem, quàm ipſi Mar-
tyres, qui pro eis rogabant, plenè Marty-
rium abſolverent, & ex hac vita pro Chriſti
fide ad Superos migraſſent: quam quoque
diſciplinam everterant factioſi, eodem Feli-
ciſſimo auctore, ac fautore. Ita S. Cypria-
nus Epiſt. 16. aliàs 10. ad Presbyteros &
Diaconos data, inquiens: „ Exponunt dein-
„ de invidiæ beatos Martyres; & glorioſos
„ ſervos Dei cum Dei Sacerdote commit-
„ tunt, ut cùm illi memores loci noſtri ad
„ me literas direxerint, & petierint tunc
„ deſideria ſua examinari, & pacem dari,
„ quando ipſa ante mater noſtra Eccleſia
„ pacem de miſericordia Domini prior ſum-
„ pſerit, & nos Divina protectio reduces
„ ad Eccleſiam ſuam fecerit; hi ſublato ho-
„ nore, quem nobis beati Martyres cum
„ Confeſſoribus ſervant, contemptâ Domi-
„ ni lege & obſervatione, quam iidem Mar-
„ tyres & Confeſſores tenendam mandant,
„ ante extinctum perſecutionis metum, an-
„ te reditum noſtrum, ante ipſum penè Mar-
„ tyrum exceſſum, communicent cum lapſis,
„ & offerant, & Euchariſtiam tradant. „ *Hæc
Cyprianus*, unde & Clerus Romanus in
Epiſt. ad Cyprianum data, inter Cypriani-
cas 36. aliàs 30. miratur Lapſorum petu-
lantiæ petentium pacem, non ſervatâ Ec-
cleſiaſticâ diſciplinâ: „ Quos quidem, *inquit*,
„ ſatis mirati ſumus ad hoc uſque proſilire
„ voluiſſe ut tàm urgenter, & tàm imma-
„ turo atque acerbo tempore, in tàm in-
„ genti, & immenſo crimine, atque delicto;
„ pacem ſibi non tam peterent, quàm vin-
„ dicarent, imò jam & in Cœlis habere ſe
„ dicerent.

57. Denique S. Cyprianus conſultò cir-
ca lapſos providit, adversùs Feliciſſimi de-
mentiam, primò enim ſtatuit ut Lapſi, qui
à Martyribus libellum pacis acceperant, in
periculo mortis conſtituti, etiam tempore
perſecutionis reciperentur: cæteri verò qui
hujuſmodi carerent libello, expectarent Ec-
cleſiæ pacem. Ita in Epiſtola 18. aliàs 13.
ſupra cit. & in Epiſt. 19. aliàs 14. in qua
ſcribens Presbyteris, & Diaconibus ſuis,
ait: „ Satis plenè ſcripſiſſe me ad hanc rem
„ proximis literis ad vos factis credo, ut
„ qui libellum à Martyribus acceperunt, &
„ auxilio eorum adjuvari apud Dominum
„ in delictis ſuis poſſunt, ſi premi infirmi-
„ tate aliquâ, & periculo cœperint, exo-
„ mologeſi factâ, & manu ejus à vobis in
„ pœnitentia impoſitâ, cum pace à Marty-
„ ribus ſibi promiſſa ad Dominum remit-
„ tantur. Cæteri verò, qui nullo libello à
„ Martyribus accepto invidiam faciunt; quo-
„ niam non paucorum, nec Eccleſiæ unius,
„ aut unius Provinciæ, ſed totius Orbis
„ cauſa eſt; expectent de Domini prote-
„ ctione Eccleſiæ ipſius publicam pacem.
Hæc Cyprianus, & ne cuidam inhumanum
videretur hoc decretum reſpectu eorum, qui
Martyrum libellum non habebant, quaſi quòd
perire ſinerentur abſque ulla reconciliatione;
ſubjungit, præfatos lapſos dum viget per-
ſecutio habuiſſe paratum remedium, con-
fitendo ſcilicet coram Judicibus Chriſtum,
quem negarunt, & coronam Martyrii reci-
pere. „ Qui ſi nimirum, *ſubjungit*, prope-
„ rant, habent in ſua poteſtate quod poſtu-
„ lant; tempore ipſo ſibi plus quàm poſtu-
„ lant largiente. Acies adhuc geritur, & agon
„ quotidiè celebratur. Si commiſſi verè &
„ firmiter pœnitet, & fidei calor præva-
„ let; qui differri non poteſt, poteſt coro-
„ nari.

58. Itaque redditâ Eccleſiæ pace Epiſ-
copi

copi Africani in unum convenientes, re maturè exsminata, nec Feliciſſimi dementiæ adhærendum eſſe cenſuerunt, nec Novatianum audiendum: ſed mediam, & Catholicam tenentes ſententiam, nec omninò in communionem recipiendos, niſi diù peractâ prius pœnitentia, debitâque exhibitâ ſatisfactione. Ita idem Cyprianus in Epiſtola 55. aliàs 52. ad Antonianum data poſt initium, ubi ait: „ Secundùm quod tamen ante fue-
„ rat deſtinatum, perſecutione ſopitâ, cùm
„ dats eſſet facultas, in unum conveniendi,
„ copioſus Epiſcoporum numerus, quos in-
„ tegros, & incolumes Fides ſua, & Domi-
„ ni tutela protexit, in unum convenimus,
„ & Scripturis diu ex utraque parte prola-
„ tis, temperamentum ſalubri moderatione
„ libravimus, ut nec in totum ſpes com-
„ municationis. & pacis lapſis denegaretur;
„ ne plus deſperatione deficerent, ex eo quod
„ ſibi cluderetur, ſecuti ſæculum gentiliter
„ viverent; nec tamen rurſus cenſura Evan-
„ gelicâ ſolverentur, ut ad communicatio-
„ nem temerè proſilirent; ſed traheretur diu
„ pœnitentia, & rogaretur dolenter paterna
„ clementia, & examinarentur cauſæ, &
„ voluntates, & neceſſitates; ſingulorum ſe-
„ cundùm quod libello continentur, quem
„ ad te perveniſſe confido, ubi ſingula pla-
„ citorum capita conſcripta ſunt.

59. Id porrò quod Cyprianus cum ſuis Epiſcopis decreverat in Africa, confirmavit Romæ Cornelius Papa in ſynodo de hac eadem controverſia ibidem congregata, ut ſubjungit idem S. Cyprianus in eadem Epiſtola, inquiens: „ Ac ſi minus ſufficiens Epiſco-
„ porum in Africa numerus videbatur,
„ etiam Romam ſuper hac re ſcripſimus ad
„ Cornelium collegam noſtrum, qui &
„ ipſe cum plurimis Coëpiſcopis habito con-
„ ſilio, in eandem nobiſcum ſententiam pa-
„ ri gravitate, & ſalubri moderatione con-
„ ſenſit. „ *Hæc Cyprianus*. At quænam fuerit pœnitentia lapſis impoſita in præfato concilio, juxta ea, quæ in libello pœnitentiali continebantur, relato à Cypriano, non ſatis conſtat: & ſi non ſit dubitandum pro qualitate lapſus proportionatam ſancitam fuiſſe pœnitentiam. Quæ tamen ex ejuſdem Cypriani literis colliguntur ad infraſcripta capita reducuntur.

60. Primò, ut in infirmitate conſtitutis, & urgente mortis periculo, pax daretur, quamvis pœnitentiam non expleverint, neque in integrum ſatisfecerint; ſi tamen acceptâ pace convaluerint, non teneri ad pœnitentiam adimplendam, neque ad ulteriorem præſtandam ſatisfactionem. Hoc habetur in eadem Epiſtola ad Antonianum data, ubi dicitur: „ Si qui enim infirmitatibus occupantur,
„ illis, ſicut placuit, in periculo ſubveni-
„ tur; poſtea quàm tamen ſubventum eſt,
„ & periclitantibus pax data eſt, ſuffoca-
„ ri à nobis non poſſunt, aut opprimi,
„ aut vi, & manu noſtra in exitum mortis
„ urgeri: ut quoniam morientibus pax da-
„ tur, neceſſe ſit mori eos, qui acceperint
„ pacem: cùm magis in hoc judicium Di-
„ vinæ pietatis, & paternæ lenitatis appa-
„ reat; quòd qui pignus vitæ in data pace
„ percipiunt, hic quoque ad vitam perceptâ
„ pace teneantur: Et idcircò ſi acceptâ pa-
„ ce commeatus à Deo datur, nemo hoc
„ debet in Sacerdotibus criminari, cùm ſe-
„ mel placuerit fratribus in periculo ſubve-
„ niri.

61. Secundò ſancitum fuit, ut non æqualiter punirentur Sacrificatores, & Libellatici, nec æquali pœnitentiæ ſubiicerentur, aut æqualis ſatisfactio ab eis exigeretur, quoniam non ſunt paris delicta, & graviùs peccavit, qui ſacrificavit, & ſacrificando fidem negavit, ac qui fide retenta, & Chriſtum confiteri non renuit, libellum tamen ad vitandam vexationem accepit. Hoc pariter in eadem epiſtola ſubjungit Cyprianus, inquiens: „ Nec tu exiſtimes, frater chariſſi-
„ me, ſicut quibuſdam videtur, Libellaticos
„ cum Sacrificatis æquari oportere: quando
„ inter ipſos etiam qui ſacrificaverint, &
„ conditio frequenter, & cauſa diverſa ſit.
„ Neque enim æquandi ſunt, ille qui ad
„ Sacrificium nefandum ſtatim voluntate pro-
„ ſilivit; & qui reluctatus, & congreſ-
„ ſus diù ad hoc funeſtum opus neceſſitate
„ pervenit. „ *Hæc Cyprianus*, ex qua diverſitate, eorum ſcilicet, qui ſacrificarunt, infert etiam non eſſe æquandos Libellaticos cum Sacrificatis: *Cùm ergo*, ſubjungit, *inter ipſos, qui ſacrificarint, multa ſit diverſitas; quæ inclementia eſt, & quàm acerba duritia, Libellaticos cum iis, qui ſacrificarint jungere?* Et poſt plura, refert quid decretum hac in re fuerit, inquiens: „ Et ideo pla-
„ cuit, frater chariſſime, examinatis cauſis
„ ſingulorum, Libellaticos interim admit-
„ ti; Sacrificatis in exitu ſubveniri, quia ex-
„ omologeſis apud inferos non eſt, nec ad pœ-
„ nitentiam quis à nobis compelli poteſt,
„ ſi fructus pœnitentiæ ſubtrahatur.

62. Tertiò decretum fuit, ut ſi nova adverſùs Eccleſiam inſtraret perſecutio, univerſis pœnitentibus, etiam de genere Sacrificatorum, non expectato mortis periculo, pax daretur, & in communionem reciperentur, etſi non abſolutâ in integrum pœnitentiâ, nec adimpletâ ſatisfactione, ut in Sanctæ Eccleſiæ communione armati ſcuto fidei, fortes ad prælium inſtructi egrediantur. Ita S. Cyprianus in Epiſtola 57. alias 54. nomine ſynodi ad Cornelium data, ſcribit; ubi recitato priùs decreto de pace tantùm in exitu danda lapſis Sacrificatoribus, ſubjungit: „ Sed enim, cùm videamus diem rurſus al-
„ te-

Digitized by Google

„ terius infeſtationis appropinquare cœpiſſe, „ & crebris atque aſſiduis oſtenſionibus admoneamur, ut ad certamen, quod nobis „ hoſtis indicit, armati & parati ſimus; „ plebem etiam nobis de Divina dignatione commiſſam exhortationibus noſtris paremus, & omnes omninò milites Chriſti, „ qui arma deſiderant, & prælium flagitant, „ intra caſtra Dominica colligamus: neceſſitate cogente cenſuimus, eis qui de Eccleſia Domini non receſſerunt, ſed pœnitentiam agere, & lamentari, ac Dominum „ deprecari à primo lapſus ſui die non deſtiterunt, pacem dandam eſſe, & eos ad „ prælium, quod imminet, armari, & inſtrui oportere. *Hæc Cyprianus*.

63. Quartò de Sacerdotibus, ſive Epiſcopis lapſis pariter decretum fuit, ut pœnitentes reciperentur, non tamen ſic, ut in Sacerdotali dignitate reſtituerentur, ſed ut ad laicam communionem dumtaxat admitterentur, & ita in praxi ſervatum refert Cyprianus in Epiſtola cit. ad Antonianum à B. Cornelio Papa cum Trophimo, ubi de Cornelio, & ejus geſtis ſcribens, ait: „ Tractatu ergo illic cum Collegis plurimis habito, ſuſceptus eſt Trophimus; pro quo „ ſatisfaciebat fratrum reditus, & reſtituta „ multorum ſalus, ſic tamen admiſſus eſt Trophimus, ut Laicus communicet, non ſecundùm quòd ad te malignorum literæ „ pertulerunt, quaſi locum Sacerdotis uſurpet. „ *Hæc Cyprianus*: qui, & in Epiſtola 63. alias 64. ad Epitectum, & Plebem Aſſuritanam data, declamat quòd hæc conſtitutio ſervata non fuerit cum Fortunatiano Epiſcopo lapſo, & mandat ut ejuſmodi Sacerdotes lapſos non permittant ultra ad Altare accedere: „ Quod ne tales, *inquit*, ad „ Altaris impiamenta,& contagia fratrum denuò redeant, omnibus viribus excubandum „ eſt, ut quantùm poſſumus ab hac eos „ ſui ſceleris audacia retundamus; nè adhuc „ agere pro Sacerdote conentur, qui ad mortis extremæ dejecti, ultra lapſus Laicos „ ruinæ majoria pondere proruerunt. „ *Hæc ibi*. Sed & in Epiſtola 67. aliàs apud Pamelium 68. ad plebem Aſturicenſem data, in cauſa Baſilidis, & Martialis, qui etſi Epiſcopi libellos Idololatriæ acceperant, & adhuc poſtea Epiſcopali munere fungi audebant, refert in plena Synodo, annuente etiam Cornelio ſancitum fuiſſe, ut ejuſmodi Sacerdotes lapſi, ſi pœniteret, nonniſi ad laicam communionem reciperentur, ſemoto ab eis quovis Sacerdotali honore. „ Cùm jam pridem „ *inquit*, nobiſcum, & cum omnibus omninò Epiſcopis in toto mundo conſtitutis, „ etiam Cornelius collega noſter, Sacerdos „ pacificus, ac juſtus, ac martyrio quoque „ dignatione Domini honoratus, decreverit „ ejuſmodi homines ad pœnitentiam quidem „ agendam poſſe admitti; ab ordinatione „ autem Cleri, atque Sacerdotali honore „ prohiberi.

64. Quintò pariter Decretum fuit, ut ſi lapſi in periculo conſtituti pacem petierint, nec aliquam pœnitentiam egerint priuſquam infirmarentur; prorſus denegaretur. Ita in eadem Epiſtola ad Antonianum ſcribit S. Cyprianus, inquiens: „ Et idcircò, frater chariſſime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum ſuorum toto corde, & „ manifeſtâ lamentationis ſuæ profeſſione teſtantes, prohibendos omninò cenſuimus à „ ſpe communicationis, & pacis, ſi in infirmitate, atque in periculo cœperint deprecari: quia rogare illos non delicti pœnitentia,ſed mortis urgentis admonitio compellit: nec dignus eſt in morte accipere „ ſolatium, qui ſe non cogitavit eſſe moriturum. *Hactenus S. Cyprianus*.

65. Itaque liquet ex hactenus deductis, tàm Feliciſſimum ſine penitentia lapſos ad pacem admittentem, quam Novatum, & Novatianum in contrarium univerſis lapſis veniam denegantes, à Patribus Catholicæ Eccleſiæ fuiſſe refutatos, tùm ſigillatim, tùm in Synodis ad hanc rem congregatis, qui & mediam, ſed Catholicam, tenuere ſententiam, nimirum nec eſſe abſque pœnitentia recipiendos, nec peractâ debitâ pœnitentiâ prorſus excludendos. Hinc exorti poſtea canones pœnitentiales, in diverſis ſynodis pro qualitate cujuſvis criminis ſtatutæ pœnitentiæ fuerunt, & quidem publicæ. Et quia Novatianus, ut ſupra diximus, peccantibus ad mortem veniam poſſe dare Eccleſiam denegabat, in quovis genere peccatum lethale commiſſum à peccante eſſet; ideo circa diverſa peccata, etiam circà infidelitatem, proportionatam ſtatuerunt pœnitentiam, quâ peractâ in communionem recipiendos eſſe decreverunt.

66. Primaria ergo crimina pro quibus ſtatuta erat pœnitentia publica, recenſentur Idolatria, Homicidium, & Mœchia. Nam Tertullianus factus Montaniſta, hujuſmodi ſcelera irremiſſibilia putabat, undè & Catholicos reprehendebat, qui in hujuſmodi delictis pœnitentibus veniam debant, ut liquet ex lib. de Pudicitia cap. 5. & cap. 12. In Concilio porrò Eliberitano can. 73. impoſita legitur pœnitentis publica adversùs Delatores, can. 74. contra Falſos Teſtes, & can. 75. in falſos accuſatores Sacerdotum. In Concilio Ancyrano primo novem Canones habentur adversùs Idolatras, quos omnes pœnitentiæ publicæ ſubiici volunt. Can. 11. ſubiiciuntur nefarii criminis rei. Can. 20. Adulteris ſeptem annorum præſcribitur pœnitentia: Fornicatoribus verò, & fœtum excutientibus, quemadmodum & univerſis homicidis voluntariis ex can. 21. præſcribitur

pœni-

pœnitentia ſeptem annorum; involuntariè verò homicidium committentibus, pœnitentia annorum quatuor, ut ex Canone 22. ſed & canone 24. ſancitur, inceſtuoſos pœnitere oportere per decennium: per quinquennium verò ex Canone 23. eos, qui Divinationes expetunt, & Ariolos in domos ſuas ad exquirendum aliquid introducunt. Ex canonibus verò Concilij Neocæſarienſis ſubiiciuntur publicæ pœnitentiæ fornicatores, Adulteri, Inceſtuoſi, & Polygami.

67. Ex Paciano verò in Paræneſi de Pœnitentia habetur in primitiva Eccleſia ſubjectos fuiſſe publicæ pœnitentiæ, Idolatras, Fornicatores, & Homicidas. Ex Gregorio Nyſſeno in Epiſtola Canonica ad Leoticum Epiſcopum Mitylenenſem, habetur ex antiqua Eccleſiæ diſciplina ſancitum fuiſſe, ut qui ad Idolatriam, Judaiſmum, aut Manicheiſmum traſirent, tenerentur agere pœnitiam uſque ad exitum vitæ: Fornicatores per novennium, adeout ſpatio trium annorum conſiſterent inter Flentes, totidem inter Audientes, & inter Subſtratos totidem, duplicaretur tamen tempus iis, qui aut adulteria commiſerint, aut in aliud carnis peccatum lapſi fuerint. Addit porrò furtum violentum à prædone patratum, homicidio comparandum, & eâdem lege pro eo pœnitentiam agendam. Violatores autem ſepulchrorum comparat fornicariis, & fornicariorum pœnis ſubiicit: denique & ſacrilegium aliquod committentes, eidem pœnitentiæ publicæ ſubjectos fuiſſe declarat.

68. Porrò S. Baſilius in Epiſtola Canonica ad Amphilochium refert jam pœnitentiæ publicæ ſubjectos fuiſſe Idololatras, Homicidas, Mœchos, Perjuros, ſepulchrorum Effoſſores, Fures convictos, Vates, Divinatores, ac conſulentes illos. In canone porrò XIV. ſcribit Uſurarios abſque publica pœnitentia abſolvi poſſe, dummodò aquilita per uſuram pauperibus diſtribuerint, licèt Concilium Eliberitanum can. 20. diverſimodè decernat. Raptores verò ipſemet Baſilius can. 30. pœnitentiæ publicæ addicit, quamvis antiqui canones nihil iu hoc delicti genere decreverint.

69. Ex rigore verò diſciplinæ in primitiva Eccleſia, pro quibuſdam criminibus neque in mortis articulo concedi ſolebat abſolutio. Ita ex Cypriano ſupra citato denegabatur lapſis in fide, qui nullâ peractâ pœnitentiâ, in mortis periculo veniam petebant. Et ita conſtitutum habetur in Concilio I. Arelatenſi can. 23. Ex Concilio verò Eliberitano, plura conſignantur crimina pro quibus etiam in exitu abſolutio prohibetur, & quidem can. 1. ſancitur ne in finem admitterentur ad communionem, qui poſt baptiſmum Idololatriam commiſerint. Flamines quoque, qui poſt baptiſmum ſacrificaverint, ex can. 2. non eſſe recipiendos decernitur: Malefici quoqua ex can. 6. à venia conſequenda in exitu excluduntur. Sic & fœminæ quæ nullâ præcedente cauſâ viros ſuos derelinquunt, & aliis copulantur, ut ex can. 8. Parentes quoque ex can. 12. lenocinium exercentes erga filias, & quivis alius fidelis ſimilia faciens, Item eidem pœnæ ſubiiciuntur Virgines Deo Sacratæ ſtuprum committentes, ut ex can. 13. In eodem genere complectuntur illi qui Sacerdotibus Gentilibus filias in matrimonium tradunt, ut ex can. 17. Epiſcopi quoque, Presbyteri, & Diaconi qui mœchati fuerint, ex can. 18. Adulteræ inſuper quæ partum necaverint ex can. 63. Et quæ uſque ad exitum in adulterio permanſerint ex can. 64. Clerici quoque conſentientes mulieris adulterio eidem pœnæ ſubiiciuntur ex can. 65. Item & ducens privignam in uxorem ex canone 66. Quilibet inſuper conſentiens Mœchiæ uxoris ex can. 70. Stupratores etiam puerorum ex can. 71. Delatores, ex quorum delatione aliquis fuerit proſcriptus, eâdem lege aſtricti erant ex 73. Et falsò accuſantes Epiſcopum, Presbyterum, vel Diaconum, ex can. 75.

70. Hæc quidem diſciplina durior, non alia de cauſa, niſi quia viſum fuit Patribus non verè doluiſſe de commiſſis, qui nullâ incohatâ pœnitentiâ, in exitu dumtaxat veniam petit, prout tradit S. Cyprianus in epiſt. ad Antonianum, ut ſub num. 64. ſupra adnotavimus. Similiter ad hoc etiam introducta fuit, nè ex facilitate reconciliationis, anſa præberetur peccantibus protrahendi pœnitentiam uſque ad exitum vitæ: urgebant tunc temporis crebræ perſecutiones, ſæpe & frequens erat labendi occaſio. ex facilitate ergo reconciliationis, & recipiendi veniam, & ex ſecuritate illam obtinendi ſaltem in exitu, poterant faciliùs labi, & ita adnotat Innocentius I. in Epiſt. 3. ad Exuperium data cap. 2. agens de Incontinentibus, qui poſt receptum Baptiſmum, toto vitæ tempore incontinentiæ, ac voluptatibus addicti, in extremo vitæ exitu reconciliationem petebant.

71. Hoc tamen eſt maximè advertendum, nunquam in exitu conſtitutis veniam poſtulantibus denegatam fuiſſe Sacramentalem abſolutionem, ſed tantùm Euchariſtiam, & ideo canones allegati, & Cyprianus, nunquam mentionem faciunt de deneganda abſolutione, ſed tantùm utuntur vocabulo, communionis: *placuit nec in fine eos accipere communionem*: &, *placuit nec in fine dandam ei eſſe communionem*. Hoc ex eodem Innocentio I. mox cit. palam fit, ubi ad quæſitum Exuperii, quid agendum eſſet cum iis, qui poſt Baptiſmum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ ſuæ, pœnitentiam ſimul, & reconcilia-

ciliationem communionis expoſcit, reſpondit: „ De his obſervatio prior, durior a „ poſterior, interveniente miſericordiâ inclinatior eſt. Nam conſuetudo prior tenuit, ut concederetur pœnitentia, ſed „ communio negaretur. Nam cùm illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne „ communionis conceſſa facilitas, homines „ de reconciliatione ſecuros non revocaret „ à lapſu, negata meritò communio eſt, conceſsâ pœnitentiâ, ne totum penitùs negaretur, & duriorem eſſe remiſſionem fecit temporis ratio. „ *Hæc Innocentius* agens de priori illa, & ſeveriori Eccleſiæ diſciplina. Si ergo concedebatur pœnitentia, denegabatur ſola communio, ſequitur manifeſtè denegatam tantùm eis fuiſſe Euchariſtiam, conceſſam tamen abſolutionem Sacramentalem.

72. Ad cujus rei elucidationem notandum præſtat, non unam tantùm reconciliationem agnoviſſe primitivæ Eccleſiæ Patres, ſed duplicem: quarum prima, minima appellata, jus ſimplicis communionis reſtituebat, ſolvebat pœnitentes à peccatorum vinculis, & corpori reuniebat Eccleſiæ, concedebatque omnium rerum uſum, Euchariſtiâ, & Oblationibus exceptis. Altera verò, quæ maxima dicebatur, & legitima communio appellabatur, jus Altari communicandi, atque percipiendæ Euchariſtiæ tribuebat. Hoc totum innuere videntur Patres Concilil Arauſicani can. 3. dum ajunt: *Qui recedunt de corpore pœnitentiâ acceptâ, placuit ſine reconciliatoria manus impoſitione eis communicari ſecundùm diffinitiones Patrum, qui ejuſmodi communionem congruenter Viaticum nominarunt*. Quicumque ergo infirmitate detentus, & in exitu conſtitutus, nondum reconciliatus, veniam petebat, reconciliatione minimâ reconciliabatur, & juri ſimplicis communionis reſtituebatur, quam Viaticum appellabant, denegatâ Euchariſtiâ, atque etiam jure communicandi Altari. Quod ſi poſtea convaluerint, peractâ legitimâ pœnitentiâ plenè reconciliabantur, & juri percipiendæ Euchariſtiæ, & communicandi Altari reſtituebantur, ut iidem Patres in eodem Canone ſubiiciunt, dicentes: *Quòd ſi ſupervixerint, ſtent in ordine Pœnitentium, ut oſtenſis neceſſariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem, ideſt Euchariſtiam, cum reconciliatoria manus impoſitione percipiant*. Itaque ſupra allegati Canones primam reconciliationem minimè denegabant, ſed dumtaxat ſecundam, quam ſub nomine communionis exprimebant.

73. Verùm non deſunt, qui velint Canones Eliberitanos loqui de abſolutione Sacramentali deneganda. Sic ex profeſſo probat Gabriel Albaſpinæus lib. 2. obſervationum cap. 8. ubi ait circà pœnitentes in Nicæno multò remiſſiùs actum eſſe, quàm in Arelatenſi Synodo, & in Arelatenſi quàm in Eliberitano. Nàm in Concilio Nicæno, pœnitentes in morte, ſine Epiſcoporum permiſſu, arcentur ab Euchariſtia, unde vult quòd in Eliberitano, ubi ſeverior diſciplina ſancita fuit, arcerentur nedùm ab Euchariſtia, verùm & ab abſolutione Sacramentali. „ Perſuaſſimum ergo ſit, *inquit*, tempore Concilii Eliberitani prohibitum fuiſſe presbyteris multò ſeveriùs, ne eam impertirent „ eiſdem pœnitentibus. Proindè veriſimilius „ Canones iſtos, qui loquuntur: Nec *in fine*, aut, *in fine*, *accipiant communionem*, „ qui frequentiſſimi ſunt in illo Concilio „ Eliberitano, ad abſolutionem, non ad Euchariſtiam referri omninò. Præſertim cùm „ quod Canones eſſe præſtandum præſcribunt, „ ut agatur penes presbyteros, ut plurimùm „ fit, & ad eos, inquam, potiùs, quàm ad „ Epiſcopos, quæ à Conciliis dicuntur, referri par ſit, quibus cùm non liceat Euchariſtiam adminiſtrare pœnitentibus, ut „ ex Nicæno patet, veriſimile non eſt, ſcriptos, conditoſue fuiſſe Canones, quibus „ quod eorum eſſet munus officiumque non „ præſcriberetur, & eos mentionem facere „ de re, quam presbyteri præſtare non auderent. Itaque in illis Canonibus, *Communio*, pro abſolutione, non pro Euchariſtia accipienda eſt. *Hactenus Albaspin.*

74. Favet eidem opinioni Petavius in Notis ad Epiphanium in hæreſ. 59. ubi poſt initium quærit: *Quibuſnam Peccatorum generibus, & quatenus negata communio ſit in Eccleſia Veteri.* Etenim poſt nonnulla quæ præmittit, recitatis Canonibus I. II. III. & VII. Concilii Eliberitani, ſubjungit: „ In his communionis nomine ſunt, qui Euchariſtiam „ dumtaxat intelligant; quaſi à peccatis exſoluti fuerint illi quidem, ſed Dominici „ Corporis minimè facti participes. Quibus „ nullo modo ab eruditis conceditur. Neque enim veteris Eccleſiæ ritu ambo iſta „ ſejuncta fuiſſe putant: neque quiſquam „ pacem, ac reconciliationem cum Eccleſia, „ quam nos *abſolutionem* dicimus, obtinuiſſe videtur, quin unà participandorum „ myſteriorum, jus poteſtatemque ſit adeptus. „ *Hæc Petavius*.

75. Adhæret, & Eminentiſſimus de Aguirre in Notis ad can. 1. Concilii Eliberitani cap. 5) in Commentario Novo, ubi ait: „ Hæc verba toties repetita: *neque in fine* „ *accipiat communionem*, ad Euchariſticam „ retulerunt Baſilius Legion. quæſt. 2. Scholaſt. cap. 1. Fileſacus in cap. 11. in fine „ de Offic. ordin. Sed rectius ea acceperunt „ de reconciliatione, & abſolutione etiam in „ fine lapſis denegata, poſt Baronium, & „ Bellarminum, tùm literis, tùm Sanctitate præclari viri, qui expreſſè docuerunt

„ in ipſis Eccleſiæ cunabulis tantum fuiſſe „ flagitioſorum hominum odium, ut quibuſdam in peccata capitalis prolapſis venia „ reconciliatioque negaretur. „ *Hæc de Aguirre*, pro qua ſententia refert Georgium Ambianam obſervat. 2. quæſt. 1. ad caput 12. libri Tertulliani de Pudicitia: Joannem Dartis lib. de Pœnitentia cap. 16. Laurentium Lantmeter lib. 2. de Vet. Cleric. Mon. cap. 8. Albaſpinæum, & Petavium ſupra relatos.

76. Hoc porrò probant ex can. 23. Concilii primi Arelatenſis: *De iis qui Apoſtatant, & antequam ſe ad Eccleſiam repreſentent, nec quidem agere pœnitentiam quærunt, & poſtea infirmitate correpti petunt communionem, placuit eis non dandam communionem niſi revaluerint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ*. Ubi nomine *communionis*, non poteſt venire Euchariſtia: non enim veriſimile eſt, virum Apoſtatam cui neque benedictionis, neque pœnitentiæ copia fuerit, neque conceſſa Sacramentalis abſolutio, velle Euchariſtiam petere: unde dum dicitur, petere communionem, ſumenda eſt communio pro abſolutione Sacramentali, quam veriſimile petere credendum eſt, ſed hanc denegandam dicunt Patres, unde in eodem ſenſu pro quibuſdam delictis cenſuerunt Patres Eliberitani negandam eſſe abſolutionem, quam ſub nomine communionis exprimunt.

77. Allegat de Aguirre codicem Theodoſianum lib. 3. de Apoſtatis, quo Apoſtatantibus à fide, ne in exitu quidem ſuccurrendum pronunciat: *Lapſis etenim*, ait, *& errantibus ſubvenitur; Proditis verò, hoc eſt, Sanctum Baptiſma profanantibus, nullo remedio pœnitentiæ, quæ ſolet aliis criminibus adeſſe, ſuccurritur*. Poſtea affert canonem XI. Concilii Toletani III. quo ad vitandam lubricitatem peccandi, præcipitur ut ſecundùm antiquos canones ad qualitatem criminum, antequam abſolvantur, & recipiantur, ſtatuantur pœnitentiæ: poſtea verò ſubjungitur: *Hi verò, qui ad priora vitia, vel infra pœnitentiæ tempus, vel poſt reconciliationem relabuntur, ſecundùm priorum canonum ſeveritatem damnentur*, ideſt nullatenus ad communionem admittantur, hoc eſt, à criminibus abſolvantur: cùm in alio ſenſu accipi non poſſint allegata verba.

78. Albaſpinæus porrò probat idem ex Canone Concilii I. Nicæni XIII. quo ſancitur, ut pœnitentibus in exitu conſtitutis abſolutio, ſeu communio concedatur: *De iis autem, qui excedunt, antiqua, & Canonica Lex nunc quoque ſervabitur, ut ſi quis vitâ excedat, ultimo, & maximo neceſſario viatico, nè privetur*. Ex quo Canone liquet, jam ante aliquibus fuiſſe denegatam in exitu Sacramentalem abſolutionem, quem rigorem relaxandum putarunt Patres Nicæni.

79. At denegatam fuiſſe quibuſdam lapſis etiam in exitu abſolutionem, innuere videtur Cyprianus in Epiſtola 18. aliàs 13. ad Preſbyteros & Diaconos ſuæ Eccleſiæ data, ubi ſcribit: „ Occurrendum puto fratribus „ noſtris; ut qui libellos à Martyribus acceperunt, & prerogativâ eorum apud Deum „ adjuvari poſſunt, ſi incommodo aliquo, „ & infirmitatis periculo occupati fuerint, „ non expectatâ præſentiâ noſtrâ, apud „ Presbyterum quemcumque præſentem, vel „ ſi presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud Diaconum quoque, exomologeſin facere delicti ſui poſſint; ut manu ejus pœnitentiæ impoſitâ „ veniant ad Dominum cum pace, quam „ dari Martyres literis ad nos factis, deſideraverunt. „ *Hæc Cyprianus*. Liquet ergo hoc conceſſum tantùm fuiſſe lapſis, qui à Martyribus libellum acceperant, qui autem hujuſmodi libellis carebant, expectare debebant uſque ad redditam Eccleſiæ pacem, adeout nec in exitu reconciliarentur. Immò in Epiſtola ad Antonianum tradit nullatenus eſſe recipiendos lapſos in exitu, quos ante pœnitere non incepiſſet, ut ſupra innuimus ſub num. 64. ubi rationem affert: *quia rogare illos non delicti pœnitentia, ſed mortis urgentis admonitio compellit; nec dignus eſt in morte accipere ſolatium, qui ſe non cogitavit eſſe moriturum*.

80. Cæterum quomodocumque accipiatur communio conceſſa, aut denegata lapſis etiam in exitu ipſo conſtitutis, hujuſmodi tamen diſciplinæ rigor fuit poſtmodum temperatus: Et primo in Generali I. Nicæna Synodo can. 13. cit. „ De iis autem, qui excedunt, antiqua, & canonica Lex nunc „ quoque ſervabitur, ut ſi quis vitâ excedat, ultimo & maximè neceſſario viatico „ ne privetur. Si autem deploratus, & communionem aſſecutus, rurſus iterum convaluerit, ſit cum iis qui orationem ſunt „ tantùm communionis participes. „ Itaque decernit Concilium lapſos in exitu conſtitutos recipi, ſi tamen convaleſcant, inter pœnitentes locum habere, donec expleto pœnitentiæ tempore, perfectè reconcilientur. Et juxta hanc diſciplinam emerſerunt diverſi Canones in Provincialibus Synodis conditi.

81. Ita in Concilio Carthag. III. vulgo IV. Can. 76. „ Is qui in infirmitate pœnitentiam petit, ſi caſu dum ad eum Sacerdos invitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſim verſus „ fuerit, dent teſtimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et ſi „ continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori ejus Euchariſtia. Si ſupervixerit, admoneatur à ſupradictis teſtibus petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſta-

„ tu-

Digitized by Google

„ tutis pœnitentiæ legibus, quandiu Sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probaverit. *Et can.* 77. Pęnitentes qui in infirmitate ſunt, viaticum accipiant, *& can.* 78. Pęnitentes, qui in infirmitate viaticum Euchariſtiæ acceperint, non ſe credant abſolutos ſine manus impoſitione, ſi ſupervixerint.

82. Deinde Concilium Arauſicanum I. eandem tradit diſciplinam ſub can. III. „ Qui recedunt de Corpore pęnitentiâ acceptâ, placuit ſine reconciliatoria manus impoſitione eos communicare, quod morientis ſufficit conſolationi, ſecundùm diffinitiones Patrum, qui hujuſmodi communionem congruenter Viaticum nominaverunt. Quòd ſi ſupervixerint ſtent in ordine pęnitentiæ, ut oſtenſis neceſſariis pęnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impoſitione recipiant.

83. Concilium porrò Epaonnenſe can. 36. Ne ullus ſine remedio, aut ſpe veniæ ab Eccleſia repellatur, neve ulli, ſi, aut pęnituerit, aut ſe correxerit ad veniam redeundi aditus obſtruatur: & ſi cuique forſitan diſcrimen mortis immineat, damnationis conſtituta tempora relaxentur. Quòd ſi ægrotum accepto Viatico revaleſcere forteſſe contingerit, ſtatuti temporis ſpacia obſervare conveniet. „ Hæc itaque & ſimilia ſancita leguntur moderantia priſtinum Eccleſiæ primitivæ rigorem. Facit & Innocentius I. in Epiſtola ad Exuperium ſupra cit. cap. 3. ubi relato antiquo rigore primitivæ Eccleſiæ, circa præſtandam lapſis communionem, ſubjungit. „ Sed poſtquam Dominus noſter pacem Eccleſiis ſuis reddidit, jam depulſo terrore, communionem dari obeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam, quaſi viaticum profecturis, ne Novatiani hæretici, negantis veniam, aſperitatem & duritiam ſubſequi videamur.

84. Neque ex eo, quòd priſca illa diſciplina negaverit communionem pro quibuſdam criminibus, ſequitur faviſſe opinioni Novatiani. Etenim Novatianus non ideo damnatus fuit, quòd aſſereret neque excommunicatos, neque lapſos in fine, non priùs peractâ penitentiâ, eſſe recipiendos: ſed quia negabat Eccleſiæ à Domino noſtro datam eſſe poteſtatem remittendi peccata, prout ſupra oſtenſum eſt. Et ita declarat Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 1. per illa verba. *Et Novatianos remittendi poteſtatem olim pertinaciter negantes, magnâ ratione Eccleſia Catholica tanquam hæreticos exploſit, atque condemnavit.* At etſi primitiva Eccleſia alicui communionem, ſive abſolutionem denegabat, hoc tantùm fuit ex rigore diſciplinæ, nè reconciliationis facilitas, aut lapſus eſſet libido, aut relapſus occaſio.

85. Cùm denique incertum ſit, an pęnitentia in extremis acta ſuum ſortiatur effectum, ideo poſteriores Patres moderantes rigorem prioris diſciplinæ, voluerunt, ut in extremis reconciliati, ſi convaluerint, debitâ pęnitentiâ pro delictis ſatisfacerent; ſcribit enim S. Auguſtinus Serm. 57. de Tempore: „ Parvum eſt peccatorem pęnitere, niſi pęnitentiam peregerit. Ad emendanda enim crimina, vox pęnitentis ſola non ſufficit: nam in ſatisfactione ingentium peccatorum, non verba tantùm, ſed opera quæruntur. Datur quidem etiam in extremis penitentia, quia non poteſt denegari: ſed authores tamen eſſe non poſſumus, quòd qui ſic petierit mereatur abſolvi. „ *Hæc & alia ibi Auguſtinus*, qui & in libro quinquaginta Homiliarum, homil. 41. inter alia habet. „ Baptizatus fidelis bene vivens ſecurus hinc exit. Agens pęnitentiam & reconciliatus cùm ſanus eſt, & poſtea bene vivens, ſecurus hinc exit. Agens pęnitentiam ad ultimum, & reconciliatus, ſi ſecurus hinc exit, ego non ſum ſecurus: unde ſecurus ſum, ſecurus ſum, & dò ſecuritatem; unde non ſum ſecurus, pęnitentiam dare poſſum, ſecuritatem dare non poſſum. „ *Hactenus Auguſtinus*. Hujus ergo incertitudinis causâ meritò Patres voluerunt ut in exitu reconciliati, ſi convaluerint, pęnitentiæ, & ſatisfactioni iterum ſubiicerentur.

86. Modò videndum eſt de publica pęnitentia ſecundum antiquam Eccleſiæ diſciplinam, cui pęnitentes pro diverſis eorum criminibus ſubiicebantur, antequam ad communionem admitterentur, plenèque reconciliarentur. S. Gregorius Thaumaturgus in fine ſuæ Epiſtolæ Canonicæ, nimirum can. XI. quatuor publicè pęnitentium gradus conſignat, videlicet, Flentium, Audientium, Subſtratorum, & Conſiſtentium. Sic & Magnus Baſilius in Epiſtola 3. Canonica ad Amphilochium. Ait ergo S. Gregorius: „ *Fletus*, ſeu Luctus eſt extra portam oratorii, ubi peccatorem ſtantem, oportet fideles ingredientes orare, ut pro ſe precentur. *Auditio* eſt intra portam, quam *Narthecha* vocant, in ferula; ubi oportet eum qui peccavit, ſtare poſt catechumenos, uſque ad Catechumenos, & illinc egredi. *Audiens* enim, inquit, poſt ſcripturas, & doctrinam eiiciatur; & precatione ne dignus cenſeatur. *Subjectio* autem, ſeu *Subſtratio* eſt, ut intra Templi portam ſtans cum Catechumenis egrediatur. *Congregatio*, ſeu *Conſiſtentia* eſt, ut cum Fidelibus conſiſtat, & cum Catechumenis non egrediatur. Poſtremò eſt participatio Sacramentorum. „ *Hæc Gregorius Thaumaturgus*.

87. Joannes Abbas Raythu in Scholiis ad Scalam Joannis Climaci, apud Bibliot. Veter. Patrum edit. Colon. de anno 1618. tom. 6. par. 1. ſub cap. 12. eoſdem pęnitentium gradus enumerat, & explicat, inquiens: „ Eſt igitur Apoſtolica traditio de diviſione, „ & ordinatione Pęnitentium, Purgando- „ rum, & Catechumenorum. Sunt enim „ Pęnitentium quinque loci. Locus *Plo-* „ *rantium*, cùm pęnitens ſtat extra ambitum „ Eccleſiæ, & procidens, cum fletu, ab in- „ gredientibus poſtulat orationem, ante ipſo- „ rum pedes proſtratus. Locus qui dicitur „ *Audientium*, ante portas, quæ Baſilicæ „ dicuntur, ad audiendum officium, ubi „ Pęnitentes Divinum officium audiunt. „ *Subſequeſtratio*, quæ eſt *Statio* Eccleſiæ, „ intra ambitum Eccleſiæ, in poſteriori par- „ te Ambonis. Unde & qui ibi eſt, in ex- „ clamatione, quæ fit ad egreſſuros, & ipſe „ cum eis egreditur. *Conſiſtorium*, ibique „ ſtatuitur, qui uſque ad complementum „ Sacri Myſterii perſeverant. *Statio* verò „ cum Fidelibus, ſit participatio vivifici Pa- „ nis, & communicatio, & libatio Calicis „ Domini. „ *Hæc Joannes Raythu*.

88. Eoſdem gradus, ut dictum eſt recenſet S. Baſilius in Epiſtola 3. Canonica, in quibus ſecundùm qualitatem criminum pęnitentes ordinat, & tempus in eis abſumendum conſignat: undè can. 66. ait: „ Qui ſuâ „ ſponte interfecit, & poſtea pęnitentiâ du- „ ctus eſt, viginti annis Sacramento non „ communicabit. Viginti autem anni ſic in „ eo diſpenſabuntur. Debet quatuor annis „ deflere ſtans extra fores oratorii, & Fi- „ deles ingredientes rogans ut pro eo pre- „ centur, ſuam iniquitatem pronuncians. „ Poſt quatuor autem annos inter Audito- „ res recipietur, & quinque annis cum ipſis „ egredietur. Septem autem annis cum iis, „ qui in ſubstractione orant egredietur. In qua- „ tuor annis ſolùm ſtabit cum Fidelibus, ſed „ non erit oblationis particeps. Iis autem ex- „ pletis, erit Sacramentorum particeps. „ *Hæc Baſilius*; qui & in ſubſequentibus canonibus eorundem Pęnitentium graduum meminit.

89. Itaque prima publicè Pœnitentium ſtatio dicebatur *Flentium*, ſive *Plorantium*. Hæc ſtatio collocata erat in Area, ſive domuncula quadam Eccleſiæ adjacente, vel in Porticu, aut Veſtibulo, quo iter erat ad Synaxes. In ea porrò qui conſtituti erant Pœnitentes, lugubri veſte induti, cilicio, & cinere ſordidati, ſparſis capillis, totoque corpore ad movendam miſericordiam compoſito, reos publicè ſe profitebantur, crimen ſuum amariſſimè deflebant, & Fideles ad Synaxes convenientes ſupplicabant advoluti ad eorum pedes, ut apud Deum, Epiſcopum, Clerum, univerſamque Eccleſiam pro ipſis intercederent. Hanc ſtationem in Fabiola deſcribit S. Hieronymus in Epiſtola 84. ad Oceanum data, ubi de ejuſdem Fabiolæ pœnitentia ſcribit: „ Quis hoc crederet, ut poſt „ mortem ſecundi viri in ſemet reverſa, quo „ tempore ſolent Viduæ negligentes, jugo „ ſervitutis excuſſo, agere ſe liberiùs, ad- „ ire balnea, volitare per plateas, vultus „ circumferre meretricios; ſaccum indueret, „ ut errorem publicè fateretur: & totâ Ur- „ be ſpectante Romanâ, ante diem Paſchæ „ in Baſilica quondam Laterani, qui Cæſaria- „ no truncatus eſt gladio, ſtaret in ordine „ pœnitentium, Epiſcopo, Presbyteris, & „ omni Populo collacrymanti, ſparſum cri- „ nem, Ora lurida, & ſqualidas manus, „ ſordida colla ſubmitteret. „

90. Secunda Statio *Audientium* erat: Locus hujuſmodi Pœnitentium deſignatus erat in portis Eccleſiæ, ſive in Porticu connexa magnis Templi portis: hoc eſt, in ædificiolo quodam inter Januas exteriores, & interiores Baſilicarum intermedio, quod Veſtibulum dici poteſt. Et communis erat Ethnicis, Judæis, Hæreticis, Schiſmaticis, Catechumenis primi ordinis, & ipſiſmet pœnitentibus audientibus, quibus permiſſum erat eo in loco pſalmorum cantum audire, Sacrę Scripturę lectionem, atque Epiſcoporum ſermones. Et in hoc ſenſu explicatur canon. 84. Concilij Carthag. IV. *Ut Epiſcopus nullum prohibeat ingredi Eccleſiam, & audire Verbum Dei, ſive Gentilem, ſive Hæreticum, ſive Judæum, uſque ad Miſſam Catechumenorum*. In prædicto loco conſiſtebant, ut ex illo Verbum Dei audire poſſent, unde locus Audientium cognominatus eſt, à quo & huius ſtationis pœnitentes dicti ſunt Audientes. Agebatur enim cum ejuſmodi pœnitentibus, atque cum Infidelibus, & Cathecumenis, aliiſque Myſteriorum fidei, & Divinorum præceptorum ignaris.

91. Erant autem tria Catechumenorum genera, quorum primi illi erant, qui Chriſtiani eſſe volebant, nondum tamen nomen dederant, unde myſteria Fidei, & Evangelica, atque Divina præcepta penitus ignorabant. Alij verò illi erant, qui nomen dederant, & iſti genua flectebant, ac ſuper eos orationes fundebantur, nondum tamen in fide, & præceptis plenè inſtructi. Sed, & alii jam perfectè inſtructi Catechumeni erat, qui idonei ad baptiſmum ſuſcipiendum cenſebantur, dicebanturque competentes, ſive Electi. Qui ergo Catechumeni inter Audientes locum habebant, primi generis erant, quia nondum nomen dederant, nec ullo modo in Chriſtiana Religione inſtructi. De iis loquuntur Patres Concilij Valentini in Hiſpania can. 1. dùm inquiunt. *Ut Sacroſancta Evangelia ante munerum illationem in Miſſa Catechumenorum in ordine lectionum poſt legantur, quatenus ſalutaria præcepta Domini noſtri Jeſu Chriſti vel ſermones Sacerdotis, non ſolùm*

Fide-

Fidelee, ſed etiam Catechumeni, ac pœnitentes, & omnes, qui è diverſo ſunt, audire licitum babeant.

92. Hujuſmodi porrò pœnitentibus manus minimè imponebantur: impoſitio autem manuum non fiebat ſine oratione; atqui donec in hae Audentium ſtatione conſiſtebant, indigni adhue cenſebantur, ut ſuper eos orationes funderentur. Nec opera laborioſa ipſis adhue injungebantur; ſi quæ verò faciebant, ſuâ ſponte, non juſſi, & ad proprium placitum faciebant.

93. Tertia Pœnitentium Statio, erat Subſtratorum, unde hujus Stationis Pœnitentes dicebantur Subſtrati. Horum locus erat poſitus inter Fideles, & Audientes, & ad ambonem uſque in Eccleſia protenſus, hoc eſt, ad locum illum, ex quo Epiſtolæ, & Evangelia legebantur, recitabantur Diptycha, Hymni & Pſalmi canebantur, atque etiam conciones habebantur ad populum. *Ambo* enim excelſum quoddam ædificiolum in Templis erat, ut plurimùm orbicularis figuræ, ad quod per aliquot gradus aſcendebatur: nos verò Pulpitum modò vocamus, unde ad populum in noſtris Eccleſiis conciones habentur. Hiſee pœnitentibus ferè in ſingulis Synaxibus manus imponebantur, ipſis ante pedes Sacerdotum genuflexis. Et de iis pœnitentibus loquuntur Patres Concilii Carthag. IV. can. 80. *Ut omni tempore Jejunii, manus Pœnitentibus a Sacerdotibus imponantur*. Et in Concilio Toletano III. can. XI. *Id à Sancto Concilio jubetur, ut ſecundùm formam Canonum antiquorum detur pœnitentia, boc eſt, ut priùs eùm quem ſui pœnitet facti, à communione ſuſpenſum, faciat inter reliquos pœnitentes ad manus impoſitionem crebrò recurrere*. Cum qua manuum impoſitione conjuncta ſemper fuit oratio, ut ſupra innuimus: undè S. Auguſtinus in lib. 3. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 16. ait: *Quid eſt aliud impoſitio manuum, quàm oratio ſuper hominem*. Et Concilium Laodicenum can. 19. „ Quòd oporteat ſeorſum primùm „ poſt allocutionem Epiſcoporum orationes „ ſuper Catechumenos celebrari. Et poſtquam Catechumeni egreſſi fuerint, ſuper „ eos qui ſunt in pœnitentia precem fieri. „ His etiam accedentibus ad manum Sacerdotis, & diſcedentibus, tres orationes conſummari fidelium, itaut prima quidem ſub „ ſilentio, ſecunda verò & tertia per exclamationes ſolitas expleantur, & ità demum pacem ſibi invicem dabunt.

94. Porrò ante Sacrificii oblationem etiam hujuſmodi pœnitentes expellebantur, ut prælaudatus Canon indicat. Et Concilium Agathenſe can. 60. de ejuſmodi pœnitentibus ait; *In pœnitentium loco ſtandi, & orandi bumilitatem ità noverint obſervandam, ut etiam ipſi, cùm Catachumeni egredi commoneantur, abſcedant*. Et Concilium Epaonenſe can. 29. *Et in Eccleſia ſtudeant frequentare pœnitentiam, locum ſtandi, orandi bumilitatem noverint obſervandam, & etiam ſi ipſi cum catechumenis procedere commonentur, abſcedant*. idem tradunt Sozomenus lib. 7. hiſt. cap. 16. & Chryſoſtomus homil. 3. in Epiſt. ad Epheſios. Denique hiſee pœnitentibus, diverſa laborioſa opera etiam agenda injungebantur, attendentes Epiſcopi ſi diligenter juſſa exequerentur. Unde in Concilio Cartag. IV. can. 81. eorum munus erant mortuorum corpora deferre, eaque ſepulturæ demandare. *Mortuos Pœnitentes Eccleſiæ afferant, & ſepeliant.*

95. Quarta, & ultima Pœnitentium Statio erat Conſiſtentium, unde, & pœnitentes hujus ſtationis cognominabantur Conſiſtentes, quoniam cum Fidelibus conſiſtebant in Eccleſia. Eorum locus erat intra Eccleſiam ab Ambone uſque ad Sanctuarium. Hujus ſtationis pœnitentes non arcebantur à Sacrificio, & publicis precibus, intereſſebant cum cæteris fidelibus tam precibus, quàm Sacrificio, jus tamen oblationis non habebant, ideſt, ipſorum munera ad Altare minimè offerebantur, ac proinde nec corpori Chriſti communicabant. Quem gradum pœnitentiæ canones ſæpe exprimunt, per verba *communicare precibus ſine oblatione*: vel per *non communicare corpori Chriſti*. Ita ex can. XI. Concilii Nicæni I. *Duobus autem annis abſque oblatione erunt, orationum cum populo participes*. Et Concil. Ancyranum can. V. *Et poſt magnum diem triennio pœnitentiam agere, & poſtmodum duobus diebus ſine oblatione communicare*: Et can. 6. *Duobus autem aliis ſine oblatione communicent*. Et eàdem phraſi utuntur ejuſdem Concilii Patres can. 8. & 9. Immò can. 4. de iis qui Sacrificare coacti fuerant, & cœnaverunt in Idolio, *placuit eos inter audientes uno anno conſtitui, ſuccumbere verò tribus annis, in oratione autem communicare biennio, & tunc ad perfectionis gratiam pervenire*. Idem ergo erat arcere ab oblatione, atque arcere à communione, ſive à participatione Corporis, & Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti. Etenim Eccleſiaſtica erat diſciplina, offerendi ad Altare panem, & vinum, nam de pane oblato fiebat Euchariſtia: cujus ergo reſpuebatur oblatio, capax non erat recipiendi Euchariſtiam, & ideo qui arcebantur ab oblationibus, arcebantur quoque à participatione Euchariſtiæ, ut jam dictum eſt.

96. Porrò non omnes ex neceſſitate tenebantur per omnes gradus pœnitentiæ tranſire, nec ſtationes illæ erant adeo ordinatæ, & connexæ, ut pœnitentes à prima cogerentur tranſire ad Stationem ſecundam, à ſecunda ad tertiam, à tertia ad quartam. Poterant benè etiam de prima tranſire ad quartam;

Digitized by Google

tam; erat enim in Epiſcopi arbitrio, qui inſpecta magnitudine contritionis, & doloris in pœnitente primi gradus, illum aſportare in ordine conſiſtentium, ſine eo quòd fuerit inter Audientes, nec inter ſubſtratos. Et juxta qualitatem criminum gradus pœnitentiæ erant deſignati, adeout aliqui ſtatim inter conſiſtentes ponerentur, alii inter ſubſtratos, alii verò in omnibus ſtationibus propter atrocitatem criminum. Sic homicidæ voluntarii per omnes gradus pœnitentiæ tranſibant, ex canone 56. Baſilii in Epiſtola 3. canonica ad Amphilochium; involuntariè interficientes, itidem ex can. 57. Adulteri quoque, & Fornicarii, ex can. 58. Virgines quoque profeſſæ ſtuprum committentes ex can. 60. Perjuri ex can. 63. Venefici, & præſtigiatores, ex can. 64. & ita de pluribus aliis apud eundem Baſilium colligi licet.

97. De iis verò, qui non per omnes gradus pœnitentiæ tranſibant, diverſi quoque canones editi leguntur. Et quidem in Concilio Ancyrano can. 6. de iis qui in ſtatione ſubſtratorum poſiti fuerant, ex eo quòd Gentilium feſtis interfuiſſent, & convivia remotis in locis celebraſſent, arbitrio Epiſcopi relictum fuit, nùm inter conſiſtentes collocandi eſſent, an hac omiſsâ ſtatione, ad oblationem, & communionem recipiendi. *Placuit, poſt pœnitentiam biennii eos ſuſcipi: utrum verò cùm oblatione, ſinguli Epiſcoporum probantes vitam eorum, & ſingulos actus, examinent.* Facit, & Concilium Nicænum can. 12. da iis qni militiæ cingulum depoſuerant, & poſtea reaſſumpſerant, quibus conſtituta pœnitentia triennalis erat inter audientes, decennalis verò inter ſubſtratos: poterant Epiſcopi ſpectata contritione Pœnitentium eos admittere, diſpenſato cum eis toto ſubſtractionis tempore. „ Quotquot „ enim metu, & lacrymis, atque patientia, „ & bonis operibus, rebus ipſis converſio- „ nem ſuam, non ſimulationem demonſtrant, „ hi definitum tempus auditionis implen- „ tes tum demum fidelibus in orationecom- „ municent: poſtmodum verò licebit Epiſcopo „ de his aliquid humanius cogitare.

98. Porrò ex canone 9. S. Gregorii Thaumaturgi colligitur quoſdam leviter peccantes, inter pœnitentes ſuſtratos ſtatim admiſſos, omiſsâ flentium ſtatione. *Eos autem qui in campo aliquid invenerunt, vel in ſuis ædibus à Barbaris relictum, ſi accuſati quidem convicti fuerint, ſint ſimiliter in iis, qui ſubſternuntur.* Sic pariter inter ſubſtratos reponit immediatè eos, qui alienas domus invaſerant, & reddito furto, ſe ipſos ſponte accuſaverant, omiſſis ut ſupra prioribus duabus ſtationibus, Flentium ſcilicet, & Audientium ex can. 8. ejuſdem Gregorii. Mulieres inſuper adulteræ, quarum Adulterium ignotum erat viris, inter conſiſtentes collocari ab Epiſcopis conſueverant, ne ſi in aliis ſtationibus, delictum viris aperiretur: Ita S. Baſilius can. 34. „ Adulteratas mulieres „ & confitentes, vel quomodocumque con- „ victas publicare quidem Patres noſtri pro- „ hibuerunt, nè convictis mortis cauſam „ præbeamus, cas autem ſtare ſine commu- „ nione juſſerunt, donec impleretur tem- „ pus pœnitentiæ. „ Hæc itaque de gradibus, & pœnitentium ſtationibus.

99. An verò præter hos gradus, haſue ſtationes, alius gradus, ſive alia ſtatio in uſu fuerit, aliqualiter coutrovertitur inter eruditos, propter canonem XVII. Concilii Ancyrani, ubi juxta Gentiani Herueti verſionem, fit mentio ſtationis Hyemantium. *Eos qui rationis expertia animantia inierunt, & qui Leproſi ſunt, vel fuerunt, juſſit Sancta Synodus inter hyemantes orare.* Unde ex hoc quidam exiſtimant quoſdam pœnitentes conſtitutos fuiſſe extra tectum Eccleſiæ, ubi ſub dio cogerentur pęnitentiam agere, hos verò fuiſſe illos, qui animantia rationis expertia inierunt. At Chriſtianus Lupus in notis ad can. XL. Concilii Nicæni, præfatum canonem explicat de ſtatione prima ideſt Flentium: nam verba illa, *inter hyemantes*, vult eſſe intelligenda, quaſi ſignificent *morem hyemantium. Inter hyemantes orare*, ideſt hyemantium more extra omnem Eccleſiæ tectum, ſed in Porticu ubi erat Flentium ſtatio, quo in loco fleviſſe Fabiolam autumat, & ita explicanda exiſtimat S. Hieronymi verba in Epiſtola ad Oceanum ſupracit. dum ait, Fleviſſe in Baſilica Lateranenſi, ideſt in Porticu Baſilicæ.

100. Præſtat tamen ſcire priùs quàm aliquid certi ſtatuamus, quomodo eundem cannnem vertant alii, non enim omnes ſectantur Herveti verſionem. Iſidorus Mercator ſic legit: „ Hos eoſdem ſanè non ſolùm „ leproſos crimine hujuſmodi factos, ſed „ & alios iſto ſuo morbo replentes, pla- „ cuit inter eos orare, qui tempeſtate ja- „ ctantur, qui à nobis Energumeni appel- „ lantur. *Dionyſius Exiguus.* Eos qui irra- „ tionabiliter vixerint, & leprâ inuſti cri- „ minis alios pollnerint, præcipit Sancta „ Synodus inter eos orare, qui ſpiritu peri- „ clitantur immundo. „ Juxta quas verſiones conſtat hujuſmodi peccantes collocatos fuiſſe inter Energumenos, quorum locus erat extra Eccleſiam, ſed inter Flentes.

101. Ex Canone autem antecedenti ſubſequentis Canonis ſenſus dilucidiùs conſtabit. Dicitur enim in canone antecedenti: „ De iis „ qui irrationabiliter verſati ſnnt, ſive ver- „ ſantur. Quotquot ante vigeſimum annum „ tale crimen commiſerint, quindecim annis „ exactis in pœnitentia, communionem me- „ reantur orationum. Deinde quinquennio „ in hac communione durantes, tunc demum „ obla-

„ oblationis Sacramenta contingant. Diſcutiatur autem, & vita eorum, quales tempore pœnitudinis extiterint, & ità miſericordiam conſequantur. Quòd ſi inexplebiliter his hæſere criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus inſumant. Quotquot autem peracta viginti annorum ætate, & uxores habentes, hoc peccato prolapſi ſunt, viginti quinque annis pœnitudinem gerentes, in communionem ſuſcipiantur orationum. In qua quinquennio perdurantes, tunc domum oblationis Sacramenta percipiant. Quòd ſi qui & uxores habentes, & tranſcendentes quinquageſimum annum ætatis, ità deliquerint, ad exitum vitæ communionis gratiam conſequantur. „ *Hæc ibi*. Itaque hoc Canone ſtatuta fuit pœnitentia lapſis in peccatum beſtialitatis, & nonniſi juxta gradus, ſive quatuor pœnitentium ſtationes ſupra recenſitas. Quod porrò canone ſequenti ſubjungitur, eſt propter ſupervenientem lepram, non verò ratione præfati criminis, pro quo pœnitentia jam in ſuperiori ſancita habetur. Et ità voluerunt Patres, quòd ſi hujuſmodi lapſis ſuperveniret corporalis lepra, eiicerentur extra aliorum commercium, inter hyemantes, qui ſub dio habitant, ne ex eorum commercio alii quoque eâdem leprâ polluerentur. Unde Mercator, & Dionyſius, addunt eiiciendos eſſe, quando jam conſtat etiam ex contagione, eâdem leprâ alios infeciſſe, optime ergo Mercator connectit canonem ſubſequentem cum antecedente, cum ſtatim ſubjungat: *Hos eoſdem*, nimirum in crimen beſtialitatis lapſos, de quibus in canone ſuperiori, *non ſolum leproſos crimine hujuſmodi factos*, nam peſſimum & contagioſum hoc crimen lepram aliquando ingenerare ſolet, *ſed, & alios iſto ſuo morbo replentes*, quia commercio leproſi communicantes, eâdem leprâ ſæpe inficiuntur, *placuit inter eos orare, qui tempeſtate jactantur*. Et Hervetus: *Juſſit Sancta Synodus inter hyemantes orare*. Lex ipſa Levitici cap. 13. præcipiebat, Leproſos ſegregandos. Itaque hæc non fuit regularis pœnitentium ſtatio, ſed proviſio in caſu lepræ, ne alii pœnitentes cum leproſo ſub eodem tecto, & in eadem domuncula communicantes, contaminarentur.

102. An verò occulta peccata ſubiicerentur publicæ pœnitentiæ, ex rigore antiquæ diſciplinæ, controverti ſolet. Sunt qui afferunt propter Canonem 34. S. Baſilii de Muliere adultera neſciente viro, quæ inter conſiſtentes reponenda erat ad agendam pœnitentiam, ne ſi in aliis ſtationibus poſita, delictum innoteſceret viro, cædi ſubiiceretur. Solent etiam afferre diverſa Patrum Teſtimonia, Ambroſii lib. 1. de pœnit. cap. 16. Innocentii I. Epiſt. 2. ad Victricium Rothomag. can. 12. S. Auguſtini lib. 50. homil. in homil. 50. Leonis magni Epiſt. 80. & 92. & aliorum. Verùm ex hujuſmodi teſtimoniis, nihil certi ſtatui poteſt, cùm expreſsè non loquantur de publica penitentia in ordine ad peccata occulta. Utique S. Ambroſius hortatur propter occulta crimina ad agendam penitentiam, non tamen publicam ſecundùm canones: vult, ut communio differatur, hoc occultè fieri poteſt, quemadmodum S. Baſilius loquitur de mulieribus adulteris, ubi manifeſtè dicit: *publicare quidem Patres noſtri prohibuerunt*. Neque Innocentius agens ibi de Virginibus Deo Sacratis, ſed corruptis, vult illas ſubiicere publicæ penitentiæ, dum non conſtat externè crimen commiſſum: reſpondit enim ad Victricium, quo tempore admittenda ſit hujuſmodi corrupta Virgo ad penitentiam, an poſt mortem ſtupratoris ſive ante, & reſpondit, poſt mortem: non dicit ad penitentiam publicam, aut privatam, ſed juxta notorietatem facti regulandam penitentiam, quòd ſi notuerit, certè ad publicam; ſecus, ſi adhuc in occulto lateret. Auguſtinus verò in citata homilia loquitur de ſponte publicè confeſſo, cujus crimen per publicam confeſſionem notum fuerat, ac ideo publicè penitere illum oportebat. Nihil quoque deducitur ex Verbis S. Leonis in prælaudatis Epiſtolis circa publicam penitentiam in ordine ad occulta crimina. Vult utique homicidas, fornicatores, & ſacrificatores ſubjectos eſſe publicæ penitentiæ ſecundùm canones, ut in Epiſt. 92. quia ſupponit hujuſmodi delicta eſſe publica, aut ſaltem publicè confeſſa. Sicut & in Epiſtola 80. ubi potiùs hortatur ad confeſſionem ſecretam, & ſecretam penitentiam, quam velit propter occulta peccata publicè eos penitere. Placet hic referre S. Pontificis verba in allegata Epiſtola, quæ in nova editione eſt 136. data ad Epiſcopos per Campaniam, & Samnium, & Picenum conſtitutos. „ Illam etiam, *inquit*, contra Apoſtolicam regulam præſumptionem, quam nuper agnovi à quibuſdam illicitâ uſurpatione committi, modis omnibus conſtituo ſubmoveri: ne videlicet de ſingulorum peccatorum genere, libello ſcripta profeſſio publicetur: cùm reatus conſcientiarum ſufficiat ſolis Sacerdotibus indicari confeſſione ſecretâ. Quamvis enim plenitudo fidei videatur eſſe laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubeſcere non veretur: tamen quia non omnia hujuſmodi ſunt peccata, ut ea, qui penitentiam poſcunt, non timeant publicare; removeatur tam improbabilis conſuetudo, nè multi à penitentiæ remediis arceantur, dum aut erubeſcunt, aut metuunt inimicis ſuis ſacta referari, quibus poſſint legum conſtitutione percelli. Sufficit enim illa confeſſio, quæ primùm Deo offertur, tum etiam

„ Sa-

„ Sacerdoti, qui pro delictis pęnitentium
„ precator accedit. Tunc enim demum plu-
„ res ad pęnitentiam poterunt provocari,
„ ſi populi auribus non publicetur conſcien-
„ tia confitentis. „ *Hæc S. Leo*, quibus ver-
bis liquet non pęnitentiam publicam pro pec-
catis occultis præcepiſſe, ſed magis ſuſtu-
liſſe, & quia aliqui nolebant publicè con-
fiteri, nè publicæ pęnitentiæ ſubiicerentur,
ideo mandavit, ut nemo cogeretur ad ma-
nifeſtanda propria crimina, niſi ſecretò Sa-
cerdoti, ablato uſu libellorum, in quo crimi-
na pęnitentis prodebantur.

103. Certum mihi videtur pęnitentiam publicam non fuiſſe indictam, niſi pro publicis delictis, aut ſi occultis, publicè confeſſis: nam pęnitentia publica, aut publicum ſequebatur crimen, aut publicè confeſſum, minimè pro occultis, non publicè confeſſis: etenim pro occultis criminibus, ſatis ſemper fuit ſecreta confeſſio, & privata pęnitentia. Audiatur Origenes homil. 2. in pſal. 37.
„ Si autem ipſe ſui accuſator fiat, *inquit*,
„ dùm accuſat ſemetipſum, & confitetur,
„ ſimul evomit, & delictum, atque omnem
„ morbi digerit cauſam. Tantummodo cir-
„ cumſpice diligentiùs cui debeas confite-
„ ri peccatum tuum. Proba priùs medicum,
„ cui debeas cauſam languoris exponere, qui
„ ſciat infirmari cum infirmante, flere cum
„ flente, ut ità demùm ſi quid ille dixerit,
„ qui ſe prius, & eruditum medicum oſten-
„ derit, & miſericordem, ſed quid conſilii
„ dederit, facias, & ſequaris. „ *Hæc Origenes*, qui poſtea tantùm ſubjungit, quòd ſi dignoſcat utiliùs eſſe crimen exponi in conſpectu totius Eccleſiæ, ut melius curetur, id agat: „ Si intellexerit talem eſſe lan-
„ guorem tuum, qui in Conventu totius Ec-
„ cleſiæ exponi debeat, & curari, ex quo
„ fortaſſis, & cæteri ædificari poterunt, &
„ tu ipſe facilè ſanari, multa hoc delibera-
„ tione, & ſatis perito illius medici conſi-
„ lio procurandum eſt. „ *Hæc Origenes*, ubi vult maxima cum ponderatione eſſe procedendum in hujuſmodi cauſa, nàm ſi aliquo pacto peccatum non ſit notum aliis, quibus pęnitentia publica poſſit eſſe ædificationis, non videtur pęnitentem eſſe ſubjectum pęnitentię publicę, nec de mente Origenis teneri ad publicam pęnitentiam paragendam, quia ſolùm vult poſſe medicum, ideſt Confeſſarium, habità maturà deliberatione conſulere, non præcipere, nullo exiſtente canone, aut lege id præcipiente.

104. Deinde Chryſoſtomus homil. 19. in cap. 4. lib. Geneſis hortatur occultè peccantes, ut occultè, & ſecretè peccata confiteantur: „ Scortator enim, *inquit*, vel adul-
„ ter, vel qui aliud tale quiddam admiſit,
„ etiamſi omnium obliviſci queat, nunquam
„ tamen ſic in ſolitudine verſatur, quin ha-
„ bens acrem illum accuſatorem. *Et paulò*
„ *poſt*. Jam qui hæc fecit, *ſubjungit*, ſi vo-
„ luerit, ut decet, uti conſcientiæ adjumen-
„ to, & ad confeſſionem facinorum feſtina-
„ re, & medico oſtendere ulcus qui curet,
„ & non exprobret, atque ab illo remedia
„ accipere: & ſoli ei loqui, nullo alio con-
„ ſcio, & omnia dicere cum diligentia, fa-
„ cile peccata ſua emendabit. Confeſſio enim
„ peccatorum, abolitio etiam eſt delictorum.
Hæc Chryſoſtomus. Non ergo præcepta erat pro occultis fornicatoribus, atque adulteris, aut cujuſvis generis peccatoribus, publica pęnitentia, ſi Chryſoſtomus, ut expientur, ſecretam conſulit confeſſionem.

105. Diſertiſſime idem tradit in ſuis ad Populum habitis concionibus. Etenim homilia 21. circa medium: „ Nec hoc tantùm
„ eſt admirabile, quòd peccata dimittit,
„ *inquit*, verum & quòd ipſa non revelat,
„ nec apparentia, & manifeſta facit, nec ac-
„ cedentes cogit in medio patrata edicere,
„ ſed ſibi ſoli rationem reddere jubet, & ſibi
„ confiteri. Etenim ex Alienigenis Judici-
„ bus, ſi quis alicui captorum latronum,
„ vel furum diceret, ut peccata confitere-
„ tur, & à pęna dimitteretur, omni certè
„ promptitudine hoc ſuſcepiſſent, ſalutis
„ cupiditate pudorem contemnentes. Hic
„ verò non hoc eſt, verùm & peccata di-
„ mittit, nec cogit præſentibus quibuſdam
„ ipſa enunciari: ſed unum ſolum exigit,
„ ut ipſe remiſſione fruens, doni magnitudi-
„ nem diſcat.

106. De hac eadem re extant complures Canones poſteriorum Conciliorum, quibus pro occultis peccatis, ſecreta pęnitentia injungenda præcipitur, & hoc certè propter quoſdam, qui etiam in occultis criminibus procedere volebant ad pęnitentiam publicam, nullà præcipiente regulà. Ita in Concilio Arelatenſi de anno DCCCXIII. ſub Leone IV. ubi can. 26. tantùm pro publicis peccatis, publica decernitur pęnitentia. *Qui publico crimine convicti ſunt rei, publicè judicentur, & publicam pęnitentiam agant ſecundùm Canones*. Concilium Cabilonenſe eodem anno celebratum, pariter decernit ut publicè peccantes publicè pęniteat, mandatque ut ab Imperatore auxilium quæratur, ut præfata juxta antiquos canones ſervetur regula. Sic can. 25. *Pęnitentiam agere juxta antiquam Canonum conſtitutionem, in pleriſque locis ab uſu receſſit, & neque excommunicandi, neque reconciliandi antiqui moris ordo ſervatur, ut à Domino Imperatore impetretur adjutorium, qualiter ſi quis publicè peccat, publicà mulctetur pęnitentià: & ſecundùm ordinem Canonum, pro merito ſuo excommunicetur, & reconcilietur*.

107. Deinde Concilium Rhemenſe can. 31. ſtatuit diſcretionem habendam inter publi-

cè,

& abſconsè peccantes: *Ut diſcretio ſervanda ſit inter penitentes, qui publicè, & abſconsè penitere debent*. Id quod poſtea ſancitum quoque fuit in Concilio Moguntino de anno DCCCXLVII. can. 31. ubi dicitur: *Diſcretio ſervanda eſt inter penitentes qui publicè, & qui abſconsè penitere debent. Nàm qui publicè peccat, oportet ut publica mulčletur penitentia*. Porrò in collectione Canonum Iſacii lingonienſis à S. Bonifacio Epiſcopo Moguntino editorum, Titul. 3. cap. 9. dicitur *Mulier habens virum, ſi adulterium perpetraverit, & occultè ad confeſſionem venerit; ſeptem annis peniteat*. Certè occultè non publicè, nam ſubdit, quòd ſi deprehenſa in adulterio à marito fuerit, publicato delicto, poſſit maritus ſi voluerit illam dimittere, ſed dimiſſa teneatur publicè penitentiam agere. *Si cujus uxor adulteriam perpetraverit, & hoc à viro deprehenſum fuerit, & publicatum, dimittat uxorem, ſi voluerit, propter fornicationem, ſecundùm quòd ſuperiùs inſertum eſt, publicè agat pœnitentiam*. Et clariùs Titul. 6. cap. 11. *Si publicè actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam, juxta Sanctorum Canonum ſanctionem. Si verò occultè, Sacerdotum conſilio ex hoc agat pœnitentiam*. Agit enim de raptoribus. Item in Collectione Burchardi Epiſcopi Wormacienſis lib. 19. cap. 36. de Inceſtuoſis, dicitur. *Si quis inceſtum occultè commiſerit, & Sacerdoti occultè confeſſionem egerit, indicetur ei remedium canonicum, quod ſubire debuiſſet, ſi ejus facinus publicatum fuiſſet. Verùm quia latet commiſſum, detur ei à Sacerdote conſilium, ut ſaluti animæ ſuæ pro occulta ſua pœnitentia proficiat*.

108. Præterea non eſt veriſimile primitivæ Eccleſiæ Patres voluiſſe pervertere ordinem fraternæ correctionis, Chriſto Domino præcipiente Matthæi cap. 18. *Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum*. Jubet enim peccantem fratrem, ab eo ſolo, in quem peccaverit, corripi atque objurgari. Non ergo publicandum eſt fratris crimen, quem ſeorſim peccantem vidimus, hoc enim pacto non eſſet velle fratrem lucrari, ſed diffamare. Atqui diffamaretur quoque penitens, ſi pro occulto crimine, cogeretur publicè penitere: non eſt ergo veritati conſonum, ut pia mater Eccleſia unquam voluerit, ut pro occultis publica ageretur penitentia. Nam quamvis penitentis peccata non vulgarentur à Sacerdotibus, ipſa publica penitentia indicaret graviter deliquiſſe. Et major infamia contraheretur à peccatore occulto, quàm à publico: quia hic per ipſum crimen publicè commiſſum maneret diffamatus, nullo pacto per ipſam penitentiam; ille verò per ſolam penitentiam, ratione cujus ſaltem in genere, circumſtantibus & toti Eccleſiæ crimen innoteſceret.

109. Dicere porrò occultè peccantem non potuiſſe cogi ad agendam publicam penitentiam, licèt ei impoſitâ teneretur illâ perfungi; unde magis liberè quàm coactè, hujuſmodi penitentiæ fuiſſe ſubjectum; eſt merum effugium. Nam ſi tenebatur ſubire ex Decreto aliquo Eccleſiaſtico præcipiente, non poterat illam effugere, ut beneficium abſolutionis acciperet, ac proinde non ſuâ ſponte, ſed coercente canone penitentiam ſubibat, unde decretum illud in cauſa erat, cur penitens ſe proderet, non proditurus ſecluſo decreto. Si porrò decretum fuiſſet merè conſultivum, utique ſe illi ſubiiciendo penitentiæ, liberè ſe ſubjeciſſet, & ſuâ ſponte ſe proderet. At non ſumus in caſu, quia etiam nunc ſi quis vult, poteſt hoc pacto publicè penitere. Itaque probabiliùs eſt, pro occultis nullam indictam fuiſſe penitentiam publicam, niſi in caſu quo quis occultum peccatum publicè faſſus fuiſſet, aut ipſemet ad majorem populi ædificationem, & ſui verecundiam, ſuâ ſponte illi ſe ſubjeciſſet.

110. De Clericis porrò, an fuerint penitentiæ publicæ ſubjecti, & tenerentur ob graviora crimina ſubire gradus, & ſtationes penitentium, quemadmodum & Laici, pariter difficultatur. Et quidem de Clericis in minoribus conſtitutis ex Epiſtola 7. Felicis Papæ III. data ad univerſos Epiſcopos, colligitur fuiſſe penitentiæ publicæ ſubjectos; nam poſtquam ſententiam protulerit adversùs Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos in errorem rebaptizantium lapſos, deſcendens ad minores Clericos, ſubjungit: „ De Clericis autem & Monachis, aut Puellis Dei, aut Secularibus, ſervari præcipimus hunc tenorem, quem Nicæna Synodus circà eos, qui lapſi ſunt vel fuerint, ſervandum eſſe conſtituit, ut ſcilicet qui nullâ neceſſitate, nullius rei timore aut periculo, ſe ut rebaptizarentur, hæreticis impiè dediderunt; ſi tamen eos ex corde peniteat, tribus annis inter audientes ſint; ſeptem autem annis ſubjaceant inter penitentes manibus Sacerdotum; duobus autem annis oblationes modis omnibus non ſinantur offerre, ſed tantummodo Secularibus in oratione ſocientur. Nec confundatur Deo colla ſubmittere, qui non cum timuit abnegare. *Hæc Felix*.

111. De Clericis verò majoribus diſtinguenda ſunt tempora, nam primis Eccleſiæ temporibus, ex rigore diſciplinæ Clerici majores pro gravioribus culpis etiam ipſi publicæ penitentiæ erant addicti. Extant de hac re complures Canones Concilii Eliberitani. Nam can. 18. dicitur. *Epiſcopi, Preſbyteri, Diacones, ſi in miniſterio poſiti, detecti fuerint quòd ſint mœchati; placuit & pro-*

propter ſcandalum, & propter nefandum crimen, nec in fine eos communionem accipere. In Canone porrò 76. de Diaconibus ita ſancitum habetur: *Si quis Diaconum ſe permiſerit ordinari, & poſtea fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiſerit; ſi ſponte fuerit confeſſus, placuit eum, actá legitimá pœnitentiá, poſt triennium accipere communionem. Quòd ſi alius detexerit: poſt quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem Laicam debere.* Concilium item Neocæſarienſe can. 1. de Presbyteris lapſis, ait: *Presbyter ſi uxorem duxerit, ab ordine ſuo illum deponi debere. Quòd ſi fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit, extra Eccleſiam abjici, & ad pœnitentiam inter Laicos redigi.*

112. Porrò Cyprianus diverſis in locis indicat majores Clericos publicæ pœnitentiæ fuiſſe addictos. Etenim in Epiſtola 64. aliàs 59. ad Fidum data, conqueritur de Terapio Epiſcopo, qui ante expletum pœnitentiæ tempus pacem dederit Victori cuidam Presbytero lapſo. „ Legimus, *inquit*, lite-
„ ras tuas, quibus ſignificaſti, de Victore
„ quondam Presbytero, quòd ei, antequam
„ plenam pœnitentiam egiſſet, & Domino
„ Deo, in quem deliquerat, ſatisfeciſſet,
„ temerè Therapius collega noſter imma-
„ turo tempore, & præproperâ feſtinatione
„ pacem dederit. Quæ res non ſatis movit,
„ receſſum eſſe à Decreti noſtri authorita-
„ te, ut ante legitimum, & plenum tem-
„ pus ſatisfactionis, & ſine petitu, & con-
„ ſcientia plebis, nullâ infirmitate urgente,
„ ac neceſſitate cogente, pax ei concedere-
„ tur. Sed librato apud nos diù conſilio,
„ ſatis fuit objurgare Therapium Collegam
„ noſtrum, quòd temere hoc fecerit; & in-
„ ſtruxiſſe, ne quid tale de cetero faciat.
Hæc Cyprianus, qui & in Epiſtola 55. aliàs 52. ad Antonianum data, meminit Trophimi Presbyteri lapſi, poſt peractam pœnitentiam à Cornelio Papa recepti. „ Et quoniam cum
„ Trophimo, *ait*, pars maxima plebis ab-
„ ſceſſerat, redeunte nunc ad Eccleſiam
„ Trophimo, & ſatisfaciente, & pœniten-
„ tiâ deprecationis errorem priſtinum con-
„ fitente, & fraternitatem, quam nuper
„ abſtraxerat, cum plena humilitate, & ſa-
„ tisfactione revocante, auditæ ſunt ejus
„ preces. „ Item in Epiſtola 67. aliàs 68. agens de Baſilide, & Martiali Epiſcopis lapſis, refert Decretum Concilii univerſalis, ac Cornelii Papæ, quo ſancitum fuerat, hujuſmodi delinquentes eſſe ad pœnitentiam admittendos, non tamen recipiendos in priori Dignitatis gradu. „ Maximè cùm jam pri-
„ dem, *inquit*, nobiſcum, & cum omnibus
„ omninò Epiſcopis in toto Mundo conſti-
„ tutis, etiam Cornelius collega noſter,
„ ſacerdos pacificus, ac juſtus, & marty-
„ rio quoque dignatione Domini honoratus,
„ decreverit ejuſmodi homines ad pœniten-
„ tiam quidem agendam poſſe admitti, ab
„ ordinatione autem Cleri, atque Sacerdo-
„ tali honore prohiberi. „ *Hæc Cyprianus.* De Natalio Presbytero, à Theodoto decepto publicè pœnitentiam agente ſub Zepherino Papa, ſcribit Euſebius lib. 5. hiſt. cap. 28. Nonnulla pariter colligi poſſunt ex Epiſtola Cornelii ad Fabium Antiochenum apud Euſebium lib. 6. hiſt. cap. 43. ut conſtet in primis Eccleſiæ ſæculis ex rigore diſciplinæ etiam majores Clericos ſubjectos fuiſſe pro gravioribus criminibus publicæ pœnitentiæ.

113. At poſtea ſubſequentibus temporibus, ex ſanctorum Canonum decretis à publica pœnitentia Clerici majores exempti fuerunt. Sic in Concilio Carthaginenſi V. celebrato circa annum Domini CCCXCVI. Can. XI. *Item confirmatum eſt, ut ſi quando Presbyteri, vel Diaconi in aliqua graviori culpa convicti fuerint, qua eos à miniſterio neceſſe fuerit removeri, non eis manus tanquam pœnitentibus, vel tanquam Fidelibus Laicis imponatur.* Hoc & S. Auguſtinus indicat lib. 1. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 1. ubi tradit Clericis lapſis ad Eccleſiam redeuntibus, non imponi manus: *Et ideo eis*, inquit, *manus inter lapſos non imponitur.* Et S. Leo in Epiſtola 2. novæ edit. aliàs 92. ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum data inquiſit. 2. ait: „ Alienum eſt à conſue-
„ tudine Eccleſiaſtica, ut qui presbyterali
„ honore, aut in Diaconii gradu fuerint
„ conſecrati, ij pro crimine aliquo ſuo per
„ manus impoſitionem remedium accipiant
„ pœnitendi; quòd ſine dubio ex Apoſto-
„ lica Traditione deſcendit, ſecundùm quod
„ ſcriptum eſt: *Sacerdos ſi peccaverit, quis*
„ *orabit pro illo?* Unde hujuſmodi lapſis,
„ ad promerendam miſericordiam Dei, pri-
„ vata eſt expetenda ſeceſſio, ubi illis ſa-
„ tisfactio, ſi fuerit digna, ſit etiam fru-
„ ctuoſa. „ Hac de cauſa S. Hieronymus in Epiſtola 93. novæ edit. aliàs 48. ad Sabinianum lapſum data ipſum hortatur, ut ſecedat, agens pœnitentiam in cinere & cilicio, non palam, ſed in ſolitudine, & in Monaſterio. *Hortatus ſum*, inquit, *ut ageres pœnitentiam, & in cilicio & cinere volutareris, ut ſolitudinem peteres, ut viveres in Monaſterio, ut Dei miſericordiam jugibus lacrymis implorares.*

114. Sed & notandum præſtat, Clericis pœnitentiam publicam expoſcentibus, non fuiſſe denegatam. Liquet ex Can. 4. Concilii Arauſicani I. *Pœnitentiam deſiderantibus etiam Clericis non negandam.* Semper tamen ſine manuum impoſitione juxta allegata à S. Leone Magno. Et ex his omnibus liquet, quænam fuerit Eccleſiæ diſciplina circa pœni-

ten-

tentes Clericos in majoribus conſtitutis, qui
regulariter deponebantur ab omni honoris,
& dignitatis gradu, & ad ſolam Laicam
communionem admitti eos Patres cenſue-
rant, prout ex diverſis Conciliorum Cano-
nibus manifeſtum eſt. ,Et quidem in can.78.
ex Arabicis Concilii Nicæni I. Sacerdos re-
lapſus in fornicationem ſolâ depoſitione ple-
ctitur, nec prohibetur Fidelium communi-
catione, nec arcetur à Sacra communione.
Et in Concilio Metenſi de anno 888. de
Diacono ſacrilego definitum eſt can. 6. ut
in carcere ponatur, interdicto miniſterio, po-
pulo pro illo orante.

115. Sed quid de relapſis poſt publicam
pœnitentiam? Numquid ad ſecundam pœ-
nitentiam admittebantur? Difficilis quæſtio
propter complura Sanctorum Patrum teſti-
monia. Clemens Alex. lib. 2. Stromat. edit.
Herveti cap. 6. negat relapſis ſecundam pœ-
nitentiam. „Tam iis, *inquit*, qui vocati
„ ſunt, proponitur pœnitentia, expurgans
„ locum animæ à peccatis, ut fides ſunde-
„ tur. Cùm autem ſit Dominus cognitor
„ cordium, & ſutura præſciat, ſacilem ho-
„ minis mutationem, & ad revertendum
„ propenſionem, & Diaboli calliditatem ab
„ alto vidit à principio, qui homini invi-
„ dens propter remiſſionem peccatorum,
„ aliquas peccatorum cauſas Servis Dei
„ ſuggereret, aſtutè hoc moliens, ut ipſi
„ quoque cum eo cadant. Dedit ergo, cùm
„ ſit multæ miſericordiæ, iis etiam, qui
„ in fide in aliquod peccatum incidunt,
„ ſecundam pœnitentiam, quam, ſi quis ten-
„ tatus ſuerit poſt vocationem, coactus &
„ callidè circumventus, unam adhuc impœ-
„ nitendam acceperit pœnitentiam. „ *Hæc
Clemens*, qui hanc doctrinam hauſit ex li-
bro 2. Hermæ Paſtoris, Mandat. 4. §. 3. ubi
Paſtori interroganti ſi poſt Baptiſmum ſit
altera pœnitentia, inter alia reſpondens An-
gelus, ait: „ Et ideo dico tibi, quòd poſt
„ vocationem illam magnam, & ſanctam,
„ ſi quis tentatus ſuerit à Diabolo, & pec-
„ caverit, unam pœnitentiam habet: ſi au-
„ tem ſubinde peccet, & pœnitentiam agat,
„ non proderit homini talia agenti; difficilè
„ enim vivet Deo. „ *Hæc Paſtor*. Et ita
videtur, tam Clemens, quàm Paſtor, non
aliam poſt Baptiſmum agnoviſſe pœnitentiam,
præter unam, adeout relapſis poſt Baptiſ-
mum non ſit locus ſecundæ pœnitentiæ.

116. Tertullianus porrò Catholicus in
libro de pœnitentia, unam dumtaxat & ipſe
poenitentiam poſt Baptiſmum agnoſcit, ſcri-
bens cap. 7. „ Collocavit in veſtibulo poe-
„ nitentiam ſecundam, quæ pulſantibus pa-
„ tefaciat; ſed jam ſemel, quia jam ſecun-
„ dò, ſed amplius nunquam, quia proximè
„ ſruſtrà. Non enim & hoc ſemel ſatis eſt?
„ Habes quod jam non merebaris: amiſiſti
„ enim quod acceperas. „ *Hæc Tertullianus*,
qui idem indicat cap. 9. ubi ait: „ Con-
„ feſſio enim ſatisfactionis conſilium eſt,
„ diſſimulatio contumaciæ. Hujus igitur
„ poenitentiæ ſecundæ, & unius; quantò
„ in arcto negotium eſt, tantò operoſior
„ probatio eſt, ut non ſola conſcientia præ-
„ feratur, ſed aliquo etiam actu admini-
„ ſtretur.

117. Item Origenes Homil. 15. in cap. 25.
Levitici in eandem videtur abiiſſe ſenten-
tiam, cùm dicat: „ In gravioribus enim cri-
„ minibus ſemel tantùm; vel rarò poeni-
„ tentiæ conceditur locus. Iſta verò com-
„ munia, quæ frequenter incurrimus, ſem-
„ per poenitentiam recipiunt, & ſine in-
„ termiſſione redimuntur. *Et Ambroſius*
„ *lib. 2. de Pœnit. cap.* 10. Meritò reprehen-
„ duntur, qui ſæpius agendam poenitentiam
„ putant, quia luxuriantur in Chriſto.
„ Nam ſi verè agerent poenitentiam, iteran-
„ dam non putarent: quia ſicut unum Ba-
„ ptiſma, ita una poenitentia; quæ tamen
„ publicè agitur. Nam quotidiani nos de-
„ bet poenitere peccati; ſed hæc delictorum
„ leviorum, illa graviorum.

118. Accedit indè S. Auguſtinus in Epi-
ſtola 54. quæ eſt ad Macedonium data, in
ea enim Epiſtola reſpondit Macedonio inter-
roganti; *Nam ſi à Domino peccata adeò pro-
hibentur, ut nec pœnitendi quidem copia poſt
primam pœnitentiam tribuatur; quemadmodum
nos poſſumus ex Religione contendere, ut no-
bis qualecumque crimen fuerit, dimittatur?*
poſt plura ait. „ In tantùm autem homi-
„ num aliquando iniquitas progreditur, ut
„ etiam poſt actam poenitentiam, poſt Al-
„ taris reconciliationem, vel ſimilia, vel
„ graviora committant, & tamen Deus fa-
„ cit etiam ſuper tales oriri Solem ſuum:
„ nec minus tribuit, quàm ante tribuebat
„ largiſſima munera vitæ ac ſalutis. Et
„ quamvis eis in Eccleſia locus humilli-
„ mæ poenitentiæ non concedatur, Deus
„ tamen ſuper eos ſuæ patientiæ non obli-
„ viſcitur.

119. His ergo ſtantibus opere prætium eſt
iterum examinare antiquam Eccleſiæ diſci-
plinam in ordine ad publicam pęnitentiam:
erant enim quædam graviora crimina ca-
pitalia, pro quibus ſecundùm canones indi-
cta erat publica pęnitentia, quoties erant pu-
blicè commiſſa, aut publicè confeſſa, juxta
ſuperiùs dicta. Porrò erant & alia, aut ve-
nialia aut mortalia, ſed non ita gravia &
pernicioſa, pro quibus nulla erat deſignata
publica pęnitentia, de quibus in ſecreto age-
batur pęnitentia, & ſecretò à Sacerdote ab-
ſolvebantur. Primi generis erant peccata Ido-
latriæ, falſi teſtis, delationis Chriſtianorum
tempore perſecutionis, falsò accuſantium Sa-
cerdotes, ut ex Concilio Eliberitano ſupra

viſum eſt, & ſecundùm canones Concilii Ancyrani, ut pariter retulimus in ſuperioribus, Sodomia, Adulterium, Inceſtum, Fornicatio Homicidium, & Magia. Ex Nyſſeno additum eſt, ſurtum violentum, violatio ſepulchrorum, & ſacrilegium. Ex Baſilio porrò, Uſura continuata, Divinatio, Raptum diſſentiente raptâ, & alia de quibus ſatis dictum eſt ſuperiùs.

120. Secundi generis peccata quæ pęnitentiæ publicæ non ſubiiciebantur, in primis erant omnia peccata per actus internos commiſſa, quamvis læthalia, unde in Concilio Neocæſarienſi can. IV. dicitur: *Si quis mulierem concupiſcens propoſuerit cum ea concumbere, & cogitatio ejus non perveniat ad effectum, apparet quòd gratiâ Dei liberatus ſit*. Pro Avaritia quoque nullam pęnitentiam publicam fuiſſe impoſitam tradit Nyſſenus in Epiſtola canonica ad Letojum Epiſcopum Mytelenenſem. Neque occultum furtum publicâ plectebatur pęnitentiâ, ex eodem Nyſſeno. Commeſſationea quoque, & Ebrietates, ſub publica pęnitentia non cadebant, quamvis fierent in Templis, & in Martyrum honorem, ex Auguſtino in Epiſtola 64. ad Aurelium Epiſcopum data. Et in Enchyrid. ad Laurentium cap. 80. declamat adversùs pravam peccandi conſuetudinem, pro quibus peccatis, Epiſcopi non audebant laicos excommunicare, nec clericos exauctorare. In libro porrò octuaginta trium quæſtionum, quæſt. 26. diſtinguit quædam peccata pro quorum malitia peccantes cogendi erant ad illam publicam, & luctuoſam pęnitentiam; & quædam minoris malitiæ, in quibus luctuoſa illa pęnitentia locum non habebat. Similia quoque tradit in lib. de fide, & operibua cap. 19. & 26.

121. Cùm itaque non omnia peccata, etſi mortalia, ex rigore diſciplinæ fuerint publicæ pęnitentiæ ſubjecta, fit ut ſecunda pęnitentia denegata ſolùm fuerit relapſis poſt primam pęnitentiam publicam in iiſdem, vel in ſimilibus criminibus, non verò denegata ſecunda, & tertia pęnitentia, & iterum, pro iis peccatis pro quibus nulla publica pęnitentia erat ſtatuta. Hoc explicat idem Origenes loco ſupra relato, ubi ait: „ Si vos aliqua culpa mnrtalia invenerit, quæ non in crimine mortali, non in blaſphemia fidei, quæ muro Eccleſiaſtici & Apoſtolici dogmatis cincta eſt, ſed vel in ſermonibus, val in morum vitio conſiſtat, hoc eſt vendidiſſe domum, quæ in agro eſt, vel in vico, cui murus non eſt. Hæc ergo venditio hujuſmodi culpa ſemper reparari poteſt, non aliquando tibi interdicitur de commiſſis hujuſmodi pęnitentiam agere. In gravioribus enim criminibus ſemel tantùm, vel rarò pęnitentiæ conceditur locus. „ Firmum ergo eſt, ex antiqua Eccleſiæ diſciplina publicæ pęnitentes relapſos, in iiſdem vel ſimilibus criminibua, regulariter non fuiſſe admiſſos ad ſecundam pęnitentiam. De hac loquuntur ſupra allegati Patres, Clemena Alexandrinus, Herma Paſtor, Tertullianus, Origenes, Ambroſius, & S. Auguſtinus.

122. Dicet aliquis forte, ut ait S. Auguſtinus in Epiſtola ad Macedonium relata: „ Aut date mihi eundem iterum pęnitendi locum, aut deſperatum me permittite, ut faciam quidquid libuerit, quantùm meis opibus adjuvor, & humanis legibus non prohibeor, in ſcortis, omnique luxuria, damnabili quidem apud Dominum, ſed apud homines pleroſque etiam laudabili. Aut ſi me ab hac nequitia revocatis, dicite, utrum mihi aliquid proſit ad vitam futuram, ſi in iſta vita illecebroſiſſimæ voluptatia blandimenta contempſero, ſi ad caſtigandum corpus meum multa mihi etiàm licita, conceſſa negavero, ſi me pęnitendo quàm priùs vehementiùs excruciavero, ſi miſerabiliùs ingemuero, ſi flevero uberiùs, ſi vixero meliùs, ſi pauperes ſuſtentavero largiùs, ſi charitate, quæ operit multitudinem peccatorum flagravero ardentiùs.

123. Cui inſtantiæ reſpondet idem S. Doctor inquiens: „ Quia noſtrum ita deſipit, ut huic homini dicat. Nihil tibi iſta proderunt impoſterum: Vade ſaltem hujus vitæ ſuavitate perfruere? Avertat Deua tàm immanem, ſacrilegamque dementiam. Quamvia ergo cautè ſalubriterque proviſum ſit, ut locus illiua humillimæ pęnitentiæ ſemel in Eccleſia concedatur, ne medicina vilis eſſe ægrotis, quæ tanto magis ſalubris eſt, quantò minus contemptibilis fuerit; quis tamen audeat dicere: Quare huic homini, qui poſt primam pęnitentiam rurſus ſe laqueis iniquitatis obſtringit, adhuc iterum parcia? Quis audeat dicere erga iſtos non agi, quòd Apoſtolus ait: *Ignoras quia patientia Dei ad pęnitentiam te adducit?* „ Hæc, & alia ibi S. Auguſtinus.

124. De hujuſmodi relapſis ſcribit Siricius in Epiſtola 1. ad Himerium Epiſcopum Tarraconenſem data cap. 5. & quomodo cum cis agendum docet: „ De his, *inquit*, verò non incongruè dilectio tua, Apoſtolicam Sedem credidit conſulendam, qui actâ pęnitentiâ, tanquam canes & ſues ad vomitus priſtinos, & ad volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & nova conjugia, & inhibitoa denuò appetivere concubitus, quorum profeſſam incontinentiam generati poſt abſolutionem filij perdiderunt. De quibus, quia jam ſuffragium non habent pęnitendi, id duximus decernendum, ut ſolà intra

„ Ec-

Digitized by Google

„ Eccleſiam fidelibua oratione jungantur. Sa-
„ cris myſteriorum celebritatibus, quamvis
„ non mereantur, interſint: à Dominicæ au-
„ tem menſæ convivio ſegregentur, ut hac
„ ſaltem diſtrictione correpti, & ipſi in ſe
„ ſua errata caſtigent, & aliis exemplum
„ tribuant, quatenus ab obſcænis cupidita-
„ tibus retrahantur. Quibus tamen (quo-
„ niam carnali fragilitate ceciderunt) Via-
„ tico, cùm ad Dominum cœperint profi-
„ ciſci, per communionia gratiam volumus
„ ſubveneri. Quam formam, & circa mu-
„ lierea, quæ ſe poſt pœnitentiam talibua pol-
„ lutionibus devinxerunt, ſervandam eſſe
„ cenſemus. „ *Hactenus Syricius*.

125. Hoc tamen firmum ſtat, quòd quamvis regulariter nemo relapſua admitteretur ad ſecundam peragendam pœnitentiam publicam, ſecundùm Canonea ordinatam, in exitu tamen abſolvi hùmiliter & contrito corde poſcenti non denegabatur abſolutio, præcipuè poſt Nicænam ſynodum, ubi Patrea ſanxerunt non eſſe denegandam, & hanc fuiſſe regulam ſervatam etiam ante Nicænam ſynodum prædicti Patres fatentur. Sic in canone XII. ſancitum habentur: „ De his ve-
„ rò, qui recedunt ex corpore, antiquæ le-
„ gis regula obſervabitur etiam nunc, ita-
„ ut ſi fortè quis recedit ex corpore, neceſ-
„ ſario vitæ ſuæ Viatico non defraudetur.
„ Quòd ſi deſperatus aliquia receptâ com-
„ munione ſupervixerit, ſit inter eos, qui
„ in ſolâ oratione communicant. De omni-
„ bua tamen iia, qui à corpore recedunt,
„ in tradendo eis communionem, cura, &
„ probatio ſit Epiſcopi. *Altera editio legit*.
„ Generaliter autem omni cuilibet in exitu
„ poſito, & poſcenti ſibi communionia gra-
„ tiam tribui, Epiſcopus probabiliter ex obla-
„ tione dare debebit.

126. De Miniſtro verò abſolvente pœnitentea, nonnulla breviter examinanda veniunt, propter quorundam opinionem exiſtimantium in primitiva Eccleſia, etiam Diaconibus conceſſam fuiſſe poteſtatem abſolvendi poenitentes à peccatis, quæ opinio mihi videtur à vero aberrare, quoniam poteſtaa abſolvendi à peccatis ſolis Sacerdotibus conceſſa fuit, nam ſolis Apoſtolis, eiſque in dignitate Sacerdotali ſuccedentibus, dictum eſt Matthæi cap. 18. *Quæcumque alligaveritis ſuper Terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque ſolveritis ſuper Terram, erunt ſoluta & in cælo*. Et Joannis cap. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt*. Sic quoque definitum eſt in Concilio Lateranenſi IV. Sub Innocentio III. cap. 20. ubi præcipitur, ut omnis utriuſque ſexus Fidelis ſemel in anno proprio Sacerdoti peccata fideliter confiteatur. Et in propriis terminis in Concilio Tridentino ſeſſ. 14. cap. 6. de Sacramento poenitentiæ, ubi ait: *Circa Miniſtrum autem hujus Sacramenti declarat Sancta Synodus falſas eſſe, & à veritate Evangelii penitùs alienas Doctrinas omnes, quæ ad alios quoſvis homines præter Epiſcopos, & Sacerdotes clavium miniſterium perniciosè extendunt*. Et can. 10. *Si quis dixerit, Sacerdotes, qui in peccato mortali ſunt, poteſtatem ligandi, & ſolvendi non habere, aut non ſolos Sacerdotes eſſe Miniſtros abſolutionis, ſed omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus eſſe dictum; Quæcumque alligaveritis &c. Anathema ſit*.

127. Ex antiqua tamen Eccleſiæ diſciplina ſimplici Sacerdoti non licuit pęnitentes abſolvere ſine Epiſcopi licentia, ſive inconſultò Epiſcopo. Unde in Concilio Carthaginenſi II. cap. 3. *Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt. Chriſmatis confectio, & Puellarum conſecratio à Presbyteris non fiant. Vel reconciliare quenquam in publica miſſa, Presbytero non liceat*. Et cap. 4. *Aurelius Epiſcopus dixit. Si quiſquam in periculo fuerit conſtitutus, & ſe reconciliari Divinis altaribus petierit, ſi Epiſcopus abſens fuerit, debet utique Presbyter conſulere Epiſcopum, & ſic periclitantem ejus præcepto reconciliare*. Et in Concilio Carthag. III. can. 32, *Ut Presbyter, inconſulto Epiſcopo non reconciliet pœnitentem, niſi abſente Epiſcopo, & neceſſitate cogente*. Qua ſtante neceſſitate, nimirum ſi immineret periculum vitæ, per Sacerdotem reconciliari ſancitur, can. 76. Concilii Carthag. IV.

128. De publicis poenitentibus alia fuit diſciplina, nam abſente Epiſcopo, & Preſbytero, etiam Diaconibus conceſſa erat poteſtas reconciliandi. Ita ex Cypriano liquet in Epiſtola ad Presbyteros, & Diacones Eccleſiæ Carth. data, de lapſis reconciliandis. „ Si incommodo aliquo, & infirmita-
„ tis periculo occupati fuerint, non expe-
„ ctatâ præſentiâ noſtrâ, apud Presbyterum
„ quemcumque præſentem, vel ſi Presbyter
„ repertus non fuerit, & urgere exitus cę-
„ perit, apud Diaconum quoque exomolo-
„ geſim facere delicti ſui poſſint; ut manu
„ eis in poenitentiam impoſitâ, veniant ad
„ Dominum cum pace, quam dari Mar-
„ tyres literia ad nos factis deſideraverunt.

Hæc Cyprianus. Erat enim Exomologeſis, ultimus poenitentiæ ſolemnis ritus, quo lapſi coram Presbyteris, Diaconibus, & Univerſo populo ſiſtebantur, humi procumbentes, crimina deteſtantes, precibus illorum ſe commendantes, & ſe ſe idem ſcelus non perpetraturos ſanctiſſimè dejerantes. *Exomologeſis*, ait Tertullianus in lib. de Poenitentia, *proſternendi, & humiliandi hominis diſciplina eſt, converſationem injungens, miſericordiæ ilicem*. Et in lib. de Oratione ait: *Exomologeſis eſt petitio veniæ*. Hæc itaque neceſſitate urgente coram Diacono fieri permiſ-

miſſa erat, Diacono reconciliante lapſum, non tamen Sacramentaliter poenitentem illum abſolvendo, ſed ei remittendo poenas Eccleſiaſticas, ipſumque reconciliando corpori Eccleſiæ, ut capax redderetur percipiendi Euchariſtiam, quemadmodum excommunicati, ſive majori, ſive minori excommunicatione, abſque Sacramentali abſolutione reconciliantur.

129. Idem conſtat ex can. 32. Concllii Eliberitani. *Apud Presbyterum, ſi quis gravi lapſu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere, ſed potiùs apud Epiſcopum. Cogente tamen infirmitate, neceſſe eſt, Presbyterum communionem præſtare debere, & Diaconum, ſi ei juſſerit Sacerdos.* Agit hic de ſolemni poenitentium reconciliatione, quæ propria erat ſolius Epiſcopi, quo inconſulto nec Presbyteris licebat eidem ſe immiſcera: verùm cogente neceſſitate, conceſſa erat Presbyteris, ipſis verò abſentibus, etiam Diaconibus: hoc ſervato diſcrimine, quòd Sacerdotes poterant illos etiam Sacramentaliter abſolvare, ſecus Diaconi: unde quos reconciliabant Diaconi, ſacramentaliter non abſolvebantur ex defectu poteſtatis, in caſu autem exitus intima poenitentium cordis contritio vicem ſupplebat ſacramentalis abſolutionis. Poterant autem per Diaconos reconciliati, etſi Sacramentaliter non abſoluti, participare de Euchariſtia, ſuppoſitâ poenitentium contritione. Hoc ſanè confirmat exemplum allegatum à Dionyſio Alexandrino apud Euſeb, lib. 6. hiſt. cap. 44. de quodam Serapione viro ſene lapſo, qui morbo correptus, poſt triduum ſilentii, emiſsâ voce, puerum advocavit, eique præcepit, ut aliquem ex Presbyteris rogaret, ut ad ſe veniret. Ægrotante presbytero, nec accedere perſonaliter valente, eidem puero exiguam Euchariſtiæ partem tradidit, jubens ut in aqua intinctam Seni ægroto in os inſtillaret; id quod puer fideliter præſtavit. Serapion verò acceptâ Euchariſtia, ad Dominum migravit. Ex quo exemplo perſpicuum fit, poenitentibus in exitu conſtitutis, non fuiſſe denegatam Euchariſtiam, quamvis ex deficientia Sacerdotis non fuerint ſacramentaliter abſoluti, quando de contritione atque vero admiſſorum dolore conſtabat. Hoc ergo pacto Diaconi reconciliabant poenitentes: etſi per manuum impoſitionem, non tamen ſacramentaliter abſolvendo: erat enim illa manuum impoſitio, non ſacramentalis, ſed merè cæremonialis.

130. Porrò in Concilio Eboracenſi de anno 1195. conceditur Diacono graviſſimâ urgente neceſſitate, ut poſſit *pœnitentiam confitenti imponere*. Id quod & in Concilio Londinenſi de anno 1200., idem ſancitum fuit: *Non liceat Diaconibus baptizare, vel pœnitentias dare, niſi duplici neceſſitate*, v.g. *quia Sacerdos non poteſt, vel abſens, vel ſtultè non vult, & mors imminet puero, vel ægro*. Cauſam aſſignat Concilium Eboracenſe relatum: quia, *juxta paternorum tenorem canonum huic ordini Sacerdotali propriè convenire decrevit antiquitas*. Clariùs in Statutis Synodalibus Odonis de Soliaco, qui obiit anno Domini 1208. Statuto 56. *Prohibetur diſtrictè, ne Diaconi ullo modo audiant confeſſiones, niſi arctiſſimâ neceſſitate: claves enim non habent, nec poſſunt abſolvere.* Ex quo enim ſecundùm priſcam Patrum diſciplinam Diaconi, abſentibus Epiſcopo & Presbyteris, in extremo conſtitutos publicè poenitentes reconciliabant, ut ſupra dictum eſt; invaluit conſuetudo, ut in ſimilibus neceſſitatis caſibus poenitentes illorum peccata aperirent Diacono, qui ſpectatâ illorum gravitate poenitentiam aliquam ſibi bene viſam imponebat, licèt non datâ Sacramentali abſolutione: undè attentâ poenitentis contritione in aperitione peccatorum oſtensâ, dignos judicabat percipiendi Euchariſtiam; undè lapſu temporis, potuit eveniſſe, ut etiam tantâ non urgente neceſſitate, hoc præſtarent Diaconi, & ideo in præſatis Synodis & Statutis proviſum eſt, ne hoc præſtent Diaconi niſi urgentiſſima adſit neceſſitas, quia audire poſſunt, abſolvere non poſſunt, quia claves non habent, & ſoli Sacerdotali dignitati convenit peccata audire, & abſolvere. Unde ſi non arctat neceſſitas, decernunt ut Sacerdoti aperiantur peccata, & ab eis poenitentiam recipiant, qui claves habent, & ligare & ſolvere poſſunt. Hæc eſt vera præfatorum Canonum, & Statutorum mens. Et nullus eſt in tota Conciliorum ſerie Canon, qui dicat Diaconibus in aliquo caſu licere ſacramentaliter abſolvere, & nullum eſt allegandum in tota antiquitate teſtimonium, quòd licuerit Diaconibus Sacramentum poenitentiæ adminiſtrare.

131. Hac ergo de cauſa S. Thomas in ſupplemento quæſt. 8. Art. 2. tradit, quòd urgente neceſſitate poſſit quis etiam Laico aperire ſua peccata, non tamen Sacramentaliter abſolvi. Undè in reſponſione ad primum ait: „ In Sacramento poenitentiæ, non „ ſolùm eſt aliquid ex parte Miniſtri, ſcilicet abſolutio, & ſatisfactionis injunctio: „ ſed etiam aliquid ex parte ipſius, qui „ ſuſcipit Sacramentum, quod eſt etiam de „ eſſentia Sacramenti, ſicut Contritio, & „ Confeſſio. Satisfactio autem jam incipit „ eſſe à Miniſtro, in quantùm eam injungit, & à poenitente, in quantùm eam „ implet, & ad plenitudinem Sacramenti „ utrumque debet concurrere, quando poſſibile eſt. Sed quando neceſſitas imminet, „ debet facere poenitens, quod ex parte ſua

„ eſt,

„ eſt, ſcilicet confiteri cui poteſt: qui „ quamvis Sacramentum perficere non poſ„ ſit, ut faciat id, quod ex parte Sacer„ dotis eſt, abſolutionem ſcilicet; defectum „ tamen Sacerdotis ſummus Sacerdos ſup„ plet. Nihilominus confeſſio ex defecta „ Sacerdotis Laico facta, Sacramentalis eſt „ quodammodo: quamvis non ſit Sacramen„ tum perfectum, quia deeſt id quod eſt „ ex parte Sacerdotis. „ *Hactenus S. Thomas.* Itaque eodem modo diſcurri poteſt de confeſſione facta Diacono.

132. Denique pro complemento hujus Commentarii videndum remanet de Antiqua Eccleſiæ diſciplina in ordine ad confeſſionem ſecretam. Certum enim eſt confeſſionem publicam peccatorum pro occultis non fuiſſe præceptam. Hoc enim docet Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 8. ubi ſic habet: „ Cæ„ terum quò ad modum confitendi ſecretò „ apud ſolum Sacerdotem; etſi Chriſtus non „ vetuerit, quin aliquis in vindictam ſuo„ rum ſcelerum, & ſui humilitatem, cùm ad „ aliorum exemplum, tùm ad Eccleſiæ offen„ ſæ ædificationem, delicta ſua publicè con„ fiteri poſſit; non eſt tamen hoc Divino „ præcepto mandatum, nec ſatis conſultè „ aliquâ lege præciperetur, ut delicta præ„ ſertim ſecreta, publicâ eſſent confeſſione „ aperienda. „ Et S. Leo magnus in Epiſt. 136. aliàs 80. relata ſupra ſub num. 101. non approbat confeſſionem publicam pro occultis, immò hoc eſſe contra Apoſtolicam traditionem fatetur, cum ſatis ſit ſecreta confeſſio Sacerdoti ſoli facta. „ Illam etiam, „ *inquit*, contra Apoſtolicam regulam præ„ ſumptionem, quam nuper agnovi à quibuſ„ dam illicitâ uſurpatione committi, modis „ omnibus conſtituo ſubmoveri, ne vide„ licet de ſingulorum peccatorum genere, „ libello ſcripta profeſſio publicetur; cùm „ reatus conſcientiarum ſufficiat ſolis Sacer„ dotibus indicari confeſſione ſecreta. „ *Hæc Leo*, ſed non proinde reprobat ſi quis ſponte propriâ ex plenitudine fidei, & ex timore Dei, magnâ excitatus contritione, apud homines ità erubeſcere non vereatur, ut ſuam ipſe conſcientiam publicare cupiat. Vult ergo eſſe contra Apoſtolicam traditionem præcipere poenitentibus, ut de occultis publicè confiteantur.

133. Pro occultis itaque peccatis vetus Eccleſiæ diſciplina fuit, ut ſecretò Epiſcopo, vel de Epiſcopi licentia Sacerdoti presbytero confiterentur. Meminit Origenes hujus antiquæ diſciplinæ homil. 3. in Levit. ubi diſertis verbis ait: „ Eſt adhuc, & ſeptima, „ licet dura, & laborioſa per poenitentiam „ remiſſio peccatorum: cùm lavat peccator „ in lacrymis ſtratum ſuum, & fiunt ei la„ crymæ ſuæ panis die ac nocte, & cùm „ non erubeſcit Sacerdoti Domini indicare „ peccatum ſuum, & quærere medicinam; „ ſecundùm eum, qui ait, *Dixi, pronunciabo adverſùm me injuſtitiam meam Domino,* „ *& tu remiſiſti impietatem cordis mei.* „ Sed ante Origenem Tertullianus in lib. de poenitentia cap. 9. ubi ait: „ Tantùm revelat „ confeſſio delictorum, quantùm diſſimula„ tio exaggerat. Confeſſio enim ſanctificatio„ nis conſilium eſt, diſſimulatio contumaciæ. „ Hujus igitur poenitentiæ ſecundæ, & uni„ us quantò in arcto negotium eſt, tantò „ operioſior probatio eſt; ut non ſolâ con„ ſcientiâ, ſed aliquo etiam actu admini„ ſtretur. Is actus, qui magis Græco vo„ cabulo exprimitur, Exomologeſis eſt, quâ „ delictum Domino noſtrum confitemur, „ non quidem ut ignaro, ſed quatenus ſa„ tisfactio confeſſione diſponitur, confeſſio„ ne poenitentia naſcitur, poenitentiâ Deus „ mitigatur. „ *Hactenus Tertullianus Catholicus*, ubi, & plura alia refert quæ idem indicant. Et S. Cyprianus in libro de lapſis, Idololatris impoenitentibus obiicit fidem & pietatem eorum, qui Sacerdotibus confitebantur vel ipſam de Idololatria cogitationem, ſed confeſſione firmatam, inquiens: „ Denique quantò & fide majores, & ti„ more meliores ſunt, qui quamvis nullo „ Sacrificii aut libelli facinore conſtricti, „ quoniam tamen de hoc vel cogitaverunt, „ hoc ipſum apud Sacerdotes Dei dolen„ ter, & ſimpliciter confitentes, exomo„ logeſim conſcientiæ faciunt, animi ſui „ pondus exponunt, ſalutarem medelam par„ vis licèt, & modicis vulneribus exqui„ runt, ſcientes ſcriptum eſſe, *Deus non* „ *deridetur.* „ Et poſt plura quaſi concludens ad confeſſionem ſingulorum hortatur, inquiens. „ Confiteantur ſinguli, quæſo, „ vos frater dilectiſſimi, delictum ſuum, „ dùm adhuc qui deliquit in ſæculo eſt, „ dùm admitti confeſſio ejus poteſt, dùm „ ſatisfactio, & remiſſio facta per Sacerdo„ tes apud Dominum grata eſt. „ *Hæc Cyprianus*. Et diſertiſſimè etiam S. Leo Magnus loco mox cit.

134. At quidam contendunt ſecretam confeſſionem non eſſe jure Divino inſtitutam, cùm à Nectario Epiſcopo Conſtantinopolitano fuerit ſublata, quod non feciſſet, ſi jure Divino foret demandata. Sublatam verò in Eccleſia Conſtantinopolitana à Nectario, probant ex hiſtoria Socratis lib. 5. cap. 19. & Sozomeni lib. 7. cap. 16. ubi enarrant Mulieris cujuſdam factum, quæ coram Poenitentiario de ſtupro cum Diacono illius Eccleſiæ confeſſa, in cauſa fuit, ut Diaconus eiiceretur, & inde reclamante populo, & ſuadente Eudæmone Presbytero, ipſe poenitentiarius aboliretur, datâ per Nectarium cuicumque pro ſuo libito & conſcientia accedenti facultate ad Sacramentorum communionem.

Cæ-

135. Cæterum per Nectarium fuiſſe ſublatum Pœnitentiarium Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ concedimua, ſecretam verò confeſſionem negamus: neque ex verbis Socratis, aut Sozomeni erui poteſt Nectarium ſuſtuliſſe ſecretam confeſſionem. Scribit ergo Socrates: „ Poſtquam Novatiani ſe ab Eccleſia ſejunxiſſent, eò quòd cum illis qui perſecutione Decianâ lapſi fueraot, communicare noluiſſent, ex illo tempore Epiſcopi Pœnitentiarium Presbyterum albo Eccleſiaſtico adjecerunt, ut qui poſt Baptiſmum lapſi eſſent, coram presbytero ad eam rem conſtituto, delicta ſua confiterentur. „ *Hæc Socrates* de prima Pœnitentiarii inſtitutione.

136. Sozomenus verò ita de ejuſdem origine ſcribit. „ Cùm in nullo penitus peccare, Divinioris cujuſdam naturæ ſit, & humanâ præſtantioris; Pœnitentibus verò, etiamſi ſæpius deliquerint, veniam dare Deus præceperit: cùmque in petenda venla, peccatum neceſſariò confiteri oporteat: grave ac moleſtum ab initio juremeritò viſum eſt Sacerdotibus, tanquam in Theatro, circumſtante totius Eccleſiæ multitudine, crimina ſua evulgare. Itaque ex Presbyteris aliquem, qui vitæ integritate ſpectatiſſimus eſſet, & taciturnitate, ac prudentiâ polleret, huic officio præſecerunt, ad quem accedentes ij qui deliquerant, actus ſuos confitebantur. Ille verò pro cujuſque delicto, quid aut facere ſingulos aut luere oporteret, pœnæ loco indicens, abſolvebat confitentes, à ſe ipſis pœnas eriminum exacturos. *Hæc Sozomenus*.

137. De tempore præciſo quo primùm Pœnitentlarii conſtituti fuerint, nihil referunt, ſolùm enim Socrates indicat, poſt Decianam perſecutionem id primùm conſtitutum eſſe. Et quidem ætate Origenis jam fuiſſe ennſtitutos, indicare videtur in libro 3. contra Celſum, ubi de Chriſtianis ait: „ Apud quos, quidam ſunt conſtituti ad inquirendum in vitam, & mores eorum, qui ad Sacra ipſorum accedunt: ut eos, qui torpia perpetrant facinora, à publicis ipſorum conventibus arceant. „ Sed ante Origenem nullum eſt apud Patres reperiri veſtigium hujus pœnitentiarii: ac proinde nonniſi poſt Decianam perſecutionem primùm inſtitutos pœnitentiarios, probabilius eſt cum Socrate. Etenim ante Decianam perſecutionem, cùm minor eſſet Chriſtianorum numerus, nec tam gravia adhuc & crebra delicta, nondum opus erat Pœnitentiario. Nam ſolus Epiſcopus ad confeſſionis, & pœnitentiæ negotium exequendum ſufficiebat. Verùm ubi gentes ac populi confertim in Eccleſiam ingredi cœpere, labente paulatim diſciplinâ, & crebreſcentibus vitiis, opus ſuit Pœnitentiario, præcipuè in majoribus Eccleſiis, qui Epiſcopum multis diſtrictum negotiis ſublevaret, & qui quaſi cenſor quidam ac præfectus morum, in crimina multitudinis inquireret, prout in terminis ſcribit Valeſius in Notis ad locum Socratis relatum, qui & addit: „ Quare facilè adducor ut credam, Presbyterum hunc poſt Deciana tempora inſtitutum fuiſſe. Nam cùm lapſos eâ perſecutione in Eccleſiam admitti placuiſſet, legitimâ priùs pœnitentiâ purgari eos oportuit. Itaque præficiendus eis neceſſariò fuit Presbyter quidam, qui eos ſeorſum in Eccleſia diſpoſitos regeret, & Jejuniis, precationibus, ac reliquis exercitationibus probaret, donec impletis omnibus officiis, ab Epiſcopo reoneiliarentur. „ *Hactenus Valeſius*.

138. Deinde factum mulieris accuſaotis ſe de ſtupro eum Diacono ita enarrat Socrates: „ Mulier quædam nobilis ad Pœnitentiarium Presbyterum accedens, delicta poſt Baptiſmum à ſe perpetrata ſigillatim confeſſa erat. Presbyter verò præcepit mulieri, ut jejuniis, & orationibus continuis vacaret, quò ſcilicet unà cum delictorum confeſſione, opus etiam pœnitentiæ conveniens oſtenderet. Progreſſu temporis mulier aliud facinus confeſſa eſt, Eccleſiæ videlicet Diaconum eum ipſa ſtupri conſuetudinem habuiſſe: id cùm dixiſſet, Diaconus quidem Eccleſiâ ejectus eſt: populus verò graviter commoveri cœpit. Neque enim ſolùm ob ſcelus, quod patratum fuerat indigeabantur, verùm etiam eò quòd labes haud mediocris, atque inſamiâ hoc facto adſperſa videbatur Eccleſia. Cùm igitur eam ob cauſam Eccleſiaſtici homines dicteriis appeterentur, Eudæmoo quidam Eccleſiæ Presbyter, Alexandriâ oriundus, Epiſcopo Nectario ſuaſit, ut Pœnitentiarium quidem Presbyterum expungeret, & pro animi ſui conſcientia ad Sacramentorum communionem ſineret aecedere. „ *Hactenus Socrates*.

139. Sozomenus verò ſic ſcribit: „ In Conſtantinopolitana autem Eccleſia certus Presbyter conſtitutus erat, qui pœnitentibus præeſſet. Donec Matrona quædam nobilis, ob peccata quæ confeſſa fuerat, juſſa ab hoc Presbyrero jejunare, ac Deo ſuppliciter orare. Dum hujus rei cauſâ in Eccleſia moraretur, à Diacono ſe ſtupratam eſſe prodidit. Quo cognito, plebs omnis vehementer ſuccenſuit, eò quòd contumelia illata eſſet Eccleſiæ: nec mediocri probro expoſiti erant ſacri Ordinis Viri. Nectarius verò, cùm diù multùmque dubitaſſet, quidnam in hoe negotio agendum eſſet, eum qui ſtuprum admiſerat, Diacnnatu exuit. Cùmque

„ non-

„ nonnulli conſilium ei dediſſent, ut unicuique, prout ſibi conſcius eſſet, ac fiduciam ſui haberet, ad Sacrorum Myſteriorum communionem accedendi liberam ſaceret poteſtatem. Presbyterum, qui agendæ pœnitentiæ præpoſitus erat, abolevit. „ *Hactenus Sozomenus*.

140. Eandem hiſtoriam ex Sozomeno recenſet Caſſiodorus in hiſtoria Tripartita lib. 9. cap. 36. ſub his verbis. „ Porrò Conſtantinopoli Presbyter ſuper pœnitentes fuit uſque ad illud tempus, quo quædam mulier nobiliſſima, cum peccata ſua fuiſſet confeſſa, & ei à Presbytero fuiſſet præceptum ut jejunaret, & Deo operibus ſupplicaret: cùm hoc obſervaret, crebriùs in Eccleſia cum Diacono ſe concubuiſſe confeſſa eſt. Hoc cùm populus cognoviſſet, ſæviebat in Sacerdotes, quaſi per eos facta ſuiſſet injuria Eccleſiæ. Tum Nectarius Epiſcopus removit Diaconum ſceleratum, & quibuſdam ſuadentibus, ut ſingulos ad communicandum judicio conſcientiæ ſuæ relinqueret, etiam Preſbyterum nequaquam ſuper pœnitentes eſſe præcepit. „ *Ita Caſſiodorus*.

141. Modò audiamus Nicephorum lib. 12. hiſt. cap. 28. eandem hiſtoriam ſic deſcribentem: „ Mulier quædam nobilis; quùm peccata ſua confeſſa eſſet, jejunio & orationi vacare, & in Eccleſia permanere, ab eo quem diximus presbytero juſſa eſt. Quod ubi fecit, poſtea à Diacono, qui cum ea concubuerat, ſe conſtupratam eſſe indicavit. Quod factum poſtquam plebs cognovit, indignè ſcelus id cum tanta Eccleſiæ contumelia commiſſum tulit. Maxima etiam ex ea re calumnia, & criminatio adversùs Sacerdotum ordinem increbuit. Nectarius porrò quidnam faceret dubius, Diacono quidem, ut ſcortatori dignitatem abrogavit. Verùm Eccleſia multò etiam magis propter facinus id, Sacrorum virorum detractione, maledictis, & conviciis eſt proſciſſa. Itaque de quorundam, maximè verò Eudæmonis, Eccleſiæ ejus presbyteri, patriâ Alexandrini, conſilio, nè poſtea in Eccleſia Preſbyter pœnitentiarius eſſet, Nectarius ſtatuit, ſuadentibus illis, ut cuique permitteretur, pro conſcientia, & fiducia ſua, communicare, & de immaculatis Myſteriis participare. Sic fore, ut Eccleſia à contumeliis libera eſſet, & immunis. „ *Hæc Nicephorus*.

142. Hac itaque ſuppoſitâ hiſtoriâ per allegatos Scriptores recenſitâ, duo à Doctoribus quæri ſolent, quæ maximè controvertuntur, unum, an Mulier illa ſtuprata à Diacono, publicè delictum confeſſa fuerit, an ſecretò. Alterum verò an Nectarius ſuſtulendo pœnitentiarium, confeſſionem quoque ſuſtulerit, an ſolam publicam pœnitentiam, publicamve confeſſionem. Primum controvertitur inter Catholicos, ſecundum verò inter Catholicos, & Acatholicos.

143. De primo ergo Morinus lib. 2. de Sacramento Pœnitentiæ cap. 9. num. 5. eſt in ſententia, ut mulier illa publicè confeſſa ſuerit commiſſum cum Diacono ſtuprum. Vult enim tunc temporis hanc ſervatam ſuiſſe in Eccleſia diſciplinam, ut Presbyter pœnitentiarius, hortaretur certa quædam peccata publicè confiteri, licèt non omnia, & præcipuè illa quæ pœnitenti, & maximè alteri complici, eſſent apud audientes infamiæ. Quâ ſtante diſciplinâ, ait, mulierem illam plura peccata quàm admonita ſuerat, imprudenter enuntiaſſe, ſcelus videlicet perpetratum cum Diacono, ex quo ſcandalum ortum eſt. Si enim ſecretò confeſſa fuiſſet delictum ſuum, Pœnitentiarius illud non propalaſſet, ex vi ſecreti cui adſtrictus erat: neque ullo pacto potuiſſet reſciri tantum crimen, ut toti innoteſceret vulgo. Et ex hoc infert Morinus Nectarium ſuſtollendo Pœnitentiarium, ſuſtuliſſe quoque publicam confeſſionem, quæ uſque ad illud tempus erat in uſu, non tamen privatam, quæ ſemper à Græcis retenta fuit.

144. Thomaſſinus de Beneficiis par. 1. lib. 2. cap. 7. num. 13. pariter aſſerit præfatam Mulierem publicè ſtuprum ſuum cum Diacono enarraſſe: aitque tunc temporis ſecundùm Eccleſiaſticam diſciplinam, Pœnitentiarii partes fuiſſe, ut ſi quis primam Baptiſmi commaculaſſet innocentiam, eorum ſecretas audiret confeſſiones, ſecretaſque indiceret pœnitentias: ſi quis autem ejuſmodi patraſſet aliquid, quod ſolâ elui poſſet poenitentiâ publicâ, eum propter crimen capitale ad Epiſcopi Tribunal, & ad difficillimos poenitentiæ publicæ remitteret labores. Hac ſtante conſuetudine, Mulierem prædictam, poſt peractam coram Poenitentiario ſecretam confeſſionem, publicè ſtuprum cum Diacono commiſſum enunciaſſe exiſtimat, id quod non ſine gravi ſcandalo evenit. Et quidem ſine culpa poenitentiarii. Nam eâ tempeſtate, inquit Thomaſſinus, etſi peccatorum, etiam occultorum publica eſſet poenitentia, erat tamen ſecreta confeſſio. Immò, ſubjungit, ſecretò etiam peragebatur poenitentia, quando offendiculo eam fore præſagiebatur, ſi publica fieret; aut ſuſpicionibus, odiis, vindictæque locum daturam. Denique, concludit, ita temperabantur omnia, ut ne fœminæ, quæ res eſſet plena periculi, in ullam unquam ſuſpicionem obliquiorem venirent. In hoc concordat cum Morino quòd publicè fuerit ſtuprum cum Diacono confeſſa: ſed in eo diſcrepat, quòd Morinus velit tunc temporis viguiſſe conſuetudinem publicè confitendi

di peccata, quod non admittit Thomaſſinus, qui vult confeſſionem fuiſſe ſecretam, & ſolum aliquando eà tempeſtate in more fuiſſe pro quibuſdam etiam occultis criminibus, & ſecretò confeſſis, ſubiici poenitentem publicæ poenitentiæ.

145. Valeſius in Notis ad locum Socratis ſtat etiam pro confeſſione ſecreta, aitque ex verbis Socratis colligi, Mulierem bis eſſe confeſſam coram poenitentiario, primùm cùm omnia delicta, quæ poſt Baptiſmum commiſerat ei ſigillatim expoſuit, ad quorum expiationem juſſa eſt à Presbytero jejuniis & orationibus vacare. Altera ejuſdem mulieris confeſſio fuit, cùm ſe ſtupri conſuetudinem cum Diacono habuiſſe, faſſa fuit. Verba Socratis ſunt: *Mulier quædam nobilis ad pœnitentiarium presbyterum accedens, delicta poſt Baptiſmum à ſe perpetrata ſigillatim confeſſa erat*. Ecce prima confeſſio omnium delictorum ſigillatim facta. *Presbyter verò præcepit Mulieri, ut jejuniis & orationibus continuis vacaret, quo ſcilicet unà cum delictorum confeſſione, opus etiam pœnitentiæ conveniens oſtenderet*. Ecce poenitentia irrogata à Presbytero. Subjungit inde. *Progreſſu temporis Mulier aliud facinus confeſſa eſt, Eccleſiæ videlicet Diaconum cum ipſa ſtupri conſuetudinem habuiſſe*. Et hæc fuit altera confeſſio, diſtincta optimè à Socrate, diverſo tempore facta. Eandem geminatam confeſſionem indicat Sozomenus dum ait; *Donec Matrona quædam nobilis, ob peccata quæ confeſſa fuerat, juſſa ab hoc presbytero jejunare, ac Deum ſuppliciter orare*. Per quæ verba primam confeſſionem deſignat, & poenitentiam à Presbytero impoſitam. Indè ſubjungit: *Dum hujus rei cauſâ*, nimirum agendæ poenitentiæ ſibi impoſitæ, *in Eccleſia moraretur, à Diacono ſe ſtupratam eſſe prodidit*. Et ita poſt primam confeſſionem, indicat ſtuprum cum Diacono illam commiſiſſe, delictumve illud poſtea prodiiſſe.

146. Hanc porrò ſecundam confeſſionem pariter ſecretam fuiſſe probat Valeſius, quia publica confeſſio Eccleſiæ moribus nunquam recepta fuit. Nec Socrates, aut Sozomenus ſcribunt, Mulierem illam ſe accuſaſſe coram populo, ſed coram presbytero: nam cùm ſcribat Socrates, mulierem illam ad poenitentiarium presbyterum acceſſiſſe, eidemque confeſſam omnia peccata ſigillatim, poſtea ſubdit: *progreſſu temporis aliud facinus confeſſa eſt*, certe eidem presbytero, cui primùm cætera peccata confeſſa fuerat. Petavius quoque in Notis ad Epiphan. in hæreſ. 59. pag. mihi 240. ubi hanc hiſtoriam examinat, in ea ſententia eſt, ut mulier illa nullatenus publicè delictum ſuum confeſſa fuerit, cùm publica confeſſio non fuerit uſu recepta, nec Socrates, aut Sozomenus, verbum faciant de publica confeſſione: undè exiſtimat magis mulierem illam fuiſſe publicæ poenitentiæ addictam, & per Nectarium abolitam fuiſſe publicam poenitentiam, non tamen confeſſionem.

147. Ait ergo, conſtare ſatis apud Eccleſiaſticos Scriptores diſtinctionem illam peccatorum, inter gravia & capitalia, & minus gravia, ſive leviora, & indictam pro gravioribus per Sacros Canones publicam poenitentiam. Hoc ſuppoſito, ſic diſcurrit: Primis Eccleſiæ temporibus, ait, qui ſe prioris generis peccatis obſtrinxiſſent, ad Epiſcopos ut plurimùm adeuntes præſcriptam ab iis poenitentiam explebant. At poſteaquam Fidelium numerus & major illa poenitentiæ ſeges excrevit, graviora ſcilicet, & capitalia peccata, cùm unus par omnibus eſſe non poſſet Epiſcopus, Vicarium ſibi presbyterum ſubſtituit, quo cum laborem partiretur, quique iis potiſſimùm audiendis vacaret, qui publicâ poenitentiâ ex Canonum ſanctione tenerentur: nam eos, qui privatam tantummodò deſiderarent, à minutioribus Presbyteris abſolutos fuiſſe exiſtimat. Et vult, prædictum Poenitentiarium conſtitutum fuiſſe pro delictis gravioribus, & publicæ poenitentiæ, loco Epiſcopi, adminiſtratorem. Et ita concludit, quòd occaſione præfati ſtupri, à Nectario cum ipſo Poenitentiario ablata fuerit ſola publica poenitentia, nullatenus confeſſio.

148. Ex quo diſcurſu vult, Mulierem illam juſſam fuiſſe agere publicam poenitentiam, quam peragente ſtuprum cum Diacono in Eccleſia commiſiſſe. At non placet Valeſio, fateturque ſe non poſſe adduci, ut credat præfatam mulierem egiſſe publicam poenitentiam, quia raro, inquit, mulieres ad publicam poenitentiam cogebantur, Eccleſiâ ſcilicet parcente Matronarum pudori. Deinde, ſubjungit, nihil eſt hoc loco, quod cogat nos, ut hanc matronæ iſtius poenitentiam publicam fuiſſe dicamus: nam in priori ejus confeſſione nullum apparet crimen publicum. Et quod jejunare juſsa eſt, & aſſiduis orationibus incumbere, de privata ſatisfactione intelligi poteſt, quæ domi, & ſecretò peragebatur. Certè, ait, ſi publicam egiſſet poenitentiam Matrona illa, juſsa fuiſset ſtare in ordine poenitentium. Quòd cùm nec Socrates, nec Sozomenus dixerit, nihil eſt, quod poenitentiam illius publicam fuiſse convincat. Hæc Valeſius.

149. Porrò ſi mulier præfata etiam ſtuprum cum Diacono ſecretò confeſsa eſt, quomodo Nectarius potuit illud reſcire, atque etiam ad populi devenire notitiam? Sanè ad ſervandum inviolabile ſecretum deligebatur Presbyter integritate vitæ ſpectatiſſimus, ac in ſecreto ſervando Fidelis. *Itaque*, ait Sozomenus, *ex Presbyteris aliquem, qui vitæ integritate ſpectatiſſimus eſ-*

ſet,

ſet, & taciturnitate, ac prudentiâ polleret, huic officio præfecerunt: ad quem accedentes ÿ qui deliquerant, actus ſuos confitebantur. Hoc ergo ſtante, ſemel datâ ſecretâ mulieris ſtupratæ confeſſione, non potuiſſet Nectarius illud reſcire, nec ad populi devenire notitiam, niſi Poenitentiario ipſo referante. Et hoc quidem non ſine gravi Sacramenti injuriâ. Et hac de cauſa Morinus exiſtimat prædictam fœminam ſtuprum cum Diacono publicè fuiſſe confeſſam. Id quòd poſtea docuit Gaſpar Juenin Diſſert. 6. de Sacram. quæſt. 5. §. 7. Art: 3. ubi tradit morem fuiſſe apud Majores noſtros, ut Preſbyteri auditâ ſecretò occultorum criminum confeſſione, Poenitentibus nonnullorum publicationem per modum ſatisfactionis injungerent, juxta illud Origenis homil. 2. in pſal. 37. *Si intellexerit, & præviderit, talem eſſe languorem tuum, qui in conventu totius Eccleſiæ exponi debeat, & curari, ex quo fortaſſis & cæteri ædificari poterunt, & tu ipſe ſanari; multâ hoc deliberatione & ſatis perito illius medici conſilio procurandum eſt.* Et ita in caſu, vult, Poenitentiarium illum, ad moris, qui tunc vigebat normam, mulierem adhortatum fuiſſe, ut nonnulla peccata humilitatis causâ palam enunciaret. Mulierem verò multò plura, quàm juſſa fuiſſet, imprudenter evulgaſſe, & inter cætera ſtuprum, quod à Diacono paſſa fuerat. *Ita Juenin.*

150. Sed hujuſmodi diſcurſus ſupponit Mulierem illam ſemel ſecretò confeſſam, unicâve illâ confeſſione, quâ ſigillatim omnia peccata aperuit. Supponit inſuper ſtuprum quoque eadem in confeſſione prima ſecretò confeſſum, & quia monita, ut nonnulla ex ſecretò confeſſis, humilitatis causâ, coram populo aperiret, incautè prædictum ſtuprum propalaſſe. At cùm ex verbis Socratis, & Sozomeni appareat geminatam edidiſſe confeſſionem, ut ſupra obſervatum eſt, non videtur locum habere ratiocinatio Morini, & Juenin. Etiam ex verbis Nicephori, immò etiam Caſſiodori, idem conſtat. Ait enim Caſſiodorus: *cùm peccata ſua fuiſſet confeſſa, & ei à Presbytero fuiſſet præceptum ut jejunaret, & Deo operibus ſupplicaret: cùm hoc obſervaret crebriùs in Eccleſia cum Diacono ſe concubuiſſe confeſſa eſt.* Et clariùs Nicephorus: *Quùm peccata ſua confeſſa eſſet, jejunio & orationi vacare, & in Eccleſia permanere, ab eo quem diximus presbytero juſſa eſt. Quod ubi fecit, poſtea à Diacono, qui cum ea concubuerat, ſe conſtupratam eſſe indicavit.*

151. Itaque Valeſius ſtante hac duplici ſecretâ mulieris confeſſione, quomodo id Epiſcopus reſcire potuerit quærens, ait: „ Equidem exiſtimo Poenitentiarium Preſ„ byterum, cui mulier hoc flagitium confeſſa fuerat accerſiviſſe Diaconum, & eum „ coram muliere arguiſſe, & ad fatendum „ crimen ſuum compuliſſe: deinde verò rem „ omnem retuliſſe ad Nectarium Epiſcopum, „ à quo præpoſitus fuerat poenitentibus, „ & cujus vices agebat in eo munere. Nam „ Poenitentiarius confeſſiones dumtaxat au„ diebat, poenaſque injungebat, idque ex „ mandato Epiſcopi; Epiſcopus verò ipſe „ Poenitentes reconciliabat. „ *Hæc Valeſius*, qui poſtea objectioni de ſecreto confeſſionis à Poenitentiario non ſervato, occurrens, ſubjungit: „ Nec eſt quod quis obiiciat, „ confeſſionis arcana referari, ſi hoc admit„ timus, quod dixi. Nego id conſequi. „ Solùm enim Diaconi flagitium Presbyter „ indicavit Epiſcopo, Matronæ verò nomen „ reticuit. Cæterum depoſitio Diaconi pla„ nè confirmat id, quod dixi. Neque enim „ Nectarius Epiſcopus deponere illum po„ tuit, niſi admonitus fuiſſet à Poeniten„ tiario, qui Diaconum convicerat de ſtupro. *Hæc Valeſius.*

152. Porrò inquirit quid abſtulerit Nectarius, num publicam confeſſionem, vel publicam poenitentiam? Et refert quorundam recentiorum opinionem dicentium, & publicam poenitentiam, & confeſſionem abſtuliſſe. Sed Petavius dicit publicam tantùm poenitentiam fuiſſe à Nectario abrogatam. Ipſe verò Valeſius in ſententia eſt, à Nectario, nec confeſſionem, nec publicam poenitentiam fuiſſe penitus abrogatam, ſed Poenitentiarium dumtaxat ſuſtuliſſe. Egerat enim Nectarius juxta Eudæmonis conſilium, qui ut ait Socrates, *Suaſit ut Pœnitentiarium quidem Presbyterum expungeret.* Et Sozomenus. *Presbyterum, qui agendæ pœnitentiæ præpoſitus erat, abolevit.* Nicephorus verò: *Nè poſtea in Eccleſia Presbyter Pœnitentiarius eſſet, Nectarius ſtatuit.* Nec audiendus eſt Caſſiodorus, qui vertit: *Etiam Presbyterum nequaquam ſuper pœnitentes eſſe præcepit*, quaſi quòd nemo amplius teneretur ſua peccata Presbytero confiteri. Non enim Nectarius interdixit Fidelibus, ne quis impoſterum, aut ipſum, aut alium Presbyterum adiret, confitendorum criminum causâ: neque ipſe ſibi poteſtatem ademit, eos, qui publicum crimen admiſiſſent à Sacris Myſteriis arcendi, & ad publicam poenitentiam compellendi.

153. Poenitentiarii ergo munus erat inquirere ſuper crimina ſingulorum: teſtes audiebat, & delatores, & coram illis noxios convicebat, & convictis convenientem injungebat poenitentiam: Non ergo erat conſtitutus pro audiendis ſecretis confeſſionibus, ſed ut invigilaret ſuper publicè criminoſos. Quod quidem Origenes lib.3. contra Celſum ſupra cit. ſatis clarè indicat per illa verba: *Apud quos quidam ſunt conſtituti ad inqui-* ren-

rendum in vitam, ac mores eorum, qui ad Sacra ipſorum accedunt: ut eos, qui turpia perpetrant facinora, à publicis ipſorum conventibus arceant. Ex qua diligenti inquiſitione fiebat, ut notst Valeſius, ut crimina publicarentur, & ad notitism vulgi pervenirent: ex quo probra naſcebantur, & Eccleſia Dei non mediocri aſpergebatur infamiâ, cùm Gentiles atque hæretici, tot ac tantorum criminum reos inter Chriſtisnos reperiri cernerent. Hinc in Hiſtoria præſenti liquet, crimen Diaconi occultum fuiſſe, antequam mulier illud confeſſa fuiſſet Poenitentiario. Poſtea quàm verò res delata fuit ad Poenitentiarium, per inquiſitionem ejuſdem Poenitentiarii, emanavit in publicum.

154. Proinde Nectarius hujuſmodi inquiſitiones faeere vetuit, & ideo Poenitentiarium, ut populi iram frænsret, cujua partes erant inquirere, & inquiſitos, ac convictos publicâ poenitentiâ plectere, ſuſtulit, relictâ cuique liberâ facultate pro ſua conſcientia participandi de Euchariſtis, adeout à nemine arceri poſſent ab ea, & nemo ex laicis cogeretur ad poenitentism publicam, & confeſſionem. Et ita voluit in cujuſque arbitrio eſſe, ut ante ſacram Communionem peccata ſua confiteretur Sacerdoti, & pro ſuo arbitrio quiſque poenitentiam ageret. Hoc certe non eſt Confeſſionem ſacramentalem delere, aut poenitentiam ſuſtollere.

155. Neque ex eo quòd Soerates ſubjungst, ex Nectarii Decreto conceſſam exinde fuiſſe licentiam ſceleri, cùm nemo poſthac vereretur, ne quis ipſum coram Poenitentiario accuſaret; ſequitur fuiſſe deletam confeſſionem aut poenitentiam. Etenim ex eo Decreto, non dubito laxatnm frænum vitiis, excuſſo timore nè peccantes accuſarentur apud Poenitentiarium, & redarguerentur, ac etiam cogerentur ad agendam poenitentiam, relictâ ſolâ liberâ & ſpontaneâ confeſſione, ac ſecretâ poenitentiâ. Optimè Socrates ait: „ Cæterum anſam ex „ eo ſingulis datam eſſe video, ut delicta „ ſua invicem amplius non coarguant, nec „ obſervent præceptum illud Apoſtoli, quod „ ita ſe habet. Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, ſed potiùs „ redarguite. „ Et Sozomenus notat minora antea fuiſſe peccata, quàm poſtea, ob ſeveritatem, quâ puniebantur. „ Jam tum, „ *inquit*, ut opinor, in laxam, ac diſſolutam vivendi rationem paulatim delapſa. „ Nam antea, ut equidem exiſtimo, minora erant peccata, tum ob verecundiam „ eorum, qui ſua ipſi delicta enuntiabant, „ tum ob ſeveritatem Judicum, qui ad id „ erant conſtituti. „ Itaque admiſsâ hac hiſtoriâ, de cujua veritate maximè dubitat Baronius, nihil tamen concludi poteſt adverſùa confeſſionem Sacramentalem, quæ ſemper manſit in ſuo vigore:

COMMENTARIUS

In Hæreſim II.

156. N*On eſſe validum Baptiſmum*) In ea fuerunt Novatiani opinione, ut extra Eccleſiam Catholicam non detur verum Baptiſma: cùmque ſolam ſuam Eccleſiam, veram & catholicam cenſerent; inde eſt quòd nulliter baptizatos aſſerebant, quotquot ab ipſis, & intra ſuam Eccleſiam baptiſmum non receperant. Eâdem tempeſtate S. Cyprianus Hæreticorum Baptiſmum repudiavit, in ea ſiſtens opinione, non adeſſe apud Hæreticos verum baptiſmum. In parte cum Novatianis credidit extra veram Eccleſiam non habere locum verum Chriſti Baptiſmum, in vera tamen atque Catholica Eccleſia ſtetit, & Novatianorum Baptiſmum, aliorumve hæreticorum rejecit. Putarem equidem Novatianos infenſiſſimos Cypriani hoſtes, æmulatos fuiſſe Cyprianum, qui cùm nollet approbare illorum baptiſma, ſic nec illi recipere voluerunt Baptiſmum Cypriani, & eorum omnium qui intra eandem Eccleſiam cum Cypriano communicabant: eodem nixi fundamento, quòd videlicet extra veram, & catholicam Eccleſiam dari non poteſt verum baptiſma, ità comprobare volentes ſuam ſolùm ipſorum Eccleſiam, veriùs perditorum hominum ſectam, veram, & catholicam fuiſſe Eccleſiam. Confirmat hanc noſtram conjecturam S.Cyprianus in Epiſtola 73. ad Jubajanum data, ubi ait: „ Nec nos movet, Frater chariſſime, quod in literis tuis „ complexus es; Novatianenſes rebaptizare eos, quos à nobis ſollicitant: quando „ ad nos omninò non pertineat quid hoſtes „ Eccleſiæ faciant, dummodo teneamus ipſi „ poteſtatis noſtræ honorem, & rationis, „ ac veritatis firmitatem. Nàm Novatianus „ Simiarum more, quæ cùm homines non „ ſint, homines tamen imitantur, vult Eccleſiæ catholicæ auctoritatem ſibi, & veritatem vindicare, quando ipſe in Eccleſia „ non ſit; imò adhuc inſuper contra Eccleſiam rebellis, & hoſtis extiterit. Sciens „ etenim unum eſſe Baptiſma, hoc unum ſibi vindicat, ut apud ſe eſſe Eccleſiam dicat, & nos hæreticos faciat. „ *Hæc Cyprianus*.

157. Deinde ipſum Novatianum rebaptizantem Catholicos ad ipſum accedentes redarguit, quia ſi ex eo rebaptizandos Catholicos cenſebat, quia apud Catholicos non

fuiſſe

fuiſſe verum baptiſmum cogitabat, ſe ipſum rebaptizari oportuiſſet, qui in catholica Eccleſia fuerat baptizatus: „ Quod ſi in Eccleſia baptizatos, *inquit*, rebaptizandos foris extra Eccleſiam Novatianus exiſtimat, à ſe incipere debuerat; ut prior extraneo, & hæretico baptiſmo rebaptizaretur, qui poſt Eccleſiam, immò, & contra Eccleſiam baptizandos foris opinatur. „ Itaque S. Cyprianus in eo Novatianum damnat, quòd reiiciebat baptiſmum Catholicorum, & quòd credebat in ſua Novatianenſi Eccleſia fuiſſe verum Baptiſma: non tamen in eo, quòd exiſtimet unum tantùm eſſe verum baptiſmum, & hunc ſolùm intra veram, & catholicam Eccleſiam reperiri. In eo ergo, juxta ſententiam Cypriani, hæreticus erat Novatianus, quòd crederet ſuam perditorum, & Schiſmaticorum hominum Eccleſiam, veram & catholicam fuiſſe; hæreticam verò illam, quæ cum Romano Epiſcopo, cæteriſque per univerſum Orbem diſperſis fidelibus communicabat, & ideo Catholicorum reiiciebat Baptiſmum, illum tantùm approbans, quem ipſe, & ſui retinebant. Non tamen pro hæretico à Cypriano damnabatur, quòd crederet intra veram Eccleſiam dumtaxat dari verum Baptiſmum, in hoc enim imaginem veritatis Novatianum tenuiſſe teſtatur Cyprianus. Proinde idem Cyprianus ſubjungit: „ Quale eſt autem ut quia hoc Novatianus facere audet, nos putemus non eſſe faciendum? Quid ergo? Quia, & honorem Cathedræ Sacerdotalis Novatianus uſurpat, nùm idcircò nos Cathedræ renunciare debemus? Aut quia Novatianus Altare collocare, & ſacrificia offerre contra fas nititur; ab Altari, & ſacrificiis ceſſare nos oportet, ne paria, & ſimilia cum illo celebrare videamur? Vanum prorſus, & ſtultum eſt, ut quia Novatianus extra Eccleſiam vindicat ſibi veritatis imaginem, relinquamus Eccleſiæ veritatem. *Hactenus Cyprianus*.

158. Cæterum in eo quòd crederet apud Hæreticos non adeſſe verum baptiſmum, & ipſe Cyprianus erravit, ſecutus in hoc quorundam Deceſſorum ſuorum ſententiam. Sed quinam fuerint, qui primùm hunc errorem in Sanctam Dei Eccleſiam auſi ſunt introducere, inquirendum eſt. Vincentius Lyrinenſis adversùs profanos omnium hæreſum Novat. poſt initium, hujus erroris Anthorem, & Principem facit Agrippinum quondam Eccleſiæ Carthaginenſis Epiſcopum, de quo ità ſcribit: „ Quondam igitur venerabilis memoriæ Agrippinus Carthaginenſis Epiſcopus, primus omnium mortalium contra Divinum canonem, contra univerſalis Eccleſiæ regulam, contra ſenſum omnium Conſacerdotum, contra morem, ac inſtituta Majorum, rebaptizandum eſſe cenſebat. Quæ præſumptio tantum mali invexit, ut non ſolùm hæreticis omnibus formam ſacrilegii ſed etiam quibuſdam Catholicis occaſionem præbuerit erroris. „ *Hæc Lyrinenſis*. A S. Cypriano id accepiſſe certum eſt, qui in Epiſtola 71. ad Quintum data, in fine ejuſdem ſcribit: „ Ut nos ſacerdotes Dei, & Eccleſiæ ejus de ipſius dignatione præpoſiti, ſciamus remiſſam peccatorum nonniſi in Eccleſia dari poſſe, nec poſſe adverſarios Chriſti quicquam ſibi circà ejus gratiam vindicare. Quod quidèm & Agrippinus, bonæ memoriæ vir, cum cæteris Coëpiſcopis ſuis, qui illo tempore in Provincia Africa, & Numidia Eccleſiam Domini gubernabant, ſtatuit, & librato concilii communis examine firmavit. Quorum ſententiam, & religioſam, & legitimam, & ſalutarem, Fidei, & Eccleſiæ Catholicæ congruentem, nos etiam ſecuti ſumus. „ *Hæc ibi Cyprianus*, qui & in Epiſtola 73. cit. ad Jubajanum, inquirentem de Baptiſmo Hæreticorum data, idem repetit inquiens: „ Apud nos non nova, aut repentina res eſt, ut baptizandos cenſeamus eos, qui ab Hæreticis ad Eccleſiam veniunt, quando multi jam anni ſint, & longa ætas, ex quo ſub Agrippino bonæ memoriæ viro, convenientes in unum Epiſcopi plurimi hoc ſtatuerint, atque exinde in hodiernum tot millia hæreticorum in provinciis noſtris ad Eccleſiam converſi non aſpernati ſint, neque cunctati, immò & rationabiliter, & libenter amplexi ſint, ut lavacri vitalis, & ſalutaris Baptiſmi gratiam conſequerentur. „

159. In eandem opinionem deſcendiſſe, ante Cyprianum, Tertullianum adhuc Catholicum, liquet ex ejus libro de Baptiſmo adversùs Quintillam, ubi ſub cap. 5. ait: „ Unus omninò Baptiſmus eſt nobis, tam ex Domini Evangelio, quàm ex Apoſtoli literis, quoniam unus Dominus, & unum Baptiſma, & una Eccleſia in cœlis. Sed circà hæreticos, ſanè quid cuſtodiendum ſit, dignè quis retractet; ad nos enim editus eſt. Hæretici autem nullum habent conſortium noſtræ diſciplinæ, quos extraneos utique teſtatur ipſa ademptio communicationis. Non debeo in illis cognoſcere, quod mihi eſt præceptum, quia non idem Deus eſt nobis, & illis, nec unus Chriſtus, ideſt, idem; ideoque nec Baptiſmus unus, quia non idem: quem quùm ritè non habeant, ſine dubio non habent: nec capit numerari quod non habent. „ *Hactenus Tertullianus catholicus*. Sed, & Montaniſta poſtea in eadem ſententia ſtetit, ut indicat in lib. de Pudicitia cap. 19. erga initium per illa verba: „ Cui enim dubium eſt hæreticum inſtitutione deceptum, cognito poſtmodum caſu, & pœnitentiâ

ex-

„ expiato, & veniam conſequi, & in Eccleſiam redigi? Unde, & apud nos ue „ Ethnico par, immò & ſuper Ethenicum, „ hæreticus etiam per Baptiſma veritatis utroque homine purgatus admittitur. „ *Hæc ibi Tertullianus*.

160. At meritò dubitare poteſt, cur magis Agrippino, quam Tertulliano hanc ſententiam tribuat Cyprianus, ſi Tertullianus idem docuit, ſi ipſe Cyprianus ſcriptis Tertulliani maximè delectabatur? ſcribit S. Hieronymus in lib. de ſcript. *in Tertulliano*, adeo Cyprianum delectatum Tertulliani ſcriptis, ut nullam diem ſine Tertulliani lectione præterierit: „ Vidimus, *inquit*, quemdam Paulum Concordiæ, quod oppidum Italiæ „ eſt, ſenem, qui ſe Beati Cypriani jam „ grandis ætatis notarium, quùm ipſe admodum eſſet adoleſcens, Romæ vidiſſe diceret; referreque ſibi ſolitum, nunquam „ Cyprianum abſque Tertulliani lectione „ unam diem præteriiſſe, ac ſibi crebrò dicere, da Magiſtrum; Tertullianum videlicet ſignificans. „ *Hæc D. Hieronymus*. Qua ergo de cauſa pro huivis ſententiæ patrono, non magis Tertullianum, quàm Agrippinum conſignat? Conſultò equidem, ſi conjectare licet, Cyprianum Tertulliani nomen in tota illa controverſia tacuiſſe, non abſimile eſt, quoniam cùm jam tanquam hæreticus Montaniſta, in univerſa Eccleſia extiterit diffamatus, illius teſtimonium magis infirmaſſet, quàm roboraſſet ſententiam, quam ipſe Cyprianus propugnabat. Hac de cauſa magis proprium, ſuæque ſententiæ proficuum ſibi viſum fuit, uti teſtimonio Agrippini viri Catholici, olim Carthaginenſis Epiſcopi: eò maximè quòd univerſa Synodus per Agrippinum congregata in eandem deſcenderat ſententiam.

161. Itaque ante Cyprianum ſub Agrippino, in Africa hujuſmodi controverſia de hæreticis rebaptizandis, primùm ventilata fuit, ut author eſt Cyprianus in Epiſtola 71. & Epiſt. 73. cujus verba ſupra retulimus num. 156. & refert S. Auguſtinns lib. 2. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 7. Teſtatur quoque Dionyſius Alexandrinus longe ante excitatam ab Afris controverſiam de hæreticis rebaptizantis, in ſynodo Iconii celebrata, ac in altera celebrata apud Synnadam, eâdem ventilatâ controverſiâ, diffinitum fuiſſe, eſſe rebaptizandos. Etenim Epiſtola ejus 3. ad Philemonem Eccleſiæ Romanæ Presbyterum, apud Euſeb. lib. 7. hiſt. cap. 7. ita ſcribit: „ Illud præterea didici, non ab Afris ſolis „ hunc morem nunc primùm invectum fuiſſe: ſed & multò antea ſuperiorum Epiſcoporum temporibus, in Eccleſiis populoſiſſimis, & in Conciliis fratrum apud „ Iconium, & Synnada, & apud alios plurimos idem ſancitum fuiſſe. Quorum ſententias, & ſtatuta ſubvertere, eoſque ad „ jurgia, & contentiones excitare equidem „ nolim. Scriptum eſt enim. *Non commutabis termiuos proximi tui, quos parentes tui conſtituerunt*. „ Hæc Dionyſiua. Item & Firmilianus Epiſtola 75. ad Cyprianum data, ejuſdem meminit Concilii Iconii habiti, inquiens: „ Hæretico enim ſicut ordinare non licet, nec manum imponere; ità „ nec baptizare, nec quicquam ſanctè, uec „ ſpiritaliter gerere, quando alienus ſit à ſpiritali, & Deifica ſanctitate. Quod totum „ nos jam pridem in Iconio, qui Phrygiæ „ locus eſt, collecti in unum, convenientibus ex Galatia, & Cilicia, & cæteria „ proximis Regionibus, confirmavimus tenendum contra hæreticos firmiter, & vindicandum, cùm à quibuſdam de iſta re dubitaretur.

162. Præſato Concilio ſub Agrippino celebrato occaſionem præbuiſſe hæreſim Cataphrygum, ſive Montaniſtarum, certum puto: exortâ enim peſſimâ Montani hæreſi, cœptum fuit à Catholicis dubitari, nùm baptiſmus collatus à Montaniſtis ſive Cataphrygibus verus fuerit & validus, nàm videbatur non rectè de Sanctiſſima Trinitate, atque Divinis Perſonis, in quorum nomine, juxta Chriſti inſtitutionem, conferri debet, eos credidiſſe: ut notant, D. Hieronymus, Baſilius, Gregorius Magnus, & alii quos citavimus ſupra cap. 26. à num. 77. & ſeq. Nam licèt fortè Montanus nibil adversùs Trinitatem molitus fuerit, qui ei tamen in hæreſi ſucceſſerunt, Montani dogmati hanc quoque impietatem addiderunt, ut tres Divinas Perſonas in unius Perſonæ anguſtias cogerent, ut S. Hieronymua in Epiſtola ad Marcellam data, adnotat: vel quia Spiritum Sanctum ablegarunt, ut Baſilius ſcribit in Epiſtola canonica ad Amphilochium.

163. Deinde ex eodem Firmiliano Concilium apud Iconium, & Synnada, occaſione Cataphrygarum fuiſſe celebratum, palam liquet. Etenim ea in Epiſtola ad Cyprianum data, inter alia, ſic loquitur: „ Satis „ eſt, breviter illud in compendio dicere: eos, „ qui non teneant verum Dominum Patrem, „ tenere non poſſe, nec Filii nec Spiritus „ Sancti veritatem. Secundùm quod etiam „ illi qui *Cataphryges* appellantur, & novas „ prophetias uſurpare conantur, nec Patrem „ poſsunt habere, nec Filium, nec Spiritum Sanctum: à quibus, ſi quæramus, „ quem Chriſtum prædicent; reſpondebunt, „ eum ſe prædicare, qui miſerit Spiritum, „ per Montanum, & Priſcam locutum. In „ quibus cùm animadvertamus non veritatis Spiritum, ſed erroris fuiſse; cognoſcimua eos qui falſam illorum prophetiam „ contra Chriſti fidem vindicant, Chriſtum

„ ha-

„ habere non poſſe. Sed & cæteri, quique „ hæretici, ſi ſe ab Eccleſia ſciderint, nihil „ habere poteſtatis, aut gratiæ poſſunt: „ quando omnis poteſtas, & gratia in Ec- „ cleſia conſtituta ſit, ubi præſident majo- „ res natu, qui & baptizandi, & manum „ imponendi, & ordinandi poſſident pote- „ ſtatem. „ *Hæc Firmilianus*. Ubi primùm agit de nullitate Baptiſmi Cataphrygarum, deinde tranſit ad nullitatem Baptiſmi cæterorum hæreticorum, ſubjungens poſtea hujus rei causâ jam pridem apud Iconium Synodum fuiſſe celebratam, ubi contra omnes hæreticos eſſet diffinitum, invalidum eorum Baptiſma. Itaque acceptâ occaſione ab hæreſi Cataphrygarum, actum fuit poſtea de omnium hæreticorum Baptiſmo.

164. Hoc pacto ſe geſſerat Agrippinus Eccleſiæ Carthaginenſis Epiſcopus, cùm enim tunc temporia maximè invaluerit Cataphrygarum hæreſis, illius occaſione coacto per Agrippinum Concilio, definitum quoque in eo fuit, Baptizatos à Cataphrygibus, & à quibuſvis hæreticis eſſe rebaptizandos, & hanc diſciplinam retinuiſſe Eccleſiam Carthaginenſem ab Agrippino uſque ad Cyprianum, ipſemet Cyprianus ſcribit in Epiſtola 73. ad Jubajanum data, per illa verba: *Quando multi jam anni ſint, & longa ætas, ex quo ſub Agrippino, bonæ memoriæ viro, convenientes in unum Epiſcopi plurimi hoc ſtatuerunt*. Et idem obſervat S. Auguſtinus lib. 3. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 12. ubi allegata Cypriani verba refert.

165. Porrò hoc Concilium ſub Agrippino celebratum exiſtimat Baronius anno Domini CCXVII. ſub Conſulatu Æmilii Leti II. & Anicii Cerealis, Antonini Caracallæ Imperatoris anno V. & anno XV. S. Zepherini Papæ. Emendatur à Pagio, & celebratum notat anno Domini CCXV. Imperii Caracallæ anno XVIII. Zepherini Papæ anno XIX. ſub iiſdem tamen Conſulibus. Myræus quoque eorundem Conſulatum, conſignat in annum Domini CCXV. qui annus ſecundùm ejuſdem Chronologiam erat Pontificatus Zepherini XV. nam Martyrium Victoris, & initium Pontificatus Zepherini notat ſub anno Domini CCI. L. Annio Fabiano, & M. Nonio Muciano Coſs. Diſcrepantia inter Pagium, & Baronium, circa annos Imperii Caracallæ, oritur ex diverſo modo numerandi initium Imperii Caracallæ, nam à die, quo Severus illum Imperatorem creaverat, uſque ad prædictos Conſules enumerantur anni XVII. ut Myræus advertit. Notat Myræus Severum Antoninum Filium ſuum creaſſe Imperatorem anno Domini CXCLX. P. Cornelio Anulino, & M. Aufidio Frontone. Cæterum habenas Imperii poſt Patris obitum ſuſcepit anno Domini CCXI. Epidio Ruſo Lolliano Gentiano, & Pomponio Baſſo Coſs. à quo die uſque ad Conſulatum Æmilii Leti II. & Anicii Cerealis, incluſivè numerantur anni V. Sicut enumerat Baronius. Eo ergo anno Agrippinus moderabatur Eccleſiam Carthaginenſem, cui poſtea ſucceſſit Donatus, Donato inde ſucceſſit Cyprianus, & ideo in allegata Epiſtola ſcribit: *Multi jam anni ſunt, & longa ætas, ex quo ſub Agrippino bonæ memoriæ viro convenientes in unum Epiſcopi plurimi hoc ſtatuerunt*.

166. Proceſſu inde Temporis celebratum Iconii alterum Concilium occaſione eorundem Cataphrygum refert, ut ſupra dictum eſt, Firmilianus Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, in Epiſtola data ad Cyprianum: cujus meminit & Dionyſius Alexandrinus in Epiſtola ad Philemonem Eccleſiæ Romanæ Presbyterum, ut ſupra pariter adnotatum eſt, ubi & deciſum fuiſſe refert, Hæreticos ad Eccleſiam Catholicam venientes eſſe rebaptizandos, ſemel quòd prius ab hæreticis fuerint baptizati. Sed de tempore hujus Concilii controvertitur inter eruditos. Baronius, & Binius ferunt celebratum anno II. Stephani Papæ, Domini verò anno CCLVIII. Valeſius in notis ad cap. 7. lib. 7. Euſebii contendit eſſe celebratum ad extrema tempora Alexandri Severi, & ita circa annum Domini CCXXXV. vel paulò antea, nam eo anno in expeditione contra Germanos, ut notat Euſebius in Chronic., à tumultuantibus militibus unà cum Matre Mammæa interfectus eſt XVIII. die Martii L. Catilio Severo, & L. Ragonitio Urinatio Quintiano Coſs. prout adnotat Myræus. Bail in Summa Conciliorum Binium ſequitur, & Baronium. Pagius verò in ſua Critica ad Annales Baronii, Valeſio magis adhæret, quàm Baronio & Binio.

167. Ad hujus ergo rei elucidationem, duo præmittenda ſunt, unum eſt Concilium Iconienſe, ſicut & alterum in Synnadis non fuiſſe celebratum occaſione controverſiæ exortæ inter Afros ſub S. Cypriano, & Stephano Papa, ſed ut Firmilianus ipſe teſtatur in ſæpe citata Epiſtola, occaſione hæreſis Cataphrygum, & eorumq Baptiſmi, & in hoc Scriptores concordant. Alterum quod eſt notatu dignum, conſiſtit in dignoſcendo tempore, quo Dionyſius Alexandrinus ſcripſit tertiam ſuam Epiſtolam ad Philemonem Romanæ Eccleſiæ Presbyterum, in qua meminit præfati Iconienſis Concilii, & alterius in Synnadis: quo cognito facile erit diſcernere tempus harum Synodorum.

168. Itaque Dionyſium ſcripſiſſe ad Philemonem in initio Pontificatus Xyſti II. qui Stephano ſucceſſerat, conſtare poteſt ex iis, quæ refert Euſeb. lib. 7. hiſt. cap. 5. ubi primùm dicit: *Cæterum cùm Stephanus Eccleſiam biennio adminiſtraſſet, Xiſtus in ejus*

locum

locum ſucceſſit. Ad qnem ſtatim ſecundam de Baptiſmo Epiſtolam ſcripſiſſe Dionyſium, ſubjungit: *Ad hunc*, ait, *Dionyſius ſecundam de Baptiſmo ſcripſit Epiſtolam*. Porrò indicat eodem tempore alteram prolixiorem ſcripſiſſe ad Philemonem Epiſtolam. Etenim refert Dionyſium in præfata ad Xyſtum Epiſtola ita ſcripſiſſe. *Sed, & chariſſimis Fratribus, & Compresbyteris noſtris, Dionyſio, ac Philemoni, qui prius idem cum Stephano ſenſerant, deque iiſdem rebus ad me ſcripſerant: antea quidem breviter, nunc verò pluribus verbis ſcripſi.* Hinc conſtat Epiſtolam tertiam de Baptiſmo ad Philemonem, eodem tempore ſcriptam à Dionyſio fuiſſe, quo ſcripſerat ſecundam ad Xyſtum: cùm verò ad Xyſtum ſcripſerit in initio illius Pontificatus, ſequitur & tunc temporis ſcripſiſſe ad Philemonem.

169. Conſtito ergo de tempore quo fuit ſcripta tertia de Baptiſmo ad Philemonem Epiſtola, conſequens eſt Concilium Iconienſe non fuiſse celebratum ſub Stephano Papa, & jam exortâ inter Afros & Stephanum controverſiâ. Liquet ex verbis Dionyſii in prælaudata Epiſtola, ubi ſcribit: „ Illud „ præterea didici, non ab Afris ſolis hunc „ morem nunc primùm invectum fuiſse; ſed „ & multò antea ſuperiorum Epiſcoporum „ temporibus in Eccleſiis populoſiſſimis, & „ in Conciliis fratrum apud Iconium, & „ Synnada, & apud alios plurimos idem „ ſancitum fuiſse. „ *Hæc Dionyſius*. Ex quibus verbis palàm fit hujuſmodi Iconienſe Concilium non fuiſse celebratum ſub Stephano, ſub quo orta fuit cum Africanis controverſia, quia cùm biennio tantùm vixerit Stephanus in Pontificatu, ut Euſebius refert, non rectè in Epiſtola ſcripta à Dionyſio in initio Pontificatus Xyſti, diceretur *multò antea* præfatum Concilium fuiſse celebratum. Porrò apertè dicit celebratum *multò antea* exortam controverſiam inter Afros, ſive antequam Afri ſub Cypriano Decretum ediderint de hæreticis rebaptizandis: ergo nullo modo concludi poteſt fuiſse celebratum ſub Stephano Papa, ſed certè non parvo tempore antea.

170. At obſtare poteſt teſtimonium Firmiliani In Epiſtola ad Cyprianum, ubi ſcribit ſe interfuiſse Concilio Iconienſi: ejus verba ſunt: *Quod totum nos jam pridem in Iconio, qui Phrygiæ locus, collecti in unum, convenientibus ex Galatia, & Cilicia, & cæteris proximis Regionibus, confirmavimus tenendum contra hæreticos firmiter, & vindicandum, cùm à quibuſdam de iſta re dubitaretur*. Ergo videtur celebratum tempore S. Cypriani, cui coævus fuit, & dum in Africa hæc agitaretur controverſia.

171. Verùm quidquid ſit an Firmilianus perſonaliter interfuerit præfato Concilio, de quo dubitat Valeſius, non proinde colligi poteſt celebratum, ortâ jam inter Afros controverſiâ; immò ex verbis illis: *Jàm pridem in Iconio*, conſtat celebratum ante Carthaginenſe Concilium, & ante Cypriani Epiſcopatum. Floruit certè Firmilianus ante Cyprianum Epiſcopus Ceſareæ, quamvis vitam protraxerit uſque ad tempora Epiſcopatus Cypriani: nam ſcribit Euſebium lib. 6. Hiſtoriæ cap. 26. claruiſſe Firmilianum Epiſcopum Cæſareæ apud Cappadociam, circa annum decimum Alexandri Severi, quo defuncto Demetrio Epiſcopo Alexandrino, Heraclas regimen ejuſdem Eccleſiæ acceperat. At annus decimus Severi juxta calculum Myræi incidit in annum Domini CCXXXII. circiter, Julio Lupo, & Maximo Coſſ. ergo Firmilianus maximè floruit ſub Alexandro Severo; unde probabile eſt ſub hoc Principe, quando Montaniſtarum, & Pepatianorum hæreſis plurimùm vigebat, celebratum fuiſſe Iconienſe Concilium, & ita non poſt annum Domini CCXXXV., eo enim anno Alexander interfectus fuit, prout ſuprà adnotavimus.

172. Ab eo ergo tempore tùm in Africa, tùm in Orientalibus partibus, ubi, & Montaniſtæ, & poſtea Novatiani plurimùm prævalebant, cœpta eſt hujuſmodi controverſia frequentiùs agitari. Quare quidam laicus nomine Magnus, per literas inquiſivit à S. Cypriano, an Novatiani venientes ad Eccleſiam Catholicam eſſent rebaptizandi; cui reſpondens, ex ſua ſententia rebaptizandos eſſe definit. Sic in Epiſtola 69. aliàs 76. ad eundem Magnum data, ubi ait: „ Pro „ tua religioſa diligentia conſuluiſti mediocritatem noſtram, Fili chariſſimè, an inter „ cæteros hæreticos, eos quoque, qui à Novatiano veniant, poſt profanum ejus lavacrum baptizari, & ſanctificari in Eccleſia Catholica legitimo, & vero, & unico Eccleſiæ Baptiſmo oporteat. De qua „ re, quantùm fidei noſtræ capacitas, & „ Scripturarum Divinarum ſanctitas, ac veritas ſuggerit; dicimus omnes omninò „ hæreticos, & ſchiſmaticos nihil habere „ poteſtatis, ac juris. „ *Hæc Cyprianus*, qui tandem poſt plura in eam ſententiam allegata, concludit: „ Et idcircò ut ſecundùm Divinam diſpoſitionem atque Evangelicam veritatem, peccatorum remiſſionem conſequi, & ſanctificari, ac Templa „ Dei fieri poſſint; Eccleſiæ baptiſmo baptizandi ſunt omnes omninò, qui ab Adverſariis & Antichriſtis ad Chriſti Eccleſiam veniunt. „ *Hæc ibi*. Et in fine ejuſdem Epiſtolæ indicat ſe ex privata ſua ſententia eſse locutum, cùm concludat dicens: „ Reſcripſi, Fili chariſſime ad literas tuas, „ quantùm parva noſtra mediocritas valuit, „ & oſtendi quid nos quantùm in nobis „ eſt, ſentiamus, nemini præſcribentes, „ quo

„ quo minus ſtatuat, quod putat unuſquiſ-
„ que præpoſitus.„

173. Eodem tempore complures Epiſcopi in Numidia in Synodo congregati, Januarius videlicet, Saturninua, Maximus, Victor, alter Victor, Caſſius, Proculus, Modinnus, Cittinus, Gargilius, Eutichianus, altèr Gargilius, alter Saturninus, Nemeſianus, Nampulus, Antonianus, Rogatianus, & Honoratua, ventilatâ controverſiâ, & incerti quid in re tantæ gravitatis ſtatuerent, Cyprianum & Epiſcopos Africanæ Provinciæ per ſuas literas conſulere decreverunt. Quibus receptis literis S. Cyprianus, ne ſolus videretur in ſententia, congregatâ plurimorum Epiſcoporum Synodo, ibique coram lectis literis Epiſcoporum Numidiæ, quæſtione diſcuſsâ, omnibua viſum fuit, venientes cùm ab hæreticis, tum à ſchiſmaticis eſse rebaptizandos. Cui Concilio interſuerunt Cypriann, Liberalis, Caldonius, Junius, Primus, Cæcilius, Polycarpus, Nicomedes, Felix, Marruccius, Succeſsus, Lucilianus, Honoratus, Fortunatus, Victor, Donatua, Lucilius, Herculanus, Pomponius, Demetrius, Quintus, Saturninus, Januarius, Marcus, alius Saturninus, alius Donatus, Rogatianus, Sedatus, Tertullus, Horteſianua, item alius Saturninus, & Sattius. Hoc totum liquet ex Epiſtola Synodica ejuſdem Cypriani ad præſatos Epiſcopos Numidiæ data, inter Cyprianicas 70. ubi ſic habetur: „ Cùm ſi-
„ mul in Concilio eſsemua, fratres chariſ-
„ ſimi, legimus literas veſtras, quas ad nos
„ feciſtis, de iis qui apud Hæreticos, &
„ Schiſmaticos baptizari videntur, an ad
„ Eccleſiam Catholicam, quæ una eſt, ve-
„ nientea baptizari debeant. De qua re
„ quanquam & ipſi illie veritatem & fir-
„ mitatem Catholicæ Regulæ teneatis: ta-
„ men quoniam conſulendoa nos pro com-
„ muni dilectione exiſtimaſtis, ſententiam
„ noſtram non novam promimus, ſed jam
„ pridem ab anteceſaoribus noſtris ſtatutam,
„ & à nobis obſervatam, vobiſcum pari
„ conſenſione conjungimus; cenſentes ſcili-
„ cet, & pro certo tenentes, neminem fo-
„ ris baptizari extra Eccleſiam poſse, cùm
„ ſit Baptiſma unum in Sancta Eccleſia con-
„ ſtitutum. „ Hæc in exordio Epiſtolæ Synodicæ, in cujus porrò fine ita concluditur:
„ Quare qui cum Domino ſumus, & uni-
„ tatem Domini tenemus, & ſecundùm ejus
„ dignationem Sacerdotium ejus in Eccleſia
„ adminiſtramus, quæcumque Adverſarii ejua,
„ & Antichriſti faciunt, repudiare, & reiice-
„ re, & pro profanis habere debemus, & eia
„ qui de errore & pravitate venientes agnoſ-
„ cunt unius Eccleſiæ veram fidem, dare illis
„ per omnia Divinæ gratiæ Sacramenta, uni-
„ tatis & fidei veritatem. „ *Hactenus ibi*.

174. Porrò hoc Concilium celebratum Baronius ſtatuit anno Domini CCLVIII. Biennio antea referunt complures eruditi, Myræus in Chronic. Belgico. Ricciolius par. 3. Chronol. Catal. 4. & alii. Pamelius in dubio eſt an celebratum fuerit anno CCLVI. ſive anno antecedenti: Pearſonius firmat celebratum anno CCLV. P. Licinio Valeriano Imp. III. & P. Licinio Gallieno Imp. II. Coſs. Aſsentitur Joannes Ceſtrienſis in Annalibua Cyprianicia ad hunc annum ſub num. 5. ubi ſcribit ſe contra virorum Doctorum ſententiam, ita ſentire. *Hoc ipſo anno CCLV. illud celebratum fuiſſe ſtatuo*, inquit, *contra virorum Doctorum ſententiam*. Sequitur tamen Pearſonii opinionem, immò & rationem: nam quia Firmilianua ſequenti anno, imminente hyeme ad Cyprianum ſcripſit, ideo Ceſtrienſis concludit hoc Concilium fuiſse celebratum ſub autumno anni antecedentis: quæ eſt Pearſonii ratio, ut etiam adnotat Pagiua ad annum CCLV. ſub num. 13. Cointius verò in Annalibua Eccleſiaſticis Francorum, ex eo quòd Firmilianua receptis, per Cyprianum miſſis hujua Concilii Actia, ſtatim nullâ morâ reſponſionem fecerit hyeme jam imminente, concludit Concilium hoc celebratum fuiſse Autumno ejuſdem anni, quo ſcripſit Firmilianus ad Cyprianum, & ita anno CCLVI. Sed licèt verum ſit, anno ſequenti, hyeme imminente, reſpondiſse Firmilianum, non inde concludi poſse, ait Ceſtrienſis, hoc primum Concilium celebratum eſse autumno ejuſdem anni: nam ex ejuſdem Firmiliani reſponſione conſtare dicit, S. Cyprianum poſt ſecundum Concilium ſcripſiſse ad Firmilianum, poſt acceptas Stephani Papæ literas, poſt datas alias literas ad Jubajanum, & Pompejum, quas omnea per Rogatianum miſerat, & quaa Firmilianus in data reſponſione reſpexerat. Et proinde vult ſecundum Concilium celebratum fuiſse anno ſequenti, nimirum Domini CCLVI. ſecus verò primum. Et hæc fuit ratio Pearſonii, eandem adducit Pagius, qui & huic adhæret opinioni. Itaque hanc ſequendo opinionem ſit, ut præſatum primum Concilium de non rebaptizandis hæreticis ſub S. Cypriano habitum, celebratum fuerit anno primo Stephani Papæ, eo enim anno CCLV. poſt Martyrium Lucii, nono Aprilis die ſuffectua fuit Stephanus, ut conſignat Myræus, & notat Ricciolius Tom. 3. Catal. 9.

175. At præſati Concilii diffinitioni de rebaptizandis hæreticis non omnea Africani Epiſcopi facilè aſsenſum præbuere, obſtare complurimis videbatur, tum Baptiſmi unitas in S. Dei Eccleſia, tum vetuſta conſuetudo de non repabtizandis, & hujus rei causâ Quintus Epiſcopus in Mauritania, per Lucianum Presbyterum conſuluit S. Cy-

prianum quid in tantæ gravitatis negotio ſibi videretur: cui hoc eodem anno reſcripſit Cyprianus, Concilii Acta ad eum tranſmiſit, & duobus argumentis, nimirum, circa unitatem Baptiſmi, & priſcam conſuetudinem ſatisfacere curavit. Hoc totum liquet ex Epiſtola 71. ad eundem Quintum data, ubi ait: „ Retulit ad me, frater chariſſime, Lucianus compresbyter noſter, te deſideraſſe, ut ſignificaremus tibi, quid ſentiamus, de his, qui apud hæreticos, & ſchiſmaticos baptizati videntur. De qua re quid nuper in Concilio plurimi Coëpiſcopi cum compresbyteris qui aderant cenſuerimus, ut ſcires; ejuſdem Epiſtolæ exemplum tibi miſi. „ *Hæc Cyprianus*, ubi ſubjungit ſe mirari, quòd quidam Epiſcopi, eo fundamento, quòd unicum ſit Baptiſma, non cenſeant eſſe hæreticos venientes ad Eccleſiam Catholicam baptizandos. „ Neſcio etenim, *ait*, quâ præſumptione ducuntur quidam de collegis noſtris, ut putent eos qui apud hæreticos tincti ſunt, quando ad nos venerint baptizari non oportere, eo quòd dicant unum Baptiſma eſſe, quod unum ſcilicet in Eccleſia Catholica eſt. „ *Ita Cyprianus*.

176. Interim ut diſcrepantium Epiſcoporum perturbatos animos ſuaviter leniret, hoc eodem anno ſcripſit librum de Bono Patientiæ, undè in fine Epiſtolæ 73. ad Jubaianum datæ, ait: „ Servatur à nobis patienter & firmiter caritas animi, collegii honor, vinculum fidei, & concordia Sacerdotii. Propter hoc etiam libellum de Bono Patientiæ, quantum valuit noſtra mediocritas, permittente Domino, & inſpirante conſcripſimus, quem ad te pro mutua dilectione tranſmiſimus. „ *Hæc ibi*, eo tamen in libro maxima cum prudentia, generalibus fere argumentis dumtaxat eſt uſus, præfatam controverſiam parciſſimè perſtringens, nè nimis acerbus, aut moleſtus Collegis ſuis videretur.

177. Deinde ut lis dirimeretur, omneſque Epiſcopi in unam & eandem conſpirarent ſententiam, appoſuit animum ad aliud Concilium celebrandum ex majori Epiſcoporum numero, collecto nedum ex Africa verùm & ex Numidia, ubi maximè tunc temporis controverſia fervebat. Itaque anno Domini CCLVI. M. Valerio Maximo II. & Man. Acilio Glabrione Coſſ. Stephani Papæ anno II. ſecundum Carthaginenſe Concilium in cauſa de Hæreticis rebaptizandis celebratum eſt, ubi ex Africa, & Numidia convenere Epiſcopi LXXI. In eoque ventilatâ iterum controverſiâ, confirmata primùm fuit præcedentis Concilii definitio de Rebaptizandis ab hæreticis baptizatis: deinde & Decretum additum fuit, quòd Clerici, ſive in Eccleſia Catholica priùs ordinati, ſive apud Hæreticos à Pſeudo-Epiſcopis profanâ ordinatione promoti, ab hæreſi revertentes, ad Laicam tantùm communionem admitti deberent.

178. Abſoluto Concilio, quod ante Paſcha ejuſdem anni celebratum autumant eruditi, de communi Patrum conſilio, viſum fuit de omnibus certiorem reddere Stephanum Romanum Pontificem, cui Synodicam ſcripſerunt Epiſtolam, quæ inter Cyprianicas eſt 72. in qua hæc leguntur: „ Ad quædam diſponenda, & Conſilii communis examinatione limanda, neceſſe habuimus, Frater chariſſime, convenientibus in unum pluribus Sacerdotibus, cogere & celebrare Concilium. In quo multa quidem prolata, atque tranſacta ſunt: ſed de eo vel maximè tibi ſcribendum, & cum tua gravitate ac ſapientia conferendum fuit, quod magis pertineat, & ad Sacerdotalem authoritatem, & ad Eccleſiæ Catholicæ unitatem pariter ac dignitatem, de Divinæ diſpoſitionis ordinatione venientem, eos qui ſint foris extra Eccleſiam tincti, & apud hæreticos, & ſchiſmaticos profanæ aquæ labe maculati, quando ad nos, atque ad Eccleſiam, quæ una eſt, venerint, baptizari oportere; eo quòd parum ſit eis manum imponere ad accipiendum Spiritum Sanctum, niſi accipiant & Eccleſiæ Baptiſmum.

179. Poſt aliqua porrò ſubjungitur: „ Addimus planè & adjungimus, Frater chariſſime, conſenſu, & auctoritate communi, ut etiam ſi qui Presbyteri, aut Diaconi, qui vel in Eccleſia Catholica priùs ordinati fuerint, & poſtmodum perfidi ac rebelles contra Eccleſiam ſteterint, vel apud hæreticos, à Pſeudo-Epiſcopis, & Antichriſtis contra Chriſti diſpoſitionem profanâ ordinatione promoti ſint, & contra Altare unum, atque Divinum, Sacrificia foris falſa, ac ſacrilega offerre conati ſint: eos quoque hac conditione ſuſcipi cùm revertuntur, ut communicent laicis, & ſatis habeant, quòd admittuntur ad pacem, qui hoſtes pacis extiterint, nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverint.

180. Denique in fine Epiſtolæ addunt: „ Hæc ad conſcientiam tuam, Frater chariſſime, & pro honore communi, & pro ſimplici dilectione pertulimus, credentes etiam tibi pro religionis tuæ, & fidei veritate placere, quæ & religioſa pariter & jura ſunt. Cæterum ſcimus quoſdam quod ſemel imbiberint nolle deponere, nec propoſitum ſuum facilè mutare, ſed ſalvo inter Collegas pacis & concordiæ vinculo, quædam propria, quæ apud ſe

„ ſe-

Digitized by Google

„ ſemel ſint uſurpata, retinere. Qua in re
„ nec nos vim cuiquam facimus, aut legem
„ damus, cùm habeat in Eccleſiæ admini-
„ ſtratione voluntatis ſuæ arbitrium libe-
„ rum unuſquiſque Præpoſitus, rationem
„ actus ſui Domino redditurus. „ *Hactenus Epiſtola Synodica*.

181. Eodem fere tempore, quo in Africa in præcitsta Synodo hujuſmodi ventilabatur Controverſia, Jubsjsnus de eadem re per literas conſuluit Cyprianum, eique Anonymi libellum quendsm miſit, quo Auctor compluribus rstionibus conatur oſtendere non eſſe hæreticos qusmvis in hæreſi baptizatos iterum rebaptizsndos. Hujus Epiſtolæ, quæ non exſtat, meminit S. Cyprianus in Epiſt. 73. ad eundem Jubajanum data, in qua quidem Epiſtola dicit ſe miſiſſe tum Acta Concilii, tum exemplar literarum, quas ſcripſerat sd Quintum, undè ait: „ Scripſiſti
„ mihi, Frater chariſſime, deſiderans ſigni-
„ ficari tibi motum animi noſtri, quid no-
„ bis videatur de hæreticorum Baptiſmo,
„ qui foris poſiti & extra Eccleſiam con-
„ ſtituti vindicant ſibi rem nec juris ſui,
„ nec poteſtatis, quod nos nec ratum poſ-
„ ſumus, nec legitimum judicare, quando
„ hoc spud eos eſſe conſtet illicitum. Et
„ quoniam ſuper hsc re quid ſentiremus,
„ literis noſtris expreſſimus, ut compendium
„ facerem, exemplum earundem literarum
„ miſi, quid in Concilio, cùm complures
„ adeſſemus, decreverimus; quid item po-
„ ſtea Quinto Collegæ noſtro de eadem re
„ quærenti reſcripſerimus. Et nunc quoque
„ cùm in unum conveniſſemus, tam Pro-
„ vinciæ Africæ, quàm Numidiæ, Epiſco-
„ pi numero ſeptuaginta & unus, hoc idem
„ denuò ſententiâ noſtrâ firmavimus, ſta-
„ tuentes unum Baptiſma eſſe, quod ſit in
„ Eccleſis Catholica conſtitutum, ac per
„ hoc non rebaptizari, ſed baptizari à no-
„ bis. Quicumque ergo ab adultera, &
„ profana squa veniunt, abluendi ſunt, &
„ ſanctificandi ſalutaris aquæ veritate. „ *Hæc Cyprianus*, qui poſtea proſequitur reſpondens ad rstiones allatas sb Anonymo in prædicto libello.

182. Interes temporis Stephanus Paps, receptâ Synodicâ epiſtolâ, Acta Concilii reſcidit, ſententiamque ibi firmatam, ejuſdemque decreta in cauſa de rebaptizandis hæreticis, prorſus abrogavit, præcipiens hac in re nihil eſſe innovandum, ſed antiquam tenendam Traditionem, ut nimirum venientes ex hæreticis per ſolam manuum impoſitionem in pœnitentiam recipiantur, ſecluſo novo, ſeu iterato Baptiſmo. Quæ ſane res, & Cypriani animum & Collegarum ipſius maximè commovit, undè in Africa hujus rei cauſâ variæ turbæ excitatæ fuerunt, ubique tumultus, undique lacrymabiles confuſiones. Non exſtat Stephani Epiſtola, pauca fragmenta refert S. Cyprianus in Epiſtola 74. ad Pompejum, ſive Pompejanum, ut aliis placet, data. Ob excitatos enim tumultus Pompejus ſcire deſiderans, quid revera Stephanus reſcripſerit, eundem conſuluit Cyprianum, qui ſic ei reſcripſit:
„ Quoniam planè ea quæ de hæreticis ba-
„ ptizandis dicenda ſunt, complexi ſumus
„ in Epiſtolis, quarum ad te exempla tranſ-
„ miſimus, Frater chariſſime, tamen quia
„ deſideraſti in notitiam tuam perferri, quæ
„ mihi sd literas noſtras Stephanus Frater
„ noſter reſcripſerit, miſi tibi reſcripti ejus
„ exemplum: quo lecto magis, ac magis
„ ejus errorem denotabis, qui hæreticorum
„ cauſam contra Chriſtianos, & contra Ec-
„ cleſiam Dei aſſerere conatur. Nam inter
„ cætera, vel ſuperba, vel ad rem non per-
„ tinentia, vel ſibi ipſi contraria, quæ im-
„ peritè sc improvidè ſcripſit, etiam illud
„ adjunxit, ut diceret. *Si quis ergo à qua-*
„ *cumque hæreſi venerit ad nos, nihil in-*
„ *novetur niſi quod traditum eſt, ut manus*
„ *illi imponatur in pœnitentiam, cùm ipſi hæ-*
„ *retici propriè alterutrum ad ſe venientes*
„ *non baptizent, ſed communicent.* „ Plura inde ſubnectit, ut ſententiam, & rationes Stephani improbet, poſtmodum in fine tenaciter adhærens ſuæ opinioni concludit inquiens: „ Obſervstur itaque à nobis, &
„ tenetur, Frater chariſſime, exploratâ &
„ perſpectâ veritate, ut omnes, qui ex qua-
„ cumque hæreſi sd Eccleſiam convertun-
„ tur, Eccleſiæ unico legitimo Baptiſmo
„ bsptizentur, exceptis his, qui baptizati
„ in Eccleſia priùs fuerant, & ſic ad hæ-
„ reticos tranſierant: hos enim oportet cùm
„ redeunt, actâ pœnitentiâ per manus impo-
„ ſitionem ſolam recipi, & in ovile undè er-
„ raverant à Paſtore reſtitui.

183. Porrò Stephanus, qui, ut ait Lyrinenſis, non ſolus rem deſinierat, ſed unà cùm Collegis ſuis, & Presbyteris priùs examinatam, in prædictam ſententism deſcenderat, ſcripſit Epiſtolas tùm ad Firmilianum Epiſcopum Cæſareæ Cappsdociæ, tùm ad alios Orientis Epiſcopos, quos omnes minatus eſt à communione ſcindere, ſi aliter tenerent, ac ipſe cum ſuis Collegis pronuntiaverat. Meminit harum literarum Dionyſius Alexandrinus spud Euſebium lib. 7. hiſtor. cap. 5. ubi de Stephano ita Dionyſius ait: „ Antea quidem literas ſcripſerat de He-
„ leno, & de Firmiliano, de omnibus de-
„ nique Sacerdotibus per Ciliciam, Cappa-
„ dociam, cunctaſque finitimas Provincias
„ conſtitutis: ſe ſe ob eam csuſam ab illo-
„ rum communione diſceſſurum, quòd hære-
„ ticos rebaptizarent. „ *Hæc Dionyſius.*

184. At & Cyprianus ex literis Stephani prævidens eundem Pontificem ſcribere quo-

que potuiſſe ad Epiſcopos Orientales, quatenus à Cypriani ſententia caverent, ſcripſit & ipſe ad eundem Firmilianum, ad quem exemplar literarum Stephani miſit, & inſuper quæ ſua ſententia erat, ipſum inſtruit, refutans ea quæ Stephanus pro contraria adduxerat. Hujuſmodi autem literæ, tum Stephani ad Firmilianum, tum Cypriani ad eundem non exſtant. Solùm exſtat Epiſtola Firmiliani ad Cyprianum, quæ eſt inter Cyprianicas 75. ubi in initio meminit Epiſtolæ Cypriani ad ſe per Rogatianum miſſæ: „ Accepimus, *inquit*, per Rogatianum chariſſimum noſtrum Diaconum à vobis miſ„ ſum, literas, quas ad nos feciſti, Frater „ dilectiſſime, & gratias propter hoc Do„ mino maximas egimus, quòd contigerit, „ ut qui corpore ab invicem ſeparamur, ſic „ ſpiritu adunemur. „ *Hæc in illius initio*. Inde & rationes allegatas à Cypriano adverſùs Stephani ſententiam approbat, & in ipſum Stephanum acriter invehit.

155. Cyprianus poſtea aliud Concilium eodem anno CCLVI. coegit, cui ex Africæ Provincia, ex Numidia, & Mauritania interfuerunt Epiſcopi octuaginta ſeptem, Presbyteri, & Diaconi plures. conveneruntque Carthagine Kalendis Septembris, ut ex Actis ejuſdem Concilii apud S. Cyprianum, inter ejuſdem opera perſpicuum fit. Nomina autem Epiſcoporum erant: Cyprianus à Carthagine, Cæcilius à Bilta, Primus à Miſgirpa, Polycarpus ab Adrumento, Novatus à Thamugade, Nemeſianus à Thubunis, Januarius à Lamheſe, Lucius à Caſtrogalbæ, Creſcens à Cirta, Nicomedes à Segermis, Monnulus à Girha, Secundinus à Cedias, Felix à Bagai, Polianus à Mileo, Theogenes ab Hippone regio, Dativus à Badis, Succeſſus ab Abbir germaniciana, Fortunatus à Thuchabori, Sedatus à Tuburbo, Privatianus à Suſctula, Privatus à Suſibus, Horteſianus à Laribus, Caſſius à Maccomadibus, Alius Januarius à Vico Cæſaris, alius Secundinus à Carpis, Victoricus à Thabraca, alius Felix ab Uthina, Quietus à Buruch, Caſtus à Sicea, Euchratius à Thenis, Liboſus à Vaga, Lucius à Thebeſte, Eugenius ab Ammedera, item alius Felix ab Amaccura. Item alius Januarius Muzulenſis, Adelphius à Thasbalte, Demetrius à Leptiminas, Vincentius à Thibari, Marcus à Mactari, Satius à Scilibba, Victor à Gor, Aurelius ab Utica, Confeſſor Jambus à Germaniciana, Lucianus à Rucuma, Pelagianus à Luperciana, Confeſſor, & Martyr, Jader à Midila, item alius Felix à Marrazana, Confeſſor Paulus à Bobba, Confeſſor Pomponius à Dionyſiana, Confeſſor Venantius à Tiniſa, Aymnius ab Auſuaga, Saturninus à Victoriana, alius Confeſſor Saturninus à Thucca, Marcellus à Zam, Confeſſor Irenæus ab Ululis, Donatus à Cybaliana, Zoſimus à Tharaſſa, Julianus à Telepte, Confeſſor Fauſtus à Timida regia, Geminius à Furnis, Rogatianus à Nova, Confeſſor Therapius à Bulla, Confeſſor item alius Lucius à Membreſa, item alius Felix à Buslaceni, alius Saturninus ab Avitinis, Quintus ab Aggya, alius Julianus à Marcelliana, Tenax ab Horreiſceliæ, Confeſſor alius Victor ab Aſſuris, Donatulus à Capſe, Verulus à Ruſiocade, Pudentianus à Cuiculi, Martyr Petrus ab Hipponediarrhito, item alius Lucius ab Auſaſa, item alius Felix à Gurgitibus, Puſillus à Lambeſa, Martyr Salvianus à Gazauſala, Honoratus à Tucca, Victor ab Octavo, Confeſſor Clarus à Maſcula, Martyr Secundianus à Thamheis, item alius Aurelius à Chullabi, Confeſſor Littæus à Gemellis, Natalis ab Ooa, & Junius à Neapoli, omnes numero octuaginta ſeptem.

186. In eo itaque Concilio lectæ in primis fuerunt literæ Juhajani ad Cyprianum, item & Cypriani ad Juhajanum reſcriptæ, & item alteræ quæ Juhajanus Cypriano replicaverat, in materia de hæreticis rehaptizandis, inde Cyprianus dixit: „ Audiſtis „ Collegæ dilectiſſimi, quid mihi Juhajanus „ Coëpiſcopus noſter ſcripſerit, conſulens „ mediocritatem noſtram de illicito, & pro„ fano hæreticorum Baptiſmo; & quid ego „ ei reſcripſerim, cenſens ſcilicet, quod ſe„ mel atque iterum, & ſæpe cenſuimus, „ hæreticos ad Eccleſiam venientes, Eccle„ ſiæ Baptiſmo baptizari, & ſanctificari „ oportere. Item lectæ ſunt vobis, & aliæ „ Jubajani literæ, quibus pro ſua ſincera, „ & religioſa devotione, ad Epiſtolam no„ ſtram reſcribens, non tantùm conſenſit, „ ſed etiam inſtructum ſe eſſe gratias egit. „ Supereſt, ut de hac ipſa re ſinguli quid „ ſentiamus, proferamus, neminem judican„ tes, aut à jure communionis aliquem, ſi „ diverſum ſenſerit, amoventes. Neque enim „ quiſquam noſtrum Epiſcopum ſe Epiſco„ porum conſtituit, aut tyrannico terrore „ ad obſequendi neceſſitatem Collegas ſuos „ adigit: quando habeat omnis Epiſcopus „ pro licentia libertatis & poteſtatis ſuæ, „ arbitrium proprium; tàmque judicari ab „ alio non poſſit, quàm nec ipſe poteſt ju„ dicare. Sed expectemus univerſi judicium „ Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui unus, „ & ſolus habet poteſtatem & præponendi „ nos in Eccleſiæ ſuæ gubernatione, & de actu „ noſtro judicandi.

187. His à Cypriano dictis, cœperunt ſinguli Epiſcopi ſententiam ſuam dicere, & primus exorſus eſt Cæcilius à Bilta, poſtea cæteri ſecundùm ordinem ſupra recenſitum, & in eandem unam conſpirarunt ſententiam, nimirum extra Eccleſiam Catholicam non

eſſe

Digitized by Google

eſſe Baptiſmum, qui cùm ſit unus, hic ſo-
lùm in Eccleſia Caiholica locum habet,
proinde baptizati extra Eccleſiam Catholi-
cam non ſuſcipere verum Baptiſmum, uec
Spiritum Sanctum, nec gratiam baptiſmalem,
ſicque venicntes ad Eccleſiam Catholicam
eſſe baptizandos: quæ omnia rationibus &
ſcripturis comprobare conati ſunt. Ultimo
denique loco ipſe Cyprianus ſententiam ſuam
his verbis firmavit: „ Meam ſententiam,
„ *inquit*, pleniſſimè exprimit Epiſtola quæ
„ ad Jubajanum Collegam noſtrum ſcripta
„ eſt; Hæreticos ſecundùm Evangelicam, &
„ & Apoſtolicam conteſtationem adverſarios
„ Chriſti, & Antichriſtos appellatos, quan-
„ do ad Eccleſiam venerint, unico Eccleſiæ
„ Baptiſmo baptizandos eſſe, ut poſſint fieri
„ de adverſariis amici, & de Antichriſtis
„ Chriſtiani. „ *Hæc Cyprianus*. Acta hujus
Concilii per exteuſum quoque refert S. Au-
guſtinus lib. 3. de Baptiſmo contra Dona-
tiſtas à cap. 3. & ſeq. ubi & ſingulas Pa-
trum ſententias recenſet, quas refellit adje-
ctia reſponſionibus. Vincentiua item Lyri-
nenſis in Commonitorio meminit hujus Con-
cilii, ubi agens de rationibus iu eo ab Epiſ-
copis allegatis, ait: „ Sed fortè uovitiæ
„ adinventioni patrocinia deſuerunt? Immò
„ verò tanta vis ingenii adſuit, tantæ elo-
„ quentiæ flumiua, tantus aſſertorum nu-
„ merus, tanta veriſimilitudo, tanta Divinæ
„ Legis oracula; ſed planè novo, ac malo
„ more intellecta, ut mihi omnia illa conſ-
„ piratio nullo modo deſtrui potuiſſe vi-
„ deatur, niſi ſola tanti moliminia cauſa ipſa
„ illa ſuſcepta, ipſa defenſa, ipſa laudata
„ uovitate profeſſio deſtituiſſet. „ *Hæc Ly-
rinenſis*.

188. Hac ſuppoſitâ ſacti hiſtoriâ, quæ-
runt eruditi, an ſtantibus hujua Concilii
Actis adversùm Stephani Decretum, Epiſco-
pi qui cum Cypriano huic interfuerunt Con-
cilio fueriut excommuuicati, & à cæterorum
commuuione ſegregati? Non deſunt viri do-
cti, qui partem affirmativam tueantur; ego
tamen ſalvâ tantorum virorum reverentiâ,
ſum pro parte negativa, pro qua fortiora
argumenta meæ parvitati militare videntur.
Et quidem S. Auguſtiuus iu libro de Unico
Baptiſmo adversùs Petilianum, palam do-
cet Stephanum Papam minatum ſuiſſe eos
ſegregare, qui ſuo Decreto obſiſterent, ve-
rùm hoc non obſtante ad ſententiam non de-
veniſſe, cùm conſtet ipſum Cypriauum in
cummuuioue, & pace permanſiſſe, quamvia
aliter de Baptiſmo hæreticorum ſentiret, ac
ſeutiebat Stephanus. Etenim ſub cap. 14.
ita ſcribit Auguſtinus. „ Sed volo ſolvat
„ mihi iſte quæſtionem: qusndoquidem cùm
„ Romanæ Eccleſiæ per ordinem commemo-
„ raret Epiſcopos, inter eos commemoravit
„ & Stephanum, quos Epiſcopatum illiba-
„ tè geſſiſſe confeſſua eſt. Cùm ergo Ste-
„ phanus nou ſolùm non rebaptizaret hæ-
„ reticos, verùm etiam hoc facientes, vel
„ ut fieret decernentes, excommunicandos
„ eſſe ceuſeret, ſicut aliorum Epiſcoporum,
„ & ipſius Cypriani literæ oſtendunt; ta-
„ men cum eo Cyprianus in unitatia pace
„ permanſit. Quid hic dicturi ſuut? Excu-
„ tiaut ingenia ſua, quautùm poſſunt, &
„ utrum valeant reſpondere conſiderent. Ec-
„ ce duo erant uno tempore, ut de aliis
„ tacesm, qui diverſa ſentiebant. Duo erant
„ eminentiſſimarum Eccleſiarum, Romauæ
„ ſcilicet, & Carthagineuſis Epiſcopi, Ste-
„ phanua, & Cyprianua, ambo in unitate
„ Catholica conſtituti; Quorum Stephauua
„ Baptiſmum Chriſti in nullo iteraudum
„ eſſe cenſebst, & hoc ſacientibus, gravi-
„ ter ſuccenſebat. Cyprianus autem in hæ-
„ reſi vel ſchiſmate baptizatos, tauquam
„ nou habentea Baptiſmum Chriſti, bapti-
„ zandos in Eccleſia Catholica exiſtimabat.
„ Multi cum illo, quidam cum iſto etiam ſen-
„ tiebant, utrique cum eis in unitate conſi-
„ ſtentes. „ *Hæc S. Auguſtinus*.

189. Conſtat liquidò ex verbis Augu-
ſtini nou ſolùm Cyprianum, verùm & cæ-
teros Collegas in unitate, & communioue
cum Stephano, atque iis, qui contrarium
ſentiebant unitatem, & communionem ha-
buiſse: atqui ſi excommunicati, ſi ſegre-
gati ſuiſſent, certè cum aliia pacem nou ha-
buiſſent. Et lib. 2. de Baptiſmo cap. 2. re-
fert Cypriani verba præſato Concilio præ-
miſſa, & illa præcipuè attendens quibus ait:
*Supereſt, ut de hac ipſa quid ſinguli ſentia-
mus proſeramus, neminem judicantes, aut à
jure communionis aliquem, ſi diverſum ſen-
ſerit, amoventes*, poſtea ſubjungit: „ Nuuc
„ ſi audent ſuperbæ & tumidæ cervices hæ-
„ reticorum, adversùs ſanctam humilitatem
„ hujus ſermonis extollant inſani Donatiſtæ,
„ quos ad pacem, atque unitatem Sanctæ
„ Eccleſiæ remeare, atque in ea ſanari cu-
„ pimus & optamus. Quid ad hæc dicitis?
„ Vos certè nobis obiicere ſoletia Cypriani
„ literss, Cypriani ſententiam, Cypriani
„ Concilium. Cur auctoritatem Cypriani
„ pro veſtro ſchiſmate aſſumitis, & ejus exem-
„ plum pro Eccleſiæ pace reſpuitis?

190. Deinde urget iterum Donstiſtas ſub
cap. 6. exemplo ejuſdem Cypriani & alio-
rum, qui in communione, etſi aliter de
Baptiſmo ſentirent, permanſerunt. „ Vos
„ itaque Donatiſtæ, *ait*, quid ad hæc di-
„ citis? Si noſtra ſententia de Bsptiſmo
„ vera eſt, omnes qui aliter ſaplebant Cy-
„ priani temporibus, non ſunt ab Eccleſiæ
„ unitate ſeparati, donec illud, quod aliter
„ ſaperent Deus illis revelaret. Voa ergo,
„ quare ſeparatioue ſacrilegâ pacis vinculum
„ dirupiſtis? Si autem veſtra ſententia de
„ Ba-

Digitized by Google

Baptiſmo vera eſt, Cyprianus & cæteri, cum quibus eum tale Concilium celebraſſe perhibetis, cum eis, qui aliter ſapiebant, in unitate permanſerunt; quare vos pacis vinculum dirupiſtis? Quodlibet horum elegeritis, contra veſtram præciſionem ſententiam ferre cogimini. „ *Hæc ibi Auguſtinus*, ubi diffuſiùs proſequitur idem argumentum.

191. Porrò lib. 1. cap. 18. eandem pertractat materiam, & firmat Beatum Cyprianum cum ſuis ſemper unitatem, & pacem tenuiſſe eum iis, qui aliter de Hæreticorum Baptiſmo ſentiebant. „ Extant, *inquit*, Beati Martyris Cypriani in ejus literis magna documenta, ut ad illum jam veniam, de cujus ſibi authoritate iſti carnaliter blandiuntur, cùm ejus charitate perimantur. Nam illis temporibus, antequam Plenarii Concilii ſententiâ quid in hac re ſequendum eſſet, totius Eccleſiæ conſenſio confirmaſſet, viſum eſt ei, cum fermè octoginta Coëpiſcopis ſuis Africanarum Eccleſiarum, omnem hominem, qui extra Eccleſiæ Catholicæ communionem baptizatus fuiſſet, oportere ad Eccleſiam venientem denuò rebaptizari. Quod non rectè fieri, tanto viro nimirum propterea Dominus non aperuit, ut ejus pietas, & humilitas, & charitas in cuſtodienda ſalubriter Eccleſiæ pace pateſceret, & non ſolùm illius temporis Chriſtianis, ſed etiam poſteris, ad medicinalem, ut ita dicam, notitiam ſignarentur. Cùm enim tanti meriti, tantæ Eccleſiæ, tanti pectoris, tanti oris, tantæ virtutis Epiſcopus, aliud de Baptiſmo arbitraretur, quàm erat inquiſita diligentiùs veritas firmatura, multique ejus collegæ, quamvis liquidò nondum manifeſtatum, tamen tenerent, quod & præterita Eccleſiæ conſuetudo, & poſtea totus Catholicus Orbis amplexus eſt: non ſe ille tamen à cæteris diverſa ſentientibus, ſeparatâ communione disjunxit, & hoc etiam cæteris perſuadere non deſtitit.

192. Item lib. 5. cap. 22. meminit Epiſtolæ Cypriani ad Quintum datæ, & ait, nedum Cyprianum cum aliter ſentientibus, pacem ſervaſſe, ſed neque permiſiſſe ſuos ab illis disjungi: „ Ideoque, *ait*, etiam illa, quæ ad Quintum ſcribit Cyprianus; & illa quæ cum Collegis ſuis Liberali, Caldonio, Junio, & cæteris ad Saturninum, Maximum, & alios, benè conſiderata, nullo modo proferenda ſunt adversùs totius Eccleſiæ Catholicæ conſenſionem: cujus ſe illi membra eſſe gaudebant, unde, & ſe neque ipſi præciderunt, neque diverſa ſentientes præcidi paſſi ſunt: donec aliquando in Domini voluntate per plenarium Concilium, licèt poſt multos annos, quid eſſet rectiùs eluceret, non aliquâ novitate inſtitutâ, ſed antiquitate roboratâ.

193. Denique clariſſime idem S. Doctor eodem lib. 5. cap. 27. tradit, quòd quamvis Stephanus putaverit abſtinendos eos, qui aliter ab ipſo ſentiebant, tamen vicerit pax Chriſti, ut nulla ſciſſio ſecuta fuerit: „ Jam illa, *inquit*, quæ in Stephanum irritatus effudit, retractare nolo, quia & non opus eſt. Eadem quippe ipſa dicuntur, quæ jam ſatis diſcuſſa ſunt: & ea præterire melius eſt, quæ periculum pernicioſæ diſſenſionis habuerunt. Stephanus autem etiam abſtinendos putaverat, qui de ſuſcipiendis hæreticis priſcam conſuetudinem convellere conarentur: iſte autem quæſtionis ipſius difficultate permotus, & Sanctis charitatis viſceribus largiſſimè præditus, in unitate cum eis manendum, qui diverſa ſentirent. Ità quamvis commotiùs, ſed támen fraternè indignaretur, vicit autem pax Chriſti in cordibus eorum, ut in tali diſceptatione nullum inter eos malum ſchiſmatis oriretur. *Hactenus S. Auguſtinus*.

194. Nèque obſtant Cypriani verba in Epiſtola ad Pompejum, ubi de Stephano loquens ait: *Dat honorem Deo, qui hæreticorum amicus, & inimicus chriſtianorum, Sacerdotes Dei, veritatem Chriſti, & Eccleſiæ unitatem tuentes, abſtinendos putat?* Nàm hujuſmodi verba, non ſignificant factum, ſed animum, minas magis, quàm executionem, & vult dicere Cyprianus, Stephanum habuiſſe in animo excommunicandi, & ſegregandi eos, qui aliter ab ipſo ſentiebat: non temen quòd quidquam fuerit executioni demandatum: nàm aliàs dixiſſet, *abſtinendos eſſe vult*, aut *decrevit*, non *putat*, quia dicens *putat* ad animum reſpicit, nunquam ad factum. Et ideo S. Auguſtinus in lib. de Unico Baptiſmo adversùs Petilianum cap. 14. ſupra citato, apertis verbis dicit, Cyprianum cum ſuis, in unitate cum Stephano permanſiſſe: non enim ſic diceret ſi Cyprianus fuiſſet à Stephano abſciſſus. Immò idem Auguſtinus lib. 5. de Baptiſmo adversùs Donatiſtas cap. 25. cit. rectè dicit: *Stephanus autem, & abſcindendos putaverat, qui de ſuſcipiendis hæreticis priſcam conſuetudinem convellere conarentur*, non tamen dicit *abſcidiſſe*, immò ſubjungit: *vicit tamen inter eos pax Chriſti in cordibus eorum, ut nullum inter eos ſchiſmatis malum oriretur*, ut ſic oſtendat nunquam fuiſſe abſciſſos.

195. Apertiùs videtur loqui Firmilianus in Epiſtola ad Cyprianum data, & innuere reverà Stephanum Epiſcopos Afros excommunicaſſe. Etenim adverſus Stephanum poſt plura ad calcem prædictæ Epiſtola hæc habet: „ Quid enim humiliùs aut leniùs (*loquitur ironicè*) quàm cum tot Epiſcopis per totum mundum diſſenſiſſe: pacem cum ſingulis vario diſcordiæ genere rumpentem, modò cum Orientalibus (quod nec vos

„ la-

Digitized by Google

„ latere confidimus) modò vobiſcum, qui
„ in meridie eſtis? A' quibus legatos Epiſ-
„ copos patienter ſatis, & leniter ſuſcepit,
„ ut eos nec ad ſermonem ſaltem colloquii
„ communis admitteret: adhuc inſuper dile-
„ ctionis, & charitatis memor, præciperet
„ fraternitati universæ, ne quis eos in do-
„ mum ſuam reciperet: ut venientibus non
„ ſolùm pax, & communio, ſed & tectum,
„ & hoſpitium negaretur. Hoc eſt ſervaſſe
„ unitatem ſpiritus in conjunctione pacis,
„ abſcindere ſe à chsritatis unitate, & alie-
„ num ſe per omnis fratribus facere, & con-
„ tra Sacramentum, & Fidem contumacis
„ furore diſcordiæ rebellare. „ *Hac Firmilianus*.

196. Ex quo teſtimonio colligitur, Stephanum pacem cum Afris rupiſſe, & non alio pacto niſi illos à communione, & unitste ſccernendo. Id quod videntur oſtendere ea quæ ſubjungit, nam dicit Legstos ab Afris Romam miſſos, noluiſſe Stephanum ad colloquium admittere, nec tecto, & hoſpitio dignos cenſuiſſe. Hoc enim non alia de cauſa, niſi quis pro excommunicatis habebat, miſſos ab Epiſcopis jàm à communione ſepsratis: nàm cum excommunicatia hie ſervabstur mos, non admittendi nimirum ad colloquium, nec permittendi, ut cum cæteris fidelibus in hoſpitio reciperentur. Si ergo hoc pacto 'Stephsnus cum Afris legatis ſe geſſit, ſequitur ut per eum jam fuerint excommunicsti.

197. Baronius ad annum Domini CCLVIII. num. 16. in ſententia eſt, hujuſmoei Legatos miſſos fuiſſe sb Orientalibus: Ait enim Stephanum excommunicaſſe orientales Epiſcopos occaſione Synodi Iconienſis, cui præfuit Firmilianus, qui ut rationem redderent Apoſtolicæ Sedi, de eorum geſtis in præfato Concilio, Legatos miſerint: „ Poſt hæc *ait Baronius*, orientales Epiſcopi, qui hæc ſts-
„ tnentes Apoſtolicæ Sedis communione pri-
„ vati erant, Legatos Epiſcopos ad Stepha-
„ num Romam miſerunt, reddituros ratio-
„ nem de iis, quæ in Synodo à Collegis
„ Epiſcopis geſta eſſent. „ Hæc Baronius: neque contemnenda videntur verba Dionyſii Alexsndrini in Epiſtola ſecunda de Baptiſmo, ad Xiſtum Stephani ſucceſſorem data apud Euſeb. lib. 7. hiſt. csp. 5. in qua de Stephano ſic ſcribit: „ Antea quidem li-
„ teras ſcripſerat de Heleno, & de Firmi-
„ lisno, de omnibus denique Sscerdotihus
„ per Ciliciam, Cappadociam cunctaſque fi-
„ nitimas Provincias conſtitutis, ſe ſe ob eam
„ cauſam ab illorum communione diſceſſu-
„ rum, quòd hæreticos rebaptizarent. „ *Hac Dionyſius* Immò Chriſtophorſonus vertit: *Quòd neque cum illis quidem ob eam cauſam omninò communicare vellet: nam illi, inquit, hæreticos rebaptizant*. Quæ verba indicant illos à ſua communione ſegregaſſe. Quòd notat Baronios.

198. Deinde ſub num. 45. rationem adducit cur Stephanus magis excommunicaverit Firmilianum cum cæteris Orientalibus, qui Iconienſi Concilio adfuerant, quam Cyprianum cum ſuis, & ait hoc eveniſſe, quia illi, qui Iconienſi Concilio interfuerant, hujus erroris extiterunt primarii auctores, & ideo ſeveriori pœnâ, ac Cyprianus cum ſuis mulctandi erant. Illi enim nullo reſpectu habito ad conſuetudinem Majorum, decreto obfirmarunt ſententiam adversùs receptsm trsditionem. Subjungit poſtea ſub num. 46. Firmilianum verſatum quoque fuiſſe in errore Quartodecimsnorum, ut liquet ex illius Epiſtola, ubi dicit Romæ diverſam ſervari conſuetudinem circa hoc Feſtum, ab es quæ ſervatur in Oriente, qus etiam de cauſa vult Firmilisnum cum ſuis fuiſſe à Stephano Papa excommunicatum.

199. At diſſentiunt à Bsronio eruditi, qui contendunt Legatos Epiſcopos non ab Orientalihus ſed ab Afris fuiſſe ad Stephanum miſſos: id quod ex Firmilisni verbis deducunt, cùm Firmilisnus de psce rupta Stephani ſcribat, *modò cum Orientalibus, quod nec vos latere confidimus; modò vobiſcum, qui in meridie eſtis, à quibus legatos Epiſcopos patienter ſatis, & leniter ſuſcepit*; unde *ly à quibus* connectitur cum *Vobiſcum*, non verò cum *Orientalibus*. Et ità dicunt, Cyprianum cum ſuis, poſt ſecundam Synodum Carthaginenſem de baptizandis hæreticis, ſcripſiſſe ad Stephanum de geſtis in eo Concilio, literaſque per Epiſcopos legatos, qui eidem Concilio interfuerant miſiſſe, ut etiam voce certiorarent Pontificem, & de actis in Concilio, & de occaſione, & cauſis illud celebrandi. Stephanum verò indignè tuliſſe, quòd Africana ſynodus, adversùs totius Eccleſiæ conſuetudinem, hæreticos ſtatuiſſet rebaptizandos, & tanti ponderis, & momenti negotium inconſulto Romano Pontifice decernere eſſet auſa. Hac ergo de cauſa, fatentur, Epiſcopos legatos primùm noluiſſe admittere, ut Firmilianus ſcribit, poſtea verò admiſiſſe, & habitâ ſynodo, eos cum reſponſivis literis remiſiſſe, quarum meminit S. Cyprianus in Epiſtola 74. ad Pompejum dats. Cæterum Firmilianum Oratorum more rem amplificare, notat Valeſius in cap. 5 lib. 7. hiſt. Euſebii, & pluſquam par fuerit geſta Stephani exaggerare.

200. Porrò, ſi ut ſuperius notavimus probavimuſque tum ex ipſius Firmiliani, tùm Dionyſii Alexandrini literis, Concilium Iconienſe diù ante Stephani Pontificatum fuit celebratum; ruit tota ratio allegata à Baronio. Non enim Stephanus potuit excommunicaſſe Orientales propter decreta Iconienſis Concilii de hæreticis rebaptizandis. Neque

que

que ex Dionyſii Alexandrini teſtimonio quidquam rectè erui poteſt, quòd Stephanua excommunicaverint Orientalea. Scripſerat Stephanua, ut ſupra adnotavimus, poſt Synodum Africanam, & poſt receptam per Legatos Epiſtolam Cypriani, etiam ad Orientalea Epiſcopos, quatenua caverent, ne hæreticos rebaptizarent, additia minis, ſi non obtemperarent. Ita ſonant Dionyſii verba: *Se ſe ob eam cauſam ab illorum communione diſceſſurum, quòd hæreticos rebaptizarent.* Dicit ergo *ſe diſceſſurum*, quod verbum animum deſignat, non factum. ſubjungit poſtea Dionyſiua ſe ſcripſiſſe ad eundem Stephanum Papam ſuper hac re, indicana in maximis Conciliia deciſum fuiſſe hæreticoa eſſe rebaptizandos, proinde deprecaſſe illum, ideſt ut mitiua ſe gereret. „ Revera enim, *inquit*, „ in maximia, ut audio, Epiſcoporum Conciliia decretum eſt, ut qui ab hæreticis „ ad Catholicam Eccleſiam accedunt, primùm Catechumeni fierent; ac deinde veteria, & impuri fermenti ſordibua per Baptiſmum purgarentur. De his omnibua „ ego ad illum Epiſtolam miſi, rogans, atque obſeſtana. „ Ex his autem non colligitur Stephanum excommunicaſſe Orientales, ſed tantùm quòd propter minaa Dionyſius fuerit Stephanum deprecatus, ne Epiſcopoa illoa, Firmilianum ſcilicet, Helenum, aliosque Orientales ſegregaret, prout minatus fuerat.

201. Et quidem ipſemet Dionyſiua magia adhærebat opinioni Orientalium, quàm Stephani, id quod diſertia verbia ſcribit S. Hieronymus in libro de Scriptor. Eccleſ. in Dionyſio, inquiens; *Hic in Cypriani & Africanæ Synodi dogma conſentieus, de Hæreticis rebaptizandis ad diverſos plurimas miſit Epiſtolas.* Et liquet ex ejus tertia Epiſtola ad Philemonem data ſub Pontificatu Xyſti Succeſſoris Stephani apud Euſeb. lib. 7. hiſt. cap. 7. ubi ait: „ Illud præterca didici, „ non ab Afria ſolis hunc morem nunc primum invectum fuiſſe, ſed & multò antea, ſuperiorum Epiſcoporum temporibus. „ in Eccleſiis populoſiſſimis, & in Conciliia „ Fratrum apud Iconium, & Synnada, & „ apud alioa plurimoa idem ſancitum fuiſſe. „ Quorum ſententiaa & ſtatuta ſubvertere, „ eoſque ad jurgia, & contentiones excitare „ equidem nolim. Scriptum eſt enim: *non* „ *commutabis terminos proximi tui, quos pa-* „ *rentes tui conſtituerunt.* „ Hæc Dionyſiua, undè conſtat Dionyſium etiam ſub Xyſto eidem adhæſiſſe opinioni, quod certè non feciſſet, ſi ea de cauſa per Stephanum Papam fuiſſent Orientales excommunicati.

202. Illud verò quod dicunt, Stephanum excommunicaſſe Firmilianum cum ſuia, & quia ut Auctor primarius hujua erroria habebatur, & proinde ſeveriori pœna mulctandus, & quia proſcriptam de Paſchate ſententiam adhuc propugnabat; non videtur ſubſiſtere. Nam Cyprianus in Epiſtola ad Quintum data, fatetur non Firmiliani, ſed Agrippini ſententiam ſequi, de Firmiliano nec verbum facit, ex quo evinci poſſit illius ſententiam eſſe ſecutum. *Quod quidem*, inquit, & *Agrippinus, bonæ memoriæ vir, cum cæteris Coëpiſcopis ſuis, qui illo tempore in Provincia Africæ, & Numidia Eccleſiam Domini gubernabant, ſtatuit, & librato conſilii communis examiue firmavit. Quorum ſententiam & religioſam, & legitimam, & ſalutarem, fidei & Eccleſiæ Catholicæ congruentem, nos etiam ſecuti ſumus.* Nec ex verbia Dionyſii colligi poteſt, Firmilianum fuiſſe excommunicatum propter dogma de Paſchate, quia ſolùm de rebaptizatione hæreticorum loquitur Dionyſius: *Se ſe ob eam cauſam*, inquit, *ab illorum communione diſceſſurum, quòd hæreticos rebaptizarent*, nullâ aliâ causâ recenſitâ.

203. Denique audiendua eſt S. Hieronymus in Dial. adveraùa Luciferianoa, ubi erga finem de Cypriano nunquam à communione præciſo, ait: „ Verùm ſi voluerint „ hi, qui ab Hilario inſtituti ſunt, & oves „ ſine Paſtore eſſe cœperunt, de Scripturis „ ea proferre, quæ Beatus Cyprianua ob „ Hæreticos rebaptizandos in Epiſtolia ſuis „ reliquit, ſciant illum hæc non cum anathemate eorum, qui ſe ſequi noluerant, „ edidiſſe. Siquidem in communione eorum „ permanſit, qui ſententiæ ſuæ contrarijerant: „ ſed hortatum potiùa fuiſſe propter Novatum, & alias tunc hæreſes multaa enaſcentes, ne quiſquam ab eo ſine damnatione erroria reciperetur. „ *Hæc Hieronymus*, qui inde ſubjungena refert Cypriani verba de communione retinenda cum iis, qui aliter ſentiebant, in Epiſtola ad Stephanum Papam, & in altera ad Jubajanum data. Si ergo retinuit communionem cum iis, qui diverſa ſentiebant, ſequitur quòd illam retinuerit cum Stephano; ſi retinuit, ergo non fuit à Stephano excommunicatua.

204. Quæritur modò, an Cyprianua ſententiam ſuam retractaverit, & quid de Firmiliano & cæteria Orientalibua? De Cypriano non aſſerit abſolutè S. Auguſtinus, nam in libro 2. de Baptiſmo cap. 4. dubitanter loquitur, ait enim: „ Si Petrum laudat & prædicat ab uno poſteriore Collega patienter, concorditerque correctum, „ quantò citiùs ipſe cum Concilio Provinciæ ſuæ Orbia Auctoritati, patefactâ veritate, ceſſiſſet, quia profectò & uni verum dicenti & demonſtranti, poſſet facillimè conſentire tam ſancta anima, tam „ pacata, & fortaſſe factum eſt, ſed neſcimua. Neque enim omnia quæ illo tempore inter Epiſcopos geſta ſunt, memoriæ,

„ li-

„ literiſque mandari potuerunt, aut omnia „ quæ mandata ſunt novimus. „ *Hæc S. Auguſtinus*, qui in Epiſtola 48. ad Vincentium data, magis aſſentitur affirmativæ, quàm negativæ ſententiæ, ubi ſcribit: „ Cypria-„ nus autem ſenſiſſe aliter de Baptiſmo, „ quàm forma & conſuetudo habebat Ec-„ cleſiæ, non in Canonicis, ſed in ſuis, & „ in Concilii literis invenitur, non incon-„ gruenter tamen de tali viro exiſtimandum „ eſt, quòd correxerit, & fortaſſe ſuppreſ-„ ſum ſit ab eis, qui hoc errore nimium „ delectati ſunt, & tanto velut patrocinio „ carere noluerunt. *Et paulò poſt ſubjungit*. „ Porrò autem Cyprianus, aut non ſenſit „ omninò, quod eum ſenſiſſe recitatis; aut „ hoc poſtea correxit in regula veritatis: „ aut hanc quaſi nævum ſui candidiſſimi „ pectoris cooperuit ubere charitatis, dum „ unitatem Eccleſiæ toto Orbe creſcentis, „ & copioſiſſimè defendit, & perſeverantiſ-„ ſimè tenuit vinculum pacis. Scriptum eſt „ enim, *Charitas cooperit multitudinem peccatorum*. Acceſſit huc etiam, quòd tan-„ quam ſarmentum fructuoſiſſimum, ſi quid „ in eo fuerat emendandum, purgavit pater „ falce paſſionis. „ *Hactenus S. Auguſtinus*.

205. Cypriani autem retractatio, ſi qua fuit, ut probabiliter tradit Auguſtinus, potuit eveniſſe occaſione excitatæ à Valeriano Principe perſecutionis adversùs Chriſtianos, & quia in more erat imminente aliqua perſecutione, Chriſtianos omnes ſpiritualibus armis ad prælium ſe parare; & ſi quid diſſenſionis inter eos locum habuiſſet, ſepoſitâ quavis contentionis causâ, in ſanctæ veritatis, & charitatis vinculo, reuniri curabant. Cujus rei causâ etiam lapſi, quamvis nondum abſolutâ pœnitentiâ ad pacem & communionem admittebantur, ut ſcribit S. Cyprianus cum ſuis Coëpiſcopis in Epiſtola Synodica 57. aliàs 54. ad Cornelium data ubi ait: „ Sed enim cùm videamus „ diem rurſus alterius infeſtationis appro-„ pinquare cœpiſſe, & crebris, atque aſſi-„ duis oſtenſionibus admoneamur, ut ad cer-„ tamen, quod nobis hoſtis indicit, armati „ & parati, ſimus; plebem etiam nobis de „ Divina dignatione commiſſam exhortatio-„ nibus noſtris paremus, & omnes omninò „ milites Chriſti, qui arma deſiderant, & „ prælium flagitant, intra Caſtra Domini-„ ca colligamus, neceſſitate cogente, cen-„ ſuimus, eis qui de Eccleſia Domini non „ receſſerunt, ſed pœnitentiam agere, & „ lamentari, ac Dominum deprecari à pri-„ mo lapſus ſui die non deſtiterunt, pa-„ cem dandam eſſe, & eos ad prælium, „ quod imminet, armari, & inſtrui opor-„ tere. Obtemperandum eſt namque oſten-„ ſionibus, atque admonitionibus juſtis, ut „ à Paſtoribus oves in periculo non deſe-„ rantur, ſed grex omnis in unum congre-„ getur, & exercitus Domini ad certamen „ militiæ cœleſtis armetur. „ *Hæc Cyprianus*. Non ergo veriſimile eſt, ut tantus Epiſcopus, qui tantâ curâ utebatur & diligentiâ, ut omnes fideles in unum copularentur, & intra Eccleſiam ſub Paſtore ſuo reciperentur, quoties perſecutio aliqua imminebat, voluerit ipſe cum ſuis, accedente perſecutione, à ſuo capite, hoc eſt à Romano, & totius univerſalis Eccleſiæ Epiſcopo diſſentire, & non in perfecto charitatis vinculo conjungi.

206. Mota fuit ſub Valeriano Principe dira in Chriſtianos perſecutio, anno Domini CCLVII. ipſo Valeriano Auguſto IV. & Licinio III. Gallieno III. Coſſ. ineunte anno, paucis poſt Concilium Carthaginenſe menſibus, continuavitque per annos fere tres cum dimidio, juxta ſimilitudinem ex Apocalypſi allegatam à Dionyſio Alexandrino in Epiſtola ad Hermammonem apud Euſebium lib. 7. hiſt. cap. 10. *Et data eſt illi poteſtas, & menſes XLII.*, in ea ſublatus eſt Stephanus Papa, inde Xyſtus, qui Stephano ſucceſſerat, quem poſtea Martyrio coronatum, ſecutus eſt Cyprianus. Anno primo hujus perſecutionis in exilium demandatum Cyprianum, ſcribit Pontius ejus Diaconus exilii comes, poſt exactum exilii annum Martyrium ſubiiſſe pariter affirmat, & poſt acceptum Nuntium de Xyſti Martyrio. Non in loco exilii, ſed Carthagine poſt reditum ab exilio. Idem Cyprianus in Epiſtola 80. aliàs 82. ad Succeſſum data Summam Valeriani Reſcripti adversùs Chriſtianos refert, inquiens: „ Reſcripſiſſe Valerianum ad Se-„ natum, ut Epiſcopi, & Presbyteri, & „ Diacones incontinenti animadvertantur: „ Senatores verò & viri egregii, & Equites „ Romani, dignitate amiſsâ, etiam bonis „ ſpolientur, & ſi ademptis facultatibus Chri-„ ſtiani eſſe perſeveraverint, capite quoque „ mulctentur; Matronæ ademptis bonis in „ exilium relegentur: Cæſariani quicumque „ vel priùs confeſſi fuerint; confiſcentur, & „ vincti in Cæſarianas poſſeſſiones deſcripti „ mittantur.

207. Communicaverat tunc temporis cum Romana Eccleſia Cyprianus, nec ulla diſſenſio amplius inter ipſum, & præfatam Eccleſiam vigebat, hac de cauſa ad Urbem Legatos miſerat, ut certior redderetur de iis, quæ hac ſtante perſecutione ibi accidebant, ut ipſe teſtatur in præcitata ad Succeſſum Epiſtola, ubi ait: *Sciatis autem eos veniſſe, quos ad Urbem propter hoc miſeram, ut quomodocumque de nobis reſcriptum fuiſſet, exploratam ſibi veritatem ad nos referrent*. Nec dedignati ſunt qui in Clero Romæ conſiſtebant, Nuntium ad Cyprianum mittere de Xyſti, & Quadrati Martyrio, undè

undè in eadem Epiſtola ait: *Xyſtum autem in cæmeterio animadverſum ſciatis, octavo Iduum Auguſti, & cum eodem Quadratum.* Quam notitiam habuiſſe à Nuntio Româ ad eum miſſo, ſcribit Pontius in Cypriani vita, dicens: *Jam de Xyſto bano, & pacifico Sacerdote, ac propterea beatiſſimo Martyre, ab Urbe Nuncius venerat.* Quæ omnia perfectiſſimam conſenſionem indicant inter Cyprianum, & Eccleſiam Romanam, undè probabiliſsimam reddunt Augnſtini opinionem de Cypriano, quòd priorem ſententiam ſuam reſcidiſſet, & in eandem cum Eccleſia Romana conſenſiſset.

208. De Firmiliano verò, ac cæteris Orientalibus, major videtur difficultas propter teſtimonium ſupra allegatum Dionyſii Alexandrini, tùm in Epiſtola ad Xyſtum Papam, tum in altera ad Philemonem data, quibua oſtendit etiam poſt Stephanum, & ſub Pontificatu Xyſti Orientales in ſententia perſtitiſſe, cui & ipſe Dionyſius adhæſerat. Etiam ætate Baſilii Magni videtur eandem diſciplinam ſuiſſe ſervatam, cùm in Epiſtola Canonica ad Amphilochium can.47. dicat: „ Encratidæ, & Saccophori, & Apo„ tactitæ ſubiiciuntur eidem rationi, cui „ & Novatiani, quia de illis editus eſt Ca„ non, etſi diverſus: quæ autem ſunt ad„ versùs eos ſilentio prætermiſſa ſunt, noa „ autem unà ratione eos rebaptizamus, ſi „ autem prohibita eſt apud voa iſta reba„ ptizatio, ſicut & à Romanis, alicujua „ œconomiæ gratià, noſtra tamen oratio vi„ res obtineat. *Hæc Baſilius.* Si enim Orientales priorem ſententiam reſcidiſſent, ætate Baſilii in Oriente non ſniſſet retenta. Immo, & can. 1. ſcribit de Firmiliano, & Cypriano, quòd tenuerint ſententiam de rebaptizandis hæreticis, nullâ factâ mentione de retractatione: „ Verùm enim verò, *in„ quit*, antiquis viſum eſt, Cypriano dico, „ & noſtro Firmiliano, eos omnes uni cal„ culo ſubiicere, Catharos, & Encratitas, „ & Hydropraſtaa, quoniam ſeparationia „ quidem principinm per ſchiſma, qui au„ tem ſe ab Eccleſia abjunxerunt, non ha„ bent amplius in ſe gratiam ſpiritus.

209. Attamen his non obſtantibus probabile eſt & ipſos quoque ſententiam correxiſſe. Etenim conſtat octennio poſtea, ſub anno VI. Pontificatus Dionyſii, Imperii Gallieni XII. Anno Domini CCLXIV. eodem Gallieno VI. & Saturnino Coſſ. ſivè novennio poſtea, ut aliis placet, ſub Conſulatu II. Valeriani Cæſaris, & L. Ceſonii Lucilli Macri Ruſiniani, anno Domini CCLXV. præfuiſſe Firmilianum Concilio Antiocheno celebrato contra Paulum Samoſatenum, eique Helenum quoque interfuiſſe, alioſque pariter Epiſcopos, qni cum Firmiliano de Hæreticorum Baptiſmo idem docuerant, ut liquet ex Euſebio lib. 7. hiſt. cap. 27. & 28. Etenim agens priùs de Hæreſi Panli Samoſateni, & de Concilio Antiocheno adveraùs eam congregato, ſubjungit ſtatim de Epiſcopia, qui eidem interſuerant, aitque: „ In„ ter quos maximè eminebant Firmilianus „ Cæſareæ Cappadocum Epiſcopus: Gre„ gorius, & Athenodorua fratrea, Eccle„ ſiarum apud Pontum Epiſcopi: Helenus „ quoque Tharſi, & Nicomas Iconii An„ tiſtites.

210. Porrò in ſecunda Synodo Antiochena contra eundem Paulum celebrata anno Domini CCLXIX. ut notat Pagiua, ſive CCLXX. aut CCLXXII. prout aliia placet, magno cum honore fit mentio de Firmiliano, nam In Epiſtola Synodica ad Dionyſium Papam, alioſque per Orbem diſperſos Epiſcopos, apud Euſebium lib. 7. hiſt. cap. 30. appellatur *Beatæ recordatianis vir*, dicitur inde bis Antiochiam acceſſiſſe, ut dogma Sabellii damnaret: *Firmilianus verò cùm bis Antiochiam veniſſet, damnavit quidem dogmatis ab illo invecti, novitatem.* Subjungitur denique paratum ſuiſſe iterum Antiochiam repetere, expertum jam Pauli improbitatem, quem priùs ſub promiſſione retractandi ſententiam, indamnatum dimiſerat: *Nunc quoque Antiochiam venturus erat Firmilianus, & jam Tharſum uſque pervenerat: quippe improbitatem hominis Deum negantis antea fuerat expertus.* Morte verò præventum minime acceſſiſſe, concluditur. Certè non tanti magnifacerent præſatæ Synodi Patres & præſentiam, & auctoritatem Firmiliani apud Dionyſium Romanum Pontificem, ſi adhuc adversùs Decretum Stephani Dionyſii anteceſſoris, de non baptizandis hæreticis in ſententia ſtetiſſet: proinde veriſimile eſt, ſe accommodaſſe Decreto Romani Pontificis, priori retractatâ ſententiâ. Hinc eſt etiam quòd Græci inter Sanctorum album Firmilianum adſcriptum retinent, cujus Feſtum in eorum Menologio conſignatum eſt die vigeſimâ octavâ menſis Octobris.

211. Deinde ipſi Donatiſtæ faſſi ſunt Orientales ſententiam ſuam reſcidiſſe. Hoc liquet ex D. Auguſtino lib. 3. contra Creſconium Grammaticum cap. 2. & 3. In exordio enim cap. 2. ait: „ Majores autem veſtri, „ quibus tale teſtimonium perhibuiſti, quòd „ ab Orientalium propterea communione „ diſcreti ſunt, quia illi ſuum judicium „ reſciderunt, quo eis placuerat de iſta Ba„ ptiſmi quæſtione Cypriano, atque illi „ Africano Concilio conſentire oportere, „ contra Cyprianum fecerunt. „ *Hæc Auguſtinus*, ubi rationem affert, qnia Cyprianua etſi aliter de Baptiſmo definiviſſet, à communione tamen non receſſit, nec ab aliis diverſa ſentientibus ſuos ſeparari permiſit, ut

ut ex literis ejuſdem manifeſtum eſt. Illis poſtea dicentibus non ex animo talia ſcripſiſſe Cyprianum, ſed ob timorem excommunicationis; Auguſtinus occurit dicens, non eſſe credibile tantum virum voluiſſe mentiri, & decipere tot Epiſcopos in Concilio congregatos, quos ad unionem, & communionem ſervandam cum cæteris aliter ſentientibus in ipſa Concilii aperitione maximè eſt hortatus. Deinde invehit in eos, quòd contra Cypriani ſententiam fecerint, ſe ab Orientalibus ſegregando, qui diverſa ab Eccleſia Romana ſentiebant, & eadem ac ipſi Donatiſtæ. Sed cùm Donatiſtæ dicerent, Orientales ſententiam priorem reſcidiſſe, Auguſtinns dicit potiùa correxiſſe, quàm reſcidiſſe. „ Proinde, *inquit cap.* 3. Si omninò jam credendum ſit, quinquaginta Epiſcopis Orientalium id eſſe viſum, quod „ ſeptuaginta Afris, vel aliquanto etiam „ pluribus contra tot millia Epiſcoporum, „ quibus hic error in toto Orbe diſplicuit, „ cur non potius etiam ipſos paucos Orientales, ſuum judicium correxiſſe dicamus, „ non ut tu loqueris reſcidiſſe? „ *Hactenus Auguſtinus*. Fuit ergo etiam inter Donstiſtas opinio firma, Orientales à ſententia receſſiſſe, primamque opinionem reſcidiſſe, & ut rectius Auguſtinus loqnitur, correxiſſe. Et hac de cauſa dicebant ſe ab Orientalibus ſegregaſſe, quemadmodum ab Eccleſia Catholica, quia Baptiſmum hæreticorum defendebat, quem ipſi prorſus improbabant.

212. Aliud argumentum deſumit Baronius ad annum Domini CCLIX. ut concludat ſub Stephano Papa ſopitam fuiſſe hujuſmodi quæſtionem, & tam Africanos, quàm Orientalea in Stephani ſententiam, propriâ revocatâ conſenſiſſe, ex verbis Dionyſii Alexandrini in Epiſtola ad Stephanum Papam, de concordia, & pace Eccleſiarum, apud Euſebium lib. 7. hiſt. cap. 5. ubi ait: „ Scias autem frater cunctas per Orientem, „ & ulteriùs poſitaa Eccleſias, quæ priùs „ ante diſciſſæ, nunc tandem ad unitatem „ reverſas eſſe: & omnes Eccleſiarum ubicumque Antiſtitea unum idemque ſentire, „ & ob redditam inſperatò pacem, incredibili gaudio exultare: Demetriannm ſcilicet Epiſcopum Antiochiæ, Theoctiſtum „ Cæſareæ, Æliæ poſt mortem Alexandri „ Mazabanem, Marinum Tyri, Laodiceæ „ verò poſt Thelymidris obitum Heliodorum: Helenum Tharſi, cunctaſque Ciliciæ Eccleſias: Firmilianum denique cum „ univerſa Cappadocia. „ *Hæc Dionyſius*. Baronius verò ſub num. 1. ait: „ Hæc quidem à Dionyſio ad Stephanum ſcripta, „ non de alia diſſenſione, quàm de ea, quæ „ de rebaptizatione excitata, totum planè „ Orientem commoverat: non de Novatiani ſchiſmate, quod nonniſi Antiochenam „ Eccleſiam exagitavit, eſſe intelligenda, „ nemo non videt. „ *Hæc Baronius ibi*. Sed & ſub num. 2. recitatia Dionyſii verbis ſtatim ſubjungit: „ Hucuſque ex Epiſtola Dionyſii Euſebius: quæ quidem haud potnit „ ſcripta eſſe de pace ex ſchiſmate Novatiani. Nam eſto quòd illud ſchiſma deſierit, attamen ſubortâ mox de rebaptizatione ſub Stephano controverſiâ, & ſciſſo „ in diverſaa ſententias Oriente, uihil eſt, „ quòd ea de mutua omnium concordia, & „ pace Eccleſiæ ad Stephanum ſcribere Dionyſius potuiſſet; niſi hoc anno, cùm nondum à Valeriano fuerat adveraùs Chriſtianos perſecntio promulgata, pax in omnibua inter Epiſcopos ſtabilita fuiſſet. „ *Hactenus Baronius*. Qui ſub num. 4. concludit, quòd ſi omnes Eccleſiæ Orientales, in unam eandemque conſpirantes ſententiam, fuerant pacia vinculo copulatæ, non erit dubitandum, quin & Cyprianus cum ſuis, eandem ſententiam ſuerint amplexi.

213. Eruditi tamen à Baronio diſſentiunt, aſſernntque Dionyſium ea in Epiſtola loqui de pace, & concordia inita inter Eccleſias Orientales, ſciſſas priùs occaſione ſchiſmatis Novati, & Novatisni, & controverſiæ de non recipiendis lapſis. Id quod videtur innuere Euſebius lib. 7. hiſt. cap. 4. ubi agens de Epiſtolis, quas Dionyſius ſcribit, & præcipuè ad Stephanum Papam, ait: „ Ad hunc igitur, ut dixi, multa de hoc „ argumento Dionyſius per literas ſcripſit. „ In quibus id tandem illi indicat, omnes „ ubique Eccleſias, mollito jam perſecutionia furore, Novati turbulentam novitatem deteſtantes, inter ſe pacem iniiſſe. *Hæc Euſebius*, qui ſtatim allegata Epiſtolæ verba ſubnectit. Hinc Valeſius notat, quòd Epiſtola Dionyſii duo capita continebat: primùm an rebaptizandi eſſent hæretici; ſecundum de concordia Eccleſiarum Orientis, quæ Novatisni hæreſim damnaverant, & lapſos recipiendos eſſe ſtatuerant. Et ſubjungit: „ Huic igitur ſententiæ Demetrianum Epiſcopum Antiochiæ, quæ caput „ erat Orientis, & reliquos ſubſcripſiſſe nunciat Dionyſius: quod quidem Stephano „ gratiſſimum fore ſciebat, cùm Fabius deceſſor Demetriani in Novatiani ſententiam „ pronior fuiſſet, & congregato ex Cilicia, „ Cappadocia, Palæſtina, & Ægypto Epiſcoporum Concilio, eam ſtabilire conatus „ fuiſſet, ut ſcribit Dionyſius apud Euſebium in fine libri 6. „ *Hæc Valeſius*.

214. Pagius quoque in ſua Critica ad Annalea Baronii ad annum CCLVI. num. 15. idem cum Valeſio tradit, inquiens: „ De „ ſchiſmate enim Novati diviſas fuiſſe Orientia Eccleſias conſtat, & de hac diviſione „ ſcribit ad Stephanum Dionyſius Alexandrinus, quòd ſciret, hoc non parum Pon-

„ tificem permoturum ad relinquendam pacem Eccleſiæ, quæ antea tam fœde diſrupta, nunc primùm novâ facie ad gaudium fidelium incipiebat floreſcere. Significat itaque Dionyſius concordiam Eccleſiarum Orientis, quæ Novatiani hæreſim damnaverant, & lapſos recipiendos eſſe ſtatuerant: nuntiatque huic ſententiæ Demetrianum Epiſcopum Antiochiæ, quæ caput erat Orientis, & reliquos ſubſcripſiſſe. Quare Euſebius tantùm loquitur de unione Eccleſiarum Orientis inter ſe, non verò cum Stephano. „ *Hæc Pagius*, ſubjungens poſtea, ſub Stephano initam non fuiſſe pacem in cauſa de rebaptizandis hæreticis, cùm conſtet ipſum Dionyſium, poſt Stephani mortem, & ſub Xyſti Pontificatu, eidem ſententiæ de rebaptizandis hæreticis adhæſiſſe, ut ex ejus Epiſtola ad Xyſtum, & clarius ex altera ad Philemonem data perſpicuum fit.

215. Itaque abſimile non eſt hanc Epiſtolam ſcriptam fuiſſe à Dionyſio eodem anno, quo poſt Antiochenum ſecundum Concilium de rebaptizandis hæreticis, cœpta fuit controverſia inter Epiſcopos Afros, & Cornelium, & quidem occaſione Epiſtolarum ejuſdem Stephani Eccleſias illas ſcindere minantis, quas etiam, ut dictum eſt, ad Orientales Eccleſias miſerat, ut ita habitâ notitiâ de ſopito ſchiſmate Novatiani, & initâ omnium Eccleſiarum Orientalium pace, retraheret Stephanum à propoſito de ſegregandis tot Eccleſiis, quæ nuper in ſanctæ charitatis vinculo, poſt longas diſſenſiones, fuerant copulatæ. Tempus porrò, quo hujuſmodi Epiſtola ſcripta fuerit, indicat Euſebius, cùm dicat eam ſcriptam, cùm jam perſecutionis furor emollitus fuerat, & tunc temporis Eccleſias illas, abjecto Novati & Novatiani ſchiſmate, eorum hæreſi deteſtatâ, pacem inter ſe iniiſſe: quod quidem accidit anno I. Stephani Papæ, qui fuit annus ſecundus incohatus Valeriani Imperatoris.

216. Moverat Decius ſeptimam in Chriſtianos perſecutionem Anno Domini CCL. ipſo Decio, & Annio Maximo Grato Coſſ. Anno ſequenti ſublato Decio, non ceſſavit perſecutio: nam ſub Gallo, & Voluſiano multi paſſi ſunt Martyres, inter quos Romæ paſſus eſt Cornelius Papa. Gallo & Valuſiano ſublatis, ſucceſſit Æmilianus militaribus ſuffragiis Imperator acclamatus, qui poſt tres menſes Imperium cum vita amiſit, ſucceſſitque Licinius Valerianus cum Gallieno Filio, anno Domini CCLIV. ipſomet Licinio Valeriano II. & Gallieno Coſſ. Neque ſtatim ubique repreſſa fuit perſecutio: nam anno II. incohato ſui Imperii Romæ Martyrium ſubiit Lucius Papa, cui Stephanus ſucceſſit, anno Domini CCLV. Imper. Valeriano III. & Imper. Gallieno II. Coſſ. Non enim juſſu Valeriani perſecuti tunc erant Chriſtiani, ſed Deciana adhuc perſecutio vigebat, quam ſtatim undique cohibere non potuit Valerianus: eodem tamen anno illam repreſſiſſe credendum eſt, nam idem Dionyſius in Epiſtola ad Hermammonem apud Euſebium eodem lib. 7. cap. 10. ſcribit, Valerianum in initio ſui Imperii valde humanum benevolumque erga Chriſtianos ſe geſſiſſe: „ Neque enim, „ *inquit*, ullus ſuperiorum Principum, ne „ illi quidem ipſi, qui palam Chriſtiani „ fuiſſe dicuntur, tantâ humanitate, ac „ benevolentiâ noſtros complexus eſt, quantam ille præſeferebat initio principatus „ ſui. Totaque ejus familia piis hominibus abundabat, ac Dei Eccleſia eſſe videbatur. „ *Hæc Dionyſius*. Hinc anno immediatè ſequenti, quo cuncta in Oriente ſedata fuerant, qui fuerat annus II. incohatus Stephani, occaſione præfatæ controverſiæ de rebaptizandis hæreticis, & Decreti Stephani Papæ adversùs Afrorum ſententiam, veriſimile eſt Dionyſium primam Epiſtolam de Baptiſmo ſcripſiſſe ad Stephanum Papam, quâ conatus fuit, recitatâ Eccleſiarum Orientalium pace, eum à comminata excommunicatione cohibere.

217. Correxiſſe itaque ſententiam ſuam tum Afros cum Cypriano, tum Orientales cum Heleno & Firmiliano, probabiliſſimum eſt, non tamen ſub Stephano, ſed magis ſub Xyſto Stephani ſucceſſore, occaſione excitatæ perſecutionis per Valerianum Principem, ut ſupra dictum eſt, & quidem propter teſtimonium Dionyſii Alexandrini in Epiſtola ad Xyſtum data, & in altera ad Philemonem, quas ſcriptas exiſtimandum eſt in initio illius Pontificatus, quando adhuc ipſe Dionyſius adhærere videbatur Afrorum, cæterorumque Orientalium ſententiæ.

218. Neque obſtant allegata Baſilii teſtimonia: nam can. I. narrat opinionem fuiſſe Cypriani, & Firmiliani, eſſe rebaptizandos hæreticos, & verum dicit, quia in hac opinione fuerunt: præſcindit poſtea, an correxerint hanc opinionem nec ne, quia ſui inſtituti non erat. Nec ipſe Baſilius in hac fuit ſententia; immo ait: *Sed quoniam nonnullis Aſiaticis omninò viſum eſt, propter multorum œconomiam & diſpenſationem, eorum Baptiſma ſuſcipi; ſuſcipiatur*. Admittit ergo illorum Baptiſmum Baſilius. Neque agit ibi de omnium Hæreticorum Baptiſmo, ſed de illorum, quos ibi recenſet, ſicut & can. 47. agit de Baptiſmo, quo utebantur Encratitæ, Saccophori, & Apotactitæ, quem ſibi videbatur eſſe reiiciendum, quia Deum Marcionis recipiebant, & in illius nomine baptizabant: nec tamen abſolutè loquitur, ſed adhuc dubitativè, ex quo ſci-

ret

Google

ret à Romanis ſuſtineri: & ideo veram ſententiam ad Concilii diffinitionem remittit, cùm dicat: *Quamobrem ſi hoc placuerit, oportet plures ſimul eſſe Epiſcopos, & ſic canonem exponere, ut & is qui fecit ſit extra periculum, & qui reſpondet, in reſponſione de his fide dignus habeatur*. Cæterum S. Hieronymus in Dial. adversùs Luciferianos ante finem, apertè tradit eoſdem illos Epiſcopos, qui cum Cypriano ſtatuerunt rebaptizandos hæreticos, mutatâ ſententiâ, novum emiſiſse Decretum. „ Conatus eſt Beatus Cyprianus, *inquit*, contritos laqueos fugere, nec bibere de aqua aliena: & idcircò Hæreticorum Baptiſma reprobans, ad Stephanum tunc Romanæ Urbis Epiſcopum, qui à Beato Petro viceſimus ſextus fuit, ſuper hac re Africanam Synodum direxit, ſed conatus ejus fruſtra fuit. Denique illi ipſi Epiſcopi, qui rebaptizandos hæreticos cum eo ſtatuerant, ad antiquam conſuetudinem revoluti, novum emiſere Decretum.

219. An Stephanus omnes, & quoſcumque hæreticos ſine baptiſmo recipiendos cenſuerit, dubitatur? Et quidem propter Decretum Stephani relatum à Cypriano in Epiſtola 74. ad Pompejum data, ſub his nimirum terminis conceptum: *Si quis ergo à quacumque hæreſi venerit ad nos, nihil innovetur, niſi quod traditum eſt, ut manus illi imponatur in pœnitentiam: cùm ipſi hæretici propriè alterutrum ad ſe venientes non baptizent, ſed communicent tantùm*. Hoc autem ſtante, Joannes Caſtrienſis in Annalibus Cyprianicis ad annum CCLVI. ſub num. 3. concludit tam Cyprianum, omnes & quoſcumque hæreticos rebaptizandos voluiſse, quàm Stephanum ſine novo Baptiſmo ſuſcipiendos; „ Vera enim, *inquit*, utriuſque ſententia univerſali propoſitione conſtabat. Si Stephanum ſpectes; omnes ab hæreticis quibuſcumque baptizati, reverſi ab hæreſi, in Eccleſia recipi debent, ſine legitimo baptiſmo. Si Cyprianum ſpectes; nullus in aliqua hæreſi, aut ſchiſmate primò baptizatus, ab hæreſi aut ſchiſmate reverſus ſine Baptiſmo legitimo recipi debet. „ *Hæc Caſtrienſis*, qui ſubjungit has propoſitiones non eſse contradictorias, ut una de neceſſitate vera ſit, altera falſa, ſed contrarias, & ambas falſas: quia nec omnes in hæreſi baptizati recipiendi ſunt ſine novo baptiſmo, nec omnes ſunt rebaptizandi.

220. Porrò ad eandem comprobandam ſententiam producit Teſtimonium S. Auguſtini contra Petilianum cap. 14. ubi de Cypriano, & Stephano diverſa in hac re ſentientibus, ſcribens, ait: „ Erant duarum eminentiſſimarum Eccleſiarum, Romanæ ſcilicet & Carthaginenſis, Epiſcopi duo, Stephanus & Cyprianus, ambo in unitate Catholica conſtituti: quorum Stephanus Baptiſmum Chriſti, in nullo iterandum eſse cenſebat, & hoc facientibus graviter ſuccenſebat; Cyprianus autem in hæreſi vel ſchiſmate baptizatos, tanquam non habentes Baptiſmum Chriſti, baptizandos in Eccleſia Catholica exiſtimabat. *Hæc Auguſtinus*, qui cùm dicat, Stephanum baptiſmum Chriſti in nullo iterandum eſse cenſuiſse, videtur Stephanum in ea fuiſse ſententia, ut omnes hæretici rebaptizarentur, & ſine novo Baptiſmo reciperentur, & è converſo Cyprianum voluiſse, ut omnes rebaptizarentur. Ita etiam explicat Pearſonius. Aſſentitur & Launojus in Epiſtola ad Jacobum Bevilaquam, quod probat ex eo quod Cyprianus pluris quàm Stephanus ſemper in Eccleſia habitus fuerit, unde ipsâ Eccleſiâ judice, ait, videri Stephanum errorem Cypriani damnando, in contrarium errorem abreptum.

221. Attamen non ita uſurpanda eſt Stephani ſententia, ut voluerit quoſcumque hæreticos quomodocumque baptizatos, etiam non ſervatâ debitâ formâ, aut non adhibitâ ſtatutâ materiâ, ſine novo Baptiſmo eſse recipiendos. Tantùm decrevit omnes & quoſcumque hæreticos in hæreſi baptizatos in forma Eccleſiæ, & verâ materiâ adhibitâ, non eſse rebaptizandos: non enim in controverſia aliquando fuit, an rebaptizandi eſsent illi, qui non ſervatâ formâ nec materiâ Chriſti baptiſmatis, baptizati erant. Nam perſpicuum ſemper fuit in Eccleſia, hujuſmodi verum Baptiſma non ſuſcipere. Controverſia ergo fuit de Baptizatis in forma Eccleſiæ, ſervatis omnibus ad verum Baptiſmum requiſitis, ſed ab hæreticis, & extra Eccleſiam Catholicam; hos enim rebaptizandos cenſebat Cyprianus, non ex eo quòd in eorum baptiſmo ſervata non fuerint omnia ad illius eſsentiam requiſita, quæ in Eccleſia Catholica ſervantur; ſed tantùm quia extra Eccleſiam baptizati, & à miniſtris extra Eccleſiam poſitis, nec gratiam nec Spiritum Sanctum habentibus, ut ex Cypriani literis, & ex Actis Concilii III. Carthaginenſis liquet. In contrarium verò Stephanus eos ſine novo Baptiſmo ſuſcipiendos eſse ſuo Decreto firmavit.

222. Et certè ſtatum controverſiæ exponit Firmilianus in Epiſtola ad Cyprianum data, ubi ait, non putaſſe Stephanum eſſe attendendum Miniſtrum baptizantem, ſed formam à Miniſtro ſervatam, invocationem ſcilicet Sanctiſſimæ Trinitatis in baptizando. „ Illud quoque abſurdum, *inquit*, quòd non putant quærendum eſſe, quis ſit ille qui baptizaverit, eò quòd qui baptizatus ſit, gratiam conſequi potuerit, invocatâ Trinitate nominum Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. „ *Hæc Firmilianus*, qui paulò infra,

infra, ut oſtendat diſertiſſime controverſiam verſari de hæreticis baptizatis in forma Eccleſiæ Catholicæ, ſed extra Eccleſiam, impugnat Stephani ſententiam exemplo cujuſdam Mulieris præſtigioſæ, quæ etiam ſervatâ formâ & invocatâ Trinitate baptizabat, cujus Baptiſma deteſtatur Firmilianus, & ait, in Stephani ſententia oportere recipi. „ Atqui illa Mulier, *ait*, quæ priùs per præſtigias, & fallacias Dæmonis, multa ad deceptionem fidelium moliebatur, inter cætera quibus plurimos deceperat, etiam hoc frequenter auſa, ut & invocatione non contemptibili, ſanctificare ſe panem, & Euchariſtiam facere ſimularet, & Sacrificium Domino non ſine Sacramento ſolitæ prædicationis offerret: Baptizaret quoque multos uſitata, & legitima verba interrogationis uſurpans, ut nil diſcrepare ab Eccleſiaſtica regula videretur. Quid igitur de hujus Baptiſmo dicemus, quo nequiſſimus Dæmon per Mulierem baptizavit? Nunquid, & hoc Stephanus, & qui illi conſentiunt comprobant? Maximè cui nec Symbolum Trinitatis, nec interrogatio legitima, & Eccleſiaſtica defuit? „ *Hactenus Firmilianus*. Unde palam fit, Stephanum approbaſſe Baptiſmum in forma Eccleſiæ collatum, quamvis ab hæreticis, & extra Eccleſiam. Ideo dum dicit: *Si quis à quacumque hæreſi venerit ad nos, nihil innovetur niſi quod traditum eſt*, ideſt, à quacumque hæreſi ubi ſervatur vera forma Baptiſmi, & adhidetur vera materia, *nihil innovetur:* quia de his ſolùm hæreticis verſabatur controverſia. In quo ſenſu etiam loquitur Auguſtinus contra Petilianum cap. 14. dum de Stephano ait: *In nullo iterandum eſſe cenſebat*, ideſt in nullo hæretico in forma Eccleſiæ, licèt extra Eccleſiam baptizato, iterandum baptiſma cenſebat.

223. Inſtare poſſunt verba Cypriani in Epiſtola 74. ad Pompejum, ubi in initio, relato priùs decreto Stephani, illud explicans ſubjungit: „ A' quacumque hæreſi venientem baptizari in Eccleſia vetuit, ideſt, omnium hæreticorum Baptiſmata juſta eſſe, & legitima judicavit. Et cum ſingulæ hæreſes ſingula Baptiſmata, & diverſa peccata habeant, hic cum omnium Baptiſmo communicans, univerſorum delicta in ſinum ſuum coacervata congeſſit. „ *Hæc Cyprianus*, quibus verbis indicat, mentem Stephani fuiſſe, omnium indiceriminatim hæreticorum baptiſmum approbaſſe.

224. Ad hanc inſtantiam fortaſſe quis dicere poſſet, Cyprianum infenſum in Stephanum, ut faciliùs haberet unde illum reprehenderet, Decretum Stephani aliter explicaſſe ac reverà mens Stephani fuerat, & quòd Stephanus de omnibus hæreticis in forma Eccleſiæ, quamvis extra Eccleſiam baptizatis, ſanciverat, extendere voluiſſe indiſcriminatim ad omnes, & univerſos hæreticos, uteumque, & quomodocumque baptizantes. At non cogimur talia pronunciare de Cypriano, cùm optimè explicari poſſint ejuſdem Cypriani verba de Baptiſmo omnium hæreticorum baptizantium ſervatâ forma Eccleſiæ Catholicæ: Et quidem hanc fuiſſe mentem Stephani, non obſcurè indicat in ſequentibus, ubi reprobans ſententiam Stephani, ait: „ Aut ſi effectum Baptiſmi Majeſtati nominis tribuunt, ut qui in nomine Jeſu Chriſti ubicumque, & quomodocumque baptizantur, innovati, & ſanctificati judicentur; cur non in ejuſdem Chriſti nomine illic, & Manus baptizato imponitur, ad accipiendum Spiritum Sanctum? „ *Hæc Cyprianus*, unde apparet ſolam controverſiam extitiſſe de hæreticis baptizantibus in forma Eccleſiæ, adeout ſub nomine omnium hæreticorum, ſolùm veniant univerſi illi hæretici, qui nihil detraxerunt eorum, quæ ad ſubſtantiam Baptiſmi pertinent.

225 In hoc quoque ſenſu poſtea S. Hjeronymus in Dialogo adversùs Luciferianos, prope finem ſcribit Eccleſiam Catholicam ſemper Hereticorum baptiſma ſuſcepiſſe: *Si enim Hæretici baptiſma non habent, & ideo rebaptizandi ab Eccleſia ſunt, quia in Eccleſia non fuerunt, ipſe quoque Hilarius non eſt Chriſtianus. In ea quippe Eccleſia baptizatus eſt, quæ ſemper ab hæreticis baptiſmum recepit*. Et infra apertis verbis ſcribit, priſcos Eccleſiæ Patres ſemper omnes hæreticos in pœnitentiam, ſine iterato baptiſmo ſuſcepiſſe. „ Quòd ſi negandum quiſpiam putaverit, *inquit*, Hæreticos à Majoribus noſtris ſemper fuiſſe ſuſceptos, legat Beati Cypriani Epiſtolas, in quibus Stephanum Romanæ Urbis Epiſcopum, & inveteratæ conſuetudinis lacerat errorem. Legat, & ipſius Hilarii libellos, quos adversùs nos de hæreticis rebaptizandis edidit; & ibi reperiet ipſum Hilarium confiteri, à Julio, Marco, Sylveſtro, & cæteris veteribus Epiſcopis, ſimiliter in pœnitentiam omnes hæreticos ſuſceptos; nec tamen ſibimet veritatis conſuetudinem præjudicare debere. „ *Hec S. Hieronymus*. In illo ergo eodem ſenſu, quo Hieronymus ſcribit omnes hæreticos ſine iterato Baptiſmo in Eccleſia fuiſſe ſuſceptos, Stephanus quoque ſancivit, venientes à quacumque hæreſi non eſſe baptizandos.

226. Exilis denique eſt Launoij conjectura, quòdquia in Eccleſia pluris habitus fuerit Cyprianus, quàm Stephanus, ideo Stephanus damnando errorem Cypriani in contrarium errorem abreptus fuerit. Etenim ob viri Sanctitatem, ob Chriſtianæ diſciplinæ ſtudium, & animi fortudinem in ea propugnan-

Digitized by Google

gnandi, ſæviente perſecutionum tempeſtate, tùm etiam ob amorem Eccleſiæ univerſæ, & Catholicæ unitatis, ob doctrinæ præſtantiam, & famam quę ipſi inter Eccleſiæ Patres nobilem locum obtinuit, aliaque ejuſmodi, meruit in Eccleſia pluria quàm Stephanus honorari. Etiam Beatus Laurentius Chriſti Martyr pluris habetur in Eccleſia quàm Xiſtus Papa, non tamen proindè ſequitur Xiſtum in aliquem errorem lapſum fuiſſe. Patet ergo levitas conjecturæ Launoij.

227. De natura porrò hujus controverſiæ inquirendum eſt, nùm ſcilicet Cyprianus & Afri, Firmilianus quoque & Orientales cum illo, exiſtimaverint hujuſmodi controverſiam verſari in materia fidei, an verò ſolius diſciplinæ? Et quidem videtur Cyprianus exiſtimaſſe rem eſſe de fide, nàm in Epiſtola 74. ad Pompejum, in initio ſententiam Stephani errorem appellat contra Chriſtianos, & contra Eccleſiam Dei: *Quo lecto*, ait, *magis ac magis ejus errorem denotabis, qui hæreticorum cauſam contra Chriſtianos, & contra Eccleſiam Dei aſſerere conatur*. Porrò in eadem Epiſtola ſcribit Stephanum, humanam traditionem anteponere Divinæ diſpoſitioni, adeout putaverit ſententiam Stephani in humana traditione fundatam eſſe, ſuam verò in Divina Ordinatione; *Et ſi baptiſma*, inquit, *nonniſi unum eſt, quod apud nos eſt, & intus eſt, & ſoli Eccleſiæ de Divina dignatione conceſſum eſt; quæ iſta obſtinatio eſt, quæve præſumptio, humanam traditionem Divinæ diſpoſitioni anteponere*. Si ergo invaliditas Baptiſmi hæreticorum in Divina ordinatione fundamentum habet, ad fidem magis quàm ad diſciplinam ſpectabit; cùm verò Cyprianus crediderit ſuam ſententiam in Divina ordinatione fundatam, putavit certè eſſe materiam ad fidem ſpectantem.

228. Denique in Epiſtola ad Jubajanum conſuetudini allegatæ à Stephano pro valore Baptiſmi hæreticorum opponit veritatem revelatam à Spiritu Sancto, de illius invaliditate: „ Proinde, *inquit*, fruſtra quidam, „ qui ratione vincuntur, conſuetudinem no- „ bis opponunt; quaſi conſuetudo major ſit „ veritate, aut non id ſit in ſpiritalibus ſe- „ quendum, quod in melius fuerit à San- „ cto Spiritu revelatum. „ Credidit ergo Cyprianus unum in Eccleſia Baptiſmum, & hunc in ſola Catholica Eccleſia, minime extra illam, & penes hæreticos habere locum, quia ſic Deus revelaverit. Atqui id quod eſt à Deo revelatum ad fidem ſpectat, nequaquam ad ſolam diſciplinam; ergo Cyprianus exiſtimavit hujuſmodi materiam ad fidem ſpectare. Et ideo ſubjungit: „ Ignoſci enim poteſt ſimpliciter erranti, ſicut „ de ſe ipſo dicit Apoſtolus Paulus: *Qui* „ *primò*, inquit, *fui blaſphemus, & perſe-* „ *cutor, & injurioſus: ſed miſericordiam me-* „ *rui, quia ignorans feci*. Poſt inſpirationem „ verò, & revelationem factam, qui in eo „ quod erraverat, perſeverat prudens & ſciens, „ ſine venia ignorantiæ peccat. Præſumptio- „ ne enim, atque obſtinatione quadam ni- „ titur, cùm ratione ſuperetur. „ *Hactenus Cyprianus*.

229. In contrarium tamen ſolidiora militant argumenta ex ejuſdem Cypriani literis deprompta. Nam in Epiſtola 71. ad Quintum data, utique ſcribit ad calcem illius, ſuam de rebaptizandis hæreticis ſententiam, ab Agrippino prius, & cæteris illius collegis ex Africa, & Numidia in unum collectis, firmatam, eſſe Religioſam, legitimam, ſalutarem, fidei, & Eccleſiæ Catholicæ congruentem; non tamen dicit eſſe de fide. Exiſtimaverant ſolùm Cyprianus ad fidem Catholicam magis accedere, quàm oppoſitam; non tamen eſſe ut dogma fidei tenendam. Nam in fine Epiſtolæ 72. ad Stephanum, expoſitâ ſuâ & ſuorum Collegarum ſententiâ, ipſâque diverſis rationibus probatâ, non damnat contrariam, nec dicit non ſuſtineri, immò fatetur unumquemque in hac materia ſuâ libertate uti poſſe. „ Cæterum ſcimus, „ *inquit*, quoſdam quod ſemel imbiberint „ nolle deponere, nec propoſitum ſuum fa- „ cile mutare; ſed ſalvo inter collegas pa- „ cis, & concordiæ vinculo, quædam pro- „ pria, quæ apud ſe ſemel ſint uſurpata, „ retinere. Qua in re nec nos vim cuiquam „ facimus, aut legem damus, cùm habeat „ in Eccleſiæ adminiſtratione voluntatis ſuæ „ arbitrium liberum. *Hæc Cyprianus*. Atqui in iis quæ ad fidem ſpectant, nemini licet, ſive Laico, ſive Eccleſiaſtico, ſive Epiſcopo, aliter ſentire ac fides docet. Si ergo in ſententia Cypriani, cuique liberum erat, ex duabus unam quam ſibi liberat ſequi ſententiam; evidens eſt, Cyprianum non exiſtimaſſe eſſe fidei dogma. Id quod magis confirmat in fine Epiſtolæ ad Jubajanum, ubi poſtquam, & compluribus rationibus, & ſcripturis conatus fuerit ſuam firmare ſententiam, contrariam tamen damnare non eſt hauſus, ſed in libertate pariter aliter ſentientium illam reliquit: *Hæc tibi breviter*, ait, *pro noſtra mediocritate reſcripſimus, frater chariſſime, nemini præſcribentes, aut præjudicantes, quominus unuſquiſque Epiſcoporum quod putat faciat, habens arbitrij ſui liberam poteſtatem*. Denique in ipſo Concilio Carthaginenſi III. octaginta ſeptem Epiſcoporum, in quo communi ſuffragio deciſum fuit rebaptizandos hæreticos, proteſtatur idem Cyprianus nemini ſe velle vim facere, etiamſi aliter ſentiret, ſinitque in cujuſvis libertate illam ſequi ſententiam, quæ ſibi placuerit. „ Neque enim, *inquit*, quiſquam noſtrum Epiſcopum ſe Epiſcoporum conſtituit, aut ty-

„ ran-

„ rannico terrori ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuos adigit; quando habeat omnis Epiſcopus pro licentia libertatis, & poteſtatia ſuæ, arbitrium proprium; tàmque judicari ab alio non poſſit, quàm nec ipſe poteſt judicare. Sed expectemua univerſi judicium Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui unus & ſolus habet poteſtatem, & præponendi nos in Eccleſię ſuæ gubernatione, & de actu noſtro judicandi. „ *Hæc Cyprianus*.

230. Cùm porrò contrariam ſententiam ut errorem condemnat, non ſumit errorem prout adverſatur fidei, ſed in magis latâ ſignificatione, error enim non minus cadit in rebus ad fidem ſpectantibus, quàm ad diſciplinam, datur etiam error in iis quæ etiam pro Eccleſiaſtica Diſciplina à Majoribus ordinata ſunt. Dùm verò dicit Stephanum humanam traditionem anteponere Divinæ diſpoſitioni, non quòd firmiter crederet fuiſſe ſic à Deo ordinatum, aliàs non potuiſſet non contemnere aliter ſentientes, non ſibi licuiſſet cum eis communionem tenere; ſed quia ipſi videbatur ex rationibua, & ſuo diſcurſu ità ſequi, relicto aliorum ratiocinio, ex quo contrarium deducebant indemnato. Sic pariter illativè, & juxta ſuum ratiocinium ſuam ſententiam Divinitus revelatam dicebat, non tamen firmiter credendo ſuiſſe revelatam, & de fide tenendam, aliàs in libertate non reliquiſſet contrarium aſſeverantes: unde potuit, & revelationem latiſſimè ſumere, prout omnis veritas cujuſvis ordinis ſit, ſive ad fidem, ſive ad diſciplinam ſpectet, à Deo eſt, qui prima eſt veritas, & à quo omne donum perfectum deſcendit

231. Certum eſt Cyprianum, cæteroſque Epiſcopos conatos eſſe ex Scripturia eruere ſententiam de rehaptizandis hæreticis; ex Scripturis quoque Stephanua, & qui cum eo erant, non eſſe rebaptzandoa hæreticos oſtendere curabant, ſed ut ait Auguſtinus lib. 1. contra Creſconium Grammaticum, pro neutra parte manifeſtæ erant Scripturæ. Ait enim cap. 31. „ Ab hæreticis ergo venientem probate in Scripturis Canonicis denuò baptizandum: Nam, & noa proferimus Petro dictum: *Qui lotus eſt ſemel, non opus habet iterum lavari*. Sed etiam voa dicitia, Petrus non fuerat apud hæreticoa baptizatus. Proinde quia nec vos poteſtia proferre de Scripturia, quarum nobis communis eſt Auctoritas, ab hæreticis venientem denuò baptizatum, nec nos ita ſuſceptum: quantum ad hanc rem attinet, par nobis cauſa eſt. „ *Hæc S. Auguſtinus*. Et ita conſtat S. Cyprianum illativè tantùm putaſſe revelatam veritatem ſuiſſe ſententiam de rebaptizandis hæreticis.

232. Proinde idem S. Auguſtinus lib. cit. cap. 33. ad conſenſum univerſalem Eccleſiæ revocat ſententiam de valore Baptiſmi hæreticorum, inquiens: „ Quamvis hujus rei certè de Scripturis Canonicis non proferatur exemplum, earundem tamen Scripturarum etiam in hac re à nobis tenetur veritas, cùm hoc facimus, quod universæ jam placuit Eccleſiæ, quam ipſarum Scripturarum commendat auctoritas, ut, *quoniam Sancta Scriptura fallere non poteſt, quiſquis falli metuit hujus obſcuritate quæſtionis, eandem Eccleſiam de illa conſulat, quam ſine ulla ambiguitate Sancta Scriptura demonſtrat*. „ Hactenus S. Auguſtinua. Patet ergo hanc controverſiam magis Traditioni, quàm Scripturis fuiſſe innixam: & quia utraque pars perſuaſum ſibi videbatur, ſuam ſententiam Scripturis Sanctis congruere, contrariam cenſebat Divinæ diſpoſitioni adverſari, prout Cyprianus ipſe exiſtimabat, ut loquitur in Epiſtola ad Jubajanum.

233. Deinde ipſemet S. Hjeronymus in Dial. contra Luciferianos ſatis indicat hujuſmodi controverſiam creditam fuiſſe à Cypriano de mera Diſciplina, inquiens: „ Verùm ſi noluerint ii, qui ab Hilario inſtituti ſunt, & Oves ſine Paſtore eſſe cœperunt, de Scripturis Sanctis ea proferre, quæ Beatus Cyprianus ad hæreticos rebaptizandos in ſuis Epiſtolis reliquit; ſciant illum hæc non cum anathemate eorum, qui ſe ſequi noluerunt edidiſſe, ſiquidem in communione eorum permanſit, qui ſententiæ ſuę contraierant; ſed hortatum potiùs fuiſſe propter Novatum, & alias tunc hæreſes multas enaſcentes, ne quiſquam ab eo ſine damnatione erroris reciperetur. „ *Hæc Hieronymus*, ſubiiciens poſtea verba Cypriani in Epiſtola ad Stephanum, pro conſervanda unione cum iis, qui aliter ſentiebant. Patet ergo non ad fidem ſpectare hujuſmodi Controverſiam exiſtimaſſe Cyprianum, nam in rebua fidei, locus nunquam fuit aliter ſentiendi, & in Diffinitionibus fidei anathema dicebatur illis, qui eia adverſabantur, ut Conciliorum omnium Acta demonſtrant.

234. Denique hoc idem ex Sancto Auguſtino diverſis in locis palam fit nam lib. 2. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 4. humilitatem, & charitatem Cypriani, in eo quòd aliter â ſua opinione ſentientes, non damnaverit, & in eorum communione ſtare voluerit, & ſtandum aliis mandaverit, & cap. 5. obſcuriſſimam fuiſſe quæſtionem illam dicit, undè & unitatem tenuiſſe Cyprianum aſſerit, & Charitatem: unitatem non ſe ab iis qui aliter ſentiebant ſeparando; charitatem verò, amplectendo contra proprium ſenſum, ſibi oſtenſam veritatem. Si ergo obſcura quæſtio adhuc ſub Cypriano erat, ſequitur nondum fuiſſe diffinitam, & ità non potuiſſe Cyprianum exiſtimare ſuam ſententiam de

fide

de tenendam eò vel maximè, quia ut ait Auguſtinus, & ſupra ſæpius repetitum eſt, cum aliter ſentientibus communicare voluit.

235. Modò videndum eſt, An in aliquo univerſali Concilio, & in quo controverſia iſta definita fuerit. Definitam in plenario Concilio tradit S. Augnſtinus in libris de Baptiſmo contra Donatiſtas, nam lib. 1. cap. 7. ait: „ Jam enim nè videar humanis argumentis agere, quoniam quæſtionis hujus „ obſcuritas, prioribus Eccleſiæ temporibus „ ante ſchiſma Donati, magnos viros, & „ magnâ charitate præditos, patres Epiſcopos ita inter ſe compulit ſalva pace diſceptare, atque fluctuare; ut diù Conciliorum „ in ſuis quibuſque regionibus diverſa ſtatuta nutaverint, donec plenario totius orbis Concilio, quod ſalubriter ſentiebatur, etiam remotis dubitationibus, firmaretur. *Et cap.* 18. Nam illis temporibns, *inquit*, antequam plenarii Concilii ſententiâ, quid in hac re ſequendum eſſet, totins Eccleſiæ conſenſio confirmaſſet, „ viſum eſt ei cum fermè octuaginta Coëpiſcopis ſuis Africanarum Eccleſiarum, omnem „ hominem, qui extra Eccleſiæ Catholicæ „ communionem baptizatus fuiſſet, oportere ad Eccleſiam venientem denuò baptizari.

236. Deinde lib. 2. cap. 4. ait: „ Nec „ nos ipſi tale aliquid auderemus aſſerere, „ niſi univerſæ Eccleſiæ concordiſſima auctoritate firmati: cui & ipſe ſine dubio cederet, ſi jam illo tempore quæſtionis hujus veritas eliquata, & declarata per plenarium Concilium ſolidaretur. *Et cap.* 9. „ Poſtea tamen, *ait*, dum inter multos ex „ utraque parte tractatur, & quæritur, non „ ſolùm inventa eſt, ſed etiam ad plenarii „ Concilii auctoritatem roburque perducta, „ poſt Cypriani quidem paſſionem, ſed antequam nos nati eſſemus. *Et lib.* 3. *cap.* 2. „ Si forte aliqui ex transmarinis terris, longèque diſcretis, nullo quidem ſive plenario, ſive ſaltem regionali Concilio, ſed „ Epiſtolari colloquio commoti ſunt, ut hoc „ eſſe faciendnm putarent, quod & conſuetudo Eccleſiæ priſtina non habebat, & „ poſtea Catholicus Orbis terrarum robuſtiſſimâ firmitate conſenſionis excluſit. „ *Hæc Auguſtinus.*

237. Cùm porrò S. Doctor nec levem quidem mentionem faciat quo in Concilio plenario controverſia diffinita fuerit, remanſit eruditis locus divinandi, ſed in diverſas abierunt ſententias. Nonnulli exiſtimarunt hoc plenarium Concilium non aliud fuiſſe præter Concilium Generale Conſtantinopolitanum I. In eo namque de hac materia editus eſt canon, ut Arriani, Macedoniani, Sabbatiani, Cathari, Teſſareſcedecatitæ, Tetraditæ & Apollinariſtæ, ſine novo baptiſmate reciperentur: Eunomiani verò, Montaniſtæ qui dicuntur Phryges, Sabelliani, & omnes è Galatæ regione venientes, ut Græci reciperentur, ac proinde eſſent iterum baptizandi, ut liquet ex canone 9. unde videtur tunc, adhibitâ diſtinctione de hæreticis qui veram formam in baptizando ſervabant, & qui formam à Chriſto inſtitntam non ſervabant, litem fuiſſe terminatam: & hac eadem de canſa in fidei confeſſione, ſive ſymbolo, appoſitum eſſe & hunc Articulum. *Confitemur unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum.*

238. Verùm hæc opinio non concordat cùm teſtimonio Augnſtini, nam S. Auguſtinus lib. 2. de Baptiſmo cap. 9. cit. palam fatetur, hanc controverſiam terminatam eſſe in plenario Concilio celebrato poſt Cypriani Martyrium, & antequam ipſe natus eſſet. Natus enim eſt B. Auguſtinus Tagaſte in Numidia anno Domini CCCLV. Conſtantii Imperatoris anno XIX. Liberii Papæ IV. Arbetio, & Mauritio Lolliano Coſſ. Concilium porrò Conſtantinopolitanum I. celebratum eſt anno Domini CCCLXXXI. Imperii Gratiani XV. Valentiniani Junioris VII. Theodoſii III. Damaſi Papæ anno XVI. Flavio Evagrio ſive Eucherio, & Flavio Syagrio Coſſ. agente Auguſtino annum ſuæ ætatis XXVI. undè non potuit hoc Concilium illud eſſe, de quo loquitur S. Doctor, cùm dicat celebratum antequam ipſe naſceretur. Nec poſſunt explicari verba Auguſtini de ipſius ſpiritali nativitate, quando ſcilicet in Eccleſia Cathnlica renatus fuit: nam ſicut dicit poſt naturalem & veram mortem S. Cypriani celebratum, ita etiam ante veram & naturalem ſuam nativitatem, non verò ante ſpiritalem.

239. Proinde alii cenſent hoc Concilium fuiſſe Capuanam Synodum celebratam occaſione Antiochenæ diſſenſionis, & in cauſa Bonoſi hæretici impugnantis Virginitatem B. Mariæ: In ea enim editum Canonem dicunt, ne fierent rebaptizationes, reordinationes, & Epiſcoporum translationes, ut refert Binius in Notis ad hanc Synodum tom. 1. Concil. & habetur in can. 38. Concilii Carthaginenſis III. *Illud autem ſuggerimus, mandatum nobis, quod etiam in Capuenſi plenaria Synodo videtur ſtatutum, non liceat fieri rebaptizationes, & reordinationes, & translationes Epiſcoporum.* Cujus Synodi meminit etiam S. Ambroſius Epiſt. 78. & 79. At neque hæc opinio concordat cum S. Auguſtino, cum hæc Synodus celebrata ſit Domini CCCLXXXIX. Syricii Papæ anno VI. Valentiniani Junioris anno XV. Theodoſii II. & Arcadii VII. Flav. Timaſio, & Flav. Promoto Coſſ. ætatis S. Auguſtini anno 34. & ita non antequam naſceretur S. Auguſtinus.

240. Launojus porrò hiſce relictis opinio-

nionibus, in Opuſculo hac de re edito, ſtat pro Synodo I. Arelatenſi. Et ita Sirmondus in Præfat. ad Lectorem tom. 1. Concil. Galliæ. Etenim in eo Concilio can. 8. ſancitum eſt: „De Arianis, qui propriâ lege „ ſuâ utuntur, ut rebaptizentur placuit. Si „ ad Eccleſiam aliqui de hac hæreſi vene„ rint, interrogent eos noſtræ fidei Sacer„ dotes Symbolum. Et ſi perviderint, in „ Patre, & Filio, & Spiritu Sancto eos „ baptizatos, manus eis tantùm imponatur, „ ut accipiant Spiritum Sanctum. Quòd ſi „ interrogati non reſponderint hanc Trini„ tatem, baptizentur.„ *Hæc ibi*. Conſtat hoc Concilium celebratum eſſe anno Domini CCCXIV. Sylveſtri Papæ anno I. Conſtantini Magni Imperii IX. & Licinii VIII. Cejonio Ruſo Voluſiano, & Anniano Coſſ. in cauſa Cæciliani & Donatiſtarum: & certè ante natum S. Auguſtinum.

241. Porrò hanc Synodum plenariam fuiſſe, innuunt Patres Concilii Arelatenſis II. celebrati anno Domini CCCXXX. Sylveſtri Papæ XVII. Imperii Conſtantini anno XXV. Gallicano, & Symmacho Coſſ. qui can. 18. inquiunt. *Ad Arelatenſis Epiſcopi arbitrium, Synodum congregandam* (ad quam Urbem *ex omnibus Mundi partibus, præcipuè Gallicanis, ſub Sancti Martini tempore* (aliàs Marini) *legimus celebratum fuiſſe Concilium, atque Conveneum*) *ſi quis commonitus, infirmitatis cauſâ defuerit, perſonam vice ſuâ dirigat*. Concilium ergo cui interfuerunt Epiſcopi ex omnibus Mundi partibus, plenarium fuiſſe negari non poteſt. Item Conſtantinus Magnus, cujus mandato præfatum Concilium celebratum legimus, in Epiſtola ad Creſtum Syracuſanum Epiſcopum data, apud Euſebium lib. 10. hiſt. cap. 5. teſtatur, ad illud conveniſſe ex infinitis locis Epiſcopos: „Quoniam igitur plurimos ex diver„ ſis, ac propè infinitis locis Epiſcopos in „ Urbem Arelatenſem intra Calendas Au„ guſti juſſimus convenire: Tibi quoque „ ſcribendum eſſe cenſuimus, ut accepto „ publico vehiculo à viro clariſſimo Latro„ niano Correctore Siciliæ, adjunctis tibi „ duobus ſecundi ordinis, quos tu eligen„ dos putaveris, tribus item ſervulis, qui „ in itinere vobis miniſtrare poſſint, intra „ eundem diem ad prædictum locum occur„ ras.„ *Hæc Conſtantinus*. Si itaque ex infinitis propè locis Epiſcopi convenerunt ad Arelatenſem Synodum, optimè potuit ab Auguſtino appellari Concilium plenarium.

242. Conſtat inſuper ex Epiſtola ejuſdem Conſtantini ad Abluvium data, ex diverſis Provinciis vocatos fuiſſe Epiſcopos ut ad præfatam Synodum convenirent, nimirum ex Bizacena, Tripolitana, Numidia, Mauritania, atque Hiſpania, præter Galliarum, & Italiæ Epiſcopos, adeout videatur penè ex univerſo orbe Chriſtiano collectos fuiſſe Epiſcopos. Et quamvis in Epiſtola Synodica Concilii præfati, ſolùm triginta trium Epiſcoporum nomina recenſeantur, nimirum, Marinus, Acratius, Natalis, Theodorus, Proterius, Vocius, Verus, Probatianus, Cæcilianus, Fauſtinus, Surgentius, Gregorius, Reticius, Ambitauſus, Terminatius, Merocles, Pardus, Adelfius, Hibernius, Fortunatus, Ariſtaſius, Lampadius, Vitalis, Maternus, Liberius, Gregorius, Creſcens, Avitianus, Daphnus, Orantalis, Quintaſius, Victor, & Epictetus; attamen in majori certè numero interfuerunt, adeout S. Auguſtinus in lib. 1. contra Epiſtolam Parmeniani, cap. 5. non renuat dicere cauſam Cæciliani in Concilio Arelatenſi à ducentis Judicibus fuiſſe judicatam. *Si autem*, inquit, *poſt dictam cauſam, prolatamque ſententiam, eum traditorem didiciſſe perhibent, uſque adeo dementes ſunt homines, ut ducentos judices, apud quos victi ſunt, victis litigatoribus credant eſſe poſtponendos*.

243. Itaque videtur hujuſmodi Concilium fuiſſe plenarium ex numero ipſo Epiſcoporum, qui eidem interfuerunt; ac in eo definitam controverſiam de Hæreticorum Baptiſmo, ex Canone allegato liquet, quem conditum fuiſſe propter Afros rebaptizare hæreticos volentes, ipſa Synodica Epiſtola Arelatenſis Synodi ad Sylveſtrum Papam data, apertis verbis innuere videtur. In ea enim dicitur: *De Afris autem, quòd propriâ lege ſuâ utantur ut rebaptizent, placuit ut ad Eccleſiam ſi aliquis hæreticus venerit, interrogent eum Symbolum: & ſi perviderint eum in Patre & Filio, & Spiritu Sancto eſſe baptizatum, manus tantùm ei imponatur: quòd ſi interrogatus Symbolum, non reſponderit Trinitatem, tunc meritò baptizetur*. Hæc in præfata Epiſtola, quæ habetur poſt Geſta Purgationis Cæciliani, & Felicis, inter opera Optati Facundii Hermianenſis, & obſervationes Gabrielis Albaſpinæi. Eandem refert Binius tom. 1. Concil. pag. mihi 270. Et ideo corrigendus eſt Canon VII. prout legitur apud Binium, & alios collectores Conciliorum, ubi dicitur. *De Arianis, qui propria lege ſua utuntur*, nam legendum eſt: *De Afris, quòd propriâ lege ſuâ utantur*, prout habetur in præallegata Epiſtola Synodica, & in quibuſdam antiquis codicibus, ut obſervat idem Binius, quemadmodum & legitur apud Frontonem Ducæum in notis ad eundem Canonem. Et meritò, quia anno Domini CCCXIV. quo Concilium Arelatenſe celebratum firmavimus, nondum Ariana hæreſis vires acceperat, immò nondum exorta: non ergo Patres illius Concilii reſpicere potuerunt Arianos, qui non erant.

Digitized by Google

244. In contrarium verò his non obſtantibus exiſtimant alii eruditi viri, non Arelatenſe, ſed primum Nicænum Concilium fuiſſe, illud plenarium, de quo loquitur S. Auguſtinus. Ita Bellarminus lib. 1. de Sacram. in Genere cap. 26. Thomas Hauzeur tom. 2. Anotom. oper. S. Auguſtini ad libros de Baptiſmo contra Donatiſtas, Bail in Summa Concil. tom. 2. in Controverſia Concilii Arelatenſis I. Pagius in Critica ad Annales Baronii ad annum Domini CCCXIV. num. 17. & ſeq. & alii complures tam antiqui, quàm recentiores. Moventur quia S. Auguſtinus non ſolùm appellat plenarium Concilium, ſed *plenarium totius Orbis*, ſicut in libro 1. de Baptiſmo adversùs Donatiſtas cap. 7. *Ut diù Conciliorum in ſuis quibuſque regionibus diverſa ſtatuta nutaverint: donec plenario totius orbis Concilio, quod ſaluberrimè ſentiebatur, etiam remotis dubitationibus firmaretur*. Et lib. 6. cap. 2. *Audeo tamen dicere eum aliter ſenſiſſe de ſchiſmaticis, vel hæreticis baptizandis, quàm poſtea veritas prodidit, non ex mea, ſed ex univerſæ Eccleſiæ ſententia plenarii Concilii authoritate roborata, atque firmata*.

245. Deinde lib. 2. cap. 3. impugnat Auguſtinus Donatiſtas, allegantes pro reiterando baptiſmate & Cypriani Epiſtolas, aliorumve Epiſcoporum, & Concilia in Africa, & Aſia celebrata, dicens Epiſcoporum Epiſtolas cedere debere ſcripturis Canonicis, particularia & regionalia Concilia, Conciliis plenariis, quæ ex univerſo Orbe Chriſtiano celebrantur. „Epiſcoporum literas, „ *inquit*, poſt confirmatum canonem vel „ ſcriptæ ſunt, vel ſcribuntur, & per ſer„ monem fortè ſapientiorem cujuslibet in ea „ re peritioris, & per aliorum Epiſcopo„ rum graviorem auctoritatem Doctorum„ que prudentiam, & per Concilia licere „ reprehendi, ſi quid in cis fortè à veri„ tate deviatum eſt. Et ipſa Concilia, quæ „ per ſingulas Regiones, vel Provincias fiunt, „ plenariorum Conciliorum auctoritati, quæ „ fiunt ex univerſo Orbe Chriſtiano; ſine „ ullis ambagibus cedere. „ *Hactenus S. Auguſtinus*. Dicit ergo controverſiam definitam in plenario Concilio ex univerſo Orbe Chriſtiano collecto, cui cedere debuerant regionalia Concilia in Africa, & Aſia celebrata. Atqui Arelatenſe Concilium tale non fuit, non enim ex univerſi Orbis Epiſcopis collectum fuit, benè verò Nicænum; ergo S. Auguſtinus pro plenario Concilio non Arelatenſe intellexit, ſed Nicænum I. Oecumenicum.

246. Et hanc eſſe mentem Auguſtini magis conſtare videtur ex iis, quæ contra eoſdem Donatiſtas ſcribit lib. 4. contra Creſconium Grammaticum cap. 55. ubi Donatiſtas jactantes ſe eſſe in Eccleſia plenaria, & Catholica, reprehendit quòd audeant partem Donati appellare Eccleſiam plenariam, quæ non erat niſi in Africa. „ Quid eſt, „ *inquit*, quod reſpondere voluiſti, ideo „ ſeparationem factam quod nos foras effe„ mus propulſi, veſtri autem in Eccleſia „ plenaria & Catholica remanſerunt? Hoc „ ſi totidem verbis Maximianenſes dicant, „ quid reſpondebis, niſi nec refelli dignos, „ ſed tantùm rideri; qui Eccleſiam plena„ riam cum Epiſcopis jam minus, quàm „ centum, contra tantam numeroſitatem, „ ac multitudinem, cui amplius, quàm tre„ centi præſident, audeant affirmare. *Et* „ *paucis interjectis*, quo igitur ore, *ſubjun*„ *git*, contra Eccleſiam à ſolis ortu uſque „ ad occaſum promiſſam voce veritatis, & „ redditam, audes Eccleſiam plenariam di„ cere partem Donati, cùm ipſa non ſit „ niſi Africæ, Illa verò cum tot gentibus, „ ſit & Africæ? „ *Hactenus S. Auguſtinus*. Si ergo de mente S. Doctoris non poteſt Eccleſia plenaria dici illa, quæ tantùm in una Orbis parte, ſive regione exiſtit, ſed illa tantùm quæ in univerſo Orbe diffuſa eſt; de mente ipſius neque plenarium Concilium illud erit, quod non conſtat ex Epiſcopis in univerſo Orbe diſperſis. Arelatenſe igitur ex diverſarum tantùm regionum Epiſcopis, plenarium non erit: tale erit Nicænum ex totius Orbis collectis Epiſcopis celebratum.

247. Porrò idem S. Auguſtinus Concilium Arelatenſe appellat Epiſcopale judicium, ſic lib. 2. contra literas Petiliani cap. 92. *Si autem quod verum eſt, petentibus tum majoribus veſtris Epiſcopale judicium, dederat Conſtantinus, & apud Romam, & apud Arelatum*. Et lib. 4. contra Creſconium Grammaticum cap. 7. *Ad quem rurſus alterum Epiſcopale judicium provocaverunt*. Et in Breviculo Collationum cum Donatiſtis, collat. tertiæ diei, cap. 19. *Commemoraus etiam in Arelatenſi oppido pro Cæciliano factum Epiſcopale judicium*. Sic pariter in lib. poſt collationem cap. 25. *Ubi apparebat Cæcilianus, & ab eorum prædeceſſoribus apud Imperatorem accuſatus, & tot judiciis non ſolum Epiſcopalibus, ſed etiam Imperialibus abſolutus*. Denique in Epiſtola 68. ad Januarium Epiſcopum data de Immanitate Circumcellionum: *Ille alterum Epiſcopale judicium dedit habendum in Arelatenſi Galliæ Civitate*. Non ergo de mente Auguſtini pro plenario Concilio accipiendum eſt Arelatenſe, ſi Judicium magis Eccleſiaſticum in cauſa Cæciliani appellat, quàm Concilium. Et certè ab eo Judicio Donatiſtæ iterum appellarunt ad Imperatorem, quod non facile feciſſent, ſi illud Judicium fuiſſet Oecumenici Concilii, à Concilio enim Univerſali, & Oecumenico non erat facile appellare. Et S. Auguſtinus potuiſſet fortiùs ur-

gere Donatiſtas, quòd Judicio Concilii Oecumenici ſtare noluiſſent.

248. Rurſus idem S. Doctor tradit cauſam Cæciliani diſcuſſam, & deciſam in Concilio Arelatenſi, toti Orbi incognitam fuiſſe. Sic lib. 4. contra Creſconium cap. 25. „ Sed licuerit Epiſcopis veſtris, neſcio quo Donatiano vel Numidico privilegio, de ſuo ignorare collega quidquid tota Africa conclamabat; cùm Afris, ab Afris objecta crimina, nunquam probata toties abſoluta, Orientalibus & Occidentalibus terræ finibus ignota eſſe non ſinant. „ In lib. quoque 1. contra Literas Petiliani cap. 12. idem pariter ſcribit, inquiens: „ Ipſi verò fratres noſtri memoratarum Eccleſiarum filii, quid ante tot annos in Africa geſtum ſit, & tunc neſcierunt, & modò neſciunt; unde illos crimina, quæ ab eorum parte Afris objecta ſunt, etiamſi vera eſſent ignorantes, contaminare non poſſent. „ *Hæc ibi*. Denique in lib. de Unitate Eccleſiæ cap. 2. Sæpe inculcat cauſam Cæciliani & Donatiſtarum, Orbi terrarum fuiſſe ignotam. Agens enim ibi S. Doctor adverſùs Donatiſtas contendentes Catholicos eſſe contaminatos propter contagionem illorum, qui Sacros codices perſecutoribus tradiderant, dicit majorem partem Orbis terrarum, etiamſi illa crimina vera fuiſſent, non potuiſſe contaminari, cùm non innoteſcerent univerſis prædicta crimina. „ Porrò, *inquit*, ſi crimina traditionis, & perſecutionis vera volunt eſſe, quæ obiiciunt, & falſa quæ obiiciuntur à nobis, nec ſic purgantur à crimine ſchiſmatis. Ad quoſdam quippe illa pertinere poſſunt, non ad univerſum Orbem Chriſtianum. *Et paulò poſt*. Profectò dicturi ſunt hoc ipſo ſe non contaminatos, quod neſcierunt. Quomodo ergo contaminatus eſt Orbis, qui neſcit adhuc, an vera ſint iſta, quæ dicuntur? *Et item*. Ac per hoc, ut dixi, innocens eſt Orbis terrarum, qui crimina, quæ ab illis in quoſdam dicuntur, etiamſi vera dicantur, ignorat. *Et poſtea*. Quid peccavit Orbis terrarum, qui cauſam illam malos judices habuiſſe neſcivit, & eos malè judicaſſe non credidit, de quibus judicare non potuit? Sicut enim reorum ſcelus ſi Judices latuit, non eos utique contaminavit, ſic & Judicum ſcelus, ſi aliquod fuit, quia Orbem terrarum latuit, eum profectò contaminare non potuit. „ *Hactenus Auguſtinus*. Itaque non videtur Arelatenſe Concilium fuiſſe univerſale, & Oecumenicum in quo Donatiſtarum cauſa acta fuit; ſi enim Oecumenicum, cauſa ibi definita non latuiſſet Orbem Terrarum, univerſæ per Orbem diſperſæ Eccleſiæ optimè noviſſent Acta in ea Synodo, ſicut optimè noverunt Acta in cæteris aliis Synodis Oecumenicis.

249. Ex hactenus allatis concludunt, qui Arelatenſem Synodum non univerſalem fuiſſe contendunt, ad Nicænam I. Synodum reſpexiſſe Auguſtinum, dum ait controverſiam de Baptiſmo in plenario totius Orbis Concilio definitam. In ea namque Synodo Can. 19. dicitur: *De Pauliniſtis ad Eccleſiam Catholicam confugientibus, definitio prolata eſt, ut baptizentur omnimodis*. Ergo exceptis Paulianiſtis cæteri in hæreſi baptizati, non erunt rebaptizandi. Et ita dum definitum fuit rebaptizandos Paulianiſtas, eàdem diffinitione ſancitum fuit alios hæreticos non eſſe rebaptizandos; ſi enim voluiſſet etiam & alios rebaptizandos, non tacuiſſet, ſi porrò neminem rebaptizandum credidiſſet, non excepiſſet Sabellianos. Sic ergo dum ſolos Sabellianos excludit, cæterorum hæreticorum baptiſma ſuſcipere dicendum eſt. Et ita S. Hieronymus in Dial. contra Luciferianos in fine, ubi ait. *Synodus quoque Nicæna, cujus paulò ante fecimus mentionem, omnes hæreticos ſuſcipit, exceptis Pauli Samoſateni diſcipulis. Et quod his majus eſt, Epiſcopo Novatianorum, ſi converſus fuerit, Presbyterij gradum ſervat*. Item & Innocentius I. in Epiſtola 22. ad Ruſum Epiſcopum Theſſalonicenſem data, ex eodem canone, exceptis Paulianiſtis inſert, neminem ex hæreticis ad Eccleſiam Catholicam venientem eſſe rebaptizandum. *Canones*, inquit, *apud Nicæam conſtituti, à Paulianiſtis venientes etiam baptizari præcipiunt. Numquid cum de Paulianiſtis jubent, omnes qui ab hæreticis revertuntur, erunt hoc exemplo baptizandi? quod cùm nullus audeat facere, de ipſis tantùm eſſe præceptum ratio ipſa demonſtrat*.

250. Rationem porrò affert S. Auguſtinus in lib. de hæreſibus in hæreſi 44. quia nimirum Paulianiſtæ regulam Baptiſmi à Chriſto Domino inſtitutam non ſervabant. *Iſtos ſanè Paulianos*, inquit, *baptizandos eſſe in Eccleſia Catholica, Nicæno Concilio conſtitutum eſt. Unde credendum eſt, eos regulam Baptiſmi non tenere, quam ſecum multi hæretici, cùm de Catholica diſcederent, abſtulerunt, eamque cuſtodiunt*. Accedit, quòd ut ſcribit S. Athanaſius in Epiſtola de Synodis, Nicæna Synodus omnes hæreſes profligaverit: *Non Arianam ſolùm*, ait, *ſed & reliquæ deſtructæ ſunt hæreſes*. Et in Epiſtola ad Afros prope finem: *Solùm apud vos*, inquit, *auctoritatem obtineat Nicæna Patrum de fide confeſſio: Ipſa enim Nicæna Synodus reverà tropheum eſt, ſicut columna triumphalis, inſcripta contra omnes hæreſes, quaſi eas exponens obtentui*. Si itaque Synodus Nicæna non ſolùm Arianam, verùm & cunctas alias hæreſes deſtruxit, etiam & hanc de

hæ-

hæreticorum Baptiſmo, quam permaximè tunc temporis propugnabant Donatiſtæ, deſtruxiſſe, credendum eſt. Et ideo ſequitur hanc quoque controverſiam in præfata Nicæna Synodo, fuiſſe terminatam.

251. Attamen Gabriel Albaſpinæus obſervat. 10. in Optatum, Concilium Arelatenſe plenarium ab Auguſtino appellatum dicit, & vult Sylveſtrum per ſuos Legatos Arelatenſi præſediſſe Concilio: Agit enim de Appellatione Donatiſtarum facta à Judicio Melchiadis Papæ ad Conſtantinum Imperatorem, & ait non conſtare fuiſſe appellatum à Pontifice ad Imperatorem, & ſi quæ fuit appellatio, verè appellationem dici non poſſe. Undè ſubjungit, quòd ſi aliqua fuit appellatio, ſolùm fuit à Melchiede ad Sylveſtrum, à Pontifice ad Pontificem, nam Sylveſtrum per ſuos legatos præfuiſſe Concilio Arelatenſi, ubi iterum cauſa cognita fuit, aſſerit. „ Præterea, *inquit*, appellatione illâ, etſi „ vera fuiſſet appellatio, nulla ex parte lædi „ aut impugnari Sanctæ Sedis auctoritatem, „ nam etiam nunc à Pontifice ad Pontificem „ provocamus; ſimili modo Donatiſtæ à Mel„ chiede ad Sylveſtrum, qui per Legatos „ Concilio præfuit Arelatenſi appellare, ejuſ„ que judicio litem quam Romæ perdide„ rant rurſus permittere, & deferre potue„ runt. Denique Concilium Arelatenſe à Ma„ joribus noſtris uti à D. Auguſtino, voca„ tur plenarium Concilium, & Generale, „ in quo cùm ſederit S. Pontifex, & per „ Legatos præfuerit, nulli mirum videri de„ bet, ſi permiſerit de judicio ſuo cognoſci, „ & ſuam ſententiam ab Epiſcopis, & à ſe„ metipſo examinari. „ *Hactenus Albaſpinæus*.

252. Petrus de Marca lib. 4. de Concordia Sacerdotii, & Imperii cap. 17. plenarium quoque Arelatenſe Concilium appellat, ubi, & ipſe fatetur per Legatos præſediſſe Sylveſtrum, & interfuiſſe refert Marium, Reticium, & Maternum Galliarum Epiſcopos, qui & ipſi Romæ ſub Melchiade Judices ejuſdem cauſæ fuerunt, ex quo concludit Judicium Concilii Arelatenſis, potiùs reſpexiſſe ſupplicationem quàm appellationem. De Conſtantino enim agens, ait: „ Synodum Arelatenſem indicit, à qua non „ rejecti ſunt Judices, qui ſententiam Ro„ mæ tulerant, ut fit in Judiciis appella„ tionum; ſed quemadmodum fieri ſolet in „ Judiciis ſupplicationum, ipſi cum aliis de„ nuo cognitionem ſuſceperunt. Extant „ enim ſubſcriptiones Legatorum ex Urbe „ Roma à Sylveſtro Epiſcopo miſſorum, „ Marini quoque Reticii, & Materni Gal„ liæ Epiſcoporum in Actis Synodi Arela„ tenſis, unà cum ſubſcriptionibus cætero„ rum Epiſcoporum, qui ad illud Conci„ lium convenerant. „ Binius porrò in notis ad Concilium Arelatenſe, ſcribit Legatos à Sylveſtro miſſos, ut ejus nomine præeſſent Concilio, fuiſſe Claudium, & Vitum Presbyteros, Eugenium, & Cyriacum Diaconos.

253. Inde idem Petrus de Marca colligit ex Teſtimonio S. Auguſtini in Epiſtola 162. ad Glorium, Eleuſium, Felices, & Grammaticum data, contra Donatiſtarum pertinaciam, ubi ait: „ Ecce putemus illos „ Epiſcopos, qui Romæ judicarunt, non „ bonos judices fuiſſe: reſtabat adhuc ple„ narium Eccleſiæ univerſæ Concilium, ubi „ etiam ipſis judicibus cauſa poſtea agitari, „ ut, ſi malè judicaſſe convicti eſſent, eo„ rum ſententiæ ſolverentur. „ *Hæc Auguſtinus*, & ſubjungit de Marca. *Quibus verbis rem geſtam deſcribit, idest Secundam Synodi Arelatenſis cognitionem, poſt Concilium Romanum*, adeout velit plenarium Eccleſiæ univerſæ Concilium, de quo ſupra S. Auguſtinus, fuiſſe Arelatenſe; nam infra ſubjungit S. Auguſtinus. *Dedit eis aliud Arelatenſe judicium, aliorum ſcilicet Epiſcoporum, non quia jam neceſſe erat, ſed eorum perverſitatibus cedens, & omni modo cupiens tantam impudentiam cohibere.* Connectendo ergo antecedentis cum conſequentibus, videtur Concilium plenarium univerſæ Eccleſiæ, quod Auguſtinus dicit poſt primum Romæ Judicium ad eandem cauſam finiendam reſtaſſe, fuiſſe Arelatenſe; quod idem Auguſtinus, datum fuiſſe ſcribit.

254. Controverſiam itaque hanc ſatis obſcuram, ſatiſque difficilem aliis decidendam relinquimus. Nos verò hoc adnotabimus, poſt exortam illam ſub Cypriano de Baptiſmo controverſiam, non in uno Concilio, ſed in pluribus ac diverſis, tam Provincialibus, quam Generalibus, quid agendum ſancitum fuiſſe. Etenim poſt Arelatenſe Concilium, de quo ſupra, etiam in Concilio Laodiceno, quod Binius ante Nicænum Synodum celebratum adnotat, & alii Epocham ſuam ſtatuunt ſub anno Domini CCCXX. Sylveſtri Papæ anno VII. Conſtantini Imperatoris XV. & Licinii XLV. ipſo Conſtantino Auguſto VI. & Conſtantino Cæſare Coſſ. de Hæreticorum Baptiſmo decretum fuit, can. 7. *Novatianos vel etiam Quartodecimanos, quot Græci Teſſaradecatites appellant, idest qui quartadecimâ Lunâ primi menſis cum Judæis Paſcha celebrant, ſed & Catechumenos eorum, vel fideles non recipi priuſquam condemnent omnem hæreſim pleniſſimè, ante omnia autem in qua detinebantur. Et nunc qui apud eos fideles dicuntur, Symbolum fidei doceantur, atque ita unctos Sancto Chriſmate, Divino Sacramento communicare conveniet.* Hactenus canon, juxta verſionem Iſidori Mercatoris. Ex quo conſtat ſancitum fuiſſe Novatianos, & Teſſeradecatitas venientes ad Eccleſiam Catholicam non eſſe iterum baptizandos. In verſione hu-

jus

jùs Canonis ſecundùm Dionyſinm Exignnm & Hervetum, additi ſunt Photiniani, qua de canſa Pagius in ſua Critica ad annum CCCXIV. num. 25. exiſtimat longè poſt Nicænum hoc Concilium celebratum, poſt exortos Photinianos, qui ante Nicænum nondum exorti erant. Sed mihi veriùs videtur corruptè legi in Canone illo Photinianornm nomen, & tenendam legitimam verſionem Mercatoria. Porrò canone 8. quos hæreticos rebaptizari oporteat, decernitur. *Eos qui convertuntur ab Hæreſi, quæ dicitur Cataphrygarum*, ſeque in Clero conſtitntos *exiſtimant, qnamvis magni dicantur; bujuſmodi cum omni diligentia catecbizari oportet, & baptizari ab Ecelefiæ Catbolicæ Epiſcopis, & Pretbyteris*. Liquet in hoc Concilio Patrea accuratiſſimè diſtinxiſſe quos hæreticos rebaptizari oportebat, quos non.

255. Concilium porrò Nicænum qnadriennio poſt celebratum in canone ſupra recenſito, non videtur errori ſufficienter providiſſe aut ſaltem omnem amoviſſe dubitatſonem, cùm enim dicat, Paulianiſtas eſſe rebaptizandos; in obſcuro quid de univerſia cenſendum cſſet, remanſit. Nàm certè Cataphryges, jàm ante Nicænam Synodum exorti, ex canone etiam 9. Concilii Conſtantinopolitani 1. erant rehaptizandi, quos tacet Canon Nicænus, unde ex eo ſequi non videtur, exceptia Paulianiſtis, cæteroa alios fore ſine baptiſmo recipiendos. Accedit quòd Baſiliua Magnus qui maximè claruit poſt Concilium Nicænum circa annnm Domini CCCLXX. non cognovit hanc Controverſiam plenè definitam, nec quidem Amphilochius Epiſcopus Iconienſis, & Metropolitanus Licaoniæ in Aſia: nam hic quæſiuit à Baſilio quid agendum de hæreticis ad Eccleſiam venientibus, cùm adhuc diversæ vigerent opiniones, aliis illos rebaptizantibus, aliis verò ſine novo Baptiſmo eoſdem ſuſcipientibus. Et Baſilius, ut liquet ex Epiſtola, ad ipſum data can. 1., reſcripſit, Cypriano, & Firmiliano viſum fuiſſe nno calculo Catharos, & Encratitas, & Hydroparaſtatas rebaptizandos, & inde ſuhjungit: *Sed qnoniam nonnullis Aſiaticis omninò viſum eſt, propter multorum oeconomiam, & diſpenſationem, eorum Baptiſma ſuſcipi; ſuſcipiatur*. Poſtea ſubjungit de Encratitis, nihil apertè eſſe definitum, & proinde ſibi videri illorum baptiſma abrogandum, niſi uuiverſali oeconomiæ alicujus eſſet impedimenti. *Exiſtimo ergo*, inquit, *quod quoniam nibil eſt de bis apertè dictum, oportet nos eorum Baptiſmum abrogare, & ſi quis ab eis acceperit, enm ad Eccleſiam accedentem baptizare. Quòd ſi boc univerſali oeconomiæ ſit impedimento futurum, rurſus conſuetndine utendum eſt, & ſequi oportet Patres, qui quæ ad nos pertinent providerunt*.

256. Itaqne ſi controverſia hæc in Concilio Nicæno plenè ſuiſſet terminata, non nutaret Baſiliua in hac materia, decretum Nicænum protuliſſet, nec dixiſſet, nihil ſcriptum eſt. Immò in Epiſtola 2. can. 47. agens de Encratitia, Saccophoria, & Apotactitis, ait, eoa ſubiici eidem rationi cui, & Novatiani, eoſque rebaptizandoa reſcribit. *Eos igitur*, inquit, *in Eccleſiam non admittimus, niſi in noſtrum Baptiſmum baptizati fuerint*. Deinde ſubjungit, ad evitandum errorem neceſſe eſſe, nt in aliquo Concilio Epiſcoporum res definiretur. *Quamobrem*, ait, *ſi boc placuerit, oportet plures convenire Epiſcopos, & ſic canonem exponere, ut & it qui fecit ſit extra periculum; & qui reſpondet, in reſponſione de fide dignus babeatur*. Patet ergo Baſilio non innntuiſſe aliquod Concilii Generalis Decrctum, cui certè non obſtitiſſet, neque Epiſcoporum Concilium celebrandum expoſceret, ſi res in Concilio Generali jam eſſet diffinita. Licèt non deſint qui aſſerant plenè in Concilio Nicæno rem fuiſſe diffinitam, ſed ad notitiam multorum non deveniſſe, ſicut neque ad notitiam Baſilii, & Amphilochii, quia hæreticorum induſtriâ Acta & Canones Concilii Nicæni ſtatim fuiſſe conceptos dicunt, teſtante D. Atanaſio in Epiſtola ad Marcum Romanum Pontificem, ubi tradit, ſeptuaginta capitula in Concilio Nicæno facta, fuiſſe ab Arianis igni tradita. Sed eſto; non tamen videtur veriſimile, Leontium Epiſcopum Cæſareæ Cappadociæ, qui Concilio Nicæno interfuit, notitiam hujus definitionis, ad ſuam Eccleſiam, cui poſtea præſuit Baſilius, non attuliſſe: eo vel maximè, quòd eſſet de materia tàm diù agitata, & apud Orientales celeberrima.

257. Poſt Nicænam Synodum, in Concilio Alexandrino celebrato ſub S. Athanaſio anno Domini CCCLXIII. Liberii Papæ XII. Joviani Imperatoris I. Juliano Auguſto IV. Secundo Salutio Promoto Coſſ. qui fuit ultimus annus Imperii Juliani, & primua ut notatum eſt Joviani; decretum fuit, ut Sacerdotes pœnitentes, de hæreſi venientes, in ſuis gradibus reciperentur: cujus Decreti meminit S. Hieronymus in Dialogo adversùs Luciferianos, inquiena: „ Poſt reditum Confeſ-
„ ſorum in Alexandrina poſtea Synodo con-
„ ſtitutum eſt, ut exceptis Auctoribus hæ-
„ reſeos quos error excuſare non poterat,
„ pœnitentes Eccleſiæ ſociarentnr: non quòd
„ Epiſcopi poſſint eſſe, qui hæretici fue-
„ rant, ſed quòd conſtaret ens, qui reci-
„ perentur, hæreticoa non fuiſſe. Aſſenſns
„ eſt huic ſententiæ Occidens; & per tam
„ neceſſarinm Concilium è Satanæ faucibus
„ ereptus eſt Mundus. „ *Hactenus Hieronymus*. Et in hoc Concilio terminatam controverſiam de hæreticorum Baptiſmo exiſtimat Hallier de Sacris Elect. & Ordinat. Sect. 3.

Google

Sect. 3. art. 2. cap. 2. §. 2. in fine, immò
& hoc fuiſſe plenarium illud Concilium, de
quo Auguſtiuus loquitur, ſcribit. Verba
illius ſunt: „ Subit tameu mihi in mentem
„ fortè, nec Nicænum, nec Capuanum Con-
„ cilium intelligi, ſed Alexandrinum ſub
„ Liberio, in quo Sscerdotes pœnitentes in
„ ſuis gradibus recepti ſunt, quodque ma-
„ ximæ auctoritatis ſuit, quippe quod pro-
„ batum à Liberio, & convenientibus eò
„ Ægyptiis, atque Orientalibus pluribus,
„ nec non quibuſdam ex Italia, ac Sicilia,
„ Pręſide Athanaſio celebratum ſuiſſet. „ *Ha-
ctenus Hallier*.

258. Porrò in Synodo Generali Con-
ſtautiuopolitana I. de anno CCCLXXXI. ut
ſupra sdnotavimus ſub num. 236. Can. 9. &
apud Bininm Can. 7. nec omnes hæretici
ſine uovo bàptiſmo ſunt recepti, nec omnes
rebaptizari ſunt juſſi. Patres enim maturè
rem conſiderantes, qnoſdam rebaptizandos
cenſuerunt, quoſdsm verò minimè, uudè
edito Canone dixerunt: „ Eos qui rectæ
„ fidei adiiciuntur, & parti corum, qui ex
„ hæreticis ſervsntur, recipimus ſecundùm
„ ſubjectam hìc conſequeutiam & conſuetu-
„ dinem. Arisnos quidem, & Macedonia-
„ nos, & Sabbstianos, & Novatianos, qui
„ dicunt ſe ipſos Catharos, & Ariſteros,
„ hoc eſt mundos, vel ſiniſtros, & Theſ-
„ ſaredecatitas, ſive Tetraditas, & Apol-
„ linariſtas recipimus, dantes quidem li-
„ bellos, & omnem hæreſim anathemstizan-
„ tes, quæ non ſentit ut Sancta Dei Ca-
„ tholica, & Apoſtolica Eccleſia, & ſigna-
„ tos, ſivè unctos primùm Sancto Chriſma-
„ te, & frontem, & oculos, & nares, &
„ os: & eos ſignantes dicimus Signsculum
„ Spiritus Sancti. „ *Hæc Patres* de hæreti-
cis nou rebaptizandis, inde ſuhjuugunt,
quos ad Eccleſiam venientes rebaptizari
oporteat. „ Atqui Eunomianos, *inquiunt*,
„ qui in unam demerſionem baptizantur,
„ & Montsniſtas, qui hic dicuntur Phry-
„ ges, & Sabellianos, qui eundem eſſe Ps-
„ trem, & Filium opinantur, utrumque ſi-
„ mul confundentes, & alia gravia & indi-
„ gna ſciunt, & alias omnes hæreſes: quo-
„ niam hic multi ſunt hæretici qui ex Gs-
„ latsrum regione veniunt; quicumque ex
„ his rectæ fidei adſcrihi volunt, ut Græ-
„ cos admittimus: & primo quidem die
„ ipſos Chriſtianos ſacimus, ſecundo Ca-
„ theeumenos; deinde tertio exorcizamus,
„ ſive adjuramus ipſos, ter ſimul iu ſsciem
„ eorum inſufflando. Et ſic eos catechiza-
„ mus, ſive initiamus, & euramus, ut lon-
„ go tempore verſentur in Eccleſia, & audiaut
„ Scripturas; & tunc eos baptizamus. „ *Ha-
ctenus ibi*.

259. Octennio poſtea anno uimirum Do-
mini CCCLXXXIX. celebrata eſt Synodus
Capuana, cujus meminimus ſupra ſub
num. 237. Et in ea ſancitum fuit ne fierent
rebaptizationes, nec translationes Epiſco-
porum, ut referunt Patres Concilii Cartha-
ginenſis III. celebrati anno Dom. CCCXCVII.
Syricii Papæ anno XIV. Arcadii Imperato-
ris XV. & 3. Honorii Imperat. V. & 3. Cæ-
ſario, & Attico Coſſ. Can. 38. apnd Bi-
nium, ubi ajnnt: *Illud autem ſuggerimus
mandatum nobis, quod etiam in Capuenſi ple-
naria Synodo videtur ſtatutum, non liceat fieri
rebaptizationes, & reordinationes, vel transla-
tiones Epiſcoporum*. Et apud Zonaram iu
ſna Canonum Collectione Can. 53. inter
Canoues Carthaginenſes, ſic legitur: *De
rebaptizationibus, & reordinationibus, vel
translationibus Epiſcoporum. Porrò illud quo-
que nobis mandatum reſerimus, quod in Sy-
nodo Capuæ Decretum eſt, ut non liceat fieri
rebaptizationes, vel Epiſcoporum reordinatio-
nes, vel translationes*. Hæc itaque ſunt Con-
cilia quæ recenſentur, in cauſa Bsptiſmi
hæreticorum. Sed quodnam fuerit plenarium
illud, de quo loquitur Auguſtinus, quidquam
certum expreſſum non legitur. Hinc Chri-
ſtianus Lupus in Notis ad Can. 19. Couci-
lii Nicæni, in ea eſt opinione, ut S. Au-
gnſtinus principaliter reſpexiſſet Nicænam
Synodum, non excludendo tamen, Arela-
tenſem I. Conſtantinopolitanam I. Capua-
nam, & alias quæ Bsptiſmum Hæreticorum
abſolutè uon dsmuarunt, ſed aliquatenus ad-
miſerunt.

260. Non eſt tamen prætereundum id,
quod Syricius Pspa ſcrihit ad Himerinm
Tarraconenſem, in Epiſtols ad eum data.
Etenim cap. 1. prohibet rebaptizari Aria-
uos ad Eccleſism Catholicam venientes,
quia hoc Apoſtolum vetsre dicit, & Li-
berium Papam poſt caſſatum Arimiuenſe
Concilium, generalia Decreta miſiſſe, qui-
bus prohibebatur hujuſmodi rehaptizatio,
& eſſe in Synodo conſtitutum, ut hæretici
per ſolsm invocationem Septiformis Spiritus
& Epiſcopalis manus impoſitionem reciperen-
tur. „ Prima itsque, *ait*, paginæ tuæ fron-
„ te ſignaſti, baptizatos ab impiis Arisnis,
„ plurimos ad fidem Cstholicam ſeſtinare,
„ & quoſdam de ſratribus noſtris eoſdem
„ denuò haptizare velle, quod non licet:
„ cùm hoc fieri & Apoſtolus vetet, & Ca-
„ nones contradicant, & poſt caſſstum Ari-
„ minenſe Concilium, miſſa ad Provincias
„ à Venerandæ memoriæ prædeceſſore meo
„ Liberio generalia Decrets prohibeant, quos
„ nos cum Novatianis, aliiſque hæreticis,
„ ſicut eſt in Synodo conſtitutum per iuvo-
„ cationem ſolam Septiformis Spiritus, Epi-
„ ſcopalis manus impoſitione, Catholico-
„ rum Conventui ſociamus. Quod etiam
„ totus Oriens, Oecidenſque cuſtodit: à
„ quo tramite vos quoque poſthac minimè
„ con-

„ convenit deviare, ſi non vultis à noſtro „ Collegio,Synodali ſeparari ſententiâ. „ *Hæc Syricius*.

261. Itaque juxta mentem Syricii ante Synodum Conſtantinopolitanam, Liberium immediatè poſt Ariminenſe Concilium, quod celebratum conſtat anno CCCLIX. ejuſdem Liberii VIII. Conſtantii Imperatori XXIII. Flacc. Euſebio, & Hipatio Coſſ. Decreta publicaſſe de non rebaptizandis hæreticis juxta editos Sacrorum Conciliorum Canones, Et ità videtur jam ante Concilium Ariminenſe hanc fuiſſe firmatam Controverſiam. Porrò dùm dicit eſſe in Synodo conſtitutum, ut per ſolam manus impoſitionem recipiantur, non potuit reſpexiſſe Synodum Capuanam circa ſua tempora celebratam, quia dùm ſcripſit hanc Epiſtolam, nondum celebrata erat. Diximus ſupra Capuanam Synodum fuiſſe celebratam anno CCCLXXXIX. & aliunde conſtat hanc Epiſtolam ſcriptam à Syricio anno CCCLXXXV. ex conſignatis Conſulibus in fine ejuſdem, Arcadio Auguſto, & Bantone, quos conſtat ex Faſtis Conſularibus eo anno geſſiſſe Conſulatum, qui fuit annus II. Syricii, Valentiniani Junioris XI. Theodoſii VII. & Arcadii III. Et ita magis Conſtantinopolitanam primam reſpexiſſe dicendum eſt, triennio ante datam Epiſtolam celebratam, in qua, ut oſtenſum eſt, definitum fuit Novatianos præcipuè, cum ſola manus impoſitione, & Spiritus Sancti invocatione eſſe recipiendos; undè optimè ait, totum Orientem, & Occidentem ita cuſtodiſſe.

262. Hæc denique ſunt quæ adnotare volui occaſione hujus Novatianorum erroris de Hæreticorum Baptiſmo. Cæterum Sancti Patres hunc Novatiani errorem ſemper deteſtati ſunt: nam poſt ſupra allegata Concilia Innocentius I. in Epiſtola 22. ad Rufum, alioſque Epiſcopos Macedoniæ data cap. 4. legem Eccleſiæ eſſe dicit, ut venientes ab Hæreticis per ſolam manus impoſitionem recipiantur: „ Noſtræ verò lex eſt Eccleſiæ, *ait*, „ venientibus ab hæreticis, qui tamen illic „ baptizati ſint, per manus impoſitionem laicam tantùm tribuere communionem, nec „ ex his aliquem in clericatus honorem vel „ exiguum ſubrogare. „ *Hæc Innocentius*, qui & in Epiſtola 2. ad Victricium Rothomagienſem Epiſcopum data, cap. 8. diſertè ait: „ Ut venientes à Novatianis, vel Montenſibus, per manus tantùm impoſitionem „ ſuſcipiantur: quia quamvis ab hæreticis, „ tamen in Chriſti nomine baptizati ſunt.

263. Deinde Leo Magnus in Epiſtola 129. aliàs 79. ad Nicetam Epiſcopum Aquilejenſem data cap. 7. „ Nam hi, *inquit*, qui Baptiſmum ab Hæreticis acceperunt, cùm „ antea baptizati non fuiſſent, ſolâ invocatione Spiritus Sancti per impoſitionem „ manuum confirmandi ſunt, quia formam „ tantùm Baptiſmi ſine Sanctificationis virtute ſumpſerunt. Et hanc regulam, ut „ ſciatis, ſervandam in omnibus Eccleſiis „ prædicamus, ut lavacrum ſemel initum „ nullâ violatione iteretur, dicente Apoſtolo, *unus Dominus, una Fides, unum Baptiſma*. „ Et in Epiſtola 135. aliàs 37. ad Neonam Epiſcopum Ravennatem data, cap. 2. ſcribit. „ Quòd ſi ab Hæreticis baptizatum „ quempiam fuiſſe conſtiterit, erga hunc „ nullatenus Sacramentum regenerationis „ iteretur: ſed hoc tantùm, quod ibi defuerit, ut per Epiſcopalis manus impoſitionem virtutem Sancti Spiritus conſequatur. „ *Hæc S. Leo Magnus*.

264. Inſuper Magnus Gregorius lib. 9. Regeſti Indict. 4. Epiſtola 61. ad Quirinum cæteroſque Hyberniæ Epiſcopos, data Eccleſiaſticam tradit Regulam de Baptiſmo Hæreticorum, ait enim: „ Ab antiqua Patrum „ inſtitutione didicimus, ut qui apud Hæreſim in Trinitatis nomine baptizantur, „ cùm ad Sanctam Eccleſiam redeunt, aut „ unctione chriſmatis, aut impoſitione manus, aut ſolà profeſſione fidei, ad ſinum „ matris Eccleſiæ revocentur. Undè Arianos „ per impoſitionem manus Occidens, per unctionem verò Sancti Chriſmatis ad ingreſſum Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ Oriens „ reformat. Monophyſitas verò & alios ex „ ſola vera confeſſione recipit: quia Sanctum Baptiſma, quod ſunt apud hæreticos conſecuti, tunc in eis vires emundationis accipit, cùm vel illi per impoſitionem manus Spiritum Sanctum acceperint, „ vel iſti per profeſſionem veræ fidei, Sanctæ, & Univerſalis Eccleſiæ viſceribus fuerint uniti. „ *Hæc & alia ibi S. Gregorius*.

265. Auctor quoque libri de Operibus Cardinalibus inter opera Cypriani, in Serm. de Ablutione pedum, erga initium: „ Docetur ergo, *inquit*, quæ ſit Baptiſmi, & „ aliorum Sacramentorum ſtabilitas, & „ quantùm ad expiationem proficiat humilis pietas, & pia humilitas: & quomodo „ omni tempore proſequenda, & repetenda „ ſit ablutio pedum, per quam rectè cognitam, & intellectam, adhærentes animæ „ ſordes quotidianâ ſatisfactione lavantur. „ Nam Baptiſmum repeti, Eccleſiaſticæ prohibent regulæ: & ſemel Sanctificatis nulla deinceps manus iterum conſecrans præſumit accedere. „ *Hæc Auctor ille*.

266. Et quidem hanc diſciplinam tenuiſſe Eccleſiam non rebaptizandi hæreticos, recipiendique Baptiſmum hæreticorum in forma Eccleſiæ Catholicæ collatum, tradit S. Auguſtinus lib. 2. de Baptiſmo cap. 7. ubi & vult ab Apoſtolica traditione derivatam inquiens: „ Nolite ergo nobis auctoritatem

„ Cy-

Digitized by Google

„ Cypriani obiicere ad Baptiſmi repetitio-
„ nem, ſed tenete nobiſeum exemplnm Cy-
„ priani ad unitatis conſervationem. Non-
„ dum enim erat diligenter illa Baptiſmi
„ quæſtio pertractata, ſed tamen ſaluberri-
„ mam conſuetudinem tenebat Eccleſia, in
„ ipſis quoque ſchiſmaticis, & hæretieis
„ corrigere quod pravum eſt, non iterare
„ quod datum eſt; ſanare quod vulneratnm
„ eſt, non curare quod ſanum eſt. Quam
„ conſuetudinem credo ex Apoſtolica tra-
„ ditione venientem. „ *Hæc Auguſtinus*.
Subjungit poſtea Beatum Cyprianum dixiſ-
ſe, præfatam conſuetudinem cœptam fuiſſe
ab Agrippino corrigi: verùm, ait, potiùs
corruptam fuiſſe ab Agrippino, qnàm cor-
rectam. „ Hane ergo ſaluberrimam conſue-
„ tudinem per Agrippinum prædeceſſorem
„ ſuum dicit S. Cyprianus, *ſubdit Augu-*
„ *ſtinus*, quaſi cœpiſſe corrigi; ſed ſieut di-
„ ligentiùs inquiſita veritas docuit, quæ
„ poſt magnos dubitationis fluctus ad ple-
„ narii Coneilii confirmationem perducta eſt,
„ veriùs creditur per Agrippinum corrumpi
„ cœpiſſe, non corrigi.

268. Eandem conſuetudinem ejuſdem Cy-
priani teſtimonio iterum oſtendit ſub cap. 9.
Cùm enim Cyprianus in Epiſtola ad Juba-
janum data, quærat; *quid fiet de illis, qui*
in præteritum de hæreſi ad Eccleſiam venien-
tes, ſine Baptiſmo admiſſi ſunt? Satis oſten-
dit antea fuiſſe aliam conſuetudinem, ab
illa quæ ſub Agrippino definita fuerat.
„ Hanc autem fuiſſe eonſuetudinem Eccle-
„ ſiæ, *ait*, quæ poſtea multis diſcuſſis am-
„ bagibus, perſpectâ veritate plenario Con-
„ cilio confirmata eſt, ſatis oſtenditur &
„ ipſius Beati Cypriani verbis in eadem ad
„ Jubajanum Epiſtola, quæ in Coneilio le-
„ cta commemoratnr. Ait enim: *Sed dicit*
„ *aliquis. Quid ergo fiet de ijs, qui in præ-*
„ *teritum de hæreſi ad Eccleſiam venientes*,
„ *ſine Baptiſmo admiſſi ſunt?* Ubi certè quid
„ fieri ſoleret, & ſi non fieri vellet, ſatis
„ oſtendit. „ Inculcat inde eandem conſue-
tudinem ex ipſomet Agrippini Concilio.
nam ſi in Eccleſia hujuſmodi eonſuetudo non
viguiſſet recipiendi hæreticos ſine novo Ba-
ptiſmo, ſed contraria potiùs ſervata fuiſ-
ſet, non oportuiſſet per Agrippinum hac de
re Concilium fieri. „ Et eo ipſo, *ſubjungit*,
„ quod Coneilium Agrippini eommemorat,
„ apertè indicat fuiſſe aliam conſuetndinem
„ Eccleſiæ. Neque enim opus erat hoc Con-
„ cilio velle ſtatuere, ſi jam conſuetudine
„ tenebatur: & in ipſo Concilio nonnullæ
„ ſententiæ omninò declarant, eos contra
„ Eccleſiæ conſnetudinem decreviſſe, quod
„ decernendum eſſe arbitrati ſunt. „ *Hacte-*
nus S. Auguſtinus.

269. Aludit S. Doctor per hæc ultima
verba etiam ad tertium Concilium Cartha-
ginenſe hac de re à Cypriano celebratum;
in in quo Caſtus à Sicca Epiſcopus dixit.
Qui contemptâ veritate præſumis conſuetudi-
nem ſequi; aut circa fratres invidus eſt, &
malignus, quibus veritas revelatur, aut circa
Deum ingratus eſt, cujus inſpiratione Eccle-
ſia ejus inſtruitur. Liboſus qnoque à Vaga
dixit:: *In Evangelio Dominus*; Ego ſum,
inquit, veritas: *non dixit*, Ego ſum conſue-
tudo. *Itaque veritate manifeſtata, cedat con-*
ſuetudo veritati, ut etſi in præteritum, quis
in Eccleſia hæreticos non baptizabat, nunc ba-
ptizare incipiat. Felix porrò à Buslaceni di-
xit: *In Hæreticis ſine Baptiſmo Eccleſiæ ad-*
mittendis, nemo conſuetudinem rationi, & ve-
ritati præponat: quia conſuetudinem ratio, &
veritas ſemper excludit. Item Honoratus à
Tucca dixit: *Cùm Chriſtus veritas ſit, ma-*
gis veritatem quàm conſuetudinem ſequi debe-
mus; ut hæreticos qui ideo ad nos veniunt,
quia foris nihil accipere potuerunt, Eccleſiæ
Baptiſmo ſanctificemus. Non ergo iſti aliam
fuiſſe conſuetudinem denegabant, ſed veri-
tati conſuetudinem cedere arbitrabantur.

270. Porrò hæc teſtimonia recenſet S. Au-
guſtinus lib. 6. & 7. de Baptiſmo, eaque
examinat. Hinc lib. 6. cap. 35. allegato te-
ſtimonio Caſti à Sicca, ait: „ Iſte ſi con-
„ vinceret eos qni diverſa ſentiebant, &
„ hoc tenebant, qnod etiam totus Orbis
„ poſtea Chriſtiano Coneilio confirmatus
„ obtinuit, ità conſuetudinem ſequi, ut con-
„ temnerent veritatem, hæc verba formida-
„ re deberemus. Cùm verò illa conſuetu-
„ do, & veritate propagata, & veritate ro-
„ borata reperiatur, nihil in hac ſentetia
„ pertimeſeimus. „ *Hæc ibi*. Inde ad Teſti-
monium Laboſi Epiſcopi à Vaga cap. 37.
ſcribit: „ Hic nihil conatus eſt oſtendere,
„ quomodo ſit veritas manifeſtata, cui de-
„ bere, dicit, conſuetudinem cedere. Plus
„ tamen adjuvat nos adversùs iſtos, qui ſe
„ ab unitate diviſerunt, quòd illam conſue-
„ tudinem fuiſſe confitetur, quàm quòd eam
„ veritati, quam non oſtendit, cedere opor-
„ tere arbitratur. „ Item lib. 7. cap. 27.
attendens teſtimoninm Felicis à Buslace-
nis, ſubjungit: „ Veritatem non oſtendis,
„ de conſuetudine confiteri. Rectè igitur
„ conſuetudinem teneremus plenario Conci-
„ lio poſteriori firmatam, etiamſi veritas ad-
„ huc lateret, quam eredimus jam eſſe ma-
„ nifeſtatam. „ Et denique cap. 42. ejuſdem
lib. 7. ad Teſtimonium Honorati Epiſco-
pi à Tucca ait S. Doctor: „ Et iſte atteſta-
„ tus eſt conſuetudinis, ubi nos plurimùm
„ adjuvat, quidquid aliud contra uos dicere
„ videatur: non autem ideo ad nos veniunt
„ hæretici, quia foris nihil acceperunt; ſed
„ ut eis utile eſſe incipiat quod acceperunt.
„ Hoc enim foris nullo modo poteſt.
Hactenus S. Auguſtinus. Undè patet ueque
in

in Concilio Carthaginenſi ſub Cypriano, denegatam fuiſſe aliam conſuetudinem fuiſſe in Eccleſia ſervatam, ab ea quam de novo conatus fuerat introducere priùs Agrippinus, ipſe Cyprianus poſtea: & ideo optimè S. Auguſtinua ſcribit nos coadjuvaſſe prædictorum Epiſcoporum teſtimonia.

271. Deinde urget Auguſtinus Donatiſtas lib. 3. de Baptiſmo cap. 12. quòd neque ab Agrippino ad Cyprianum uſque, viguerit nova illa conſuetudo rebaptizandi hæreticos: nam ſi viguiſſet, non ſuperflua prorſua fuiſſent nova Concilia, Jubajanus non fuiſſet turbatus velut de novitate, dum quid definitum in Concilio Carthaginenſi eſſet audivit. Neque in tertio Concilio à Cypriano celebrato, allegati Epiſcopi dixiſſent anteponendam conſuetudini rationem, & veritatem: „ Cæterùm, *ait*, ſi permanebat ab
„ Agrippino uſque ad Cyprianum conſue-
„ tudo baptizandi ab hæreticis venientes,
„ ut quid facta ſunt à Cypriano de hac re
„ Concilia? Ut quid eidem Jubajano dicit,
„ non ſe rem novam facere, aut repenti-
„ nam, ſed ab Agrippino inſtitutam? Cur
„ enim Jubajanus de novitate turbaretur,
„ ut eum per auctoritatem Agrippini ſana-
„ ri oporteret, ſi ab Agrippino uſque ad
„ Cyprianum hoc tenebat Eccleſia? Cur
„ denique tot ejus Collegæ in Concilio di-
„ xerunt, rationem & veritatem conſuetu-
„ dini præponendam, ac non potiùs dixe-
„ runt, eos, qui aliud facere vellent, &
„ contra veritatem, & contra conſuetudinem
„ facere? „ *Hactenus S. Auguſtinus*.

272. Traditionem porrò & conſuetudinem in univerſa Eccleſia receptam Stephanus Papa allegavit adversùs novam Afrorum ſententiam, ut refert ipſe Cyprianus in Epiſtola ad Pompejum: *Si quis ergo à quacumque hæreſi venerit ad nos*, ait Stephanus Papa, *nihil innovetur, niſi quod traditum eſt*. Proinde idem S. Auguſtinus lib. 5. de Baptiſmo cap. 23. ait, ab Apoſtolis hujuſmodi conſuetudinem dimanaſſe, quamvis ſcriptum non reperiatur. „ *Apoſtoli au-*
„ *tem*, inquit, *nihil quidem exinde præce-*
„ *perunt*, ſed conſuetudo illa, quæ oppo-
„ nebatur Cypriano, ab eorum Traditione
„ exordium ſumpſiſſe credenda eſt: ſicut
„ ſunt multa, quæ univerſa tenet Eccleſia,
„ & ob hoc ab Apoſtolis præcepta benè
„ creduntur, quanquam ſcripta non repe-
„ riantur.

273. Sed obſtare inquiunt hujuſmodi Traditioni ipſorum Apoſtolorum Canones aliter in eis definientium. Etenim can. 46. dicitur; *Epiſcopum, aut Presbyterum hæreticorum ſuſcipientem Baptiſma, damnari præcipimus.* Et can. 47. *Epiſcopus aut Presbyter, ſi eum qui ſecundùm veritatem habuerit Baptiſma, denuò baptizaverit, aut ſi pollutum ab impiis non baptizaverit, deponatur*. Si ergo Apoſtolica traditio eſſet, ut hæretici in hæreſi baptizati non rebaptizarentur, Apoſtoli hujuſmodi Canones non condidiſſent. Et licèt Apoſtolia ab eruditis abjudicentur, tamen inter Canonea primitivæ Eccleſiæ ab eruditis recenſentur; at Patrea nunquam condidiſſent hujuſmodi Canones, Apoſtolicæ Traditionis everſivoa.

274. Cæterum hujuſmodi cauſa ſatis diſcuſſa eſt ab eruditis, & non eſſe Apoſtolorum fœtum, ij manifeſtis rationibua demonſtrarunt. Per id verò quod ad rem attinet noſtram, ſatis eſt dicamus præfatos canones ignoraſſe Cyprianum, alias cùm ſuam confirmaret ſententiam illos citare non omiſiſſet, quemadmodum enim Agrippini Concilium, quod ſuæ cauſæ favebat, in medium producere non deſtitit, ita, & multò fortiùs uſus fuiſſet horum Canonum teſtimonio. Quare non deſunt qui aſſerant hos Canones collectos fuiſſe ab ipſo Firmiliano ex diverſis primitivæ Eccleſiæ Conciliia particularibus, eos verò utpote à viris Apoſtolicis editos, Apoſtolorum Canonea inſcripſiſſe: & ita duoa allegatos Canones deſumptos inferunt ex Synodis Carthaginenſi ſub Agrippino, & Iconienſi, atque Synnadenſi, in quibus teſtatur Dionyſius Alexandrinua, definitum eſſe Baptiſmum hæreticorum non eſſe ſuſcipiendum.

275. Attamen datâ majori antiquitate hiſce Canonibus, Guilelmus Beveregiua in notis ad Can. 47. cit. fatetur, horum Canonum conditores attendiſſe hæreticos illos, qui in Baptiſmo formam Eccleſiæ Catholicæ non ſervahant, de quihus pariter locutum fuiſſe Tertullianum in lib. de Baptiſmo cap. 15. de Pudicitia cap. 12. & de præſcrip. hæret. cap. 12. fatetur, quoniam ut Tertullianus locis citatia aſſerit, illis non erat idem Deua ac nobis, nec unus Chriſtua, cujuſmodi fuerant Hermogeniani, Praxeani, Cataphryges, Valentiniani, Marcioniſtæ, Quintillianiſtæ, & Apelletiani: nec non & illi, de quibua Irenæus lib. 1. cap. 18. ſcribit, prorſus Catholicam Baptiſmi formam immutaſſe. Quotquot enim eundem Deum nohiſcum, & eundem Chriſtum non tenuerunt, Baptiſmi formam ut à Chriſto inſtitutam minimè ſervabant, immò contemptui potiùs habebant, ac proinde nullo pacto verum baptiſmum apud eos adfuiſſe certiſſimum eſt. Et hanc fuiſſe mentem Conditorum prædictorum Canonum, conſtat ex eodem Can. 47. ubi prohibetur eos rebaptizari, quos conſtat ſecundùm veritatem Baptiſmum habuiſſe, quos verò ab impiis pollutum receperant Baptiſmum, rebaptizandos ſtatuunt, uſurpantes pro Baptiſmo ab impiis polluto, Baptiſmum collatum non ſervatâ debitâ formâ, & ideo Can. 49. præ-

ſcri-

bunt formam ſervandam, damnantes eos qui illam non ſervaſſent: *Si quis Epiſcopus, aut Presbyter juxta præceptum Domini non baptizaverit, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ſed in tribus ſine initio principiis, aut in tribus Filiis, aut in tribus Paracletis, abiiciatur*. Et Can. 50. prohibent baptizari per unam immerſionem, & in nomine Domini. Itaque allegatos Canones ſolùm reſpexiſſe hæreticos, qui jam exorti erant, minimè univerſos, & qui forte futuri fuerant, aut quoſcumque in genere, veriſimile eſt: & cùm primi hæretici priorum præcipuè duorum ſæculorum (erga enim initia Sæculi III. conditos fuiſſe hos Canones notant eruditi) peſtiferis blaſphemiis de Deo Patre, vel Filio, vel Spiritu Sancto imbuti fuerint, neque in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Baptiſmum retinebant, adeout Patres editis regulis, eorum Baptiſma rejecerunt, & ab illis hæreticis baptizatos, rebaptizandos juremerito decreverunt.

276. Probat inſuper S. Auguſtinus in lib. 1. de Baptiſmo etiam ratione. Etenim cap. 1. ait, quod ſicut Baptizatus, per Apoſtaſiam, aut hæreſim, baptiſmum non amittit, quem in Catholica Eccleſia acceperat: neque ordinatus in Eccleſia Catholica, ſi ab ea recedit ordinem amittit; nam in ſententia ipſa Cypriani, & Afrorum, hujuſmodi baptizati, & ordinati in Eccleſia Catholica, redeuntes ab hæreſi, nec rebaptizandi ſunt, neque reordinandi: ita pariter hujuſmodi ordinati, & baptizati in Eccleſia Catholica, tranſeuntes ad hæreſim, jus dandi Baptiſmum non amittunt: neque eſt ratio cur jus dandi Baptiſmum amittant, quando ipſum Baptiſmum non amittunt. Si ergo jus dandi Baptiſmum non amittunt, validè Baptiſmum conſerunt, quamvis in hæreſi. „ Sicut enim baptizatus, *ait Auguſtinus*, ſi „ ab unitate receſſerit, Sacramentum Baptiſ„ mi non amittit: ſic etiam ordinatus, ſi „ ab unitate receſſerit, Sacramentum dandi „ Baptiſmi non amittit. Nulli enim Sacra„ mento injuria facienda eſt. Si diſcedit à „ malis, utrumque permanet. Sicut ergo „ acceptatur Baptiſmus, quem non potuit „ amittere, qui ab unitate diſceſſerat; ſic „ acceptandus eſt baptiſmus, quem dedit „ ille, qui Sacramentum dandi, cùm diſce„ deret non amiſerat. Nam ſicut redeuntes, „ qui priuſquam recederent, baptizati ſunt, „ non rebaptizantur; ita redeuntes, qui „ priuſquam recederent, ordinati ſunt, non „ utique rurſus ordinantur. „ *Hæc Auguſtinus*. Et fuſiùs hanc rationem proſequitur.

277. Confirmat lib. 3. cap. 14. Exemplo Catechumeni alicujus, qui inter legendum, alicui hæreſi ingnorans tamen aſſenſum præbuit, & cùm eſt in hoc errore baptizatur, ſed poſt receptum baptiſmum illuminatur, & errorem dimittit: „ Numquid, *ait Auguſtinus*, ſi hoc confeſſus fuerit, denuò bapti„ zandus eſt? aut ſi antequam dicet, & con„ fiteatur, hoc ſentire inveniatur, & quod „ abiicere debeat, & quid credere doceatur, „ manifeſtumque fiat in ea falſitate fidei ba„ ptizatum fuiſſe; nunquid denuò baptizan„ dus eſt? Quid utique illa ſanctitas Sacra„ menti verbis Evangelicis conſecrata ſuper „ eum integra non permanebat, ſicut eam „ traditam acceperat, quamvis ipſe in car„ nalis mentis vanitate conſtitutus, aliud „ cùm baptizaretur crederet, quàm crede„ re debuiſſet? Quapropter manifeſtum eſt „ fieri poſſe, ut fide non integrâ, integrum „ in quoquam maneat baptiſmi Sacramen„ tum, & ideo illa, quæ de diverſorum hæ„ reticorum varietate dicuntur, ad iſtam quæ„ ſtionem non pertinent. „ Hæc ibi, & cap. 15. exemplificat pariter Sacræ Scripturæ exemplo, quæ ſemper integra manet etiam apud hæreticos, quamvis per illos pravis violetur interpretationibus. Plura alia ad rem ihidem tradit S. Doctor, & ferè in univerſis libris, quos ſcripſit de Baptiſmo contra Donatiſtas, in libris contra Parmenianum, & in libris contra Petilianum.

278. Deinde, Optatus Milevitanus lib. 5. de Schiſmate Donatiſtarum contra Parmenianum, complura pariter affert, ut probet validum hæreticorum Baptiſmum. Sed præcipua & fundamentalis ratio in eo ſiſtit, ut in Baptiſmo Trinitas, non Miniſter operatur, à Trinitate ſortitur valorem minimè à Miniſtro. *Et nos docuimus*, ait, *cæleſte munus unicuique credenti à Trinitate conſerri, non ab hominibus*. Et infra arguens ait: „ Denique „ vos, qui baptiſma quaſi libenter duppli„ care contenditis, ſi datis alterum Baptiſ„ ma, date alteram fidem; ſi datis alteram „ fidem, date & alterum Chriſtum; ſi da„ tis alterum Chriſtum, date alterum De„ um. Unum Deum eſſe negare non pote„ ſtis, ne in Marcionis ſoveas incidatis. „ Ergo Deus unus eſt: de uno Deo unus „ eſt Chriſtus. Qui rebaptizatur jam Chri„ ſtianus fuerat; quomodo dici poteſt ite„ rum Chriſtianus? Una fides hoc loco, ab „ hæreticorum erroribus, & ab eorum variâ „ fide, fides unica ſeparatur. Et jam vobis „ præſcribitur, qui poſt ſemel iterum faci„ tis, totum ponendo in Dotibus, nihil „ in Sacramentis; cùm hoc nomen fidei per„ tineat ad credentem, non ad operantem.

279. Deindè paucis interjectis ſubjungit: „ In hoc Sacramento Baptiſmatis celebran„ do, tres eſſe ſpecies conſtat, quas & vos „ nec negare, nec minuere, nec prætermit„ tere poteritis. Prima ſpecies eſt in Trini„ tate, ſecunda in credente, tertia in ope„ rante. Sed non pari libramine ponderan„ dæ

„ dæ ſunt ſingulæ. Duas enim video neceſ- „ ſarias, & unam quaſi neceſſariam. Prin- „ cipalem locum Trinitas poſſidet, ſine qua „ res ipſa non poteſt geri: hanc ſequitur „ fides credentis. Jam perſona operantis vi- „ cina, qui ſimili auctoritate eſſe non po- „ teſt. Duæ priores permanent ſemper im- „ mutabiles, & immotæ. Trinitas enim ſem- „ per ipſa eſt; Fides in ſingulis una eſt: vim „ ſuam ſemper retinent ambæ. Perſona verò „ operantis, intelligitur duabus prioribus „ ſpeciebus par eſſe non poſſe, ideo quòd „ ſola eſſe videatur mutabilis. Inter nos & „ vos, vultis ejuſdem perſonæ eſse diſtantiam, „ & ſanctiores vos æſtimantes, ſuperbiam „ veſtram non putatis anteponere Trinitati: „ cùm perſona operantis mutari poſſit, Tri- „ nitas mutari non poſſit. Et cùm ab acci- „ pientibus baptiſma deſiderari debeat, vos „ deſiderandos eſſe proponitis. *Et paulò poſt.* „ Cùm ergo videatis, *inquit*, omnes qui „ baptizant, operarios eſſe, non Dominos, „ & Sacramenta per ſe eſſe ſancta, non „ per homines; quid eſt quòd vobis tantùm „ vindicatis? Quid eſt, quòd apud vos ſo- „ los munus principale eſſe dicitis? Quid „ eſt, quòd Deum muneribus ſuis exclu- „ dere contenditis? Concedite Deo præſta- „ re quæ ſua ſunt. Non enim poteſt mu- „ nus ab homine dari, quod Divinum eſt.

280. Porrò infra affert Donatiſtarum argumentum, quo pariter quidam Epiſcopi Afri in Concilio ſub Cypriano uſi fuerant: *Nemo dat quod non habet*: ſive, *qui non habet, quod det, quomodò dat?* Et ait primò hanc vocem eſſe de Vico, non de Scripturis. Deinde ait falſum eſſe, quòd in Baptiſmo homo det Spiritum Sanctum vel gratiam, cùm Deus det. Et denique ad eos convertens ſermonem, ait: „ Erubeſcite, „ Beato Paulo clamante, & ſuam gratula- „ tionem profitente: *Numquid in nomine meo baptizati eſtis?* ille gaudet, quòd duos „ ſolos, & unam domum baptizaverit. Et „ vos populos rebaptizare contenditis, & „ peccaſſe, & vos peccare gaudetis, dicen- „ tes, *Quid dat, qui non habet quod det?* „ Cui creditur, ipſe dat quod creditur, non „ per quem creditur. „ *Hæc & alia plura Optatus*. Cæterùm ad rationes allegatas à Cypriano in Epiſtola ad Pomærium, & in altera ad Jubajanum reſpondet S. Auguſtinus in lib. 5. de Baptiſmo, quem quiſque conſulere poteſt: nam ſatis ſunt propter Novatianorum errorem, quæ huc uſque adduximus.

COMMENTARIUS

In Hæreſim III.

281. NOn *licere Chriſtianis*) In hoc errore imitati ſunt Montaniſtas, qui ſtudio ſanctioris vitæ, ac ſtrictioris diſciplinæ ſecundas nuptias damnabant, in quem errorem incidiſſe Tertullianum, adnotavimus ſupra cap. 4. ſivè 26. in Commentario ad hæreſim 2. Montaniſtarum. Cùm porrò & Novatiani ſanctius vivendi genus, & puriorem diſciplinam affectarent, ipſi quoque eandem in Montaniſtis proſcriptam hæreſim reaſſumpſerunt: de qua plura diximus in prælaudato Commentario, quæ iterum repeti otioſum eſt.

COL-

Digitized by Google

COLLATIO

Hæreſum Novatianorum, cum Hæreſibus quorundam Recentiorum Hæreticorum.

COLLATIO

Hæreſis I.

282. IN hac hæreſi complures ex recentioribus concordàre cum Novatianis adnotavimus in Collatione hæreſis V. Montaniſtarum, quibus modo addimus Uldalricum Zuinglium in lib. contra confeſſionem Lutheri, ubi detorquens in alienum ſenſum verba Chriſti: *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt*, poteſtatem remittendi peccata ab Eccleſia abſtulit. Etenim relatis prædictis verbis, ait: „ Nequaquam eum „ ſenſum obtinent hæc verba, quaſi Chriſtus hæc dicendo diſcipulis ſuis, pec- „ cata remittendi poteſtatem condere voluerit, cùm non aliud verbis iſtis in- „ nueret, quàm ut Evangelii prædicationem ſibi commiſſam annuntient. *Et po- „ ſtea concludit inquiens*: Ligandi & ſolvendi verba nihil aliud ſignificant, quàm „ credere, & nolle credere. „ Hæc Zuinglius apud Coccium in Theſaut. lib.7. de Pœnitentia Art. 3.

COLLATIO

Hæreſis II.

283. ANabaptiſtæ, quorum meminit Stanislaus Hoſius lib. 1. de Hæreſibus noſtri temporis, eundem errorem ab inferis revocarunt, nam illi Catholicos ad ſe accedentes rebaptizabant, quemadmodum erga eoſdem Catholicos ad ſe venientes ſe gerebant Novatiani: *Eſt perniciosior etiam, ait Hoſius, tertia; quæ quoniam à Catholicis legitimè baptizatos rebaptizat, Anabaptiſtarum Secta vocatur*. Et certè Anabaptiſtæ omnes, qui in infantia legitimè baptizatos, iterum rebaptizant, à Novatianis non multùm diſtant. De illis verò Anabaptiſtis, qui in Anglia vigent, de quibus Georgius Hornius ſcribit in

ſua

ſua Eccleſiaſt. Hiſtoria Period. I. Art. 3. num. 46. quòd formam Baptiſmi in immerſione conſtituunt, & eos tantùm membra Eccleſiæ veræ dicunt, qui poſt confeſſionem in quodam flumine toti ſubmerguntur, & quaſi aquis ſepelliuntur. Non recipiunt aliorum Baptiſma, quod fuerit collatum ſub diverſa forma, ab illa ſupradicta: proinde, quamvis baptizatos in forma Eccleſiæ conſueta, ad eos accedentes rebaptizant, & ita cum Novatianis plurimùm concordant. Iſti porrò editâ fidei confeſſione anno 1640. & iterum recuſâ anno 1646. inter alios Articulos, dicunt ſolùm eos baptizandos, qui fidem profitentur, non tamen infantes, quos poſtea dum credere poſſunt, rebaptizandos volunt. De Clancularìis, genere Anabaptiſtarum peſſimo ſcribit Antonius Bruodinus in ſuo Propugnaculo Catholicæ veritatis lib. 2. cap. 15. quòd omnes rebaptizent, nedùm Catholicos, verùm & alios quoque Anabaptiſtas. „Inter has, *inquit*, Anabaptiſtarum factiones ſunt, qui Clancularii dicuntur. Hi rebaptizant, etiam „ab aliis Anabaptiſtis, antea rebaptizatos; ſic, ut inter Catholicos ſemel baptizatum, tertiâ vice contingat inter Anabaptiſtas undâ lavari.

284. In tertia porrò hæreſi, non video aliquem ex recentioribus concordare, ſaltem non reperi, quare colligenda ſunt quæ diximus in Collatione Hæreſis ſecundæ Montaniſtarum.

CAPUT

CAPUT XVII.

SIVE XXXIX.

De Angelicis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1. ANGELICI *in Angelorum cultu inclinati, quos Epiphanius jàm omninò defeciſſe teſtatur.*

COMMENTARIUS HISTORICUS.

2. ANGELICI) Damaſcenus in lib. de Hæreſibus agens de hiſce hæreticis ait: *Angelici, omninò eſſe defierunt.* *Sic dicebantur, quòd Angelicum ordinem ſe tenere gloriarentur, vel quòd Angelos invocarent.* Iſidorus lib. 8. Etymol. hos hæreticos non aliunde dictos cenſet, niſi quia Angelos colebant. *Angelici vocati, quia Angelos colunt.* Sub iiſdem terminis eoſdem recenſet Honorius Auguſtudunenſis in libro de hæreſibus: quemadmodum & Rhabanus Maurus lib. 2. de Inſtitut. Cleric. cap. 58. Epiphanius verò hæreſ. 60. nihil certi ſtatuit, unde hæc hæreſis nomenclaturam acceperit, immò & ſe ignorare liberè ſatetur. *Illud verò nomen quam ob cauſam obtinuerit, ignoramus*, inquit: undè tantùm divinando dicit potuiſse fieri, ut illius Sectatores cum prioribus hæreticis credidiſſe Mundum ab Angelis conditum, cujus rei cauſâ ſe Angelicos dici voluiſse: *Nam cum hæretici quidam*, inquit, *conditum ab Angelis Mundum eſſe dixerint, utrumnam hæc ſecta, quòd idem aſſeveraret, eodem ſit affecta nomine, certò affirmare non poſſum.* Subjungit inde forte ſic dictos, quòd ſe ſe in Angelorum ordinem arroganter referrent, atque excellentem quandam vitæ rationem inſtituerent. Vel denique quod à Loco unde ſortiti ſunt, appellationem deſumpſerint: *Quoniam*, ait, *regio quædam eſt ultra Meſopotamiam, quæ Angelina dicitur.* Sed horum nihil determinatè aſserit. Quare mihi non videtur diſcedendum à noſtro textu, nimirum hanc hæreſim dictam Angelicorum, eo quòd ejus Sectatores Angelos colerent: nam in hoc concordant Iſidorus, & Damaſcenus.

3. De Auctore verò, & quinam illam inſtituerint, incertum plane, cùm nulla mentio fiat apud antiquos: undè Epiphanius diligentiſſimus indigator antiquarum hæreſum, de hac ſcribit ſolum nomen accepiſſe: *Audita à nobis eſt, ait, Angelicorum hæreſis, ac ſolùm ejus nomen accepimus: neque cujuſmodi illa demum hæreſis ſit, compertum habuimus.* Circa tempus quo emerſit, licèt Ricciolius par. 3. Chronolog. tom. 2. catalog. 2. eam conſignet ſub anno Domini CCLV. poſt hæreſim Novatianorum, & contemporaneam hæreſi Hydroparaſtatarum, probabiliùs videtur fuiſſe contemporaneam hæreſi Melchideſacianorum, quia Iſidorus immediatè poſt Melchiſadecianos Angelicos recenſet, quem ſecuti ſunt Honorius Auguſtudunenſis, & Rhabanus ſupra relati. Quamvis Epiphanius, noſter Auguſtinus, & Damaſcenus de hac agant poſt Novatianorum, ſive Catharorum hæreſim. Inde fit, quòd neque certò id aſſerere poſſumus. Qui enim exiſtimant, à Simonianorum, Cajanorum, & Archonticorum peſſima doctrina primam ſuam traxiſſe originem, convenientiùs locum conſignare ei poterunt inter eas abominabiles hæreſes, quæ ante Catharos prodierant.

4. Viguiſse denique maximè in Phrygia, & Piſidia, auctor eſt Theodoretus in Commentar. ad cap. 2. Epiſtolæ Pauli ad Coloſſenſes: non diù tamen, quia citò extincta eſt: ætate autem Epiphanii jam deſierat, eodem Epiphanio teſte dicente: *cùm aliquando prodiiſſet, deſiit poſtea, ac tandem penitùs extincta eſt.* Id quod in noſtro textu confirmat S. Auguſtinus, & poſtea Damaſcenus qui ait: Angelici omninò eſse deſierunt. Scio Theodorum Presbyterum Conſtantinopolitanum in lib. de Receptione Hæreticorum apud Cotelerium tom. 3. Monument. Eccleſ. Græcæ, pag. mihi 412. meminiſse cujuſdam ſectæ

Digitized by Google

ctæ, quam Angelitarum appellatam dicit, ſed hanc prorſus diverſam extitiſse ab ea cujus in præſentiarum habetur ſermo, ex ipſomet Timotheo manifeſtum fit: nam huic ſuam originem tribuit poſt Concilium Chalcedonenſe, ac inter Severitas, & dictos Angelitas vult à Loco Angelio nuncupato in Civitate Alexandrina. *Porrò*, inquit, *Angelitæ ab Adverſariis vocati ſunt ex loco Alexandriæ dicto Angelio, in quo collecti ædem habentes, qui primi inter eos ſunt congregantur.*

COMMENTARIUS

Dogmaticus.

5. IN *Angelorum cultu*) Unicum huic ſectæ errorem in Angelorum cultu notat S. Auguſtinus, neque alium ſuperaddit Epiphanius, Iſidorus quoque, Damaſcenus, & alii Scriptores, iſtius dumtaxat meminerunt. Itaque in hoc ſolùm de hæreſi adnotantur, quòd Angelis magis quàm Deo cultum tribuerint. Hujus rei cauſa, qui Catholicæ Eccleſiæ adverſantur, nos cenſurant, quaſi retinuerimus præfatum errorem Angelos venerantes. Hinc Danæus in opuſculo de Hæreſibus cap. 39. agens de hac hæreſi, ait: *Quanquam autem non eſt latiſſimè propagatum hoc virus, tenaciſſimè tamen in hominum animis ſemel ſparſum inhæſit, adeout Papiſtæ etiamnum hodie hunc errorem retineant, & colant Angelos.*

6. At videamus ſi Angelici damnentur quòd bonis Angelis aliqualem cultum exhibuerint, quem Eccleſia Catholica illis exhibet, an alia de cauſa, & an veriùs quia non bonos ſed malos Angelos venerabantur. Patres, & Scriptores nihil de hac re agunt, nec dicunt, bonis an malis Angelis cultum exhibuerint. Demus ergo quòd Bonos Angelos venerarentur, non tamen per hoc præcisè à Patribus damnarentur, niſi de exceſſu in cultu illorum convicti fuiſsent. Fortè iſti, interpollato tempore, Simonis Magi errorem reaſsumpſerunt, qui negabat neminem ſalutem conſequi, niſi per Angelos, quibus & ſacrificia offerenda erant, ut ſcribit Epiphanius in hæreſi Simonis Magi, §. 4. inquiens: *Negat inſuper ſalutem conſequi ullum hominem aliter poſſe, quàm ſi hujuſmodi Myſteria didicerit & univerſitatis parenti ea ſacrificia per illos quos diximus Principatus, & Poteſtates obtulerit.* Et cùm hic error Pauli ætate viguerit, ideo ſcribens ad Coloſsenſes, eos admonet cap. 2. verſ. 18. dicens: *Nemo vos ſeducat volens in humilitate, & Religione Angelorum, quæ non vidit ambulans, fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ.* Proinde Chryſoſtomus hom. 7. in Epiſt. ad Coloſ. perſtringit hujuſmodi hæreticos dùm ait; *Sunt nonnulli qui dicunt non oportere per Chriſtum reconciliari & ad Patrem accedere, ſed per Angelos.* Itá ergo Angelos colebant ut Chriſtum parviſacerent. Quod idem Paulus innuit ſubjungens: *& non tenens caput, ex quo totum Corpus per nexus & conjunctiones ſubminiſtratum, & conſtructum creſcit in augmentum Dei.* Ideſt, non tenens Chriſtum Dominum, qui caput eſt Univerſæ Eccleſiæ, à quo emanant veræ doctrinæ, & ſalutis fontes, prout ait Theodoretus in eundem Pauli locum. Dicebant autem, ut idem Theodoretus ſcribit, *Univerſorum Deum, nec cerni nec comprehendi, nec ad eum poſſe pervenire: & oportere per Angelos Divinam benevolentiam conciliare.* In hoc ergo hæretici erant, quòd totum Angelis tribuebant, nihil Chriſto, per ſolos Angelos Deum ſibi conciliari exiſtimantes, minimè per Chriſtum. Hoc erat ambulare in religione Angelorum, non tenendo caput. Et hic fuerat Angelicorum error.

7. Eoſdem hæreticos perſtringunt Patres Concilii Laodiceni Can. 35. dùm ajunt: „ Quòd non oportet Chriſtianos relictâ Dei „ Eccleſiâ, abire, & Angelos nominare, vel „ congregationes facere, quod eſt prohibi„ tum. Si quis ergo inventus fuerit huic „ occultæ Idololatriæ vacare, ſit Anathe„ ma: quia reliquit Dominum noſtrum Je„ ſum Chriſtum, & acceſſit ad Idololatriam. *Hæc ibi*: quem Canonem exponens Zonaras, ait: *Antiqua illa quorundam hæreſis fuit, ut non Chriſtum nobis patronum, aut interpretem apud Deum adhibendum eſſe, ſed Angelos affirmarent.* Et hoc ſub ſpecie humilitatis & demiſſionis, quaſi homines indigni eſsent Chriſtum rogare ut apud Patrem interpellet pro eis, prout ſubjungit idem Zonaras, inquiens: *Quòd ea nimirum Chriſti interpellatio majus quidam eſſet, quàm ut id audere nos homunculi deberemus.* In quo ſenſu Paulus dixit hujuſmodi hæreticos ambulaſse in humilitate, & religione Angelorum: nam, ut ait Theodoretus loco cit. *Humilitatem præſeferebant: ſed reverà inſolentiæ vitio laborabant*, quod eſt fruſtra eſſe inflatum ſenſu carnis ſuæ, ut Paulus loquitur. Denique & hac etiam de cauſa Angelici iſti in Angelorum cultu hæretici erant, quia latriæ cultum, non quemcumque, qui ſoli Deo debetur, Angelis exhibebant.

8. Veriùs tamen exiſtimo hoſce hæreticos non bonos Angelos, ſed malos honoraſse, eiſque Sacrificia obtuliſse, quemadmodum S. Hieronymus in libro quæſtionum ad Algaſiam quæſt. 10. de Judæis ſcribit, dum ait: *Omnis Judaicarum obſervationum cultura*

Digitized by Google

tura deſtructa eſt : & quaſcumque offerunt Victimas, non Deo offerunt, ſed Angelis refugis & ſpiritibus immundis. Nondum fortè Simonianorum, aliorumque priſcorum deliramenta, de Angelis Mundi fabricatoribus atque Rectoribus, in malorum hominum memoria penitùs obliterata erant: vigebant forte adhuc, undè fieri potuit, ut illi quos Angelicos appellarunt, ut ſibi præfatos Angelos conciliarent, omnem honorem exhibuerint. Ethnicorum quoque de Geniis ſententia à Philoſophis hauſta, adhuc à pluribus credebatur, & cùm conſueviſſent natalitium diem ejuſmodi Geniis celebrare, ut ſcribunt Cenſorinus de die Natal. & Macrobius in Saturnal., ſicque eos in maximam habere venerationem; fieri potuit, ut ij homines, retentâ adhuc in hoc Gentilium ſuperſtitione, eos honores ejuſmodi Geniis exhibuerint, quos Gentiles exhibere conſueverant, mutato ſolùm nomine, ut quos Gentiles Genios vocabant, iſti generico Angelorum nomine utentes, Angelos dicerent, à quibus poſtea & ſectæ nomen dederunt ſuæ, ut Angelici nuncuparentur.

9. Neque deſunt eruditiſſimi viri, Baronius, Binius, & alii qui aſſerant allegatum Canonem Laodicenum, ferire qui Dæmones ſub Angelorum nomine venerabantur, & relictâ Dei Eccleſiâ, ubi ſoli, & vero Deo debitus exhibetur cultus, privatas congregationes celebrantes, Dæmonibus infandâ Idololatriâ, ſub Angelorum nomenclatura, cultum concedebant: proinde in eo dicitur, *Non oportet Chriſtianos derelictâ Eccleſiâ abire, & ad Angelos Idololatriæ abominandæ Congregotiones facere*. Non enim per illum Canonem damnatur bonorum, atque Sanctorum Angelorum debitus cultus, prout Danæus loco cit. & cum eo cæteri Catholicæ Romanæ Eccleſiæ adverſarii inferre volunt. Etenim Can. 34. admittunt Patres Laodiceni cultum veri Martyris, damnantque illum quem Pſeudo-martyribus quidam exhibebant: *Non oportet Chriſtianum derelictis Martyribus Chriſti, abire ad falſos Martyres. Hi enim olieni à Deo ſunt. Quicumque autem abire voluerint; Anathema ſint*. Quemadmodum ergo hoc Canone Patres Laodiceni, Pſeudo-martyribus, non veris & Chriſti Martyribus cultum interdicunt, ita Canone ſuccedente, non veris & ſanctis Angelis debitum honorem proſcribunt, ſed malis dumtaxat Angelis, Dæmonibus ſcilicet, quibus præfati hæretici cultum exhibebant.

10. Porrò quæ congerit Danæus, ut probet quemlibet cultum Sanctis Angelis eſſe interdictum nullius ſunt momenti: allegat enim Theodoretum, Lactantium, Auguſtinum, & Arnobium, quorum teſtimonia ſolùm citat, verba autem non adducit: ſed longè abeſt à mente tantorum Patrum Danæi opinio. Theodoretus enim lib. 5. Divin. Decret. Epit. cap. de Angelis, ſolùm dicit Angelos Deos non eſſe, nec Deo coæternos, neque Mundi effectores, neque ſexum habere diſtinctum, ut aliqui mares, alii fœminæ ſint: „ Angelos autem, *inquit*, „ nec ut Græcorum Poëtæ, & Philoſophi, „ in Deos referimus, nec in Maſculinum, „ & Fœmininum ſexum incorpoream naturam „ diſtinguimus: nec intemperantis coitus, „ quæ ſub aſpectum non cadunt Poteſtates „ accuſamus, neque ut ſtatuunt hæreticorum fabulæ, eſſe creationis effectores definimus, neque coæternos eſſe dicimus „ Deo univerſorum. „ *Hæc Theodoretus*. quæ omnia ibidem probat. De cultu eis exhibendo, vel non exhibendo, nihil aſſerit. In eo quòd dicat nos Angelos in Deos non referre, ſolùm vult non eſſe Divinum honorem eis exhibendum, quemadmodum Poëtæ, & Gentiles Philoſophi exiſtimabant; neque Sancta Catholica & Romana Eccleſia docet Angelis præſtandum eſſe Divinum honorem, docet enim eſſe venerandos, ſed infra Deum, deberique eis cultum, ſed non latriæ, ſolius Dei proprium, ſed alterius generis, quod nobiliſſimis, ſanctiſſimis, & Deo charis Creaturis convenit.

11. Deinde S. Auguſtinus in lib. 10. de Civit. cap. 7. dicit ſoli Deo eſſe ſacrificandum, & hanc eſſe Sanctorum Angelorum voluntatem, ut non ſibi, ſed uni Deo ſacrificia offeramus. „ Meritò illi, *inquit*, in „ cœleſtibus ſedibus conſtituti immortales, „ & beati, qui Creatoris ſui participatione congaudent, cujus æternitate firmi, „ cujus veritate certi, cujus munere ſancti „ ſunt: quoniam nos mortales & miſeros, „ ut immortales, beatique ſimus, miſericorditer diligunt, nolunt nos ſibi ſacrificare, ſed ei, cujus & ipſi nobiſcum ſacrificium ſe eſſe noverunt. „ *Hæc ibi*. Neque aliter Catholica fides docet, nec aliter credit Romana Eccleſia. Soli Deo ſacrificandum eſſe dicimus: Angeli non ſunt venerandi, & infra Deum in honorem habendi; inepta eſt conſequentia. Docet enim idem S. Auguſtinus S. Angelos invocandos, dum in lib. Meditationum cap. 40. eoſdem ipſe invocat, inquiens: „ Sancte Michael, Sancte Gabriel, Sancte Raphael, Sancti Chori „ Angelorum, atque Archangelorum, Patriarcharum, atque Prophetarum, Apoſtolorum, Evangeliſtarum, Martyrum, „ Confeſſorum, Sacerdotum, Levitarum, „ Monachorum, Virginum, omniumque Juſtorum, per illum qui vos elegit, & de cujus „ contemplatione gaudetis, vos rogare præſumo, ut pro me culpabili ipſi Deo ſupplicare dignemini, quatenus de faucibus Diaboli, & de morte perpetua merear liberari.

12. Lactantius verò toto ferè lib. 2. de
Origine erroris, verſatur in improbanda Deo-
rum multitudine, proinde cap. 5. ſcribit unum
eſſe omnium Creatorem Deum, illumque
colendum. Stoicos inde reprehendit, quòd
Stellas pro Diis habuerint. Ait enim: „ Quan-
„ tò igitur rectius eſt, omiſſis inſenſibili-
„ bus & vanis, oculos eò tendere, ubi
„ ſedes, ubi habitatio eſt Dei veri, qui
„ terram ſtabili firmitate ſuſpendit, qui
„ cœlum diſtinxit Aſtris ſulgentibus, qui
„ Solem rebus humanis clariſſimum, ac ſin-
„ gulare lumen, in argumentum ſuæ unicæ
„ Majeſtstis accendit, terris autem Msria
„ circumſudit, Flumina ſempiterno lapſu flue-
„ re præcepit.

„ *Juſſit & extendi Campos, ſubſidere*
„ *Valles*,
„ *Fronde tegi Sylvas, lapidoſos ſurgere*
„ *Montes*.

„ Quæ utique omnia non Jupiter fecit, qui
„ ante annos mille ſeptincentos natus eſt,
„ ſed idem

„ *Ille Opiſex rerum, Mundi melioris*
„ *Origo*,

„ Qui vocatur Deus: cujus principium,
„ quoniam non poteſt comprehendi, nè quæ-
„ ri debet quidem. Satis eſt homini ad ple-
„ nam, perſectamque prudentiam, ſi Deum
„ eſſe intelligat: cujus intelligentiæ vis, &
„ ſumma hæc eſt, ut ſuſpiciat, & honori-
„ ficet communem parentem generis huma-
„ ni, & rerum mirabilium ſsbricatorem.
Hæc Lactantius, qui deinde Sermonem con-
vertit ad eos, qui elementa, & quæ facta
ſunt, ſenſuque carent, tanquam Deos ado-
rant. Et cap. 7. ſcribit duplici ratione pec-
cari ab inſipientibus. Primùm, quòd Ele-
menta, ideſt Dei opera, Deo præferunt.
Deinde, quòd Elementorum ipſorum figuras
humanâ ſpecie comprehenſas colunt. Non
ergo Lactantius quemlibet Angelorum cul-
tum damnat. Sed dumtsxst illum, qui uni
& ſoli Deo univerſorum effectori debetur,
cùm nulli creaturæ quantumvis excellentiſ-
ſimæ convenist.

13. Arnobius porrò lib. 3. contra Gen-
tes, reſpondet erga initium libri Gentilibus
dicentibus: *Si vobis Divina res cordi eſt,*
cur alios nobiſcum neque Deos colitis, neque
adoratis, nec cum veſtris Gentibus communia
Sacra miſcetis, & Religionis conjungitis ri-
tum? Et ait, in hypotheſi quòd eſſent præter
ſummum Deum alii Dii, in uno & prima-
rio Deo illo ſummo eſſe colendos. „ Ad
„ cultum Divinitatis obeundum, *inquit*,
„ ſatis eſt nobis Deus primus, Pater rerum
„ ac Dominus, conſtitutor, moderatorque
„ eunctorum. In hoc omne, quod colen-
„ dum eſt, colimus; quod adorari conve-
„ nit, adoramus; quod obſequium venera-
„ tionis expoſcit, venerationibus promere-
„ mur. Cùm enim Divinitas ipſius tenea-
„ mus caput, à quo ipſa Divinitss Divino-
„ rum omnium, quæcumque ſunt, ducitur,
„ ſupervacuum putamus perſonss ire per
„ ſingulas, cùm & ipſi qui ſint, & quæ
„ hsbesnt nomins, neſciamus: & cujus ſint
„ præterea numeri, neque liquidum, ne-
„ que comprehenſum, neque exploratum
„ habere poſſumus.

14. Dicit ergo, datâ hac pluralitate
Deorum nos neſcire quot ſint, & quinam
ſint, proinde ſigillstim coli non eſſet poſ-
ſibile, niſi vellemus cultum tribuere cui an
ſit neſcimus; proindeque ſubjungit: „ Ut
„ in terreſtribus Regnis neceſſitate nullâ com-
„ pellimur Regalibus in fsmiliis conſtitutos
„ nominatim cum Principibus adorare; ſed
„ in Regum ipſorum cultu, quidquid illis
„ annexum eſt, tscitâ vi ſentit honorificen-
„ tiâ comprehendi; non aliâ ratione qui-
„ cumque hi Dii ſunt, quos eſſe nobis pro-
„ ponitis, ſi ſunt progenies regis, & prin-
„ cipali oriuntur è capite, etiamſi nullos
„ accipiant nominatim à nobis cultus, in-
„ telligunt ſe tsmen honorari communiter
„ eum ſuo Rege, atque in illius veneratio-
„ nibus contineri.

15. Loquitur data Gentilium opinione
de Deorum pluralitste, & illorum qui di-
cebsnt eſſe unum & ſupremum Deum, om-
nium Patrem & effectorem, & hinc alios
quoque Deos de primi Dei progenie exor-
tos, & in tsli caſu dicit, quòd cùm adhuc
neſcistur quinam iſti ſint, ubinam ſint, &
quot ſint, rectè adorari non poſſunt, & ideo
convenientius videretur, ut in primo illo
Deo venerarentur, ac in ſe ipſis: „ Poteſt
„ enim fieri, *ſubjungit*, ut hi ſint, quos
„ eſſe non remini: & quos eſſe confiditis, in
„ nulla inveniantur parte naturæ. Neque
„ enim Cœlos aliquando ſubvolaſtis ac ſy-
„ dera, ſingulorum facies atque ora vidi-
„ ſtis, & quos eſſe memineritis illic Deos,
„ eoſdem hic colere tanquam notos inſti-
„ tuiſtis ac viſos. „ *Hactenus Arnobius*, to-
tus intentus ad reſellendam Gentilium de-
mentiam honorem Divinum tribuentium Diis
pluribus, quos an eſſent, & quinam eſſent,
& ubinam eſsent prorſus ignorabstur. Nos
ergo nec honorem Divinum, & ſoli Deo
debitum Angelis exhibemus, nec cultum
præſtamus iis quos forte ignoramus an ſint,
& ubinam ſint; Etenim Cstholica fides do-
cet adeſse in Cœlis Angelos Dei admini-
ſtros, Creaturas nobiliſſimas, ipſi Deo gra-
tiſſimas, & ſancta Scriptura illos nobis com-
mendat. Eos ergo veneramur & colimus
propter eorum excellentiam, & ſanctitatem

qua

quâ cum Deo conjuncti ſunt, non tamen cultu Divino, & quo Deum ipſum colimus, ſed cultu qui creaturæ convenire poteſt. Hunc certè Arnobius in toto ſuo diſcurſu non excludit, non proſcribit, nec reprehendit.

16. Sed Angelns, inquiunt, non eſt paſſus à Joanne adorari, Apocalypſis cap. 19. immò juſſit illi Deum adorare. Etenim Joanni procidenti ante pedes Angeli, & volenti illum adorare, dixit. *Vide, ne feceris, conſervus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium Jeſu; Deum adora*. Cur, niſi quia Angelis cultus non debetur adorationis? Si deberetur, non prohibitus fuiſſet Joannes ab illo eodem, cui debebatur.

17. Utique Angelus non fuit paſsus à Joanne adorari. Cur verò tres Angeli paſſi ſunt adorari ab Abramo Gen. cap. 18. *quando cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi, & adoravit in terram?* Cur inſuper duo Angeli venientes Sodomam permiſerunt ſe à Loth adorari Gen. 19. dùm ab eo viſi ſunt. *Surrexit, & ivit obviam eis: adoravitque pronus in terram?* Aut Angelis debetur aliqua adoratio, aut non debetur: ſi ſecundum, ergo non rectè ſe geſserant Abraham, & Loth, dum proni Angelos adorarunt, immò nec Angeli rectè ſe geſserunt adorationem ſibi non debitam recipientes, & permittentes exhiberi ſibi cultum aliàs indebitum, ſolique Deo convenientem. Si ergo debetur eis aliquis cultus; ob aliquam certè peculiarem rationem, Angelus Apocalypſis non eſt paſsus à Joanne adorari.

18. Proinde S. Gregorius Magnus lib. 36. in Job. cap. 8. ſcribit, ob reverentiam humanitatis Chriſti Angelum non permiſiſse ſe à Joanne adorari. „Hinc eſt, *inquit*, quòd „ante Incarnationem ejus, in Teſtamento „Veteri adoraſse homo Angelum legitur, „nec tamen adorare prohibetur; ſed poſt „Mediatoris adventum, cùm ſe Joannes „adorando Angelo proſtraviſset, audivit: „*Vide, ne feceris, conſervus tuus ſum, &* „*fratrum tuorum*. Quid eſt enim quòd prius „æquanimiter ſe concedebant adorari, poſt „ab homine Angeli recuſant, niſi quòd „priùs hominem carnalibus corruptioni„bus deditum, quò abjectiorem noverant „juſtiùs contemnebant: poſtmodum verò „humanam naturam eò jam ſubſtratam ha„bere non poterant, quò hanc in Autho„re ſuo etiam ſuper ſemetipſos ductam vi„debant? Neque enim debebat in membris „ſubjecta deſpici, quæ in ipſo membrorum „capite meruit prælata venerari.„ Hæc Gregorius loco cit. Sed & homil. 8. in Evangelia idem repetit, dum ait: „Quid eſt „quòd ante Redemptoris adventum Angeli „ab hominibus adorantur, & tacent, poſt„modum verò adorari refugiunt; niſi quòd „naturam noſtram, quam priùs deſpexe„rant, poſtquam hanc ſuper ſe aſſumptam „conſpiciunt, proſtratam ſibi videre perti„meſcunt? Nec jam ſub ſe velut infirmam „contemnere auſi ſunt, quam ſuper ſe vi„delicet in Cœli Rege venerantur.

19. Rectè tamen Joannes voluit Angelum adorare, quia optimè noverat dignum veneratione extitiſſe, deberiquè Angelis aliqualem, ſed infra Deum, cultum: neque tantus Dei Apoſtolus hoc auſiſſet facere, ſi non licere dignoviſſet, & ideò quamvis in viſione de qua fit mentio in cap. 19. Apocalypſis prohibitus ab Angelo fuerit, non proinde credidit non eſſe Angelis ab hominibus exhibendum cultum, & mutatâ ſententiâ aliter impoſterum ſe geſſit. Nam in altera ſuccedente viſione, quinimmò in ultima cujus mentio fit in cap. 22. Apocalypſis, iterum ad Angeli præſentiam cecidit, ut adoraret illum. *Et poſtquam vidiſſem, & audiſſem*, inquit, *cecidi ut adorarem ante pedes Angeli*. Et quamvis iterum prohibitus fuerit, ut in eodem textu legitur, non tamen evacuatur ſententia, quam Joannes ſemel rectè imbiberat, videlicet Angelis cultum infra Deum eſſe exhibendum.

20. Aliam rationem aſſignat S. Auguſtinus in lib. 10. de Civit. cap. 19. cur Angelus non ſit permiſſus à Joanne adorari; nam cùm Joannes, non Angelum revera exiſtimaſſet, ſed ipſum Chriſtum, Verbumque Dei incarnatum, à quo in principio Viſionum audivit: *Ego ſum primus, & noviſſimus, & vivus, & fui mortuus, & ecce ſum vivus in ſæcula ſæculorum, & habeo claves mortis & inferni*. Procidens ergo & volens adorare, non Angelum adorare putabat, ſed ipſum Chriſtum, ſed cùm cultus, & adoratio debita Chriſto & Deo Verbo incarnato, nequaquam debeatur Angelis, meritò tali cultu non eſt paſſus Angelus ſe adorari: proinde addidit, *Deum adora*, quia nimirum hujuſmodi cultus ſoli Deo debetur. „Putaverunt „quidam, *ait S. Auguſtinus*, deferendum „Angelis honorem, vel adorando, vel ſa„crificando, qui debetur Deo, & eorum „ſunt admonitione prohibiti, juſſique ſunt „hoc ei deferre, cui uni fas eſſe noverunt. „Imitati ſunt Angelos ſanctos etiam San„cti homines Dei: nam Paulus & Barna„bas in Lycaônia facto quodam miraculo „ſanitatis, putati ſunt Dii, eiſque Licaonii „immolare victimas voluerunt, quod à ſe „humili pietate removentes, eis in quem „crederent annunciaverunt Deum„ *Hactenus ibi Auguſtinus*: Qui in libro de Vera Religione cap. 55. idem indicare videtur dum ait: „Hoc etiam ipſos optimos Angelos, & „excellentiſſima Dei miniſteria velle creda„mus, ut unum cum ipſis colamus Deum, „cujus contemplatione beati ſunt: neque

„ enim, & nos videndo Angelos beati ſumus; ſed videndo veritatem, quâ etiam ipſos diligimus Angelos, & his congratulamur. Nec invidemus quòd eâ paratiores, vel nullis moleſtiis interpedientibus perfruuntur: ſed magis eos diligimus, quoniam & nos tale aliquid ſperare à communi Domino juſſi ſumus. Quare honoramus eos charitate non ſervitute. Nec eis Templa conſtruimus. Nolunt enim ſe ſic honorari à nobis, quia nos ipſos, cùm boni ſumus, Templa ſummi Dei eſſe noverunt. Rectè igitur ſcribitur, hominem ab Angelo prohibitum, ne ſe adoraret, ſed unum Deum, ſub quo ei eſſet, & ille conſervus. „ *Hæc Auguſtinus*. Unde manifeſtum fit cultum illum dumtaxat prohibitum ab Angelo fuiſſe, qui ſoli Deo debetur, eique ſoli convenit.

21. Denique idem S. Doctor lib. 20. contra Fauſtum cap. 21. clariùs explicat cultum Deo debitum, & quem Martyribus, Beatiſque in Cælo gaudentibus, & Sanctis Angelis exhibemus. „ Colimus, *inquit*, Martyres eo cultu dilectionis, & ſocietatis, quo & in hac vita coluntur ſancti homines Dei, quorum cor ad talem pro Evangelica veritate paſſionem paratum eſſe ſentimus. Sed illos tantò devotiùs quantò ſecuriùs, poſt certamina ſuperata: quantò etiam fidentiore laude prædicamus, iam in vita feliciores victores, quàm in iſta adhuc uſque pugnantes. At verò illo cultu, qui Græcè Latria dicitur, latinè verò verbo dici non poteſt, cùm ſit quædam propriè Divinitati debita ſervitus, nec colimus, nec colendum docemus, niſi unum Deum. Cùm autem ad hunc cultum pertineat oblatio Sacrificii, unde Idololatria dicitur eorum, qui hoc etiam Idolis exhibent; nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus, vel cuiquam Martyri, vel cuiquam Sanctæ animæ, vel cuiquam Angelo, & quiſquis in hunc errorem delabitur, corripitur per ſanam doctrinam, ſive ut corrigatur, ſive ut condemnetur, ſive ut caveatur. Ipſi enim Sancti, vel Homines vel Angeli, exhiberi ſibi nolunt, quod uni Deo deberi norunt. „ *Hæc Auguſtinus*, & affert exemplum Barnabæ & Pauli, qui Licaoniæ non ſunt paſſi adorari ab iis, qui eis velut Diis immolare volebant; & alterum exemplum Angeli, nolentis adorari ab Johanne: undè de mente Auguſtini conſtat, Johannem actum latriæ exercere voluiſſe erga Angelum, exiſtimantem, ut diximus, non Angelum fuiſſe ſed Dei Verbum, & proinde monetur ab Angelo, ne quid tale faciat, ſed Deum adoret.

22. Itaque quoties in Sanctis Scripturis præcipitur, ut unus ſolus Deus adoretur, eique ſoli ſervitus præſtetur; ut Deuteronomii cap. 6. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies*, & alibi; loquitur de adoratione Latriæ, que eſt quædam ſumma voluntatis proteſtatio, & inclinatio cum apprehenſione Dei, ut primi Principii & ultimi Finis, atque adeo ſummi boni, undè & perfectam ſervitutem ſecum involvit, quæ eſt eorum, qui id quod ſunt, alterius ſunt, & operantur moti ab illo, tam efficienter, quàm finaliter, ideſt operantur ab ipſo Domino moti, tanquam inſtrumenta, ad operandum, ut tradit Ariſtoteles lib. 1. Polit. cap. 3. Et propter ipſum Dominum. Beati porrò in Cælo, & Sancti Angeli hac adoratione minimè adorantur, ſed benè aliâ, quam Theologi Duliam vocant, quæ conſiſtit in inclinatione voluntatis, cum apprehenſione excellentiæ pluſquam humanæ, ſed minùs quàm Divinæ, involuitque quandam ſervitutem, ſed imperfectam, quæ eſt eorum quæ moventur aliquo modo ab alio, ſed non ſicut perfecta ſervitus: undè Sancti & Angeli nos movent, & juvant ad benè operandum tum exemplo suo, tum interceſſione apud Deum; & ideo perfecti ſervi illorum non ſumus, ſed imperfecti, deficit enim perfectæ ſervitutis ratio, non enim movemur ad operandum propter eos, velut Dominos, & tanquam ultimum finem, quemadmodum movemur à Deo cujus perfecti ſervi ſumus. Ratio denique cur Angelos adoramus Deus ipſe eſt, & eos adorando, etiam Deum adoramus, non quòd adoratio ad Angelos non terminet, ſed quia ratio cur Angelos adoramus Deus eſt, quemadmodum Athanaſius in libro de Virginitate in fine, de viro Sancto loquens, dicit; qui eum adorat, Deum adorare; ita & de Angelis Sanctis. Patet ergo Catholicam Romanam Eccleſiam rectè Angelos venerari, eiſque cultum exhibere, neque per hoc Angelicorum hæreticorum labe eſſe coinquinatam, cum aliter illa Sanctis Angelis cultum exhibeat, aliter exhibendum Angelici putaverint, proinde impiè iſti Angelos honorabant, piè & ſanctè illa Angelis obſequia præſtat.

Digitized by Google

COLLATIO

Hujus Hæreſis, cum Hæreſi quorundam Recentiorum Hæreticorum.

23. ANGELICORUM Sectam, quamvis cum additamento aliquo renovatam in quibuſdam Syleſiæ, & Boëmiæ partibus adnotat Stanislaus Reſcius in Centur. verbo. *Angelici Doctores*, ubi ſic ait: ,, Penè jam abſolvera-
,, mus præſentem hanc hæreticorum fabularum Ilia-
,, dem, cùm ad nos è vicina Syleſia literæ viri cujuſ-
,, dam graviſſimi pervenerunt, quibus ſignificat emer-
,, ſiſſe in quibuſdam Boëmiæ, & Syleſiæ Provinciis, novum quoddam perfidiæ
,, genus, cujus Sectatores partim ſe vocant Angelicos Doctores, partim An-
,, gelicos Sectatores. Ejus porrò primi Auctores, Angeli fuiſſe exiſtimantur,
,, nomine tenus Catholici, docentes aſſiſtere ſingulis hujus doctrinæ Sectatori-
,, bus Angelum Domini viſibiliter, & ſenſibiliter omnia docentem, & in aures
,, loquentem ea, quæ cuique de Deo, deque univerſa Religione ſentienda,
,, amplectenda ſunt, quæve fugienda: occulta quoque, & abſtruſa ſæpe reve-
,, lare, & futura prædicere. Eſſe porrò quoddam verborum genus, quo fidem,
,, obedientiamque ſuam, iſtiuſmodi Angelis obſtringunt: quos omninò Ange-
,, los Dei bonos putent. Nec omnia prorſus, quæ Catholica docet Eccleſia,
,, reiicienda exiſtimant: ſed quod cuique proprius Angelus inſpiraverit, aut
,, inſuſurraverit, id ſanctum putant, atque ut loquentis Dei vocem arbitran-
,, tur. Porrò peculiares iſtorum errores nondum habemus exploratos. ,, *Hæc Reſcius*, nonnulla horum exempla tantùm ſubjungens. Nec dubito hos phanaticos homines ſuis Angelis quamvis malis, cultum & venerationem exhibuiſſe, imitatos antiquos Angelicos, etiam malis Angelis, ut diximus cultum exhibentes.

CAPUT

CAPUT XVIII.

SIVE XL.

De Apoſtolicis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1. *APOSTOLICI, qui ſe iſto nomine arrogantiſſimè vocaverunt, eò quòd in ſuam communionem non reciperent utentes conjugiis, & res proprias poſſidentes, quales habet Catholica Eccleſia, & Monachos, & Clericos plurimos: ſed ideo iſti hæretici ſunt, quoniam ſe ab Eccleſia ſeparantes, nullam ſpem putant eos habere, qui utuntur his rebus, quibus ipſi carent. Encratitis iſti ſimiles ſunt, nam & Apotactitæ, ideſt extraordinarii appellantur. Sed alia neſcio, quæ propria hæretica docere perhibentur.*

COMMENTARIUS HISTORICUS.

2. APOSTOLICI) De his agunt Epiphanius in hæreſ.61. Iſidorus lib. 8. Etymol. cap. 5. Damaſcenus in lib. de hæreſ. Honorius Auguſtudonenſis in Catal. hæreſ. Rhabanus Maurus lib. 2. de Inſtitut. Cleric. cap. 58. Timotheus Presbyter in libro de Recept. Hæretic. apud Coteler. tom.3. Monum. Eccleſ. Græc. pag. mihi 379. in unam eandemque Sectam confundit Apotactitas cum Saccophoris, atque Hydroparaſtatis, quos omnes à quodam diſcipulo Juſtini Martyris, qui poſt Sancti Martyris obitum ab Eccleſia abſceſſerat, inſtitutos eſſe ſcribit. „ Auctorem hæreſis ſuæ, *inquit*, habuerunt unum „ è diſcipulis Juſtini Philoſophi, & Martyris, ajuntque illum poſt Sancti Juſtini „ Martyrium abſceſſiſſe ab Eccleſia, atque „ excogitaſſe hanc hæreſim. „ *Hæc ibi*. In Pandectis quoque Niconis in cap. ult. apud eundem Cotelerium cit. pag. mihi 421. idem Timotheus, eoſdem fuiſſe indicat Apotactitas, & Saccophoros: *Saccophori*, inquit, *qui & Apotactitæ*. Epiphanius verò loc. cit. §. 1. dictos ait Apotacticos, quaſi Renunciatores: *Alii ſecundùm illos*, inquit, *dici ſe Apoſtolicos voluerunt, qui & Apotacticos, hoc eſt* Renunciatores *ſe ipſos nominant*. Sic Damaſcenus: *Apoſtolici, qui & Apotactitæ.* Baſilius Magnus horum meminit in Epiſt.2. ad Amphilochium Can. 47. ſub Apotactiarum nomine: eoſque tamen ſejungere videtur à Saccophoris, quemadmodum ſejungit ab Encratitis, dum ait: *Encratitæ, & Saccophori, & Apotactitæ ſubiiciuntur eidem rationi, cui & Novatiani*. Itaque quantùm ad nominis Etymologiam dicti ſunt Apoſtolici, quia Apoſtolorum exemplo nihil proprium habere volebant: *Apoſtolici*, ait Iſidorus, *hoc ſibi nomen præſumpſerunt, quòd nihil poſſidenses proprium, nequaquam recipiant eos, qui aliquo in hoc mundo utuntur*. Apotatictæ verò appellati ſunt, à bonorum renunciatione, hoc eſt, *Renunciatores*, ut ex Epiphanio diximus.

3. Prodierunt enim à Tatiano, Encratitis, & Chataris, ut ſcribit Epiphanius. *Iidem porrò à Tatiani Dogmatibus velut avulſione quadam propagati, hoc eſt, ab Encratitis, Tatianis, & Catharis. Hinc Damaſcenus ait: Affines ſunt Encratitis, quanquam diverſa quædam ab illis ſentiunt*. Et hòc eſt, quod ait Timotheus Presbyter, dùm ſcribit hujus ſectæ Auctorem fuiſſe quendam Diſcipulum Juſtini Martyris, nam Tatianus, à quo originariè emerſit hæc hæreſis, fuit Juſtini Martyris diſcipulus, ut referunt Irenæus lib. 1. cap. 31. Euſebius lib. 4. hiſt. cap. 29. Hjeronymus in lib. de Scriptoribus in Tatiano, Theodoret. lib. 1. Hæret. fabular. & Epiphanius in hæreſ. 46. Inde eſt, quòd apud ſcriptores nulla fit mentio de hujus ſectæ Auctore, niſi quatenus à Tatiani, & Encratitarum hæreſi prodierit. Quinam ergo ex Encratitis hanc novam hæreſim inſtituerit ſub ſilentio latet.

4. Porrò viguiſſe in regione Phrygiæ, Ci-

Ciliciæ, & Pamphiliæ author eſt Epiphanius, qui §. 2. ait: *Habitant illi in exigua quadam regione Phrygiæ, Ciliciæ, ac Pamphiliæ*. Danæus verò ex Plinii lectione exiſtimat primum ortum habuiſſe in ea Piſidiæ parte, quæ ad Homonadum gentem, & Pomphiliam pertinet: quæ poſtea latiùs propagata Pamphiliam, Ciliciam, & Phrygiam ipſam infecerit. Circa tempus quo emerſit, ſcriptores ſupra allegati coævam faciunt hæreſi Angelicorum: unde Ricciolius par. 3. Chronol. Catal. 2. illam conſignat poſt Sabellianos & ſub anno CCLXI. ſexennio poſt Angelicos. Prateolus verò longè ante emerſiſſe putat, cujus initia ſtatuit ſub Severo Imperatore, & Victore Papa circa annum Domini CXCIX. Danæo placet illam conſignare ſub anno à Chriſto paſſo CXLIX. hoc eſt ſub anno Domini CLXXXVIII. circiter. Mihi autem veriſimiliùs videtur proximam fuiſſe Hæreſi Encratitarum, & Tatianorum, à qua emerſiſſe diximus, ac proinde paulò poſt illam ortum ſuum habuiſſe.

5. Denique de tempore quo hæc peſtis perduraverit, nihil certi affirmare poſſumus. Sub Baſilio Magno adhuc perſtitiſſe, indicant ejus Canones 1. & 47. ubi tradit ejus Sectatores ad Eccleſiam Catholicam venientes, iterum baptizandos. In ſexta Synodo in Trullo, ubi eorum hæreticorum fit mentio, quorum Baptiſma nullum erat, omittuntur Apotactitæ, ſive Apoſtolici, cùm tamen recenſeantur Montaniſtæ, Phryges, & Sabelliani, aliique hæretici ex Galatarum regione prodeuntes; quare non leve argumentum deſumi poteſt, aſſerendi eâ tempeſtate deſiiſſe. Quòd ſi conjectari licet, non erit longè à veritate alienum dicere, hanc ſectam confuſam fuiſſe eum Euſtathiana, & Aeriana: Euſtathium enim, & Aerium ſectâ fuiſſe Apotacticos, tradunt complures eruditi. Cùm verò iſti Sectam propriam condiderint, veriſimile eſt priorem illam Apotacticarum in Euſtathii & Aerii hæreſi confuſam fuiſſe, erga tempora Concilii Gangrenſis celebrati ſub Sylveſtro Papa, de quo ſuo loco, quando de Euſtathianis, & Aerianis erit ſermo.

COMMENTARIUS

Dogmaticus.

6. SEd ideo *iſti hæretici ſunt*) Plura fuerunt horum dogmata ex aliis hauſta hæreſibus: ab Encratitis, Tatianis, & Catharis hoc commune dogma ſumpſerunt, legem non à Deo bono, ſed à malo quodam Deo eſſe, ac ideo prorſus reiiciendam. Poſtea in eo quòd lapſis pœnitentiam denegarent, Catharos eſſe ſecutos conſtat, qui poteſtatem remittendi peccata Eccleſiæ denegabant. Docebant quoque malas eſſe nuptias, & matrimonia pro illicitis habebant, quemadmodum Tatianus dixerat. Sacramenta quoque & myſteria diverſa celebrabant, quæ Catholica Eccleſia non habet: & in hoc quoque eoſdem hæreticos æmularunt. Hæc omnia Epiphanius loco cit. §. 1. ubi ait: „ Iidem „ porrò à Tatiani dogmatibus velut avul- „ ſione quadam propagati, hoc eſt ab En- „ cratitis, Tatianis, & Catharis, qui om- „ nes præcipuè legem repudiant: habent il- „ li diverſa Sacramenta à noſtris, atque My- „ ſteria. De inopia rerum omnium glorian- „ tur, ac Sacroſanctam Dei Eccleſiam ad- „ ſcititiis ſuperſtitionibus temerè dividunt, „ ac labefactant, & à Divina Clementia ex- „ cidunt. Neque enim eum, qui ſemel pro- „ lapſus eſt, recipiunt amplius, atque ea- „ dem omninò de nuptiis, cæteriſque id ge- „ nus, cum ſuperioribus illis ſentiunt.

7. Subjungit poſtea hos hæreticos uſos fuiſſe Actis Andreæ & Thomæ: „ Cùmque „ Cathari, *ait*, receptis dumtaxat Scri- „ pturis adhæreſcant, iſti Andreæ, ac Tho- „ mæ (ita enim vocant) Actis potiſſimùm „ nituntur, ſuntque ab Eccleſiæ regula pror- „ ſus aliena. „ De Encratitis quoque in hæreſi 47. ſcribit adhæſiſſe ejuſmodi Actis, nàm §. 1. ait: *Inter primarias Scripturas habent Andreæ, ac Joannis Acta; nec non Thomæ, & Apocryphoſalios*. Et ita liquet Apoſtolicos hoſce hæreticos in hoc etiam imitatos eſſe Encratitas. Acta porrò Andreæ diverſa, & à diverſis conficta fuiſse, indubium eſt. Etenim S. Auguſtinus in lib. de Fide contra Manichæos, meminit quorundam Actorum ſub nomine Apoſtolorum, quos à Leucio Manichæo conſarcinatos dicit, ubi & fragmentum eorundem recenſet, quod ex Actibus Andreæ excerptum eſt, ubi dicit: „ At- „ tendite in Actibus Leucii, quos ſub no- „ mine Apoſtolorum ſcribit, qualia ſunt, quæ „ accipitis de Maximilla uxore Egetis, quæ „ cum nollet Marito debitum reddere, cùm „ Apoſtolus dixerit, *Uxori vir debitum reddat, ſimiliter & uxor viro*; illa ſuppoſuerit „ Marito ſuo Ancillam ſuam, Eccleſiam no- „ mine exornans eam, ſicut ibi ſcriptum eſt, „ adverſariis lenociniis, & fucationibus, & „ pro ſe vicariam ſupponens, ut ille neſciens „ cum ea, tanquam cum uxore concum- „ beret. Ibi etiam ſcriptum eſt, quòd cùm „ eadem Maximilla, & Iphidamia ſimul iſ- „ ſent ad audiendum Apoſtolum Andream, „ puerulus quidam ſpecioſus, quem vult „ Leucius vel Deum, vel certè Angelum „ intelligi, commendavit eas Andreæ Apo- „ ſtolo, & perrexit ad Prætorium Egetis, „ & ingreſsus cubiculum earum, finxerit vo- „ cem muliebrem, quaſi Maximillæ murmu-

„ ran-

„ rantis , de doloribus ſexus fœminei , & „ Ephidamiæ reſpondentis . Quæ colloquia „ cùm audiſſet Egetea , credens eas ibi eſſe , „ diſceſſerit . „ *Hæc Auguſtinus ex ejuſmodi Actis* . Etiam in lib. 1. contra Adverſarium Legis , & Prophetarum , cap. 20. mentionem facit de quibuſdam Andreæ Apocryphis . Sed alios fuiſſe Andreæ actus , quibus Encratitæ utebantur , ab iis , quos S. Auguſtinus recenſet putarim , nam non potuiſſe Encratitas uti Actibus à Leucio Manichæo conſcriptis , ratio ipſa temporum demonſtrat ; nondum enim Manichæorum nomen auditum erat in Mundo , quando Encratitarum Secta emerſit , & per integrum ferè Sæculum hæc Manichæos præceſſit . Cæterum Innocentius I. in Epiſtola ad Exuperium , ſcribit quædam Andreæ Acta conficta fuiſſe à Nexuebarida & Leonide Philoſophis . Hinc certum eſt Acta ejuſmodi diverſa fuiſſe , & non ab uno , ſed à diverſis Autoribus conſcripta . Euſebius porrò lib. 3. hiſtoriæ cap. 25. Acta Andreæ & Joannis inter Apocrypha recenſet , ſic & Gelaſius Papa in Concilio Romano , in Decreto de Libris Apocryphis . Turribius quoque Aſturicenſis in Epiſtola ad Idacium , & Ceponium data , de non recipiendis Scripturis Apocryphis : & denique Innocentius I. in prælaudata Epiſtola ad Exuperium .

8. De Actibus Thomæ , ſcribit Mellitus Epiſcopus Laodiceæ in Paſſione S. Joannis , ab eodem Lucio cui S. Auguſtinus tribuit Acta Andreæ , & quædam alia Acta ſub Apoſtolorum nominibus , conficta eſſe . Sed currit eadem difficultas , quoniam Encratitæ non potuerunt illis uti , cum illorum ætate , nondum natus fuerit Lucius Manichæus . De hiſce Thomæ Actis ferunt aliqui excerpta eſſe illa , quæ referuntur à S. Auguſtino in lib. contra Adimantum cap. 17. ubi ait : „ Ipſi autem legunt Scripturas Apocryphas , „ quas etiam incorruptiſſimas eſſe dicunt , „ ubi ſcriptum eſt , Apoſtolum Thomam „ maledixiſſe homini , à quo per imprudentiam palmâ percuſſus eſt , ignorante quis „ eſſet , maledictumque illud continuò ve„ niſſe ad effectum . Nam cùm ille homo , „ quoniam miniſter convivii erat , ut ap„ portaret aquam exiſſet ad fontem , à Leo„ ne occiſus , & dilaniatus eſt . Quod ut „ manifeſtaretur , ad aliorum terrorem , ca„ nis manum ejus intulit menſis , ubi con„ vivabatur Apoſtolus : atque ita cùm cau„ ſa quæreretur à neſcientibus , eiſque pan„ deretur , in magnum timorem , & ma„ gnum honorem Apoſtoli eos eſſe conver„ ſos ; atque hinc Evangelii exordium com„ mendandi extitiſſe . „ *Hæc Auguſtinus* ex Manichæorum Apocryphis Scripturis , & repetit in lib. 22. contra Fauſtum Manichæum cap. 79. Hæc ergo Thomæ Acta , ſive quæ à Manichæis conſcripta feruntur , ſive quæ ab aliis ante exortum Manichæiſmum , reiiciuntur ab Euſebio lib. 3. cap. 25. à Turribio Aſturicenſi loc. cit. à Gelaſio , ab univerſa denique Eccleſia Catholica .

9. Specialia autem Apoſtolicorum hæreſis , per quam ſeceruebantur à Tatiania , Encratitis , & Catharis , fuit , *Chriſtianis non licere bona temporalia poſſidere , hujuſmodi enim bona poſſidentes eſſe extra Regnum Cælorum* . Hac de cauſa hujus tantùm hæreſis horum hæreticorum meminerunt S. Auguſtinus , Iſidorus , Damaſcenus , & alii . Sed more ſuo Lambertus Danæus in ſuo de Hæreſibus opuſculo cap. 40. Monachos , & Mendicantes Religioſos inſectatur , quòd in eis revixerit hæc Apoſtolicorum hæreſis ; ait enim : „ Quotquot enim ſunt cælibum Mo„ nachorum in Papatu genera , tot ſunt „ hujus hæreſeos adhuc ſurculi , & proge„ nies aſtu Satanæ interpolatæ , & transplan„ tatæ mutatis nominibus . Hæc enim hæ„ reſis univerſi Monachiſmi , in primis au„ tem fratrum , qui dicuntur Mendicantium „ fundamentum eſt . Hi præcipuè hæc tria „ tanquam omninò neceſſaria vovent , nem„ pe paupertatem , continentiam , ideſt , ut „ nihil proprium poſſideant , cælibatum , „ & obedientiam , ut docet Thomas Aqui„ nas in 2. 2. Nec mirum eſt Monachos ex „ hæreſeon colluvie ſua vota , & regulas „ conſarcinaſſe , quando gravis author , & „ Orthodoxus Theodoretus Cyri Epiſcopus „ lib. 1. cap. 9. Hiſtoriæ ſcribit , eos quo„ dam ex Judæorum , & Samaritanorum de„ liriis ad ſe tranſtuliſſe , quæ etiam hodie „ religioſè , ne dicam ſuperſtitioſè , obſer„ vant . Imprimis autem Apoſtolicorum hæ„ reticorum faſcino hac noſtrâ ætate , velut „ extremâ Mundi ſenectâ illecti videntur „ Jeſuitæ , quos ad vivum nobis hodie re„ ferunt , repreſentant . „ *Hactenus Danæus.*

10. Cæterùm ſi attendere voluiſſet Textum Beati Auguſtini , & quæ in hac re movet Epiphanius , non talia in Monachos , & Religioſos viros protuliſſet . *Ideo iſti hæretici ſunt* , ait Auguſtinus , *quoniam ſe ab Eccleſia ſeparantes , nullam ſpem putant eos habere , qui utuntur his rebus , quibus ipſi carent* . Non enim hæretici ſunt , quia ab uxoribus ſe abſtinent , quia continentiam ſectantur , & quia nihil proprium habere volunt : nam hujus generis viros Monachos , & Clericos plurimos habet Catholica Eccleſia , ait S. Doctor , ſed ideo hæretici ſunt , quia nemini licere putant uti conjugiis , & bona poſſidere . Hoc non dicunt Monachi , non aſſerunt Mendicantes Religioſi , nec docet pia Jeſuitarum Societas : & prorſus alienum eſt à doctrina S. Romanæ & Catholicæ Eccleſiæ .

11. Hinc S. Epiphanius hæreſi 61. §. 3. „ Ha-

„ Habet quidem, *inquit*, renunciationem
„ Eccleſia; ſed non ideo deteſtandas nu-
„ ptias exiſtimat. Habet bonorum omnium
„ inopiam; ſed non adversùs illos inſolen-
„ ter effertur, qui ea juſtè poſſident à pa-
„ rentibus accepta, quibus tam ſibi, quàm
„ aliis indigentibus ſubveniant. Ad hæc à
„ ciborum uſu temperant multi, ſed non
„ contra eos, qui illis utuntur, ſuperbè ſe
„ gerunt. *Qui enim manducat, non mandu-*
„ *cantem non contemnat: & qui non man-*
„ *ducat, manducantem non judicet: Chriſto*
„ *enim manducat & bibit*. Jam ne vides
„ (*Danæe*) eandem in Eccleſia concordiam,
„ eandemque ſpem, ac fidem, quæ unicuique
„ ſecundùm propriam vim, propriumque la-
„ boribus certamen gratificare ſtudet? „ *Hæc Epiphanius*.

12. Deinde paucis interjectis ſubjungit:
„ Dei Eccleſia honeſtas nuptias admittit,
„ ac veneratione proſequitur. *Honeſtæ enim*
„ *nuptiæ ſunt & torus immaculatus*. Habet
„ & continentiam & quidem ſingularem,
„ eamque commendat, utpotè quæ certamen
„ quoddam ſuſcipit, vitamque ipſam, quaſi
„ potentior deſpicit. Nec minus Virginita-
„ tem habet, eamque magnopere prædicat,
„ quaſi cum virtute conjunctam, leviſſima-
„ que penna præditam. Nec ei deſunt certi
„ homines, qui mundo renunciarunt: nec
„ adversùs eos qui adhuc in Mundo verſan-
„ tur, arroganter inſoleſcunt, ſed iis ipſis
„ delectantur. Quales olim Apoſtoli fue-
„ runt, omnium ſcilicet rerum poſſeſſione
„ vacui. Imò & Salvator ipſe Dominus
„ omnium, cùm in hac carne viveret, nihil
„ ex hiſce terrenis rebus poſſidere voluit.
„ Neque tamen idcircò mulieres illas reiice-
„ re voluit, quæ ſibi, ac ſuis Apoſtolis mi-
„ niſtrarent. „ *Hactenus S. Epiphanius*.

13. Neſcio ergo quid muſſitet Danæus adversùs Ordines Mendicantium, quid ſuperaddat adversùs Jeſuitas, quaſi quid ſpeciale in hac re ſectentur, quando optima illa Societas & ſancta, nihil adversùs Evangelicam veritatem aliquando molita ſit, niſi quòd Danæi hæreſi, & doctrinâ & ſanctitate adverſata fuerit. Damnatam porrò hanc Apoſtolicorum doctrinam in Concilio Gangrenſi, circà Concilii Nicæni tempora celebrato, aſſerit Danæus: ſed retentam poſtea, & recoctam à Monachis, & fratribus Mendicantibus ſubjungit, non tamen ſine aperta calumnia. Concilium enim Gangrenſe celebratum fuit, occaſione hæreſis Euſtathii Epiſcopi Sebaſtenſis in Armenia, qui Apoſtolicorum Hæreticorum errores renovaverat, aliaque propria dogmata ſuperaddiderat: docebat enim, ut in Epiſtola Synodica refertur, illicitas nuptias, ac & divitias poſſidere ſaluti hominum adverſari. *Declaratum eſt*, inquiunt Patres, *hos eoſdem nuptias accuſare, & docere, quòd nullus in conjugali poſitus gradu, ſpem habeat apud Deum*. Et poſt alia ſubjungunt: *Divites fideles, qui non omnibus renuncient, quæ poſſident, ſpem apud Deum non habere*. Hæc inter alia fuerunt Euſtathianorum dogmata, quæ meritò à Sancta Gangrenſi Synodo fuerunt damnata.

14. At non reprobarunt illius Concilii Patres, & voluntariam continentiam, & abdicationem voluntariam omnium bonorum, majoris perfectionis gratiâ, dummodo non damnentur nuptiæ, nec à ſpe ſalutis æternæ eiiciantur divites. Etenim iidem Patres poſt Canonum ſubſcriptiones dixerunt: „ Nos autem & Virginitatem cum hu-
„ militate admiramur, & continentiam cum
„ caſtitate & religione Deo acceptiſſimam
„ dicimus, & renunciationem ſæcularium
„ negociorum, atque actuum cum humili-
„ tate, adprobando laudamus, & nuptia-
„ rum vinculum, quod ſecundùm caſtita-
„ tem ſecum perdurat, honoramus, & di-
„ vites cum juſtitia, & operibus bonis non
„ abiicimus, & parſimoniam cum veſte hu-
„ mili non reprobamus. „ *Hæc ibi*. Unde liquet Inſtituta Monaſtica non fuiſſe damnata, ſed potiùs approbata in præfato Concilio, approbando & laudando ea, quæ poſtea voluntariè aſſumpſerunt Religioſi Mendicantes. Oportebat ergo Danæum hæc omnia obſervaſſe, ne de aperta convinceretur calumnia, allegando Concilium pro ſe, quando manifeſtiſſimè contrarium docet. Itaque firmum ſtat, in hoc Apoſtolicos hæreticos fuiſſe, quòd docuerint, *nullam ſpem eſſe ſalutis iis, qui bona temporalia poſſident*. Et ita ſingulare illorum dogma fuit: *Non licere Chriſtianis bona temporalia poſſidere, poſſidentes verò eſſe extra ſpem Regni Cælorum*.

COMMENTARIUS

In hanc Hæreſim.

15. NOn licere) Poſt hos Hermannus quidam Italus Auctor Sectæ fraticellorum, ut notat Prateolus lib. 8. ſui Elenchi, cap. 11. hanc eandem hæreſim reaſſumpſit, dicens nihil proprii habendum, nec Reſpublicas eſſe adminiſtrandas à Chriſtianis, prout idem Prateolus refert lib. 6. cap. 13. Joannes quoque Witcleff, ut ex ex Actis Concilii Conſtantienſis ſeſſ. XV. & ex Conſtitut. Martini V. *Inter cunctas*, docuit eſſe contra Sacram Scripturam, quòd viri Eccleſiaſtici habeant poſſeſſiones. Denique S. Bernardus Serm. 66. in Cantica refert ſua ætate quoſdam exſtitiſſe hæreticos, qui Apoſtolicos ſe nominabant. *Jactant ſe*, ait, *eſſe ſucceſſores Apoſtolorum*, *& Apoſtolicos nominant*, *nullum tamen Apoſtolatus ſui ſignum valentes oſtendere*. Hos enim plura habuiſſe communia cum antiquis illis Apoſtolicis, ſeu veriùs Apoſtaticis hæreticis, idem S. Bernardus adnotat, & refutat: nam & nuptias damnabant, à quibuſdam cibis ſe abſtinebant, velut ab immundis, & alia plura docebant à Catholica & Apoſtolica doctrina prorſus aliena.

16. Quantùm autem ſpectat ad dogma, de quo agimus, ideſt, non licere Chriſtianis bona poſſidere, divites excluſos eſſe à ſpe regni Cælorum, fundatum videtur in verbis Salvatoris: Lucæ cap. 14. *Niſi quis renuntiaverit omnibus quæ poſſidet*, *non poteſt meus eſſe diſcipulus*: ergo qui hujus ſæculi facultates poſſidet, non poteſt eſſe Chriſti Diſcipulus. Porrò Witcleff, ut probet Eccleſiaſticis non licere bona poſſidere, plura teſtimonia Sanctarum Scripturarum in medium producit. Et primò, locum affert Matthæi cap. 10. ubi Chriſtus mittens diſcipulos ſuos ad evangelizandum, dixit: *Nolite poſſidere aurum*, *neque argentum*, *neque pecuniam in zonis veſtris*, *non peram in via*, *neque duas tunicas*, *neque calceamenta*, *neque virgam*. Si ergo Apoſtolis evangelizantibus non licuit ex Domini mandato aliquid proprii poſſidere, multò minus licebit Eccleſiaſticis viris, qui in munere evangelizandi Apoſtolis ſucceſſerunt: quia poſſeſſiones & temporalia bona, ab expedita prædicatione retardant. Progreditur inde ex eodem Evangelii capite, ubi idem Dominus ait: *Non eſt diſcipulus ſuper Magiſtrum*, *nec ſervus ſuper Dominum ſuum*: *ſufficit diſcipulo*, *ut ſit ſicut Magiſter ejus*, *& ſervo ſicut Dominus ejus*. Cùm ergo Chriſtus ſit Magiſter optimus, & Dominus Dominorum, ac omnes Prelati ſervi ſint hujus Domini; quemadmodum Chriſtus bona temporalia non poſſedit, ita poſſidere non debent Prælati, immò nec ullus Chriſtianus, quoniam Chriſtiani omnes ſervi ſunt Chriſti.

17. Denique in Veteri Lege Sacerdotes, & Levitas excluſos fuiſſe à portione hæreditatis, quæ univerſo populo dividenda erat poſt ingreſſum in terram promiſſam, liquet ex lib. Numer. cap. 18. ubi ad Aaron & eos, qui de Sacerdotali ſtirpe erant, dictum fuit: *In terra eorum nihil poſſidebitis*, *nec habebitis partem inter eos*; *Ego pars & hæreditas tua*, *in medio filiorum Iſrael*. *Filiis autem Levi dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſſionem pro miniſterio*, *quo ſerviunt mihi in Tabernaculis fœderis*. Idem porrò repetitum eſt in Deuteronomio cap. 18. *Non habebunt Sacerdotes*, *& Levitæ*, *& omnes qui de eadem Tribu ſunt*, *partem*, *& hæreditatem cum reliquo Iſrael*, *quia Sacrificia Domini*, *& Oblationes ejus comedent*: *& nihil aliud accipient de poſſeſſione fratrum ſuorum*. Cùm ergo Sacerdotes & Levitæ, propter eorum Sacrum Miniſterium, Divinâ Lege nihil proprii poſſidere poterant; quantò magis Sacerdotes Chriſti, virique Eccleſiaſtici Divino Miniſterio conſecrati, nihil proprii poſſidere debent? Perfectius eſt Sacerdotium Chriſtianum Sacerdotio Aaronis, hoc enim figura tantùm & umbra illius fuit: ſi ergo poſſeſſio bonorum obſtare videbatur Sacerdotio minus perfecto, quantò magis obſtabit perfectiſſimo Sacerdotio Chriſtiano? Sicut ergo in veteri Lege nihil proprii habere debuerant Sacerdotes, & Miniſtri Altaris, ſic & in Lege Chriſti. Hæc ſunt potiora horum Hæreticorum argumenta.

18. In contrarium tamen & juxta Catholicam doctrinam arguit Epiphanius, refutatque Apoſtolicos hæreticos, qui nulli Chriſtiano bona temporalia concedere volebant. Si in eadem Eccleſia non ſunt divites, & pauperes, nemo erit qui poſſit de ſuo eſurientes alere, ſitientibus potum dare, nudoſque cooperire. Si divitibus, qui talia præſtare poſſunt clauſa eſt ſpes regni cæleſtis, mendax erit Chriſtus, qui propter ejuſmodi opera Regnum Cælorum repromittit. Falſum ergo erit, quod in Evangelio dicit, Matthæi cap. 25. verſ. 34. *Venite benedicti Patris mei*, *poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione Mundi*, *eſurivi enim*, *& dediſtis mihi manducare*, *ſitivi & dediſtis mihi bibere*, *hoſpes eram & collegiſtis me*, *nudus & cooperuiſtis me*. „Quæ omnia, *ait* „ *Epiphanius*, quomodo tandem facere po„ tuiſſent, niſi juſtis ex laboribus, atque „ ex privatis facultatibus jure comparatis, „ eadem illa præſtitiſſent? *Subjungit inde*, „ quòd ſi iſti, qui bonis ſe omnibus abdi„ cant, & Apoſtolicum vitæ genus inſti-

„ tue-

„ tuerunt, aliis eſſent admiſti, non aliena „ eſſet illa vivendi ratio, neque à Divinis „ Legibus, ac præſcriptis abhorreret. „ *Hæc Epiphanius*. Immò ex eodem textu injuſtè damnarentur illi, quibus Dominus dicit: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis ejus. Eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare: Sitivi & non dediſtis mihi potum: Hoſpes eram, & non collegiſtis me: Nudus, & non cooperuiſtis me*. Si autem nihil proprii Chriſtiani habere poſſent, impoſſibile eis eſſet talia præſtare, quæ quia non præſtarunt condemnantur, ſicque injuſtè damnarentur..

19. Deinde non fuit excluſus à diſcipulatu Chriſti nec à ſpe regni Cœleſtis Joſeph ille ab Arimathæa, qui acceſſit ad Pilatum & petiit Corpus Jeſu. Dives erat, Diſcipulus Chriſti erat, teſtante Evangeliſta Matth. cap. 27. *Venit quidam homo Dives ab Arimathæa, nomine Joſeph: qui & ipſe Diſcipulus erat Jeſu*. Dives erat Lazarus, & Sorores Lazari divites, Caſtelli quoque poſſeſſores. Aut ergo falſum dicit Evangelium eos divites fuiſſe, & tamen Jeſu Diſcipulos, & Sectatores: aut impiè divitias in Chriſtianis, & Chriſti Diſcipulis, ac ſequacibus damnant. Evangelium autem mentiri non poteſt: mentiuntur ergo nec ſine blaſphemia Apoſtolici iſti. Item Zachæus princeps erat publicanorum, & dives, ut ait Lucas cap. 19. non omnia diſpenſavit pauperibus dum Chriſtum in convivio exceperat, ſed dimidium tantùm: *Ecce dimidium bonorum meorum dò pauperibus, & ſi quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum*, medietate alterâ ſibi relictâ. Non tamen per hoc excluſus fuit à ſpe regni cæleſtis, nam meruit à Chriſto audire: *Hodie ſalus Domui huic facta eſt*.

20. Manifeſtum quoque eſt Divites non eſſe exclnſos à ſpe Regni Cœlorum, eum Juveni Diviti petenti à Chriſto, quid facere debuerat, ut vitam æternam conſequi poſſet, non reſpondit; Dimitte omnia quæ habes: ſed dixit: *Si autem vis ad vitam ingredi, ſerva mandata*, ut refert Matthæus cap. 19. Replicante Juvene, quæ mandata? Decalogi præcepta numeravit Jeſus inquiens: *Non homicidium facies: non adulterabis: non facies furtum: non falſum teſtimonium dices. Honora patrem tuum, & matrem tuam, & diliges proximum tuum, ſicut te ipſum*. Id quod poſtea ſubjunxit, *vade, vende quæ habes, & da pauperibus*, ad ſtatum vitæ perfectioris ſpectat, proinde præmiſit: *Si vis perfectus eſſe*. Notat hoc totum S. Auguſtinus in Epiſtola 89. ad Hilarium data, ubi relatum fuit quoſdam dixiſſe, *Divitem manentem in divitiis ſuis, Regnum Dei non poſſe ingredi, niſi omnia ſua vendiderit*: & reſpondit S. Doctor, explicans locum Matthæi cit. & ait: „ Dictum eſt Diviti: *vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis Theſaurum in Cœlis, & veni ſequere me*. Hæc ſi dicant, videntur ali„ quid rationabiliter dicere. Sed totum au„ diant, totum advertant, non in parte an„ res aperiant, in parte ſurdeſcant. Cui „ enim Dominus hæc præcepit? Profectò „ illi Diviti, qui vitæ æternæ conſequen„ dæ conſilium quærebat accipere. Hic enim „ Domino dixerat: *Quid faciam, ut vitam æternam conſequar?* Ille autem non ei reſ„ pondit: *Si vis venire ad vitam, vade & vende omnia quæ habet*. Sed, *ſi vis venire ad vitam, ſerva mandata*. Quæ Ju„ venis cùm ſibi à Domino ex Lege com„ memorata ſe ſervaſſe dixiſſet, & quæſiiſſet „ quid adhuc ſibi deeſſet, reſponſum acce„ pit: *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus*. „ Et paulò poſt, ait: „ Verumtamen Magiſter „ bonus mandata Legis ab iſta excellentiore „ perfectione diſtinxit. Ibi enim dixit: *Si vis venire ad vitam, ſerva mandata*. Hic „ autem: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes*. Cur ergo negamus Di„ vites, quamvis ab illa perfectione abſint, „ venire tamen ad vitam, ſi mandata ſer„ vaverint, & dederint ut detur illis, & „ dimiſerint, ut dimittatur illis? „ *Hæc ibi S. Auguſtinus*.

21. Porrò idem S. Doctor probat Divites à ſpe Regni non eſſe ſecluſos ex loco Pauli in priori Epiſtola ad Timotheum cap. 6. ubi hortatur Timotheum, quomodo ſe gerere oporteat cum Divitibus, inquiens: *Divitibus hujus ſæculi præcipe non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto divitiarum, ſed in Deo vivo (qui præſtat nobis omnia abundè fruendum) Benè agere, divites fieri in bonis operibus, facilè retribuere, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant vitam æternam*. „ Puto, *ait S. Auguſtinus*, quòd iſta „ præcipiens, divites inſtruebat, non fal„ lebat Apoſtolus, qui non ait; *Præcipe Divitibus hujus mundi, ut vendant omnia quæ habent, dent pauperibus, & ſequantur Dominum*: Sed, non ſuperbè ſape„ re, neque ſperare in incerto divitiarum. „ Iſta ſuperbia divitem illum, qui jacentem „ ante januam ſuam contemnebat pauperem „ juſtum, & iſta ſpes in incerto Divitia„ rum, quâ ſe propter purpuram, byſſum, „ & epulas ſplendidas beatum putabat, non „ ipſæ divitiæ perduxerunt ad inferni tor„ menta. „ *Hæc ibidem S. Auguſtinus*. Nemo Dives damnatur propter divitias, neque ille de quo Lucas cap. 16. qui, ut idem Auguſtinus ait, ſi pauperis ulceroſi, qui ante januam ejus contemptus jacebat miſertus fuiſſet,

ſet, meruiſſet & ipſe miſericordiam. Si damnantur divites, non damnantur propter divitiaa, ſed quia ſuperbè ſapiunt, quia ſperant in incerto divitiarum ſuarum, non facilè retribuunt, non communicant aliis bona ſua, non theſaurizant ſibi fundamentum bonum in futurum.

22. Sed inquiunt, Salvator Matthæi cap. 19. cit. ſubjungit: *Amen dico vobis, quia dives difficilè intrabit in Regnum Cælorum. Et iterum dico vobis: Faciliùs eſt Camelum per foramen acus tranſire, quàm divitem intrare in regnum cælorum.* Clauſa eſt ergo divitibua ſalutis ſpes, niſi omnibus quæ poſſident renunciaverint, nam quemadmodum Camelus nunquam intrabit per foramen acus, ita Divites nunquam intrabunt in Regnum Cœlorum.

23. Huic inſtantiæ occurrit S. Auguſtinua in prælaudata Epiſtola, & ait difficilè eſſe Divitibus intrare in Regnum cælorum, ſi propriis viribus confidunt: ſecus ſi Dei auxilio fidunt, ſpemque ſuam in Deum ponunt. Nam Diſcipulis ſuis, Chriſti verba audientibus, atque dicentibus, *Quis ergo poterit ſalvus eſſe*; Jeſus ſtatim ſubjunxit: *Apud homines hoc impoſſibile eſt: apud Deum omnia poſſibilia ſunt.* Hinc S. Doctor ait: „ Audiant itaque divites: Quod ho-
„ minibus impoſſibile eſt, Deo facile eſt: &
„ ſive manentea in divitiis ſuis, ſive illis
„ venditis, & per indigentias pauperum di-
„ ſtributis, intrent in regnum cælorum, gra-
„ tiæ Dei tribuant, non propriis viribus bo-
„ num ſuum. Quod enim hominibus im-
„ poſſibile eſt, non hominibus ſed Deo fa-
„ cile eſt. „ *Ita Auguſtinus*, undè & in pſalmo 48. reprehenduntur, qui *confidunt in virtute ſua, qui in abundantia divitiarum ſuarum gloriantur*. Hinc idem Auguſtinus in pſal. 51. eandem pertractana materiam ait:
„ Quid nobis eſt de divitibua paucis ſol-
„ licitos eſſe ant laborare? Non hoc ſenſe-
„ runt Apoſtoli, ſed cùm Dominus hoc di-
„ xiſſet, *Faciliùs eſt camelum tranſire per fo-*
„ *ramen acus, quàm Divitem intrare in re-*
„ *gnum cælorum*, illi apud ſe dicentes, *Quiſ-*
„ *nam poterit ſalvari*, quid attenderunt? Non
„ facultates, ſed cupiditatea. Viderunt enim
„ etiam ipſos pauperes, & ſi non habentes
„ pecuniam, tamen habere avaritiam. Et ut
„ noveritis non pecuniam in divite, ſed ava-
„ ritiam condemnari; advertite quod dico.
„ Reſpicis illum divitem ſtantem juxta te;
„ & forte in illo eſt pecunia, & non eſt ava-
„ ritia; in te non eſt pecunia, & eſt ava-
„ ritia. „ *Hæc ibi*. Et notat in Pſalmo, ubi dicitur: *Ecce homo qui non poſuit Deum adjutorem ſuum, ſed ſperavit in multitudine Divitiarum ſuarum*, non damnari Doech quia divitias habuit, ſed ex eo quòd ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum, & non poſuit Deum adjutorem ſuum. „ Non
„ dixit, *inquit ibidem Auguſtinus*, Ecce ho-
„ mo qui fuit dives, ſed, Ecce homo qui
„ non poſuit, Deum adjutorem ſuum, ſed
„ ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum.
„ Non quia habuit divitias, ſed quia in
„ ipſis ſperavit, & in Deo non ſperavit;
„ ideo damnatur, ideo punitur, ideo mo-
„ vetur de Tabernaculo, tamquam nodus il-
„ le terrenus, ſicut pulvis, quem proiicit
„ ventus à facie terræ. „ *Hactenus S. Auguſtinus*.

24. Sed, & in primitiva Eccleſia, & ante Magnum Conſtantinum Chriſtianos poſſeſſiones, & bona ſæcularia propria habuiſſe, Eccleſias inſuper, & Eccleſiaſticas perſonas, ex Patrum monumentia palam fit. Et quidem Cyprianus in Epiſt. 80. aliàs 82. ad Succeſum data referens Valeriani Principis edictam adversùa Chriſtianos publicatum, & ad Senatum datum, dicit præfatum Imperatorem mandaſſe, ut Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi animadverterentur, Senatorea & viri nobilea omni dignitate amiſsâ bonis omnibus privarentur, & ſi adhuc in ſententia perſeverarent, capite mulctarentur: Matronæ verò ademptis pariter bonis, relegarentur: Cæſariani quoque confiſcarentur, ac vincti in Cæſarianas poſſeſſiones deſcripti mitterentur.
„ Reſcripſiſſe Valerianum ad Senatum, *in-*
„ *quit*; Ut Epiſcopi, & Presbyteri, & Dia-
„ conea incontinenti animadvertantur: Sena-
„ tores verò, & viri egregii & equites
„ Romani, dignitate amiſsâ, etiam bonis ſpo-
„ lientur, & ſi ademptis facultatibus Chriſtia-
„ ni eſſe perſeveraverint, capite quoque mul-
„ tentur: Matronæ ademptis bonis in exi-
„ lium relegentur: Cæſariani quicque vel
„ priùs confeſſi fuerant, vel nunc confeſſi
„ fuerint, confiſcentur, & vincti in Cæſa-
„ rianas poſſeſſionea deſcripti mittantur.
Hæc Cyprianus, quòd ſi Chriſtiani nihil proprii habuiſſent, talia in ſuo edicto non inſeruiſſet Valerianus. Et quòd cum effectu hujuſmodi bona Chriſtiani haberent, ipſe Cyprianua clariùa indicat dùm ſubjungit: *Sed & huic perſecutioni quotidiè inſiſtunt Præfecti in Urbe; ut ſi qui ſibi oblati fuerint, animadvertantur, & bona eorum fiſco vindicentur.*

25. Ex Edicto pariter Magni Conſtantini in favorem Chriſtianorum, quo ſtatuit bona omnia, quibus ob fidei confeſſionem fuerant privati, reſtitui; manifeſtum fit Chriſtianos ſub anteceſſoribus Conſtantini bona propria habuiſſe, nàm ſi ſecus non potuiſſent illis ſpoliari, nec Conſtantinus reſtitui, conditâ lege, præcepiſſet. Hujus edicti meminit Euſebius lib. 2. hiſtor. ubi ſub cap. 30. verba recenſet Edicti, ſic ſe habentia: „ Om-
„ nea igitur, ſeu qui patriam extraneo ſo-
„ lo commutarunt, eò quòd Dei cultum,

„ ac

„ ac fidem, cui ſe totâ mente dicaverant,
„ prodere noluiſſent, crudelibus judicum
„ ſententiis, quocumque tempore damnati:
„ ſeu qui in album Curiæ relati ſunt, cùm
„ antea non eſſent ex numero Curialium;
„ nunc patriis ſundis & conſueto otio re-
„ ſtituti, Liberatori omnium Deo gratias
„ referant. Quicumque item bonis ſpoliati
„ ſunt, & omnium ſacultatum mulctatione
„ percuſſi, miſerrimam hactenns vitam ege-
„ runt; & hi quoque priſtinis domiciliis,
„ ac familiis, ac facultatibus reſtituti, Dei
„ beneficentiâ læti perſruantur.

26. Deinde cap. 35. recenſet quid ſan-
civerit Conſtantinua de ſucceſſione in bonis
Chriſtianis, & reſcripti verba refert, quæ
ſunt. „ Sed nec de facultatibus, quibus ſin-
„ guli varias ob cauſas nudati ſunt, ſilere
„ non convenit. Proinde, ſi qui egregium,
„ ac divinum Martyrii certamen intrepido,
„ ac fidenti animo ſubeuntes, bonis ſuis
„ ſpoliati ſunt, aut confeſſores effecti, æter-
„ norum ſibi bonorum ſpem compararunt:
„ ſeu qui ex patria migrare compulſi, cò
„ quòd fidem ſuam prodendo perſecutoribus
„ cedere nollent, ſacultatibus ipſi quoque
„ exuti ſunt: Denique ſi qui capitali ſen-
„ tentiâ minimè damnati, bonorum tamen
„ jacturam ſuſtinuerunt: horum omnium
„ hæreditatem proximis tribui jubemus.
„ Porrò cùm leges diſertè præcipiant, faci-
„ le eſt dignoſcere cuinam hæreditas debea-
„ tur. Ad hæc rationi conſentaneum eſt,
„ ut ij ad ſucceſſionem veniant, qui propin-
„ quiores erant ſuturi, ſi illi ſuâ morte obiiſ-
„ ſent.

27. Porrò ut indicet Eccleſias quoque
conſueviſſe poſſeſſiones habere, bonaque
propria ſive ut propria poſſidere, In eodem
edicto, deficientibus Martyrum, ſive Con-
feſſorum, qui à Tyrannis propriis bonis ſue-
rant nudati, hæredibus, Eccleſiæ mandat
illorum bona reſtitui. Sic cap. 36. „ Quòd
„ ſi nullus cognatus ſuperſit, qui prout ra-
„ tioni conſentaneum eſt hæreditatem ca-
„ peſſat eorum, quos ſupra memoravi, Mar-
„ tyrum ſcilicet, & Confeſſorum, aut illo-
„ rum qui ob hujuſmodi cauſam ex patria
„ migrarunt, ejuſque loci Eccleſiam hære-
„ ditatem adire decernimus. Nec deſun-
„ ctis utique moleſtum erit, ſi cujus gratiâ
„ nullum non diſcrimen ſubierunt, eam ipſis
„ hæredem habere contingat. Illud quoque
„ neceſſariò adiiciendum eſt, ut ſi qui ex
„ ſupramemoratis aliquid de bonis ſuis cui-
„ libet donaverint, ei dominium, prout
„ æquum eſt firmum, ratumque perma-
„ neat.

28. Denique, mandat hujuſmodi bona
reſtitui, ſi quæ ſuerint, fructibus dumtaxat
exceptis, undè ſub cap. 37. ſic proſequitur:
„ Porrò ut in præcepto noſtro nulla amba-
„ ges appareat, ſed cuilibet in promptu ſit
„ id quod juris eſt pernoſcere; omnes in-
„ telligant, ſive Fundum, ſive Ædes, ſive
„ Hortum, ſive aliud quid ex bonis eorum,
„ quos ſupra memoravi, detinent, rectè
„ atque ordine ſe eſſe facturos, ſi ſe ipſos
„ ultrò deferant, & rem abſque ulla dila-
„ tione reſtituant. Ac tametſi nonnulli haud
„ quaquam ex juſta poſſeſſionis cauſa ma-
„ gnos fructus earum rerum percepiſſe vi-
„ deantur, eos tamen ſructus ab illis repeti
„ minimè æquum arbitramur.

29. Subjungit poſtea ſpecialiter de rebus
quæ ad Eccleſias ſpectabant, pariter tem-
pore perſecutionis confiſcatis, inde aliena-
tis, aut divenditis, ut eiſdem Eccleſiis, ad
quas jure pertinuerant, reſtituantur, ſic ex
cap. 39. „ Neque enim vel ſiſco concedetur,
„ ſi quid eorum, quæ ſupradixi poſſideat,
„ id firmiter retinere. Verùm adversùs Sa-
„ croſanctas Eccleſias nihil obloqui auſus,
„ ea quæ aliquandiù injuſtè detinuit, Ec-
„ cleſiis tandem jure reſtituet. Omnia er-
„ go, quæ ad Eccleſias rectè viſa fuerint
„ pertinere, ſive domus, ac poſſeſſio ſit,
„ ſive agri, ſive horti, ſeu quæcumque alia;
„ nullo jure quod ad dominium pertinet im-
„ minuto, ſed ſalvis omnibus, atque inte-
„ gris manentibus, reſtitui jubemus. „ *Ha-
ctenus ex Edicto Conſtantini*, ex quo ſatis
liquet nedum Chriſtianos ante ſua tempora
poſſeſſiones, bona, & ſundos habuiſſe, ut
Domos, Agros, Hortos, & hujuſmodi, ve-
rùm etiam & ipſas Eccleſias.

30. Conſtat inſuper Eccleſiam Antioche-
nam ſub Aureliano Principe propriam Do-
mum poſſediſſe, Epiſcopis pro domicilio in-
ſervientem, ex Synodica Epiſtola Concilii
Antiocheni contra Paulum Samoſatenum ad
Dionyſium Romanum Epiſcopum, ad Ma-
ximum Epiſcopum Alexandrinum, & ad uni-
verſos Epiſcopos, Presbyteros, ac Diaco-
nes univerſæ Catholicæ Eccleſiæ, data, apud
Euſeb. lib. 7. hiſt. cap. 30. ad cujus calcem
dicitur, Paulum in plena Synodo condem-
natum, & ſuffecto ejus loco Domno, è do-
mo Eccleſiæ excedere noluiſse, atque hac
de re appellaſse Imperatorem, hunc verò
cauſam definiendam remiſiſse Epiſcopis Ita-
liæ, & maxime Romano. „ Igitur cum
„ Paulus, *inquiunt Patres*, à recta fide ſi-
„ mul, & Epiſcopatu excidiſset, Domnus,
„ ut dictum eſt, adminiſtrationem Antio-
„ chenſis Eccleſiæ nullatenus excedere vel-
„ let: interpellatus Imperator Aurelianus
„ rectiſſimè hoc negotium dijudicavit, iis
„ demum tradi præcipiens, quibus Italici
„ Chriſtianæ religionis Antiſtites, & Roma-
„ nus Epiſcopus ſcriberent. Hoc modo vir
„ ſupramemoratus cum ſummo dedecore per
„ ſæcularem poteſtatem ab Eccleſia exturba-
„ tus eſt. „ *Hactenus ibi*.

Sed

31. Sed ex Edictis Imperatorum qui Diocletiano ſucceſſerant, pariter apparet ſub Diocletiano & ante Diocletianum Principem Chriſtianos aliqua bona propria poſſediſſe: nam in Conſtitutione Maximini Imperatoria ab Euſebio lib. 9. hiſtor. cap. 9. inter alia ſancitur, ut Domus, & alia Chriſtianorum loca, ſub Diocletiano fiſco addicta, aut divendita, ſive ab aliis occupata, reſtituantur. „ Cæterum ut indulgentia noſtra „ prolixior appareat, *ait Maximinus*, illud „ etiam ſancire volnimus, ut ſi quæ Do- „ mus, aut Loca ad jua Chriſtianorum an- „ tehac pertinentia ex juſſione Divorum „ parentum noſtrorum ad jus fiſci devolu- „ ta ſint, aut ab aliqua Civitate occupata, „ aut certè vendita, aut alicui dono data; „ cuncta ad priſtinum jus ac Dominium „ Chriſtianorum revocentur, ut hac etiam „ in re pietatem, ac providentiam noſtram „ cuncti poſſint agnoſcere. „ Quæ omnia confirmata fuerunt, & renovata à Licinio, & Conſtantino, ut ex eorum Reſcripto ad Anulinum dato, apud Euſebium cit. lib. 10. hiſt. cap. 5. ita ſe habens.

Ave Anuline Chariſſime Nobis.

32. „ Eſt hic mos bonitatis noſtræ, ut „ ea quæ ad alienum jua pertinent, non „ modò nullâ inquietudine affici, ſed etiam „ reſtitui velimus, Anuline chariſſime. Qua- „ propter jubemus, ut ſimulatque has literas „ acceperis, ſi quæ ex illis, quæ ad Ca- „ tholicam Chriſtianorum Eccleſiam per ſin- „ gulas Civitates, aut in aliis locis perti- „ nebant, nunc à Decurionibua, aut qui- „ buslibet aliis detinentur; ea confeſtim il- „ lorum Eccleſiis reſtitui facias. Quando- „ quidem volumus, ut quæ ſupradictæ Ec- „ cleſiæ antea poſſederunt, ad earundem jua „ omninò revertantur. Cùm ergo perſpiciat „ devotio tua, hujua noſtræ juſſionis ma- „ nifeſtiſſimum eſſe præſcriptum; operam „ dabis, ut ſive horti, ſive ædes, ſeu quod- „ cumque aliud ad jus earundem Eccleſia- „ rum pertinuerint, cuncta illis quantocitius „ reſtituantur: quo ſcilicet te huic noſtro „ præcepto accuratiſſimè obtemperaſſe intel- „ ligamua. Vale Anuline chariſſime, & deſi- „ deratiſſime nobis.

33. In altera porrò eorundem Imperatorum Conſtitutione pariter apud Euſebium lib. 10. hiſt. cap. 5. innuitur Chriſtianos habuiſſe quædam bona propria ſpectantia ad totam ſodalitatem, hujus vel illius loci Chriſtianorum, ideſt propria Eccleſiæ conſtitutæ in hac aut illa Civitate, Oppido, vel Pago, nam etiam hæc reſtitui eâ Conſtitutione, Licinius, & Conſtantinus præcipiunt. „ Et quoniam iidem Chriſtiani, „ *inquiunt*, non ſolùm ea loca in quibua „ convenire ſolebant, ſed etiam alia poſſe- „ diſſe noſcuntur, quæ non privatim ad „ ſingulos ipſorum, ſed ad jus corporis per- „ tinerent; hæc omnia poſt legem à nobis „ memoratam abſque ulla dubitatione iiſdem „ Chriſtianis, hoc eſt cuilibet corpori, & „ conventiculo ipſorum reſtitui jubebia. *Hæc ibi*. Patet ergo per priora tria ſæcula & ante Magnum Conſtantinum Chriſtianoa propria bona habuiſſe, Eccleſiaa quoque ad Miniſtrorum ſuorum ſuſtentationem, eadem poſſediſſe.

34. Cùm verò Dominus dicat: *Niſi quis renunciaverit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*, non ideo dicit, ut non liceat Chriſtiauis quidquam proprium poſſidere, & tenere, ut veri Chriſtiani ſint, cuncta temporalia bona dimittere, ſed ideo dicit, ne taliter Chriſtiani illa habeant, ut propter illa poſtponant Chriſtum, poſtponant cœleſtia, & quæ Dei ſunt, & quæ propriæ ſaluti congruunt. Etenim ut ſupra dictum cum effectu, & affectu, bona temporalia relinquere paucorum perfectorum eſt: ſolo autem affectu omnium Chriſtianorum eſt, ne ſcilicet plus diligant divitias terrenas, quàm bona cœleſtia. Hinc Beda lib. 14. in Lucam cap. 9. „ Paucorum enim, *ait*, „ perfectorum eſt relinquere omnia, curas „ Mundi poſtponere, ſolis deſideriis æternis „ inhiare. Cunctorum autem Fidelium eſt „ renuntiare omnibus quæ poſſident, hoc „ eſt, ſic tenere ea, quæ Mundi ſunt, ut „ tamen per ea non teneantur in Mundo: „ habere rem temporalem in uſu, æternam „ in deſiderio: ſic terrena gerere, ut ta- „ men totâ mente ad cœleſtia tendant.

35. Hoc pacto etiam apud Lucam cap. 14. idem Salvator ait: *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe Diſcipulus*. Non enim talia dicit, ut odiſſe parentes, uxorem, & filios, & ſorores, & fratres oporteat, ut quiſque Chriſti diſcipulus efficiatur, cùm Paulus moneat diligendas eſſe uxores, nec dimittendas eſſe doceat Chriſtus, & ubique Sancta Scriptura, tum in Veteri, tum in Novo Teſtamento tradat debitum honorem præſtandum à filiis erga parentes. Sed ideo dicit, ne plus parentes, uxor, frater, & ſoror diligantur quàm Chriſtus: & ideo apud Matthæum cap. 10. legitur Chriſtum dixiſſe. *Qui amat Patrem, aut Matrem pluſquam me, non eſt me dignus: & qui amat filium, aut filiam ſuper me, non eſt me dignus*. Et ita vult, ut amor terrenorum rerum non anteponatur amori rerum cœleſtium, adeout plus temporalia hæc diligantur, quàm cœleſtia. Notat hæc omnia S. Auguſtinua in prælaudata Epi-

by Google

Epiſtola 89. ad Hilarium data, ubi eadem
verba Lucæ, *Qui non renunciat omnibus quæ
poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*, expen-
dens, ait: „ Profectò renunciat etiam divi-
„ tiis ſuis, ſi quas habet: aut ſic ut eas
„ omninò non diligens, totas diſtribuat in-
„ digentibus, & ſuperfluis exoneretur ſarci-
„ nis: aut ſic, ut plus diligens Chriſtum,
„ ſpem ab eis transferat in ipſum, atque
„ ita utatur illis, ut facilè tribuens, & com-
„ municans, theſaurizet in cœlo, paratuſque
„ ſit, quemadmodum parentes, & filios, &
„ fratres, & uxorem, hoc modo & iſtas re-
„ linquere, ſi talis conditio propoſita fue-
„ rit, ut niſi dimiſſo Chriſto, eas habere
„ non poſſit. Nam ſi aliter huic ſæculo re-
„ nunciat, quando accedit ad fidei Sacra-
„ mentum, facit quod de lapſis Beatus Cy-
„ prianus ingemuit, dicens; Sæculo verbis
„ ſolis renunciantes, & non factis. *Et paulò
„ infra*; Multi ſunt tales, *ait*, qui etiam pu-
„ tant ſibi ad augendas opes ſuas, & mul-
„ tiplicanda delectamenta terrena, religio-
„ nem ſuffragari debere Chriſtianam. Sed
„ non ſunt tales divites Chriſtiani, qui li-
„ cèt iſta teneant, non tamen ab eis ita
„ tenentur, ut hæc Chriſto anteponant,
„ quia veraci corde ſæculo renunciarunt, ut
„ nullam ſpem in talibus ponant. *Et poſt
„ pauca ſubjungit*. Si fortè pro fide Chriſti
„ pecuniaria damna perpetienda ſunt, ode-
„ runt divitias ſuas: ſi ſuorum orbitates
„ vel ſeparationes pro Chriſto minatur hic
„ Mundus, oderunt parentes, fratres, filios,
„ uxores. Poſtremò ſi de ipſa hujus corpo-
„ ris vita cum adverſario paciſcendum eſt,
„ ne deſertus deſerat Chriſtus, oderunt in-
„ ſuper animam ſuam: de iis quippe omni-
„ bus mandatum acceperunt, quòd aliter
„ diſcipuli Chriſti eſse non poſſint. „ *Hæc
& alia ad rem ibi*.

36. Per hoc verò, quòd Chriſtus dùm
miſit Diſcipulos ſuos ad Evangelizandum di-
xerit, *nolite poſſidere aurum, neque argen-
tum*, cum iis quæ ſequuntur, non rectè in-
fertur præceptum eſſe univerſis Eccleſiæ Mi-
niſtris qui futuri erant, ut nihil proprii ha-
berent. Ad tempus tantùm dictum fuit, quo
meſſis multa, operarii autem pauci. Tene-
batur autem tunc univerſus Orbis infideli-
litate, & exiguus prædicatorum numerus,
qui ut poſſent liberiùs remotas quoque Pro-
vincias perluſtrare operæ pretium erat prædia
atque omnia dimittere. Et neceſſaria ad eo-
rum ſuſtentationem recipere poterant ab il-
lis ipſis, quibus Evangelium erant prædica-
turi. Proinde ſubjungit: *dignus eſt enim ope-
rarius mercede ſuâ*. Hinc S. Auguſtinus lib. 2.
de Conſenſu Evangeliſtarum cap. 30. alle-
gato præfato textu, ſtatim ſubjungit: „ Un-
„ dè ſatis oſtendit, cur eos hæc poſſidere,
„ ac ferre voluerit: non quòd neceſſaria
„ non ſint ſuſtentationi hujus vitæ, ſed quia
„ ſic eos mittebat, ut eis hæc deberi de-
„ monſtraret ab illis ipſis, quibus Evange-
„ lium credentibus annunciarent: tanquam
„ ſtipendia militantibus, tanquam fructum
„ vineæ plantatoribus, tanquam lac Gregis
„ paſtoribus. Unde Paulus dicit, *quis mi-
„ litat ſuis ſtipendiis unquam? Quis plantat
„ vineam, & de fructu ejus non edit? Quis
„ paſcit gregem, & de lacte gregis non per-
„ cipit?* Hinc enim loquebatur de iis, quæ
„ neceſſaria ſunt prædicatoribus Evangelii;
„ unde paulò poſt dicit: *Si nos vobis ſpi-
„ ritalia ſeminavimus, magnum eſt, ſi veſtra
„ carnalia metamus? Si alii poteſtatis veſtræ
„ participant, nonne magis nos? Sed non ſu-
„ mus uſi hac poteſtate*. „ *Hæc Auguſtinus*

37. Et notat, Dominum non ſic Apo-
ſtolis præcepiſſe ita victum exigere, ut aliter
ſibi non licuiſſet comparare: nam Paulus de
manuum ſuarum laboribus, ne cuiquam mo-
leſtus eſſet, victum, & cætera ſibi neceſ-
ſaria quærebat: „ Udè apparet, *ſubjungit*,
„ hæc non ita præcepiſſe Dominum, tanquam
„ Evangeliſtæ vivere aliunde non debeant,
„ quàm eis præbentibus, quibus annunciant
„ Evangelium. Alioquin contra hoc præ-
„ ceptum fecit idem Apoſtolus, qui victum
„ de manuum ſuarum laboribus tranſigebat
„ ne cuiquam gravis eſſet: ſed poteſtatem
„ dediſſe, in qua ſcirent, ſibi iſtud deberi.
„ Cùm autem à Domino aliquid imperatur,
„ niſi fiat, inobedientiæ culpa eſt: cùm au-
„ tem poteſtas datur, licet utique non uti,
„ & tanquam de ſuo jure cedere. „ Et exinde
explicat quid voluerit Dominus, dum Apo-
ſtolis, & Diſcipulis evagelizantibus, dixit:
nolite poſſidere aurum neque argentum, & re-
liqua, & ait innuere voluiſſe talia ſibi non
fuiſſe neceſſaria, cùm aliunde eis deberetur
victus à fidelibus eis præſtandum, quod Pau-
lus Apoſtolus apertè explicavit per illa ver-
ba: *Neſcitis, quoniam qui in templa ope-
rantur, quæ de templo ſunt edunt? Qui
altari deſerviunt, altario compartiuntur?* „ Sic
„ & Dominus, *ait Auguſtinus*, ordinavit
„ iis, qui Evangelium annunciant, de Evan-
„ gelio vivere. *Ego autem nullius horum uſus
„ ſum*. Cùm itaque dicit ita Dominum or-
„ dinaſſe, ſe autem uſum non eſſe, utique
„ oſtendit utendi poteſtatem datam, non
„ impoſitam ſerviendi neceſſitatem. Hoc er-
„ go ordinans Dominus, quod eum ordinaſ-
„ ſe dicit Apoſtolus, qui Evangelium an-
„ nunciant de Evangelio vivere: illa Apo-
„ ſtolis loquebatur, ut ſecuri non poſſide-
„ rent, neque portarent huic vitæ neceſſa-
„ ria, nec magna, nec minima. Ideo po-
„ ſuit nec virgam, oſtendens à fidelibus ſuis
„ omnia deberi Miniſtris ſuis, nulla ſuper-
„ flua requirentibus. Ac per hoc addendo;
„ *dignus eſt enim operarius cibo ſuo*, pror-

ſus

„ ſus aperuit, & illuſtravit, undè & quare „ hæc omnia loqueretur. *Hactenus S. Doctor.*

38. Patet ergo de mente Auguſtini, non eſſe per illa verba præceptum Evangelicia miniſtris, ut nihil proprii poſſiderent, ſed primis illis Evangelii promulgatoribua oſtenſum, non fuiſſe eis neceſſarium pro Evangelii promulgàtione, aliquid proprii habere ad vitam ſuſtendandam, cùm omnia neceſſaria, ſibi deberentur à Fidelibus, quibus erant Evangelizaturi: inſuper, & dediſſe eis poteſtatem utendi fidelium bonis, quâ non fuit uſus Paulus, qui ex labore manuum cibum ſibi quærebat, nè cuiquam moleſtus eſſet. Cæterùm prædia, & bona immobilia, ſuperflua eis fuiſſent, cùm peragrando hinc inde per univerſum Orbem, nihil ex eis percipere potuiſſent. Aliquid pecuniæ habere non erat eis prorſus illicitum, & certè ſi Paulus de labore manuum victum quæritabat, non eſt improbabile, ex operibus manuum aliquid pecuniæ recepiſſe, ut ſibi neceſſaria compararet. Erat enim Paulus ſcenofactoriæ artis, ut ſcribit Lucas Actor. eap. 18. verſ. 3. *opifex Conopæorum*, ut Syrus legit, Vatablus verò vertit, *aulæorum*, quę nimirum ex conſutia pellibus fiebant. Hac arte victum ſibi quęrebat, aut commutando laborem cum victu, aut cum pecunia, ut ex ea ſibi neceſſaria compararet, & nemini moleſtus eſſet, cedens juri poteſtatis ſibi datæ vivendi de Evangelii mercede.

39. Thomas Valdenſis tom. 1. Doctrinalium fidei lih. 4. art. 3. Eidem objectioni, quæ fuit Witcleff, reſpondit, quòd tunc meſſia erat multa, operarii autem pauci, quando Chriſtus talia dixit Apoſtolis, quia penè totus mundus fuit infidelium, & prædicatores pauciſſimi. Ideo tunc hortandi erant ad dimittendum prædia, ut licentiùs poſſent longinquas perlnſtrare provincias: quæ tamen prædicatione completa cum Eccleſia potuerunt juſtè reſumere: ſicut in figura hujus, Moyſes dimiſit uxorem ſuam, dùm inſtabat liberatio populi de Iſrael, Ægypto, quo facto reſumpſit eandem, & ducatum populi retinuit. Citatque Rhabanum, ſic textum Exodi cap. 18. exponentem. „ Quòd Mo„ yſes liberaturus filios Iſrael uxorem dimi„ ſit & filios, quos poſtea in deſerto rece„ pit, ſignificat quòd prædicatores cùm mit„ tuntur ad opus prædicationis, debent ſe à „ ſollicitudine temporali exonerare: cùm „ verò poſtea ad Epiſcopatum, vel aliam „ quamlibet dignitatem aſsnmuntur, tunc „ pro ſibi ſubjectis ſollicitudinem tàm in ſpi„ ritualibus, quàm in temporalibus, gere„ re debent. „ *Hæc Rbabanus*. Subjungit inde Valdenſis, quòd ultra hoc, ea de cauſa debebant tnnc Diſcipuli dimittere facultates, qua cuncti credentes Hieroſolymis omnia dimiſerunt, nè Chriſtianorum facultates in manus cederent Tyrannorum. Nec tamen ſequitur quòd exemplo eorum omnes fideles habent jam dimittere cuncta quæ poſſident: quare ergo arctabuntur Epiſcopi ad id faciendum, quod tunc certum eſt hac unâ ratione inter alias, Apoſtolos tunc feciſse? *Hæc in terminis Valdenſis*.

40. Cùm porrò dicunt Chriſtnm dixiſse, Servum non eſse majorem Domino ſuo, nec Diſcipulum eſse ſuper Magiſtrum ſuum; utique verum eſt, ſed falſa illatio. Nam datâ poſseſſione bonorum in Miniſtris Eccleſiæ, non ſequitur hos majores fieri Chriſto, nec ſervos majores Domino, aut diſcipulos ſupra Magiſtrum: nam poſseſſio bonorum in viris Eccleſiaſticis, magis ad ſervitutem ſpectat, quàm ad dominatum, quoniam illorum bonorum non ſunt Domini, ſed ſimplices adminiſtratores, & diſpenſatores. Illa bona dicuntur patrimonium Chriſti, quæ per Eccleſiaſticos diſpenſantur, & adminiſtrantur. Non eſt ergo hoc extolli ſupra Chriſtum, ait prælaudatus Valdenſis, ſed magis humiliari ſuh Chriſto, quia officium talis adminiſtrationis eſt officium vile, & abjectum & vilis proportio ſervitutis. Unde ipſe Chriſtus apud Lucam cap. 22. ait: *Quis major eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat*. Prelati ergo Eccleſiæ ratione officii, ſunt qui miniſtrant, Pauperes verò ſive clerici ſint, ſive vulgares, quibus Prælati & Eccleſiarum rectores, Eccleſiæ facultates diſpenſant, ſunt qui recumbunt; nec debent plebs & ſancti Prædicatores, ait Valdenſis, indignanter ferre, quòd ſe ſerviles perſonas Chriſti ſervis exhibeant, qui propter hoc ſe ſervos ſervorum audacter ſcribunt, & vocabulo profitentur.

41. Hoc ergo pacto non dedignarunt Apoſtoli qui Epiſcopi erant, & quihus Epiſcopi ſucceſserunt pauperibus miniſtrare, atque de collectis eleemoſynis, eis ſubſidia propriis manibus præbere. Sic Paulua faciebat, ut ipſe teſtatur in Epiſtola ad Romanos cap. 15. verſ. 25. dum ſcribit: *Nunc igitur proficiſcar Hjeruſalem miniſtrare Sanctis. Probaverunt enim Macedonia, & Achaja Collationem aliquam facere in pauperes Sanctorum, qui ſunt in Hjeruſalem. Placuit enim eis, & debitores ſunt eorum. Nam ſi ſpiritualium eorum participes facti ſunt Gentiles: debet, & in carnalibus miniſtrare illis. Hoc igitur cùm conſummavero, & aſſignavero eis fructum hunc, per vos proficiſcar in Hiſpaniam*. Exemplum quoque ipſemet præbuit Chriſtus, qui panes multiplicatos, nonniſi per Apoſtolos famelicæ turbæ diſpenſare voluit. Apoſtolus quoqne erat Judas, & loculos habebat, & quæ mittebantur portabat, & in pauperum uſum diſpenſahat, Chriſto Domino præcipiente. Hoc pacto inſtruere voluit Eccleſiæ Prælatos, ſnum munna eſse miniſtrare pauperibus, & de bonis Eccleſiæ, illorum indigentiæ ſubvenire, quod quidem ſervire eſt magis, quàm dominari.

Nec

42. Nec valet dicere Apoſtolos ipſos hoc officium à ſe abjeciſse, ut tradit Lucas Actor. cap. 6. Etenim hoc fecerunt, ne derelinquerent lectiones Scripturarum, & munus prædicatoris, occaſione miniſtrandi menſis: *Non eſt æquum*, inquit, *nos derelinquere Verbum Dei, & miniſtrare menſis*. Et poſtea ſtatim ſubjungunt: *Conſiderate ergo fratres, viros ex vobis boni teſtimonii ſeptem, plenos Spiritu Sancto & ſapientiâ, quos conſtituamus ſuper hoc opus: nos verò orationi, & miniſterio verbi inſtantes erimus*. Cùm ergo duo concurrunt, unum quod majus eſt, aliud quod minus; majus retinetur: Duo enim erant Apoſtolorum munera illo tempore, & Evangelii prædicatio, & miniſtratio menſis; hoc minus, illud majus: ſed hoc aliqualiter erat impedimentum majori, & ideo ne deficerent in eo, quod majoris momenti erat, alterum aliis commiſerunt. Et quidem rectè, ut enim ait Ambroſius lib. 5. in Lucam cap. ult. *Qui dividit curam, differt perfectum: ergo prius ſunt obeunda quæ maxima, nam & Apoſtoli ne occuparent ſtudium diſputandi, miniſtros pauperibus ordinaverunt*. Et in hoc eodem facto valde eſt obſervandum, quòd non laicis hanc curam dederunt, ſed Eccleſiaſticis viris, ſeptem ſcilicet Diaconibus. Optimè Beda in hunc locum ait: *Hinc jam decreverunt Apoſtoli, vel ſucceſſores Apoſtolorum per omnes Eccleſias ſeptem Diaconos, qui ſublimiori gradu eſſent cæteris, & proximi circa aram quaſi columnæ altaris aſſiſterent*. Non eſt ergo contra Apoſtolicum inſtitutum, ut Eccleſiaſtici ſint Miniſtri diſpenſationis bonorum Eccleſiæ in pauperum uſum: neque pariter adverſatur Apoſtolicis moribus, ut Prælati majores inferioribus Clericis, dùm ipſi in majoribus ſunt occupati, curam diſpenſandi & adminiſtrandi eadem Eccleſiæ bona, tribuant.

43. De Levitis denique, ac Sacerdotibus Veteris Teſtamenti, falſum eſt abſolutè nihil poſſediſſe proprii, nec poſſeſſiones, nec immobilia bona habuiſſe; immo conſtat ex Sacris literis, multiplici jure bona immobilia competere eis potuiſſe. Et primò titulo emptionis. Liquet ex Hieremia cap. 32. ubi dicitur, ſub verſ. 6. *Et dixit Hieremias. Factum eſt Verbum Domini ad me, dicens: ecce Hanameel filius Sellum patruelis tuus, veniet ad te dicens: Eme tibi agrum meum, qui eſt in Anathoth, tibi enim competit ex propinquitate, ut emas. Et venit ad me Hanameel filius patrui mei, ſecundùm verbum Domini ad veſtibulum carceris, & ait ad me: poſſide agrum meum, qui eſt in Anathoth in terra Beniamin, quia tibi competit hæreditas, & tu propinquus es ut poſſideas. Intellexi autem quòd Verbum Domini eſſet, & emi agrum ab Hanameel filio patrui mei, qui eſt in Anathoth: & appendi ei argentum ſeptem ſtateres, & decem argenteos*. Atqui Hieremias de Sacerdotali genere fuit, ut ipſe cap. 1. inquit: *Verba Hieremiæ filii Helciæ de Sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth*. Undè S. Hieronymus in Prologo in Hieremiam de eo agens, ait: „Fuit enim „Anathothites, qui eſt uſque hodie viculus, tribus ab Hieroſolymis diſtans „millibus, Sacerdos ex Sacerdotibus, & „in Matris utero ſanctificatus: virginitate „ſuâ evangelicum virum Chriſti Eccleſiæ „dedicans: „ Ergo jure emptionis Sacerdotes veteris Legis, agros & poſſeſſiones proprias habere poterant.

44. Deinde licebat etiam poſſeſſiones habere proprias titulo oblationis, & quidem Lege Levitici cap. ult. ubi de rebus per votum Domino conſecratis lex datur. Ibi enim plura ſancita habentur inter quæ de agro Domino per votum conſecrato dicitur: *Si ſtatim ab initio incipientis Jubilæi voverit agrum; quantùm valere poteſt, tanto æſtimabitur; ſin autem poſt aliquantum temporis. Supputabit Sacerdos pecuniam juxta annorum, qui reliqui ſunt, numerum uſque ad Jubilæum, & detrahetur ex pretio. Quòd ſi voluerit redimere agrum illum qui voverat, addet quintam partem æſtimatæ pecuniæ, & poſſidebit eum. Sin autem noluerit redimere, ſed alteri cuilibet fuerit venundatus, ultra eum qui voverat redimere non poterit: quia cum Jubilæi venerit dies, ſanctificatus erit Domino, & poſſeſſio conſecrata ad jus pertinet Sacerdotum*. Inde poſtea de Domino conſecratis ſine intentione redimendi, hæc alia lex ſtatuta ibidem legitur verſ. 28. *Omne quod Domino conſecratur, ſive homo fuerit, ſive animal, ſive ager, non vendetur, nec redimi poterit. Quidquid ſemel fuerit conſecratum, Sanctum Sanctorum erit Domino*.

45. Tertiò jure inhabitationis, & quaſi dotationis, Civitates quoque, ſive Oppida, cum ſuburbiis illarum, conceſſa fuerunt Levitis in proprietatem, Lege Divinâ, regiſtratâ in lib. Numer. cap. 35. per hæc verba. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen in Campeſtribus Moab ſupra Jordanem, contra Jerico. Præcipe filiis Iſrael, ut dent Levitis de poſſeſſionibus ſuis Urbes ad inhabitandum, & ſuburbana earum per circuitum, ut ipſi in oppidis maneant, & ſuburbana ſint pecoribus ac jumentis: quæ à muris Civitatum forinſecus per circuitum, mille paſſus ſpatio tendentur. Contra Orientem duo millia erunt cubiti, & contra Meridiem ſimiliter erunt duo millia: ad Mare quoque, quod reſpicit ad Occidentem, eadem menſura erit, & Septentrionalis plaga æquali termino finietur: eruntque Urbes in medio, & foris ſuburbana. De ipſis autem Oppidis, quæ Levitis dabitis ſex erunt in fugitivorum auxilia ſeparata, ut fugiat ad ea qui fuderit ſanguinem. Et exceptis his,*

alia quadraginta duo Oppida, ideſt ſimul quadraginta octo cum Suburbanis ſuis. Ipſæque Urbes quæ dabuntur de poſſeſſionibus filiorum Iſrael, ab his, qui plus habent, plus auferentur, & qui minus pauciores, ſinguli juxta menſuram hæreditatis ſuæ dabunt Oppida Levitis. Hæc ibi. Ingreſſo porrò populo Iſrael in Terram, cum effectu traditæ ſunt Levitis in poſſeſſionem Urbes, & Oppida cum Suburbanis ſuis, juxta præceptum Domini, ut habetur in libro Joſue cap. 21. *Dederuntque filii Iſrael de poſſeſſionibus ſuis, juxta imperium Domini Civitates & Suburbana earum.* Et lib. 1. Paralipomen. cap. 6. *Dederunt quoque filii Iſrael Levitis Civitates, & Suburbana earum, dederuntque per ſortem, ex Tribu filiorum Juda, & ex Tribu filiorum Simeon, & ex Tribu filiorum Beniamin Urbes has, quas vocaverunt nominibus ſuis.*

46. Jure inſuper hæreditatis æternæ, quid proprium in poſſeſſionem habebant Levitæ, nam ut habetur in Actor. hiſt. cap. 4. in fine, Joſeph qui cognominatus eſt Barnabas ab Apoſtolis, Levites fuit genere, natione Cyprius, proprium habebat agrum, quem vendidiſſe ait Lucas loc. cit. *Cùm haberet agrum vendidit eum, & attulit pretium, & poſuit ante pedes Apoſtolorum.* Abiathar quoque Sacerdos agrum pariter in ſui proprietatem habebat, ut liquet ex lib. 3. Reg. cap. 2. ad quem inhabitandum relegatus fuit à Salomone, ut dicitur verſ. 26. *Abiathar quoque Sacerdoti dixit Rex: vade in Anathoth ad agrum tuum: equidem vir mortis es, ſed hodie te non interficiam, quia portaſti arcam Domini Dei coram David patre meo.* Levitici quoque generis fuit Elcana Samuelis Pater, ut conſtat ex lib. 1. Paralipomen. cap. 6. Iſte ergo ut habetur lib. 1. Reg. cap. 1. Decimas Domino offerebat & hoſtias ſingulis diebus ſtatuto tempore: quas certè offerre minimè potuiſſet, ſi in proprietatem agros, & poſſeſſiones non habuiſſet. Quare Auctor Quæſtionum Novi, & Veter. Teſtam. inter opera D. Auguſtini tom. 4. quæſt. 46. vult Elcanam jure ſaltem Dotis uxoris poſſeſſiones habuiſſe, quæſtionem enim ibidem movens, ſub fine, ait: „ Et ut pleniùs quæſtio diſcuti poſſit, etiam „ illud tractemus, quod dictum eſt de Elcana, quia veniebat ex diebus in dies, „ offerre munera ſua & decimas: quomodo „ decimas offerebat, quia nihil poſſidebat? „ Levitæ enim non acceperunt agros, quia „ de decimis, quæ à plebe dabantur, victum quærebant. Sed poteſt fieri, & ſic „ dicatur intelligi, quia potuit habere poſſeſſionem uxoris ſuæ, aut emptam: quia „ de aliis Tribubus accipiebant uxores, non „ ſolùm hi ſed & cæteri, itaut & Sacerdotes acciperent de aliis Tribubus uxores: „ nam Jojada Sacerdos magnus uxorem duxit de Tribu Juda filiam Regis Joram. *Hactenus auctor ille.*

47. Si ergo allatis juribus Levitæ quoque quædam ut propria poſſidebant, Agros ſcilicet, Domus, Urbes, Oppida, cæteraque immobilia; quomodo ergo verum erit, quod Dominus ait in lib. Numer. cap. 16. *In terra eorum nihil poſſidebitis, nec habebitis partem inter eos: Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael. Filiis autem Levi dedi omnes decimas in poſſeſſionem?* Et Deuteronomii cap. 18. *Non habebunt Sacerdotes & Levitæ, qui de eadem Tribu ſunt, partem & hæreditatem cum reliquo populo Iſrael,* cum iis quæ ſequuntur? Numquid Deus mentiri potuit? Abſit. Quomodo ergo conciliandæ erunt Scripturæ? Thomas Valdenſis loco cit. explicat locum Numeri cap. 16. & Deuteronomii cap. 18. dicens Dominum non dixiſſe, non habebunt Sacerdotes, & Levitæ hæreditatem in Iſrael, ſed dixiſſe, non habebunt cum reliquo populo Iſrael. Aliud eſt non habere hæreditatem in Iſrael, aliud illam non habere cum univerſo populo Iſrael; habuerunt utique Levitæ poſſeſſiones in Iſrael, non tamen eas habuerunt cum univerſo populo Iſrael. Sed quid eſt hoc? Vulgus, ait Valdenſis, habebat hæreditatem ſuam præciſam in ſingulas portiones, & unaquæque Tribus aliam extra terminos ſuos excluſit: ſed Sacerdotalis hæreditas communicabat cum omnibus, ſicut & uxores habebant ex omnibus: & idcircò dicit textus: *Ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael,* ideſt, in communi omnis Tribus partem dans & poſſeſſionem in omnibus, ut qualiter ego ſum communis Dominus omnium, & Levitæ mei communes miniſtri omnibus vobis; ita & hæreditas mea & poſſeſſio Levitarum ſine excluſione quælibet communicabit cum omnibus vobis. Subjungit inde, quòd ad hanc formam hodie poſſeſſionem ſuam Eccleſia habet in omnibus regnis: cùm tamen omne Regnum præciſum ab alio, aliud tanquam extraneum claudat foras. Hoc ergo pacto Levitæ non habebant partem inter alios, nec hæreditatem cum reliquo populo Iſrael: ſed habebant communiter cum ſingulis, hoc eſt, In univerſo Iſrael, quod reliquus populus non habebat.

48. Deinde quæ Eccleſiæ conſecratæ ſunt poſſeſſiones, ſæculi non ſunt ſed Dei, ut S. Proſper adnotat lib. 2. de Vita Contemplat. cap. 16. inquiens: *Poſſeſſiones, quas oblatas à populo ſuſcipiunt Sacerdotes, jàm non ſunt res mundi credendæ, ſed Dei.* Quemadmodum enim Veſtes, & Vaſa cultui Divino ſemel conſecrata, ſancta dicebantur, nec in humanos uſus revocari poterant; ſic & poſſeſſiones quæ Eccleſiæ conferuntur, ſacræ creden-

dendæ ſunt, nec erunt inter res hujus ſæculi deputandæ, ut optimè idem Proſper ſubjungit, dicens: *Quoniam ſi veſtes, ac vaſa, & cætera, quæ in uſu Sacris miniſtrantibus erant, ſancta vocabantur, nec in uſus humanos revocari jam poterant, Divinis ſemel miſteriis conſecrata; quomodo non ea quæ conferuntur Eccleſiæ, ſacra credenda ſunt, quibus non ut ſæculi rebus luxurioſè, ſed ſanctè, ut Deo conſecratis utuntur ad neceſſaria Sacerdotes?* Et hoc pacto dici poteſt, Levitas nihil poſſediſſe in Terra Iſrael, nàm poſſeſſiones eis traditæ, Sanctuarii erant, Dei erant, ipſi verò adminiſtri tantùm: undè apud Ezechielem cap. 44. verſ. 28. dicitur: *Non erit autem eis hæreditas, ego hæreditas eorum: & poſſeſſionem non dabitis eis in Iſrael, ego enim poſſeſſio eorum.* In Domo Domini, in Sanctuario poſſidebant, non in Iſrael, ideſt non in ſæculo, nec ut res ſæculi, ſed ut res Sanctuarii, & Dei, qui hæreditas, & poſſeſſio illorum erat. Ubi ergo ſubintrat Dominium Dei ceſſat humanum, & ſæculi Dominium, non enim dici poteſt Dominium aliquod in ſæculo habere, qui ſolùm poſſidet res Templo, Sanctuario, & Deo oblatas. Undè licèt Abraham habuerit in poſſeſſionem agrum quendam Ephronis cum ſpelunca duplici, quem emerat quatringentis ſiclis argenti à filiis Heth, ut dicitur Geneſ. cap. 23. tamen S. Stephanus, ut ſcribit Lucas Actor. cap. 7. verſ. 5. dicit non habuiſſe ibi hæreditatem nec paſſum pedis: *Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec paſſum pedis: ſed repromiſit dare illi eam in poſſeſſionem, & ſemini ejus poſt ipſum.* Nàm inter dona Dei, emptio humana locum non habet: & ita omnia emptio, habitatio, vel humana poſſeſſio locum, & nomen amittit, & quaſi non eſſe videtur, ubi Divini juris poſſeſſio ſubintravit, ut quidam notat apud Valdenſem cit. cap. 35. Hoc itaque pacto Levitæ nihil proprium habebant in Iſrael, nam quæ poſſidebant Dei erant & Sanctuarii; ſic & in Eccleſia, quæ Eccleſiaſtici poſſident propria non ſunt, ſed Eccleſiæ & Dei: ipſi verò adminiſtri, & ea adminiſtrantes Dei opus perficiunt. Quare S. Proſper loc. cit. ait: *Nunc autem quòd Chriſtiani temporis Sacerdotes magis ſuſtinens, quàm curant poſſeſſiones Eccleſiæ; etiam in hoc deſerviunt, quia ſi Dei ſunt ea, quæ conferuntur Eccleſiæ, Dei opus agit, qui res Deo conſecratas, non alicujus cupiditatis, ſed fideliſſimæ diſpenſationis intentione non deſerit.*

49. Denique non deſunt qui aſſerant, ea quæ Scriptura recenſet de Levitarum poſſeſſionibus, fuiſſe cæremonialia evacuata in Evangelio. Sed hoc omiſſo, ut ſupra adnotatum eſt, non ſolùm primitiæ & decimæ debebantur Levitis, ſed omnia quæ ex voto offerebantur Deo ſine intentione redimendi, ſive homo, ſive animal, ſive ager, ut dicitur Levitici cap. ult. Et apud Ezechielem prophetam cap. 44. verſ. 29. *Victimam, & pro peccato, & pro delicto ipſi comedent, & omne votum in Iſrael ipſorum erit.* Hoc pacto Eccleſia Chriſti, & Eccleſiaſtici poſſeſſiones acquiſiverunt, ex fidelium enim voto oblatas acceperunt. Quod nec Leviticis interdictum erat, immò conceſſum: *omne votum in Iſrael ipſorum erit.*

50. In ipſis Eccleſiæ incunabilis utique Hjeroſolymis nihil proprii retinebant fideles, poſſeſſiones, prædia vendebant, pretium ad pedes deferentes Apoſtolorum ab ipſis diſtribuendum in communem indigentium uſum, ut ſcribit Lucas Actor. cap. 2. *Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. poſſeſſiones, & ſubſtantias vendebant, & dividebant illa omnibus prout cuique opus erat.* Hoc tamen faciebant non ideò quòd non licuiſſet fidelibus bona propria poſſidere, ſed unuſquiſque in hoc ſua utebatur libertate; quare Petrus Ananiæ, qui de pretio Agri venditi fraudaverat, apertè dicit, in illius poteſtate fuiſſe agrum retinere, aut vendere: *Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate?* Actor. cap. 5. Sed hoc ideo, ut habetur cauſ. 12. quæſt. 1. cap. *futuram*, ex Melchiade Papa, ſeu veriùs ex Urbano; quia Apoſtoli prævidebant Eccleſiam ad Gentes tranſituram: *Futuram Eccleſiam*, inquit, *Apoſtoli in Gentibus prævidebant, idcircò prædia in Judæa non ſunt adepti, ſed pretia tantummodo ad fovendos egentes.* Et ideo præter Eccleſiam Hjeroſolymitanam, non legimus ità factum ſub aliis nationibus; nec Paulus qui plures, & diverſas literas ſcripſit, recenſet ſimile in aliis Eccleſiis, & ſolùm commendat Collectas faciendas pro ſublevandis pauperibus, & viduis, etiam in diverſas partes conſtitutis: ut ex 1. ad Corinth. cap. 16. ad Rom. cap. 15. & alibi, undè certò conſtat fideles poſſeſſiones habuiſſe, bonaque propria poſſediſſe; nam Collectæ exigi non poterant niſi à fidelibus quid proprium poſſidentibus: undè liquidò apparet quòd etiam ſub Apoſtolis propria bona complures fideles habuerint.

51. Et iis, quæ tradit Aegeſippus apud Euſebium lib. 3. hiſtor. cap. 20. magis roboratur. Ait enim ſub Domitiano Principe, factâ inquiſitione de propinquis Servatoris noſtri, duos repertos fuiſſe qui poſſeſſiones habebant valoris novemmillium denariorum: „ His temporibus, *inquit*, adhuc ſupererant „ quidam ex cognatione Chriſti, nepotes „ Judæ illius, qui ſecundùm carnem frater „ Chriſti vocabatur. Hos à nonnullis dela„ tos, quòd ex regia Davidis ſtirpe prognati „ eſſent, Eubeatus ad Domitianum Cæſarem „ perduxit. Quippe Domitianus de adven„ tu Chriſti perindè ac Herodes ſibi metuebat.

„ bat. Interrogati igitur ab illo utrum ex
„ ſtirpe Davidis eſſent oriundi, id veriſ-
„ ſimum eſſe confeſſi ſunt. Deinde ſiſcita-
„ tus eſt ex illis Domitianus, quantas poſ-
„ ſeſſiones, quantumve pecuniæ haberent.
„ Illi verò novem tantummodo denariorum
„ millia ſibi ambobus ſuppetere dixerunt,
„ quorum dimidia pars ſingulis competeret:
„ eas verò facultates nequaquam ſe in ar-
„ gento habere, ſed in æſtimatione agrorum,
„ novem ſcilicet, & triginta ſoli jugerum:
„ ex quorum fructibus, & tributa perſol-
„ verent, & ſibi ipſis non ſine proprio labore
„ victum compararent. Simulque manus
„ oſtendere cœperunt, duritiem cutis, im-
„ preſſumque altè manibus callum ex laboris
„ aſſiduitate. „ *Hæc, & alia Aegeſippus*,
ſubjungens indè hos poſtea Eccleſiis præfuiſ-
ſe, & uſque ad Trajani tempora vitam per-
duxiſſe.

52. Porrò idem Urbanus Papa in cap.
videntes cauſa 12. quæſt. 1. rationem affert,
cur Eccleſia ipſa poſſeſſiones habere cœpe-
rit, inquiens: „ Videntes autem ſummi Sa-
„ cerdotes, & alii, atque Levitæ, & re-
„ liqui fideles plus utilitatis poſſe conferre,
„ ſi hæreditatea, & agros, quos vendebant,
„ Eccleſiis quibus præſidebant Epiſcopi, tra-
„ derent; eò quòd ex ſumptibus eorum tàm
„ præſentibus, quàm futuris temporibus plu.
„ ra, & elegantiora miniſtrare poſſent fide-
„ libus communem vitam ducentibus, quàm
„ ex pretio ipſorum; cœperunt prædia, &
„ agros, quos vendere ſolebant, matricibus
„ Eccleſiis tradere, & ex ſumptibus earum
„ vivere. Ipſæ verò res in ditione ſingula-
„ rum Parochiarum Epiſcoporum, qui lo-
„ cum tenent Apoſtolorum, erant, & ſunt
„ uſque adhuc, & futuris ſemper debent eſ-
„ ſe temporibus, è quibus Epiſcopi, & fi-
„ deles diſpenſatores eorum, omnibus com-
„ munem vitam degere volentibus miniſtra-
„ re cuncta neceſſaria debent, prout meliùs
„ potuerint, ut nemo in eis egens invenia-
„ tur. Ipſæ enim res fidelium, oblationes
„ appellantur, quæ à fidelibus Domino of-
„ feruntur. „ *Hæc ibi*.

53. Conſtat inſuper ex Epiſtolis decre-
talibus complurium Romanorum Pontificum
ante Sylveſtrum, & ante Imperium Conſtan-
tini, Eccleſias prædia, & poſſeſſiones habuiſ-
ſe.. Et quidem Pius Papa 1. Epiſt. 2. ad Ita-
licos data, ait: „ Et prædia Divinis uſibus
„ tradita, quidam humanis applicant uſibus,
„ & Domino Deo, cui tradita ſunt ſubtra-
„ hunt, ut ſuis uſibus inſerviant. Quapro-
„ pter ab omnibus illius uſurpationis con-
„ tumelia depellenda eſt, ne prædia uſibus
„ ſecretorum cæleſtium dicata, à quibuſdam
„ irruentibus vexentur. Quod ſi quiſquam
„ præſumpſerit, ſacrilegus habeatur, & ſi-
„ cut ſacrilegus judicetur. „ *Hæc, & alia
Pius*, qui Pontificatum adeptus fuit ſub
Imperio Antonini Pii, anno Domini CLXI.
etſi alii dicant anno CLIV. ante Conſula-
tum Julii Severi, & M. Ruffini Sabiniani.
Calixtus Papa 1. qui Zepherino ſucceſſit an-
no CLXIX. Imperante Eliogabalo, in Epi-
ſtola ſecunda ſcripta ſub Conſulatu IV. An-
tonini Eliogabali, & M. Aurelii Severi Alex-
andri Cæſaris decernit: „ Nullus Primas,
„ nullus Metropolitanus, nulluſque reliquo-
„ rum Epiſcoporum alterius adeat Civita-
„ tem, aut ad poſſeſſionem accedat, quæ ad
„ eum non pertinet, & alterius Epiſcopi eſt
„ Parochiæ, ſuper cujuſquam diſpoſitione,
„ niſi vocatus ab eo, cujus juris eſſe di-
„ gnoſcitur. „ *Hæc ibi*. Urbanus quoque
Papa 1. qui Calixto ſucceſſit anno Do-
mini CCXXLV. ſub Imperio Alexandri Se-
veri, præter ſupra allegata in Decreto Gra-
tiani, in Epiſtola ſua Decretali data ad om-
nes Epiſcopos, agens de rebus Eccleſiæ ait:
„ Ipſæ enim res, fidelium oblationes appel-
„ lantur, quia Domino offeruntur. Non er-
„ go debent aliis uſibus, quàm Eccleſiaſti-
„ cis, & prædictorum Chriſtianorum fratrum,
„ vel indigentium converti: quia vota ſunt
„ fidelium, & precia peccatorum, ac patri-
„ monia pauperum, atque ad prædictum
„ opus explendum Domino traditæ. *Et in-
„ fra*. Res Eccleſiæ, non quaſi propriæ,
„ ſed ut communes, & Domino oblatæ,
„ cum ſummo timore non in alios, quàm
„ in præfatos uſus ſunt fideliter diſpenſan-
„ dæ. „ *Hæc, & alia plura Urbanus*.

54. Ad hæc Lucius Papa Cornelii ſuc-
ceſſor, qui Pontificiam dignitatem adeptus
fuit ſub Gallo, & Voluſiano anno Domini
CCLIII. etſi alii ſcribant CCLVIII. in
Epiſtola Decretali data ad Epiſcopos Galliæ
& Hiſpaniæ, inter plura hæc etiam ſcribit:
„ Res quoque Eccleſiarum veſtrarum, & obla-
„ tionem fidelium, quas ſignificaſtis à quibuſ-
„ dam irruentibus vexari, vobiſque & Eccle-
„ ſiis veſtris auferri, indubitanter maximum
„ eſt peccatum, teſtante ipsâ Scripturâ, quæ
„ ait: „ *Qui abſtulerit aliquid patri vel ma-
„ tri, & dicit hoc non eſſe peccatum, homi-
„ cidæ particeps eſt*. Pater ego noſter ſine
„ dubio Deus eſt, qui nos creavit, & Ma-
„ ter noſtra Eccleſia, quæ nos in Baptiſmo
„ ſpiritualiter generavit. Et ideo, qui Chri-
„ ſti pecunias, & Eccleſiæ aufert, fraudat
„ & rapit, homicida in conſpectu juſti Ju-
„ dicis eſſe deputabitur. Unde ſcriptum eſt:
„ *Qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquita-
„ tem facit*. Qui autem pecuniam, vel res
„ Eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium facit. *Et
„ poſt alia*. Quorum nos exempla ſequen-
„ tes omnes tales præſumptores, & Eccle-
„ ſiæ raptores, atque ſuarum facultatum
„ alienatores, unà nobiſcum à liminibus
„ S. Matris Eccleſiæ, anathematizatos Apo-

„ ſto-

„ ſtolicâ Auctoritate pellimus, & damnamus, atque ſacrilegos eſſe judicamus. *Hæc & alia Lucius*. Sed, & Stephanus Papa 1. qui Lucio ſucceſſit ſub Imperio Valeriani anno Domini CCLV. aliis verò CCLXII. in ſua Epiſtola 1. Decretali, inter infames recenſet eos, qui facultates Eccleſiæ injuſtè abſtrahunt: & Epiſtola 2. hoc decretum edidit: „ Nullus enim Epiſcoporum, dùm ſuis fuerit rebus expoliatus, aut à Sede propria qualibet occaſione pulſus, debet accuſari, ant à quoquam ei poteſt crimen objici, priuſquam integerrimè reſtauretur: & omnia quæ illi oblata quocumque ingenio fuerant, legibus redintegrentur, & ipſe propriæ Sedi, & priſtino ſtatui regulariter reddatur, itaut omnes poſſeſſiones, & cuncta ſibi injuſtè ablata, atque fructus omnes ante cœptam accuſationem, Primates, & Synodus Epiſcopo, de quo agitur, funditus reſtituant: quia hoc non ſolùm Eccleſiaſticæ, ſed etiam ſæculi leges fieri prohibent. *Hactenus Stephanus*.

55. Ex iis ergo, & aliis, quæ afferri poſſent ex ſummorum Pontificum trium priorum ſæculorum Decretis, evidens fit Eccleſias, & Eccleſiaſticos viros in primitiva Eccleſia, & ante Conſtantinum Magnum, ejuſque elargitionem, prædia habuiſſe, poſſeſſiones, pecuniam, & hujus generis facultates, ex quarum fructibus, & redditibus, Miniſtri Eccleſiæ, & pauperes fideles, atque egeni alerentur. Accedit, & Teſtimonium ſcriptoris ethnici, nimirum Lampridii in vita Alexandri, ubi recenſet Chriſtianis quendam locum publicum occupantibus pro Eccleſia ibidem ædificanda, reſtitiſſe popinarios: causâ indè ad Imperatorem delatâ, decretum fuiſſe pro Chriſtianis. „ Cum Chriſtiani quendam locum, *inquit*, qui publicus fuerat, occupaſſent, contrà Popinarii dicerent ſibi eum deberi; reſcripſit, melius eſſe ut quomodocumque illic Deus colatur, quam Popinariis dedatur. „ *Hæc Lampridius*. Quòd ſi non licuiſſet quidquam poſſidere, locum certè illum Chriſtiani minimè occupaſſent.

56. Item de Philippo Imperatore, quem inter Romanos principes, primum Chriſtianam Religionem profeſſum eſſe, referunt plures cum Euſebio lib. 6. hiſt. cap. 34. ſcribit Gotfredus in ſuo Pantheon, prædia multa Eccleſiis legaſſe, inquiens:

Suſcipit Imperium populo plaudente Philippus.
Iſte pius Cæſar voluit cognoſcere Chriſtum:
Qui dedit Eccleſiis, prædia multa ſuis.

Iſte autem imperium ſuſcepit poſt Gordianum, quem Philippus ipſe interfecerat, Anno Domini CCXLIV. Peregrino, & Fulvio Aemiliano Coſſ. Fertur enim, ut ſcribit Euſebius loc. cit. hunc Imperatorem in poſtremâ Paſchæ vigiliâ precationum in Eccleſia participem ſimul cum reliquo populo fieri voluiſſe; ſed Epiſcopum qui tunc, præerat Eccleſiæ, non priùs illi aditum permiſiſſe, quàm confeſſionem ſcelerum feciſſet, ipſum verò libenter obtemperaſſe, & ſincerum ac religioſum affectum timoris Dei, operibus ipſis declaraſſe. Hæc Romæ ſub Fabiano Papa accidiſſe aliqui ſcribunt, ſed errant, nam Leontius Antiochenus Epiſcopus, apud Auctorem Chronici Alexandrini, ſub Olympiade 257. refert Babylam Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopum talia egiſſe cum Philippo, cujus rei causâ, & quòd Chriſtianus eſſet, à Decio neci datum eſſe ſubjungit: *Decius hic*, inquit, *S. Babylam non ſolùm ob Chriſti Religionem interfecit, ſed quòd auſus eſſet Philippi Imperatoris conjugem, & ipſum Philippum uti Chriſtianos*, (Philippum *reum cædis*) *ab aditu Templi arcere*. Crimen portò Philippi fuiſſe refert, quòd filium Gordiani ſibi in tutelam datum, mortuo Gordiano, occidiſſet, & imperium arripuiſſet. Ab hoc ergo Principe plura donaria Eccleſiam accepiſſe & prædia, ſcribit prælaudatus Gotfredus. Cujus rei causâ poſtea Gentiles Eccleſiæ Theſauris inhiare incœperunt, ut liquet ex Actis S. Syxti Papæ, & S. Laurentii Martyris, de quo S. Leo Serm. 83. ait: „ Cùm enim furor Gentilium poteſtatum in electiſſima quæque Chriſti membra ſæviret, ac præcipuè eos qui ordinis erant Sacerdotalis impeteret; in Levitam Laurentium, qui non ſolùm in Miniſterio Sacramentorum, ſed etiam diſpenſatione Eccleſiaſticæ ſubſtantiæ præeminebat, impius perſecutor efferbuit, duplicem ſibi prædam de unius viri comprehenſione promittens, quem ſi feciſſet Sacræ pecuniæ traditorem, faceret etiam veræ Religionis exortem.

57. Nec prætereundum eſt id quod legitur in Actis S. Abericii Eccleſiæ Hjeropolitanæ Epiſcopi apud Metaphraſtem ad diem 12. Octobris, & apud Baronium ad annum Domini CLXIII. de Munificentia M. Aurelii Antonini Imperatoris, quamvis Ethnici, & indè Chriſtianorum perſecutoris. Scribitur enim ibi, hunc principem legaſſe Eccleſiæ Hjeropolitanæ, cujus Epiſcopus Abericius Lucillam Imperatoris Filiam à Dæmone liberaverat, annuos ter mille frumenti modios, in pauperum illius Eccleſiæ uſum: quare apud Baronium cit. ſub num. 14. ita de Abericio habetur. „ Romam venit, moxque obſeſſam Virginem à Dæmone liberavit. Quod donum per Abericium Marcus Antonius & Fauſtinus conſecuti, eum iis muneri-

„ neribus regiâ munificentia dignis, donatum
„ voluerunt, quæ ipſe rogavit: nempe, ut
„ Hjeropolitanæ Eccleſiæ mendicis (tota enim
„ Civitas acceperat Evangelium) donaren-
„ tur ter mille modii frumenti: balneaque
„ calidarum aquarum, quæ nuper eruperant,
„ ædificari juberet: quæ omnia Marcus Im-
„ perator liberaliſſimè præſtitit. Cujus lar-
„ gitionis annis ſigulis repetendæ accepto
„ diplomate regio reverſus eſt in patriam
„ Abericius, ac ſancto fine, ſibi ſucceſſo-
„ re delecto, quievit. *Et paulò poſt*. Porrò
„ quamlibet increſcentibus compluribus per-
„ ſecutionibus in Eccleſiam, nunquam ta-
„ men ceſſaſſe conſtat ejuſmodi frumenti an-
„ nuam penſionem uſque ad tempora Julia-
„ ni Apoſtatę, qui eam penitus ſuſtulit, ut
„ eadem quoque acta teſtantur. „ *Hæc ex Baronio*. Patet ergo ex hactenus deductis
ante Imperium Conſtantini Eccleſiam donaria, & legata ſuſcepiſſe, tàm in numerata
pecunia, quàm in prædiis, & fundis, atque in quovis genere bonorum, tam mobilium, quàm immobilium.

58. Cæterum reſtituta Eccleſiæ pace per Magnum Conſtantinum, & lege ſancitâ de reſtituendis omnibus quæ ad Eccleſias, & ad ipſos Chriſtianos ſpectabant, per vim Tyrannorum ablatis, unà eum ſuis juribus, ut ex Euſebio lib. 2. de Vita Conſtantini cap. 39. ſupra diximus, aliam firmavit legem quæ habetur Titul. 5. in Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, & quâ liberam facultatem conceſſit teſtandi, & legandi in Eccleſiarum favorem:
„ Habeat, *inquit*, unuſquiſque licentiam,
„ Sanctiſſimo Catholico venerabilique Con-
„ cilio, decedens bonorum quæ optaverit
„ relinquere, & non ſint caſſa judicia ejus.
Hæc ibi. Valentinianus poſtea, & Marcianus omnia privilegia hactenus Eccleſiis conceſſa confirmarunt, reſcribentes ad Palladium, ut in eodem codice habetur: „ Privi-
„ legia, quæ generalibus conſtitutionibus
„ Univerſis Sacroſanctis Eccleſiis Orthodo-
„ xæ Religionis retrò Principes præſtiterunt,
„ firma & illibata in perpetuum decer-
„ nimus cuſtodiri. Omnes ſanè pragmaticas
„ ſanctiones, quæ contra Canones Eccleſia-
„ ſticos, interventu gratiæ vel ambitionis,
„ elicitæ ſunt, robore ſuo & firmitate vacua-
„ tas ceſſare præcipimus. „ *Hactenus ibi*.

59. His ſtantibus ſalutiferis legibus, aliiſque per alios Imperatores ſancitis, multi fideles divites uberrimas facultates Eccleſiis legaverunt. De Periſteria nobili fœmina, quæ in pauperum & Eccleſiæ uſum, Monaſteriis, Xenodochiis, & Parochiis maximam pecuniæ quantitatem ſuo teſtamento legaverat, quam Dioſcorus contra Teſtatricis voluntatem in malum uſum verterat, ſcribit Iſchyrion Diaconus in libello ad Leonem Papam dato, & in Concilio Chalcedon. Act. 3. lecto ubi ait: „ Cæterùm clariſſimæ memo-
„ riæ Periſteriæ negotium nullus ignoravit,
„ maximè eorum, qui in hac Urbe nova
„ Roma habitare noſcuntur. Illa namque pro
„ ſuæ animæ ſalute Teſtamentum condens,
„ juſſit multam quantitatem pecuniarum præ-
„ ſtari monaſteriis, nec non etiam Xenodo-
„ chiis, & Parochiis, & aliis pauperibus
„ Ægyptiacæ Provinciæ. Quod moleſtè fe-
„ rens idem Reverendiſſimus vir, ob id
„ quòd in perſona ejus hæc minimè ſunt
„ dimiſſa, fecit eaſdem pecunias pro eleemo-
„ ſyna ſcortis, & aliis theatricis diſpertiri
„ perſonis, ut neque incenſum ex oblatio-
„ ne illius clariſſimæ memoriæ Periſteriæ,
„ quantùm ad eum pertinuit, Deo offerretur.
Hæc Iſchyrion. Pulcheria quoque Auguſta cuncta ejus bona in pauperum uſum diſtribuenda reliquit, ut Theodorus Lector lib. 1. ſuæ Eccleſ. hiſtor. ſcribit, inquiens: „ Pul-
„ cheria pia moritur, multis poſt ſe præ-
„ claris factis, & cunctis bonis quæ habuit
„ ad ſuſtentationem pauperum relictis, qui-
„ bus Martianus non contradixit, ſed cun-
„ ctorum neceſſitatibus animo propenſo ſer-
„ vivit. „ *Hæc Theodorus Lector*.

60. Theodoſius Imperator bona Neſtorii hæretici Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ addixit, ut liquet ex ejus Decreto, & reſcripto dato ad Iſidorum Conſulem & Prætorii Præfectum, inter Acta Concilii Epheſini, par. 3. cap. 15. quod ita ſe habet. „ Licèt noſtrum
„ erga Rempublicam ſtudium conſpicuum
„ ſit, non minoris tamen nobis eſt curæ, ut
„ Sacroſancta Religio tuta conſiſtat: quâ vi-
„ delicet à nobis cuſtoditâ in publicis quo-
„ que rebus nos adjuvari confidimus. Quare
„ cùm Neſtorius Catholicæ Eccleſiæ quon-
„ dam Sacerdos, nunc verò fidei proditor,
„ tantorum ſcelerum mole oppreſſus tenea-
„ tur; neceſſarium eſt, ut noſtræ ſerenita-
„ tis ſententiæ ſubiiciatur, calamitateque
„ moribus illius dignâ opprimatur: ut qui
„ venerandis Eccleſiæ legibus abjectis, ne-
„ fandæ hæreſeos auctor exſtiterit: & dum
„ illorum, quos proditionis ſuæ ſocios ſibi
„ adjunxit, fidem corrupit, alienæ corru-
„ ptionis crimen in ſuam ipſius perſonam
„ recepit. Tua proinde celebris Auctoritas,
„ hac pragmaticâ ſanctione, ſive propriâ hac
„ auctoritate oſtensâ, prædictum Neſtorium
„ ob admiſſam à ſe impietatem in perpe-
„ tuum exilium Petras deportari jubeat;
„ omniaque illius bona Eccleſiæ Conſtanti-
„ nopolitanæ addicat, quò Auguſtiſſimi loci
„ illius opes, cujus ille Sacra Myſteria nu-
„ per prodidit, auctiores evadant. Hac enim
„ ratione religio Sanctiſſimæ Fidei in men-
„ tibus hominum intacta perſeverabit, &
„ Regni noſtri felicitas Religione munita
„ florebit. „ *Hactenus integrum reſcriptum*.

61. Conqueritur item Cœleſtinus Papa

apud

apud eundem Theodoſium in Epiſtola ad eum
data, pariter inter Acta Concilii Epheſini
par. 3. cap. 21. quòd non fuerit adimpleta
mens Probæ clariſſimæ fœminæ, quâ in uſus
pios fructus reddituum ſuorum legaverat,
opemque Imperatoris implorat, quatenus ſua
interpoſitâ auctoritate, agat ut omnia di-
ſtribuantur, prout à prædicta teſtatrice or-
dinatum fuerat. „ Cauſæ fidei, *inquit ad*
„ *calcem Epiſtolæ*, congruè & Eccleſiaſticè
„ & pauperum utilitatis causâ ſubjungitur:
„ ut qui integritatem fidei præſtitiſtis, pau-
„ perum quoque commodis conſulatis. Il-
„ luſtris & ſanctæ recordationis Proba poſ-
„ ſeſſiones in Aſia conſtitutas longâ à ma-
„ joribus vetuſtate ſic reliquit, ut majorem
„ ſummam reddituum clericis panperibus,
„ & Monaſteriis annis ſingulis præciperet
„ erogandam: ſed hæ poſſeſſiones ibidem
„ conſtitutæ, in danina pauperum, hujus
„ negligentiâ, ut graviùs nil dicamus, qui
„ his præfuerat, eâ ſunt ratione tractatæ,
„ ut non ſolùm conſueta non ſolverent, ve-
„ rùm etiam ſubreptitiâ impetratione earum
„ juſtum dominium violetur. Rogamus pie-
„ tatem veſtram, ut religioſæ, & illuſtri
„ Domui, & Eccleſiæ id pro clementia ve-
„ ſtra præſtetis, ut omnis ab his inſidian-
„ tium inquietitudo diſcedat, & tam Ec-
„ cleſiæ, quàm ſuis Dominis ſit tuta poſ-
„ ſeſſio, ut quod inde alimoniæ pauperum
„ acquiritur, veſtrum eſſe credatur. „ *Hactenus Cæleſtinus*.

62. Gregorius porrò Nanzianzenus in
Epiſtola 80. ad Aerium, & Alypium data,
hortatur eos, ut matris voluntatem, quæ
in pauperum alimoniam quandam pecuniam
Eccleſiæ reliquerat, adimpleant, afferens &
aliorum exempla, qui omnes facultates Ec-
cleſiæ reliquerant. „ Quemadmodum areæ,
„ *inquit*, & torcularis primitias, & filio-
„ rum, eos, qui verè filios amant, Deo
„ conſecrare juſtum, & pium eſt, quoniam
„ ab ipſo, & nos ipſi, & noſtra omnia ſunt;
„ ita novæ quoque hæreditatis, ut pars,
„ promptè & libenter oblata, majori parti
„ ſecnritatem conciliet. Quo circa nè com-
„ mittite, ut poſt omnes alios benigni no-
„ bis ſitis: verùm ante omnes Deo benignos
„ vos præbete, per quem etiam omnibus:
„ atque abjectis externis legibus, noſtris
„ ſervite, hoc videlicet à vobis ipſis offe-
„ rentes, nempe animi promptitudinem, &
„ alacritatem. Nàm quidem ea, quæ Teſta-
„ mento relicta ſunt, ab aliis; alacritatem
„ autem à vobis habebimus: quibus Deus
„ multò plura, quàm ſint ea, quæ nunc da-
„ turi eſtis, rependere poteſt, non ſolùm in
„ in hac fluxa, & caduca vita, ſed etiam
„ in ſtabili, & æterna: quem unum ſpe-
„ ctare tntum eſt, in eoque ſpes omnes no-
„ ſtras defixas habere. Proinde ut Deo ta-
„ lem erga vos ſe præbituro, quales vos er-
„ ga pauperes, nequaquam malignè, & ſor-
„ didè, ſed admodum liberali, & alacri ani-
„ mo demortuæ voluntatem, quam & vo-
„ bis adeſſe, & ea quæ fiunt intueri exi-
„ ſtimantes, per largitionem veſtram recrea-
„ te. Ita fiet, ut ab ea, non modò pecu-
„ nias habeatis, ſed maternam etiam bene-
„ dictionem, filiorum domos ſulcientem con-
„ ſequamini. Atque hoc vobiſcum cogita-
„ te, meliorem eſſe partem exiguam cum
„ juſtitia, ut Scriptura loquitur, quam la-
„ tiorem & uberiorem cum ſordibus, ne
„ quid malè ominoſum dicam: illudque præ-
„ terea, complures extitiſſe, qui totas etiam
„ domos Eccleſiis addici paſſi ſunt: non
„ etiam defuiſſe, qui ſuapte ſponte facul-
„ tates omnes ſuas obtulerint, ac pulcher-
„ rimum quæſtum fecerint, hoc eſt, pro-
„ pter futuræ vitæ opus inopiam amplexi
„ ſint. „ *Hæc S. Gregorius ibi*.

63. Deplorat Salvianus Chriſtianorum
illorum morem, qui quamvis divites, nec
in morte quidquam ſuarum facultatum pro
pauperibus Eccleſiæ relinquunt. Diffusè hanc
materiam pertractat in libris ad Eccleſiam
Catholicam, & poſt plures talium hominum
excuſationes ab eo reſutatas, tandem li-
bro 3. eos urget, qui à liberis, quos relin-
quunt excuſationem deſumunt, exemplo pri-
morum fidelium ſub Apoſtolis, qui omnia
ſua vendebant, & pretia ad Apoſtolorum
pedes deferebant, & ait: „ Cùm etiam in-
„ numerabilis jam tunc, & tam perfecta
„ plebs fuerit, quæro à vobis cum quibus
„ loquor, cuncti parentes in illis tot, ac
„ tantis, tunc credentium millibus, tantâ
„ fidei perfectione viventibus, omnes ne cum
„ filiis, an omnes ſine filiis fuerint? Neu-
„ trum opinor. Nulla cnim Eccleſiæ plebs
„ eſt, non de utroque permixta. Intelligere
„ ergo poſſunt, quicumque ex Chriſtianis
„ filios non habent, cui relinquere ſubſtan-
„ tias ſuas debent, cùm videant cui reli-
„ querint tunc illi, filios non habentes. Si
„ autem habent, diſcant quid etiam ipſos
„ oporteat facere, cùm illos videant tunc pa-
„ rentes, amorem filiorum Dei filiis prætuliſſe.
„ Habet igitur omnis ætas, habet omnis con-
„ ditio, quod ſequatur: quicumque eſt par-
„ ticeps fidei, participem ſe beati faciat
„ exempli. Si illi tunc ob Deum donantes
„ omnia ſua, etiam ſe ipſos exhæreditavere
„ viventes, diſcite vos, quæſumus, bona ve-
„ ſtra vel ipſi hæreditare morientes. „ *Hæc
Salvianus*.

64. Similia ſunt quæ tradit S. Auguſti-
nus in libro de Decem Chordis cap. 12. ubi
ait: „ Noli parcere theſauris caducis, the-
„ ſauris vanis. Noli ſub imagine pietatis au-
„ gere pecuniam. Filiis, inquis, meis ſervo:
„ magna excuſatio, filiis meis ſervo. Vi-
„ dea-

„ deamus, ſervat tibi pater tuus, ſervas tu „ filiis tuis, filii tui filiis ſuis, & ſic per omnes, & nullus facturus eſt præcepta Dei? „ Quare non illi potius impendis omnia, „ qui te fecit ex nihilo? Qui te fecit ipſe „ te paſcit. Ex his quæ fecit ipſe paſcit „ & filios tuos. Neque enim meliùs committis filiis tuis patrimonium tuum, quàm „ Creatori tuo. Et mentiuntur quidem homines, mala eſt, inquiunt, avaritia, palliare ſe volunt nomine pietatis & dealbare, ut quaſi propter filios videantur ſervare homines, quòd propter avaritiam ſervant. „ *Hæc Auguſtinus*.

65. Hoc tamen notandum eſt praxim S. Auguſtini fuiſſe, non emere agrum, aut villam pro ſua Eccleſia, ſed legata in favorem Eccleſiæ ſuæ ſuſcipere, prout ſcribit Poſſidius in illius vita cap. 24. inquiens: „ Domum, vel agrum, ſeu villam nunquam „ emere voluit. Verùm ſi fortè Eccleſiæ à „ quoquam ſponte tale aliquid vel donaretur, vel titulo legati dimitteretur, non „ reſpuebat, ſed ſuſcipi jubebat. Nam, & „ aliquas hæreditates recuſaſſe novimus: non „ quia pauperibus inutiles eſſe poſſent, ſed „ quoniam juſtum, & æquum eſſe videbat, „ ut à mortuorum vel filiis, vel parentibus, „ vel affinibus magis poſſiderentur, quibus „ ab eis deficientes dimittere noluerunt. *Hæc Poſſidius*. Et rationem affert, quia hæreditates aliquando ſunt damnoſæ, & cauſam præbent ſollicitudinis; non ſic legata. „ Frequentiùs verò dicebat, *ait*, ſecuriùs ac „ tutiùs Eccleſiam legata à defunctis dimiſſa debere ſuſcipere, quàm hæreditates fortè ſollicitas, & damnoſas; ipſaque legata „ magis offerenda eſſe, quàm exigenda.

66. Porrò, eodem Poſſidio teſte loc. cit. hæreditates Eccleſiæ relictas à parentibus, filiis exhæreditatis penitùs reſpuebat. Ajebat enim: „ Quicumque vult exhæreditato „ filio hæredem facere Eccleſiam, quærat alterum, qui ſuſcipiat, non Auguſtinum; „ immò Deo propitio neminem inveniat. Deinde mirabile factum S. Auguſtini enarrat, ſubjungens: „ Quàm laudabile factum „ ſancti, & venerandi Epiſcopi Aurelii Carthaginenſis! Quomodo implevit eos omnes, qui ſciunt, laudibus Dei! Quidam „ enim cum filios non haberet, neque ſperaret, res ſuas omnes retento ſibi uſu fructu donavit Eccleſiæ. Nati ſunt ei filii, „ reddidit ei Epiſcopus, nec opinanti, quæ „ ille donaverat. In poteſtate habebat Epiſcopus non reddere, ſed jure fori, non jure poli. „ *Hæc Poſſidius*, & idem S. Auguſtinus eundem factum recenſet in Serm. 49. de Diverſis tom. 10. ubi, & rationabilem cauſam affert, habet enim ibi: „ Quid ergo facio inter illos, qui parant me reprehendere, & dentes in me ducere, ſi ſuſcepero hæreditates eorum, qui filios ſuos „ irati exhæredant? Iterum quid ſum facturus eis, quibus canto, & nolunt ſaltare? „ Qui dicunt: Ecce quare nemo donat Eccleſiæ Hipponenſi aliquid; Ecce quare eam „ non faciunt qui moriuntur hæredem: „ quia Epiſcopus Auguſtinus de bonitate ſua „ (laudando enim mordent, labiis mulcent, „ dentem figunt) donat totum, non ſuſcipit. Planè ſuſcipio, profiteor me ſuſcipere oblationes, oblationes ſanctas. Si quis „ autem iraſcitur filio ſuo, & moriens exhæredat eum, ſi viveret, non eum placarem? non ei filium ſuum reconciliare deberem? Quomodo ergo cum filio ſuo volo ut habeat pacem, cujus appeto hæreditatem? Sed planè ſi faciat, quod ſæpe „ hortatus ſum, unum filium habet, putet „ Chriſtum alterum, duos habet, putet Chriſtum tertium; decem habet, Chriſtum undecimum faciat, & ſuſcipio. Quia ergo „ feci hoc in quibuſdam rebus: jam volunt „ bonitatem meam, vel commendationem „ famæ meæ in aliud vertere: ut alio modo me reprehendant, quia oblationes devotorum hominum nolo ſuſcipere. Conſiderent quàm multa ſuſceperim. Quid „ opus eſt ea numerare? Ecce unum dico „ filii Juniani hæreditatem ſuſcepi. Quare? „ Quia ſine filiis defunctus eſt. Bonifacii „ hæreditatem ſuſcipere nolui: non miſericordia, ſed timore. Naviculariam volui eſſe Eccleſiam Chriſti. „ *Hæc & alia Auguſtinus*.

67. Nec diſſimilem praxim ſervandam tradit S. Ambroſius lib. 8. in Lucam ad cap. 18. §. *De Honorandis parentibus atque Paſcendis*. Ubi ait; „ Ne commiſeris fili, ut jejunia parentum parentibus tuis cibum quærant. Si non propter gratiam, & ſalutem, „ propter verecundiam paſce. *Et paulò poſt*. „ Quid ſi tibi obiiciant, Vade, prius matrem tuam paſce? Nam, & ſi pauperes „ ſunt, impiam tamen non quærunt collationem. Nonne audiſti ſuprà, quia dives „ ille in byſſo, & purpura recumbens, cujus de menſa micas Lazarus colligebat, „ pœnis cruciatur æternis; quia non impartivit alimenta? Si non donaſſe extraneis „ grave eſt; quantò gravius excludere parentes? Sed dicis, quod eras parentibus collaturus, Eccleſiæ malle conferre. Non „ quærit donum Deus de fame parentum? „ *Et poſt aliqua*. Multi enim, ut prædicentur ab hominibus, Eccleſiæ conferunt quæ „ ſuis auferunt: cùm miſericordia à domeſtico progredi debeat pietatis officio. Da „ ergo priùs parenti, da etiam pauperi, da „ illi presbytero quod tibi abundat terrenum, ut ab illo accipias ſpiritale, quod „ tibi deeſt. „ *Hactenus Ambroſius*. Liquet ergo ex hactenus deductis, nedum fideles lai-

laicos bona habuiſſe propria, & ante & poſt Conſtantinum, etiam ſub Apoſtolis ipſis, verùm, & Eccleſiaſticos viros, ipſaſque Eccleſias, & quidem ex piorum donatione, & legatis eorundem, quamvis D. Auguſtinus hujuſmodi legata, ſervatâ ſupradictâ moderatione recipere conſueviſſet, & ita ineptè Apoſtolici Chriſtianos poſſidentes à ſpe regni cœleſtis abiiciebant, neç minus inſulsè Witcleff Eccleſias Chriſti, & Eccleſiaſticos viros, omnium bonorum poſſeſſione ſpoliatos volebat.

COLLATIO

Hujus Hæreſis, cum recentiorum quorundam Hæreticorum Hæreſi.

68. APOSTOLICORUM Sectam in Moravia renovatam fuiſſe ſcribit ex Lindano Stanislaus Reſcius in Centur. verbo *Apoſtolici*. Qui ad exemplum Apoſtolorum, omnia relinquebant ſua: eaque communia facientes his, qui in Religione ſecum ſentiebant; Domos quoque, negotia, familiam, liberos, & uxores dimittebant, & per agros vagabundi oberrabant. Subjungit inde Reſcius: „ In „ reliquis cum Anabaptiſtarum grege, in Cœna verò cum Sacramentaria co„ horte ſentiunt, ſine baculo, ſine pera, & calceis, reliquorum facultates tan„ quam ſuas abſumentes. „ *Hæc Reſcius*, qui poſtea ex Hoſio narrat, illius ſæculi Apoſtolicos ſimiles fuiſſe illis, qui Bernardi ſæculo vixerunt, nam utrique Eccleſiam non eſſe Apoſtolicam dicebant, ubi non eſt vita Apoſtolica. Non perindè diſſimiles Apoſtolicis illis, de quibus nos egimus, nam ſimilia illis iſti docuerunt, & in praxi ſervari ſtuduerunt. Reaſſumpſerunt quoque Apoſtolicorum inſtituta, & dogmata Anabaptiſtæ illi, quorum meminit Dominicus Gravina tom. 1. de Præſcript. Catholic. in ſua methodica Analyſi, verbo *Anabaptiſtæ*, ex Ekio, & Budnæo quamvis hæretico. Hujuſmodi ergo Anabaptiſtæ, ait Gravina, *A' Chriſtianis Magiſtratum & Principatum ablegant, omneſque Magiſtratus, & Principatus cum infidelibus occidi volunt; libertatemque, inquiunt, per illos extinctam, eſſe vindicandam. Non licere bona temporalia Chriſtiano poſſidere, jura agere, debita exigere*, dicebant inſuper; non licere arma domi reſervari, & in via portari, aut à prædonibus ſe defendere. Et ſubjungit Gravina: *In communi vivunt & communitatem introduxerunt, non ſecundùm normam Apoſtolicam, ſed Apoſtaticam.* Idem porrò refert de Anabaptiſtis Sarmaticis, Stanislaus Reſcius, in Centur. verbo *Anabaptiſtæ*, ante finem.

Digitized by Google

CAPUT XIX.

SIVE XLI.

De Sabellianis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1\. *SABELLIANI ab illo Noëto, quem ſupra memoravimus defluxiſſe dicuntur, nam & Diſcipulum ejus quidem perhibent fuiſſe Sabellium. Sed qua cauſa duas hæreſes Epiphanius computet, neſcio: cùm fieri potuiſſe videamus, ut fuerit Sabellius iſte famoſior, & ideo ex illo celebrius hæc hæreſis nomen acceperit. Noëtiani enim difficillimè ab aliquo ſciuntur, Sabelliani autem ſunt in ore multorum: nam & Praxejanos à Praxea quidam vocant, & Hermogeniani ab Hermogene potuerunt, qui Praxeas, & Hermogenes eadem ſentientes in Africa fuiſſe dicuntur: nec tamen iſtæ plures ſectæ ſunt, ſed unius ſectæ plura nomina ex his hominibus, qui in ea maximè innotuerunt; ſicut Donatiſtæ, iidem Parmenianiſtæ; ſicut Pelagiani, iidem Cæleſtiani. Unde ergo ſit factum, ut Noëtianos, & Sabellianos, non unius hæreſis duo nomina, ſed tanquam duas hæreſes ſupradictus Epiſcopus poneret, liquidò invenire non potui: quia ſi quid inter ſe differunt, tam obſcurè dixit, ſtudio forſitan brevitatis, ut non intelligam. Loco quippe iſto quo & nos, tam longe à Noëtianis Sabellianos commemorans:* Sabelliani, *inquit*, ſimilia Noëto dogmatizantes, præter hoc quòd dicunt, Patrem non eſſe paſſum. *Quomodo de Sabellianis hoc intelligi poteſt, cùm ſic innotuerint dicere Patrem paſſum, ut Patripaſſiani quàm Sabelliani crebriùs nuncupentur? aut ſi fortè in eo quod ait*, præter hoc quòd dicunt Patrem non eſſe paſſum, *Noëtianos hoc dicere intelligi voluit, quis eos in hac ambiguitate diſcernat? Vel quomodo poſſunt intelligi quilibet eorum Patrem paſſum fuiſſe non dicere, cùm dicant eundem ipſum eſſe & Patrem & Filium & Spiritum Sanctum? Philaſter autem Brixianus Epiſcopus in prolixiſſimo libro, quem de hæreſibus condidit, & CXXVIII. hæreſes arbitratus eſt computandas, Sabellianos continuò poſt Noëtianos ponens*, Sabellius, *inquit*, Diſcipulus ejus, qui ſimilitudinem ſui Doctoris itidem ſecutus eſt, undè & Sabelliani poſtea ſunt appellati, qui & Patripaſſiani, & Praxejani à Praxea, & Hermogeniani ab Hermogene, qui fuerunt in Africa, qui & ita ſentientes abjecti ſunt ab Eccleſia Catholica. *Certè iſte eoſdem poſtea Sabellianos dixit appellatos, qui ea quæ Noëtus ſentiebant. Et alia nomina ejuſdem ſectæ commemoravit, & tamen Noëtianos & Sabellianos ſub duobus numeris, tanquam duas hæreſes poſuit, qua cauſa, ipſe viderit.*

COMMENTARIUS HISTORICUS.

2. SABELLIANI *ab illo Noëto*) Agunt de Sabellianis, Euſebius lib. 7. hiſtor. cap.6.Theodoretus lib.2. hæret. fabul. Epiphanius in Panario hæreſ. 62. Philaſtrius in Catal. hæreſ. Baſilius in Epiſt. 64. ad Doctiores Eccleſiæ Neocæſarienſ. data, & in Epiſt.78. S. Athanaſius orat. 4. contra Arianos. Et orat. contra eoſdem, in illo dicto *Ex Deo Deus*, Tract. de Adventu Salvatoris adverſ. Apollinarium, lib. 1. de Uniea Deitate ad Theophilum, & orat. adversùs Gregales Sabellii, S. Hieronymus in Dial. adversùs Luciferianos, Epiſt. 27. ad Marcellam, lib.2. Commentar. Epiſt. ad Epheſ. in cap. 4. & alibi. Iſidor. lib. 8. Etymolog. cap. 5. Damaſcenus in Catal. hæreſ. Nicetas lib. 4. Theſaur. hæreſ. 38. Honorius Auguſtodunenſis in libro de hæreſibus, Rabanus Maurus lib. 2. de Inſtit. Cleric. cap. 58., & complures alii Patres, & rerum Eccleſiaſticarum Scriptores.

3. A' Sabellio hujus ſectæ principe cognominati ſunt Sabelliani, ſic Epiphanius loc. cit. §. 1. *Non multis ab hinc annis Sabellius quidam hæreticus emerſit: quippè recens ille eſt, à quo Sabelliani profecti ſunt*. Fuiſſe Sabellium Afrum genere, patriâ verò Pentapolitanum, auctor eſt Theodoretus: *Sabellius autem Afer Pentapolitanus*. Nicetas addit Lybicâ Pentapoli fuiſſe oriundum: *Sabellius Lybicâ Pentapoli oriundus*. Undè, & Lybicum appellat Magnus Baſilius in Epiſtola 78. *Et nonnulli ex illis, qui impietatem Sabellii Lybici ſectantur*. Itaque ortum habuit ex ea Africæ regione, quæ propriè Lybia appellata eſt, in qua Pentapolis, ſive Cyrenaica regio continebatur, & ideo Euſebius lib. 7. hiſt. cap. 6. ſcribit, hæreſim Sabellii exortam apud Ptolemaidem urbem Pentapoleos: *Nam de dogmate illo, quod nuper apud Ptolemaidem urbem Pentapoleos commotum eſt*. Danæus notat, eam Civitatem olim à Priſcis Barce dictam ex Plinio lib. 5. cap. 5. ubi & natalem habuiſſe Sabellium affirmat.

4. A' Noëto exortos Sabellianos ſcribit S. Auguſtinus in noſtro textu, cujus auditorem, & diſcipulum fuiſſe Sabellium ex aliorum teſtimoniis affirmat. Et ita Iſidorus loc. cit.: *Sabelliani ab eodem Noëto pullulaſſe dicuntur, cujus diſcipulum perhibent fuiſſe Sabellium*. Idem adnotaverat priùs Philaſtrius in lib. de hæreſ. catal. Hæreſum, quæ ſub Apoſtolis extiterunt, ubi immediatè poſt Noëtum, ait: *Sabellius poſt illum de Lybia diſcipulus ejus*. Rhabanus quoque idem confirmat, inquiens: *Sabelliani ab eodem Noëto pullulaſſe dicuntur, cujus diſcipulum perhibent fuiſſe Sabellium, ex ejus nomine maximè innotuerunt, undè & Sabelliani vocati ſunt*. Et Honorius Auguſtodunenſis: *Sabelliani*, inquit, *à Sabellio diſcipulo Noëti dicti*.

5. De tempore quo hæc emerſit hæreſis non multùm controvertitur. Coævam fuiſſe hæreſi Noëti immò eandem, ex dictis liquet, & ex dicendis clariùs: ſed attento Auctore, nimirum Sabellio, qui Noëto in principatu ejuſdem blaſphemiæ ſucceſſit, Euſebius ex Dionyſio Alexandrino, lib. 7. hiſt. cap.6. cit. diſertè ſcribit, ſub Xyſto Papa Sabellianos agnitos primùm fuiſſe. *In eadem Epiſtola de Sabellianis hæreticis*, ait Euſebius, *utpotè qui tunc temporis increbreſcebant, Xyſtum certiorem facit*. Vel ſi non ſub Xyſto certè ſub Stephano, & ad extrema illius Pontificatus, quia aliàs quemadmodum Xyſto, ita Stephano, cui pariter aliquas literas ſcripſit Dionyſius, de eadem hæreſi ſcripſiſſet; ſed horum duorum Pontificum vita brevis fuit, nec unus nec alter triennium exceſſit. Probabile ergo mihi videtur Dionyſio Alexandrino hanc hæreſim innotuiſſe anno ultimo Stephani Papæ, qui primus fuit Xyſti, idest anno Domini CCLVII. Valeriano IV. & Galieno Auguſto III. Coſs. qui fuit annus primus excitatæ perſecutionis per Valerianum principem, pront conſignat Myræus. Et hoc eodem anno innotuiſſe notat etiam Danæus in opuſculo de Hæreſibus cap. 41. dum dicit, Sabellium agnitum hæreticum anno à Chriſto paſſo CCXXIV. Licèt Ricciolius conſignet eundem hæreticum ſub anno Domini CCLX., quo anno Xyſtum exceſſiſſe notat, cùm tamen ex calculo Myræi, quem nos ſequimur, exceſſerit anno antecedenti, idest anno CCLIX.

6. Cujus conditionis vir fuerit Sabellius, non certò ſcitur, nihil apud noſtrum Auguſtinum, nihil apud Epiphanium, Theodoretum, Philaſtrium, compluresque priſcos Patres ſcriptum legitur. Zonaras verò in notis ad can. 1. Concilii Conſtantinopolitani 1. ſcribit Sabellium Ptolemaidis Epiſcopum fuiſſe: „ Jubet, *inquit*, etiam anathe- „ matizari ſecundùm eos Sabellianos, qui à „ Sabellio quodam Lybico nomen accepere. „ Is Ptolemaidis, quæ urbs in Pentapoli „ fuit, Epiſcopus, concreatione quadam, „ coalitioneque excogitatâ, tres Hypoſtaſes „ in unam ſubſtantiam, Divinitatemque mi- „ ſcet, ac unam in Trinitate, tribus licèt va- „ riam nominibus, Perſonam agnoſcebat. „ *Hæc Zonaras*, ex dogmate ipſo indicans loqui de Sabellio, de quo nos agimus. Timotheus Presbyter Conſtantinopolitanus in lib. de Recep. Hæret. apud Coteler. tom. 3. Monument. Eccleſ. Græc. pag. mihi 385. duos diſtinguit Sabellios, ſimilia tamen docentes, unum Lybicum facit, alterum ab hoc diver-

ſum Epiſcopum Pentapolis fuiſſe dicit: „ A' „ Sabellio Lybico, *inquit*, qui docuit in Filio „ paternitatem, unamque Hypoſtaſim admi- „ ſit in Sancta Trinitate. His ſimilia, & „ alius ſenſit Sabellius Epiſcopus Pentapo- „ lis. Hocque affirmare auſus eſt, Verbum „ dictum eſſe unigenitum, ex uſu in tem- „ pore prodiiſſe, rurſuſque rediiſſe undè ex- „ ierat, nec ante exitum extitiſſe, neque poſt „ reditum ſubſiſtere. „ *Hæc Timotheus*. Sed hæc duorum Sabelliorum diſtinctio ſingularis eſt, cùm nemo præter ipſum eam agnoverit. Itaque Sabellium Epiſcopum non lego niſi apud hos Scriptores. Cùm porrò cæteri nec levem quidem mentionem de Epiſcopatu Sabellii faciant, probabiliùs immò veriùs cenſeo, nullatenus Epiſcopum fuiſſe.

7. Hæc porrò hæreſis in Africa primùm & Lybia exordia habuit, ut dictum eſt: indè Meſopotamiam invaſit, ex Meſopotamia denique Romam uſque pervenit. Undè Epiphanius §. 1. hæc indicans ait: *Atque hujus ſectæ plurimi, cùm in Meſopotamia, tùm Romæ verſantur, veſaniâ quadam perciti*. Diù in Oriente perſtitit, adeout ſub Magno Conſtantino, Euſtathius Epiſcopus Antiochenus hac hæreſi infectus fuerit, ut Socrates ait lib. 1. hiſt. cap. 23. in fine: *Euſebius verò ſe quidem à Nicæna fide*, ſcribit Socrates, *nulla tenus ait diſcedere: Euſtathium verò criminatur, tanquam dogma Sabellii adſtruentem*. Cujus rei causâ in Antiochena Synodo, depoſitum atque damnatum fuiſſe, ſubjungit cap. 24. in initio, inquiens: *Congregatâ igitur Antiochiæ Synodo, Euſtathium deponunt, ut qui Sabellii dogmati potiùs, quàm Nicænæ Synodi decretis inſiſteret*. Viguiſſe adhuc in Oriente tempore Synodi œcumenicæ Conſtantinopolitanæ 1. colligi poteſt ex can. 1. ubi nominatim, cum aliis diverſis hæreticorum ſectis, Sabelliani damnantur. Neque improbabile eſt hujus hæreſis reliquias adhuc extitiſſe tempore Sextæ Synodi in Trullo, cùm in ea can. 94. ſancitum ſit, inter alios hæreticos venientes ad Eccleſiam Catholicam, Sabellianos quoque eſſe rebaptizandos.

8. Porrò Sabelliani dicti ſunt Patripaſſiani ut ait Philaſtrius, *undè, & Sabelliani poſtea ſunt appellati, qui & Patripaſſiani*. Ex Philaſtrio in textu noſtro idem tradit Auguſtinus. Unionitas quoque eſſe nuncupatos, liquet ex Prudentio in Apotheoſi contra Unionitas, ubi canit.

Cede profanator Chriſti, jam cede Sabelli,
Depoſitorque Patris, Natique inſane negator;
Nonne Patrem violat, dum Natum ſcire recuſas?

Sic pariter, & in Indiculo reſtituto à Cotelerio, in notis ad librum de Hæreſibus Damaſceni, tom. 1. Monum. Eccleſiæ Græcæ pag. mihi 777. *Sabellius, qui, & Patripaſſianus, & Unionita*. Denique etiam Monarchici iidem Sabelliani appellati ſunt, quia unum Deum ſolum hujus Mundi principem, non tamen in tribus perſonis inducebant, ut videre eſt apud Marium Mercatorem in duodecimo Anathematiſmo Neſtorii, ubi ait: *Poſt hæc Sabellius, & Marcellus monarchiam ſe in Divinitatis ſubſtantia retinere debere putantes*. De exitu Sabellii nihil ſcriptum reperitur apud Antiquos.

COMMENTARIUS

Dogmaticus.

9. *Sed quâ causâ duas hæreſes*) Cùm Sabellius à Noëto deſinxerit, miratur S. Auguſtinus quòd Epiphanius, Noëti & Sabellii hæreſim in duas diſtinxerit, ex quo una & eadem hæreſis ſibi videretur, licèt ſub duobus Patronis, quemadmodum una & eadem hæreſis Donatiſtarum fuit & Permeniani, una Pelagii & Cæleſtii, hoc eſt una & eadem hæreſis ſub diverſis propugnatoribus, ac ideo ſub diverſis nominibus.

10. *Quia ſi quid inter ſe differunt*) quærit S. Doctor, in quo Noëtiana hæreſis differre poſſit à Sabelliana, cujus causâ Epiphanius in duas diſtinxerit; & primò dixerat potuiſſe evenire, quia famoſior reddita fuit propugnata à Sabellio, quàm à Noëto. Poſtea producit in medium Epiphanii rationem, qui in Indiculo hæreſum lib. 2. ait: „ Sabelliani cum Noëtianis in omnibus pro- „ pemodum conſentiunt: niſi quòd Patrem „ ipſum negant eſſe paſſum; ab eoque pro- „ latitium dumtaxat manare Verbum: „ ſive ut idem S. Doctor in ſuo textu legit: *Sabelliani ſimilia Noëto dogmatizantes, præter hoc quod dicunt, Patrem non eſſe paſſum*. Sed in hoc maxima ambiguitas eſt, nec rectè percipi differentia poteſt. Nàm vel Epiphanius vult Noëtianos diſtingui à Sabellianis, quia Noëtiani dicunt Patrem non eſſe paſſum, Sabelliani verò affirmant; vel è converſo, Sabelliani negant, affirmant Noëtiani? primum dici non poteſt, quia Noëtiani cùm non diſtinguant Divinas perſonas, & unam eandemque in re perſonam fateantur eſſe Patrem & Filium; ſi filium paſſum dicunt, neceſſe afferant, & patrem paſſum eſſe. Neque ſecundum, & quidem propter eandem rationem: undè & S. Athanaſius in libro de Synodis disertè ſcribit, quos Romani Patripaſſianos nominant, Orientales appellant Sabellianos.

Google

nos. *Tales ſunt*, inquit, *qui apud Romanos quidèm Patripaſſiani, apud nos Sabelliani nominantur*. Et ipſemet Auguſtinus Tract. 36. in Joannem, Sabellianos non diſtinguit à Patripaſſianis, ait enim: *Sabelliani dicti ſunt quidam hæretici, qui vocantur Patripaſſiani, qui dicunt ipſum Patrem paſſum eſſe*. Itaque allegata ab Epiphanio differentia locum habere non videtur; undè meritò S. Auguſtinus dicit, in quo differant iſtæ duæ hæreſes ſe neſcire, nec percipere.

11. *Philaſter autem*) roborat dictum ſuum teſtimonio Philaſtri Brixiani, qui in catalogo hæreſum, non ſecernit Sabellianos à Patripaſſianis, ſed eos in unam eandemque ſectam confundit, dum ait: *Sabellius diſcipulus ejus, qui ſimilitudinem ſui Doctoris itidem ſecutus eſt, undè & Sabelliani poſtea ſunt appellati, qui & Patripaſſiani, & Praxejani, à Praxea, & Hermogeniani ab Hermogene: qui fuerunt in Africa, qui & ità ſentientes, abjecti ſunt ab Eccleſia Catholica*. Hæc quidem S. Doctor ex Philaſtrio, ut oſtendat Noëtianos, & Sabellianos in nihilum differre, undè ſubjungit; *Certè iſte eoſdem poſtea Sabellianos dixit appellatos, qui ea quæ Noëtus ſentiebant*, non tamen ut approbet eoſdem omninò fuiſſe, Hermogenianos & Sabellianos, ut ſorte Philaſtrio viſum fuerat, cùm liqueat ex Tertulliano, & aliis Scriptoribus, & Patribus, Hermogènem admiſiſſe Materiam Deo coæternam, & inſuper duos Deos, bonum unum, malum alterum, quæ dogmata nullo pacto ſectatus eſt Sabellius. Et quamvis Dionyſius Alexandrinus ſcribens adversùs Sabellium, ut refert Euſeb. lib. 7. Præparat. Evangel. cap. 18. in fine, plura ſcripſerit probans Materiam ortu non carere, non inde inſertur in hac opinione fuiſſe Sabellium, nam occaſione hæreſis Sabellii, & aliam quoque Hermogenis potuit impugnaſſe, quemadmodum ſæpe accidit, ut occaſione unius, diverſæ impugnentur hæreſes.

12. Itaque unica, & propria Sabellii, ac Sabellianorum hæreſis fuit, denegare in Divinis tres Divinas perſonas realiter inter ſe diſtinctas. Hanc tradit Dionyſius Alexandrinus in Epiſtola ad Xyſtum Papam data, apud Euſebium lib. 7. hiſt. cap. 6. his verbis: „ De dogmate illo, quod nuper apud „ Ptolemaidem urbem Pentapoleos commo„ tum eſt, pleno impietatis ac blaſphemiæ „ adversùs omnipotentem Deum Patrem Do„ mini noſtri Jeſu Chriſti; pleno etiam in„ credulitatis, erga unigenitum ejus Filium „ primogenitum omnis creaturæ, Verbum „ quod inter homines verſatum eſt; pleno „ denique ſtuporis adversùs Spiritum San„ ctum. *Hæc Dionyſius*, & clariùs hanc hæreſim explicant cæteri Patres, unde Theodoretus lib. 2. hæret. fabul. de Sabellio ſcribit. „ Di„ cebat Patrem, & Filium, & Spiritum San„ ctum, unam eſſe Hypoſtaſim, & unam Per„ ſonam, quæ tria habet nomina, & eundem „ aliquando quidem vocat ut Patrem, ali„ quando autem ut Filium, aliquando verò „ ut Spiritum Sanctum; & in veteri quidem „ teſtamento ut Patrem legem tuliſſe, in „ novo autem ut Filium hominem factum „ eſſe, ut Spiritum autem Sanctum ad Apo„ ſtolos veniſſe. „ Hæc Theodoretus. Et Marins Marcator loc. ſupra cit. de Noëto, & Sabellio, ac eorum hæreſi ſcribens ait: „ Ne„ fando errori decepti, auſi ſunt dicere Pa„ trem ipſum ſibi Filium, ipſum ſibi eſſe Pa„ trem, ipſum ſibi eſſe Spiritum Sanctum, „ ipſum incarnatum, paſſum, crucifixum; „ ipſum à Judæis omnia pertuliſſe, reſurre„ xiſſe à mortuis, & omnia peregiſſe, quæ „ nos per Chriſtum in perſona propria ejus, „ pro humani generis ſalute, geſtaſſe credi„ mus, & confitemur. „ *Hæc Mercator*.

13. Nicetas porrò lib. 4. Theſaur. hæreſ. 28. de Sabellio ejuſque hæreſi, ſic ſcribit: „ Sabellius Lybicâ Pentapoli oriundus „ unam in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto „ perſonam prædicabat, eundem eſſe Patrem „ eſſerens, qui & Filius, & Spiritus San„ ctus eſſet: itaut in una perſona tres ſi„ gnificationes, quemadmodum in eodem „ quoque homine corpus, anima, & ſpi„ ritus deprehenderentur. Atque in Veteri „ quidem Teſtamento tanquam Patrem le„ gem tuliſſe, in Novo tanquam Filium car„ nem aſſumpſiſſe, Apoſtolis autem tanquam „ Spiritum ſuperveniſſe; itaut corporis qui„ dem Pater, ut ita dicam, animæ verò „ Filium, Spiritus denique vicem Sanctus „ ille ſuppleret Spiritus. Vel tanquam in So„ le cujus una perſona eſt, tres actiones elu„ ceſcerent, nimirum illuminativa, calefa„ ctiva, ipſaque figura, qua in orbem cir„ cumducitur.

14. Hoc eodem pacto Epiphanius hæreſ. 62. eandem Sabellii hæreſim explicat §. 1. inquiens: „ Horum hæc opinio eſt: eundem „ eſſe Patrem, & Filium, & Spiritum San„ ctum, ut ad eandem Hypoſtaſim tres ap„ pellationes conveniant. Aut perindè atque „ in uno homine corpus, & anima, & ſpi„ ritus ineſt. Itaut Corporis inſtar ſit Pa„ ter, Animæ filius, Spiritus denique in ipſa „ Divinitate humani Spiritus inſtar habeatur. „ Quòd, & Solis ſimilitudine declarant, in „ quo cùm una ſit Hypoſtaſis, triplex nihi„ lominus actus eſt; nimirum illuſtrandi vis, „ & calefaciendi, & orbicularia figura. Ac „ vim quidem illam calefaciendi, hoc eſt ca„ lorem, atque æſtum, Spiritui reſpondere; „ illuminandi verò vim Filio; Patrem deni„ que totius Hypoſtaſis velut quandam eſſe „ formam. Igitur Filium affirmant radii in „ morem emiſſum, omnia quæ ad Evange„ lii, & humanæ ſalutis procurationem at-

„ tine-

„ tinerent, in hoc mundo præſtitiſſe, atque
„ ità in Cælum rediiſſe, quemadmodum is
„ qui à Sole manavit radius, in eundem po-
„ ſtea refunditur: Spiritum porrò Sanctum
„ in hunc Orbem immitti, ac deinceps ſi-
„ gillatimque in eos omnes illabi, qui eo
„ munere digni ſunt; eundemque inſtaurare
„ vitam, & animare fervore, fovere deni-
„ que, ac calefacere, ut ita dicam, vi qua-
„ dam conſenſioneque Spiritus. „ *Hactenus Epiphanius*. His itaque ſtantibus, palam fit hanc fuiſſe propriam & ſingularem, Sabellii & Sabellianorum hæreſim, nimirum: *In Divinis unam tantùm eſſe Perſonam, quæ ſecundùm varia munera diverſa ſortitur nomina, Patris videlicet, Filii, & Spiritus Sancti*.

15. Scribit indè idem Epiphanius §. 2. Sabellianos uſos utique fuiſſe libris Novi & Veteris Teſtamenti, ſed etiam cum iis apocryphis quibuſdam, ex quibus dogma hoc hauſerunt, præcipuè ex Evangelio ſecundùm Ægyptios. „ Cæterùm, *inquit*, omnibus tàm
„ veteris, quàm novi Teſtamenti ſcripturis
„ utuntur, vel certis potiùs dictionibus,
„ quas ipſimet pro inſana mente ſua, ac ve-
„ cordia diligunt. *Et paulò poſt*. Hunc au-
„ tem errorem, *ſubjungit*, ejuſque firma-
„ mentum ex apocryphis quibuſdam hauſe-
„ runt, præſertim ab Ægyptiorum Evange-
„ lio: hoc enim illi nomen indiderunt; in
„ quo pleraque ſunt hujus generis, quæ ex
„ perſona Salvatoris clàm atque occultè, ve-
„ lut Myſteria proponuntur: quaſi diſcipulis
„ ipſe declaret, eundem eſſe Patrem, & Fi-
„ lium, & Spiritum Sanctum. „ *Hæc Epiphanius*, Cujus Evangelii meminit quoque Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromat, ubi fatetur eo uſum fuiſſe Caſſianum hæreticum, recenſetque fragmentum ejuſdem Evangelii ab eodem Caſſiano recitatum, quod non habetur in nobis traditis quatuor Evangeliis.

COMMENTARIUS

In hanc Hæreſim.

16. *IN Divinis unam tantùm eſſe Perſonam*) Hanc hæreſim Praxeas primùm docuit, ut adnotavimus ſupra ex Tertulliano, in Commentar ad Hæreſim 1. Noeti, à quo Patripaſſiani ſuam agnoverunt originem, quorum poſtea meminit Cyprianus in Epiſtola 73. ad Jubajanum data: à Praxea proceſſit in Noëtum, à Noëto in Sabellium. Etiam quoſdam ex Montaniſtis eàdem hæreſi infectos reperit Beatus Hjeronymus, qui in Epiſtola 27. ad Marcellam data, de Montaniſtarum erroribus, ait: *Nos Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum in ſua unumquemque Perſona ponimus, licèt ſubſtantiâ copulemus: Illi Sabellii dogma ſectantes, Trinitatem in unius Perſonæ anguſtias cogunt*. Simonem Magum prima ſemina hujus hæreſis ex Judaiſmo ſparſiſſe, pariter adnotavimus loc. cit. & in Commentar. ad hæreſim 4. Simonis. Et ait S. Auguſtinus in lib. de hæreſibus cap. 1. Magum iſtum Simonem dixiſſe, ſe in monte Sina legem Moyſis in Patris perſona dediſſe Judæis: tempore Tiberii, in Filii perſona putativè apparuiſſe: poſtea ſe in linguis igneis Spiritum Sanctum ſuper Apoſtolos veniſſe. Hinc non improbabile videtur, ex hac Simonis dementia, occaſionem deſumpſiſſe Sabellium, dicendi eandem Divinam Perſonam tria hæc officia ſub diverſis nominibus præſtitiſſe.

17. At altiùs hujus hæreſis originem repetendo, Philoſophorum ethnicorum doctrinam hauſtam autumo, qui ſine lumine fidei plura confusè de Deo ſcripſerunt, & quidèm maximè ex iis, quæ habet Hermes Serm. 3. ad Aſclepium relatus à Cyrillo Alex. lib. 1. contra Julianum versùs finem, ubi ait. „ Di-
„ xit etiam Hermes in Sermone tertio ad
„ Aſclepium. Non enim comprehendi poſ-
„ ſent, ſi proponerentur non initiatis talia
„ Sacramenta; ſed mente audite. Una ſola
„ erat Lux mentalis ante Lucem mentalem,
„ & eſt ſemper Mens Mentis fulgida: & ni-
„ hil aliud erat, quàm hujus unitas ſemper
„ in ſe ipſa exiſtens, ſemper ſuâ mente, &
„ luce, & ſpiritu omnia continens. *Et poſt*
„ *alia dicit*: Extra illum non Deus, non
„ Angelus, non Dæmon, non ſubſtantia ali-
„ qua alia. Omninò enim eſt Dominus, &
„ Pater, & Deus, & fons, & vita, & ve-
„ ritas, & lux, & mens, & ſpiritus, &
„ omnia in ipſo, & ſub ipſo ſunt. „ *Hæc Hermes*. Ex qua doctrina ſic confusè tradita potuerunt hæretici inferre, unam tantùm in Deo eſſe perſonam, quæ ſit Deus, ſit

Pa-

Google

Pater, ſit Filius, ſit Spiritus Sanctus.

18. Si tamen ejuſdem Hermetis dicta benè perpendantur, quæ inde ſubjungit, potiùs oſtendunt diverſitatem Perſonarum, quàm unitatem. Nam in eodem Sermone 3. interrogatus de Divino Spiritu, ſic reſpondiſſe refert Cyrillus: „ Niſi providentia quædam eſſet omnium Domina, itaut & Verbum ipſum revelaret, neque vos nunc amor talis tenuiſſet, ut de hoc quæreretis. Et Item. Hoc Spiritu, de quo ſæpe dixi priùs, omnia opus habent. Omnia enim portat ſecundùm dignitatem, omnia vivificat, & alit, & à ſancto fonte producitur adjuvans ſpiritus, & vita omnibus ſemper exiſtens fecundus. *Subjungit Cyrillus*. Unum eſſe igitur novit illum, & exiſtere in propria ſubſiſtentia, & omnia vivificare, & alere, & ſicut ex Sancto fonte Dei, & Patris productum: procedit enim ex ipſo ſecundùm naturam, & per filium ſuppeditatur Creaturæ. „ Aliter ergo concludit S. Cyrillus ex dictis Hermetis, aliter hæreticus, hic unitatem Perſonarum contra Catholicam fidem; ille verò juxta Evangelicam doctrinam, Trinitatem infert Perſonarum.

19. Proinde idem Cyrillus eodem lib. 1. contra Julianum allegat eundem Hermetem, ut probet exiſtentiam Divini Verbi à Patre geniti, ſubſiſtentis in ſua propria, & diſtincta ſubſiſtentia. „ *Hermes autem, inquit S. Cyrillus, ter maximus, ſic loquitur de Deo*, Verbum enim ejus procedens, perfectum exiſtens, & ſecundum ac opifex, in fecundam naturam cadens, & fecundâ aquâ, fecundam aquam facit. *Et idem iterum*. Itaque pyramis, *inquit*, ſubjacet naturæ, & mentali mundo. Habet enim principale accumbens opifex Verbum Domini omnium, quod poſt illum prima virtus, ingenitum abſque termino, ex illo proſpectans, & incumbens, ac imperat omnibus, quæ per ipſum formata ſunt. Eſt autem & è perfectiſſimo progenitus, perfectuſque & fecundus germanus filius. *Hæc, & alia Hermes* apud Cyrillum. Potuit ergo ex aliquibus illius dictis, Sabellius deducere ſuam hæreſim, licèt ex pluribus ejuſdem Philoſophi teſtimoniis, à viris Catholicis, contrarium inferatur.

20. Impugnarunt autem hanc hæreſim univerſi Eccleſiæ Catholicæ Patres. Et quidem S. Gregorius Thaumaturgus Epiſcopus Neoceſareæ, qui coævus Sabellio fuit (obiit enim anno Domini CCLVI. Gallieno Imperat. VII. & Sabinillo Coſs.) in expoſitione ſecunda fidei, nominatim Sabellium damnat, ejuſque doctrinam execratur: „ Sceleratum verò opus, *inquit*, aliqui contra Sanctam Trinitatem meditantur, qui affirmant non eſſe tres perſonas, ut qui perſonam non ſubſiſtentem introducunt. Quo circà Sabellium fugimus, qui dicit eundem eſſe Patrem, & Filium, Patrem dicit eum, qui loquitur; Filium verò, Verbum in Patre manens, & tempore creationis patefactum, completis verò rebus in Deum remeans. Idem dicit de Spiritu Sancto. Nos enim credimus, tres Perſonas unam habentes Divinitatem, declarari nominibus Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: Una ſiquidem Divinitas naturaliter in Trinitate teſtata, unitatem naturæ confirmat. Eſt enim proprium quidem Patris, juxta illud, *unus Deus Pater*: proprium verò filii, eſſe Verbum Patris, juxta illud: *Deus erat Verbum*: & Spiritus Sancti proprium, & naturale eſſe Spiritum Dei, ſicut ait Paulus: *Templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis*. Perſona enim uniuſcuiuſque declarat eſſe ipſum, & per ſe exiſtere. Divinitas autem Patris proprium, & quando una Divinitas trium dicitur, teſtimonium datur, eſſe Proprietatem Patris in Filio & Spiritu Sancto. Quare ſi una Divinitas in tribus Perſonis dicitur, Trinitas affirmatur, & Unitas non ſcinditur, & unitas naturalis Filii, & Spiritus Sancti, cum Patre prædicatur. „ *Hæc & alia S.Gregorius*.

21. Scribit Magnus Baſilius in Epiſt. 64. data ad Doctiores Eccleſiæ Neoceſarienſis, hanc hæreſim jam conſopitam per Gregorium Neoceſarienſem, iterum tunc temporis repullulaſſe: „ Sabellii namque peſtem, *inquit*, olim quidem motam, traditione verò Magni Gregorii conſopitam, renovare conantur: qui ne deprehendantur, & convincantur, iſta contra nos ſomnia confinxerunt. Vos itaque valedicto temulentis hiſce capitibus, quibus ſuffumigatio illa crapulæ ſurſus inæſtuans phantaſmata gignit, veſtrum damnum ab iis percipite, qui & vigilantes ſunt, & propter timorem Dei tacere nequeunt. Judaiſmus eſt Sabelliſmus iſte, ſub prætextu Chriſtianiſmi in Evangelicam prædicationem ſubnuectus. Qui enim tres illas Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Perſonas, rem dixit eſſe unam, unamque trium poſuit hypoſtaſim, quid aliud fecit? An non ſempiternam, quæ ante ſæcula fuit, Unigeniti eſſentiam negat? Negat ſimul & per diſpenſationem illius ad homines adventum, deſcenſumque ad inferos, reſurrectionem, & judicium. Negat autem & propria ac diſcretas Spiritus operationes. *Hæc Baſilius*.

22. Fundamentum illius renovati Sabellianiſmi recenſet, & refutat; nam qui Sabellium imitabantur dicebant, inquit: „ Nomen Unigeniti non eſſe traditum, eſſe verò nomen oppoſiti, atque in iſto tanquam in proprio ipſorum invento, plurimùm glo-

„ ria-

„ riari, ac ſuperbire. „ Et hoc probabant
duobus Scripturæ Teſtimoniis, quorum pri-
mum deſumptum eſt ex Evangelio, ubi Chri-
ſtus ait: *Ego veni in nomine Patris mei, &*
non accepiſtis me: ſi alius in nomine ſuo vene-
rit, illum accipietis. Secundum verò ex al-
tero Evangelii loco, ubi dicitur: *Docentes om-*
nes Gentes baptizantes eos, in nomine Pa-
tris, & Filii, & Spiritus Sancti. Et ita con-
cludebant, unum eſſe nomen: quia non di-
citur *in Nominibus*, ſed *in nomine*. Reſpon-
det iis S. Baſilius, aitque, Verba illa, *Ego*
veni in nomine Patris mei, dicta eſſe, ut ſi-
gnificent Patrem principium eſſe filii: Et
cùm dicitur *in nomine Patris, & Filii, &*
Spiritus Sancti, non eſt ſenſus, ut trium
unum ſit nomen, cùm propria illorum no-
mina exprimantur, ſed quòd illâ conjunctio-
ne tria illa complectantur. „ Ad illud au-
„ tem, *inquit*, quod Chriſtus dixit: *Ego*
„ *veni in nomine Patris mei*, hoc ſcire opor-
„ tet, quòd hoc ideo dixerit, ut principium
„ ac cauſam ſui Patrem eſſe demonſtret. Ex
„ eo verò quod dictum eſt: *euntes baptiza-*
„ *te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus*
„ *Sancti*, non eſt putandum unum dumta-
„ xat traditum eſſe nomen. Quemadmodum
„ enim qui Paulum, & Sylvanum, & Ti-
„ motheum nominat, tria quidem nomina
„ dicit, per Syllabam tamen, & illa inter ſe
„ conjungit; ita & qui Patris, & Filii, &
„ Spiritua Sancti nomen dicit, cùm tria di-
„ cat coniunctione illa complexus, unicui-
„ que nomini proprium ſubeſſe ſignificatum
„ docet. Quapropter, & rerum in ſe ſigni-
„ ficationem habent nomina: res verò diſ-
„ cretam, & abſolutam habere eſſentiam,
„ nemo eorum, qui vel ſenſu præditi ſunt,
„ ambigit. Patris enim, & Filii, & Spiri-
„ tus Sancti, natura quidem eadem eſt, &
„ Divinitas una: nomina verò diſcreta de-
„ terminatas nobis, & abſolutas intelligen-
„ tias offerunt. „ *Hæc, & alia ibi*. Movet
eandem difficultatem S. Auguſtinus in ſer. 187.
de Tempore, qui eſt 1. de Sancta Trinit.
ubi ait: „ Quod ergo dicit ad Apoſtolos:
„ *Ite, & baptizate omnes Gentes in nomine*
„ *Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, tria
„ nomina audio, & unum dicitur nomen.
„ Non enim dixit, *in Nominibus*; ſed, *in*
„ *nomine*. Tria nomina dicit, quomodo
„ unum ponit? *In nomine Patris, & Filii,*
„ *& Spiritus Sancti*, unum eſt; ſed Trini-
„ tas eſt nomen quod dicitur, in nomine
„ Patris Dei, in nomine Filii Dei, in no-
„ mine Spiritus Sancti Dei, Pater, & Fi-
„ lius, & Spiritus Sanctus unum nomen
„ eſt Divinitatis. Sed requiris à me, quo-
„ modo uno nomine tres appellantur? Ne-
„ ſcio, & liberè me neſcire profiteor: quod
„ Chriſtus voluit indicare, hoc ſolùm ſcio,
„ quia in hoc Chriſtianus ſum, quia unum
„ Deum in Trinitate confiteor. Si autem
„ dixero unam Perſonam eſſe Patris, & Fi-
„ lii, & Spiritus Sancti, Sabellianus ap-
„ pellor, & incipio non eſſe Chriſtianus,
„ ſed Judæus: quia, & Judæus unum De-
„ um dicit, quia Patrem neſcit, & Filium
„ & Spiritum Sanctum, propterea myſte-
„ rium non novit Trinitatis. Ergo ſi ſic di-
„ cimus unum Deum, ut Patrem, & Filium,
„ & Spiritum Sanctum excludamus à My-
„ ſterio Trinitatis, Judæi efficimur. Ergo
„ liberè dico non ex me, ſed ex ſententia
„ Salvatoris, ſcandalum eſſe, quod in animo
„ naſcitur auditoris, quomodo tres unum
„ ſint, quomodo Pater, & Filius, & Spi-
„ ritus Sanctus non dividantur in Divini-
„ nitate, ſed in perſonarum qualitate. Quan-
„ documque perſonas appello, rogo vos,
„ ne me putetis Perſonas hominum dicere:
„ ego perſonaa in Patre, & Filio, & Spi-
„ ritu Sancto, non dico quaſi perſonas ho-
„ minum: perſonam Patris dico, quia Pa-
„ ter eſt; & Filii, quia Filius eſt; & Spi-
„ ritus Sancti, quia Spiritus Sanctus eſt.
„ Non eſt Pater Filius, nec Filius Pater,
„ nec Spiritus Sanctus Pater, aut Filius.
„ Dividuntur enim proprietatibus; ſed naturâ
„ ſociantur. „ Hactenus Auguſtinus.

23. Idem verò Baſilius in eodem loco
poſt plura alia ſubjungit: „ Non enim ſatia
„ perſonarum numerare differentiaa, ſed fa-
„ tendum eſt unamquamque perſonam in ve-
„ ra eſſe, ac certa ſubſiſtentia. Alioquin fig-
„ mentum illud perſonarum, quæ non ha-
„ beant ſingulæ ſuam peculiarem hypoſta-
„ ſim, neque ipſe Sabellius reprobaſſet, cùm
„ diceret eundem Deum, in ſubjecto qui-
„ dem unum exiſtentem, ad res tamen ne-
„ ceſſarias quotidiè, ac paſſim incidentes
„ transformatum, aliquando Patrem, ali-
„ quando Filium, nonnunquam Spiritum San-
„ ctum dici. „

24. Poſtea qui hæreſim Sabellii ſectaban-
tur poſt Concilium Nicænum, argumentum
deſumebant ex ipſamet fidei formula in Con-
cilio Nicæna firmata, quam refert S. Atha-
naſius in Epiſtola de Fide ad Jovinianum,
& in qua ſic habetur: *Eos autem qui dicunt,*
erat, quando non erat; & antequam fieret,
non erat; aut ex non entibus extitit, ex alia
ſubſtantia, ſubſiſtentiaque; aut creatum, aut
convertibilem, aut alterabilem dicentes Fi-
lium Dei, hos anathemate ferit Catholica, &
Apoſtolica Eccleſia. Ex qua fidei Confeſſio-
ne, videtur firmatum Verbum non eſſe ex alia
ſubſtantia, vel ſubſiſtentia, ac proinde non eſſe
aliam perſonam, à Patre diſtinctam. Hoc ar-
gumentum refert idem S. Baſilius in ſuo exem-
plari fidei, cui ſubſcripſit Euſtathius Epiſ-
copua Sebaſtenua, ut in Epiſtola 78. eique
occurrit; verba ejus ſunt: „ Et nonnulli,
„ qui impietatem Sabellii Lybici ſectantur,
„ hy-

„ hypoſtaſim, & Uſiam idem eſſe arbitrati,
„ illinc argumenta ad tuendam blaſphemiam
„ ſuam trahunt, quòd in ea fide ità ſcriptum
„ eſt. *Si verò quiſquam ex alia eſſentia vel*
„ *ſubſiſtentia filium eſſe dixerit, hunc anathe-*
„ *mate reiicit Catbolica, & Apoſtolica Eccle-*
„ *ſia.*

25. Huie ergo objectioni occurrit S.Do-
ctor, & ait: quòd alii Filium eſſe ex Patris
eſſentia negabant; alii verò & ipſi non eſſe
ex Patris eſſentia Filium dicebant, ſed ex
alia quadam ſubſiſtentia; Patres utram-
que opinionem, tanquam alienam à ſenſu Ec-
cleſiaſtico, rejeciſſe dicit: proinde ait eoſ-
dem Patres ſuam mentem aperiendo, deela-
raſſe Filium eſſe ex Patris eſſentia, non ta-
men dixiſſe, & ex illius hypoſtaſi: & ideo
vult, verba illa *vel ſubſiſtentia* Patres appo-
ſuiſſe, ad vitandnm malum ſenſum, cùm po-
ſtea ſalutare dogma deelaraverint, dicendo
Filium eſſe 'ex Patris eſſentia. Et ita con-
cludit. „ Confitendum igitur eſt Homouſion
„ eſſe Patri Filium, quemadmodum in Sym-
„ bolo ſcriptum eſt: juxta tamen & hoc
„ confitendum eſt, quod in propria hypo-
„ ſtaſi, ideſt perſona ſit Pater, in propria
„ Filius, in propria Spiritus Sanctus:
„ quemadmodum & ipſi Patres manifeſtè ex-
„ poſuerunt. „ *Hactenus Baſilius.*

26. Deinde S. Athanaſius diverſis in lo-
cis Sabellianam hæreſim perſtringit. Etenim
Serm. 4. contra Arianos poſt initium agens
de tribus Divinis perſonis in unitate eſſen-
tiæ, ait: „ Unum enim ſunt, non veluti
„ unum in duas partes diviſum, ut nihilo
„ plus ſint quàm unum, aut unum duobus
„ nominihus geminatum, ut idem nunc Pa-
„ ter, nunc ſui ipſius ſit Filius. Id enim
„ cùm Sabellius ſentiret, hæreſeos damna-
„ tus eſt: ſed duo ſint, eo quod Pater,
„ Pater ſit, non Filius: & Filius viciſſim
„ Filius, & non Pater, ſed tamen eàdem
„ natnrà. „ *Hæc ibi*. Et in orat. contra Aria-
nos ſuper illa Verba, *Ex Deo Deus*, candem
Sabellii opinionem recenſet, & reſutat, in-
quiens: „ Ut enim verus eſt Pater, ita quo-
„ qne verè eſt ſapientia: atque ita ſit, ut
„ duo ſint, non autem ſecundùm Sabel-
„ lium, idem Pater, & Filius: ſed Pater,
„ Pater eſt; & Filius, Filius eſt: inde au-
„ tem unum ſunt, quia Filius naturaliter
„ ſubſtantiæ Patris eſt, ejuſque proprium
„ Verbum, quemadmodum Dominus locu-
„ tus eſt: *Ego & Pater unum ſumus.*

27. Porrò in eadem oratione, à Stoicis
hanc Sabellii opinionem acceptam ſcribit,
dum ait: „ Hoc genus opinionis ſortaſſe à
„ Stoicis accepit, affirmantibus Deum con-
„ trahi, & rurſum expandi cum rerum uni-
„ verſitate, & infinities definire. Quod enim
„ dilatatur, ex arctitudine dilatationem ac-
„ cipit, & quod extenditur ex antea contra-
„ cto, in latitudinem explicatur, & id ſibi ipſi
„ idem eſt, nihiloque ſe ipſo majus, niſi
„ quatenus extenſionem ſuſtinuit. Si igitur
„ unitas dilatando ſacta eſt Trinitas, Tri-
„ nitas, Unitaſque utique Pater eſt: Tri-
„ nitas autem Pater, & Filius, & Spiri-
„ tus Sanctus. Siquidem in principio dila-
„ ta Unitas, ubi paſſionem hujuſmodi ſu-
„ ſtinuiſſet, facta eſt hoc ipſum quod non
„ erat. Dilatata enim eſt, cùm lata non
„ erat: deinde quæ Unitas ſuit, extenſa eſt
„ in Trinitate, Trinitaſque eſt Pater, &
„ Filius, & Spiritus Sanctus, niſi Unitas
„ apud Deum aliud ſit præter Patrem, ne-
„ que vocabulo dilatationis ſit ulterius uten-
„ dum, ſcilicet quia ſola unitas trium per-
„ ſonarum ſit effectrix, ut primo loco reci-
„ pienda ſit Unitas, deinde Pater, & Fi-
„ lius, & Spiritus Sanctus. Si enim illa
„ dilatata eſſet, extendiſſetque ſe ipſam,
„ ipſa nimirum hoc ipſum fuerit, quod ex-
„ tenſum eſt: & ita, ubi iſtiuſmodi expan-
„ ſu, dilatationeque in Trinitatem ſe ex-
„ tendiſſet, non ulteriùs remanſit Unitas,
„ Unitaſque viciſſim ante ſui explicationem
„ nondum erat Trinitas; & Pater cùm eſſet,
„ nondum erat aut Filius, aut Spiritus San-
„ ctus, in quos cum ille mutatus abierat,
„ Patris naturam jam deinde non retinuit.
„ Hæc ſolummodo ab illo per mendacium
„ dici potuerunt, quicumque eſt tantæ au-
„ daciæ, ut Deo non vereatur corpus adſcri-
„ bere, eumque paſſibilem eſſe pronunciare.
Hæc Athanaſius, qui proſequitur probare,
ſtante hac opinione, neceſſe eſſe aſſerere,
Deum eſſe corporeum.

28. Denique rationem Sabellii deprom-
ptam à paritate ejuſdem Spiritus, cui di-
verſa officia tribuit Paulus, refutat, inquiens:
„ Inſanit quoque Sabellius, cùm dicit Pa-
„ trem eſſe Filium, & vice verſâ Filium eſſe
„ Patrem. Eſſentiâ, Perſonâque eſſe unum
„ eos, ſed nomine duos. Inſanit autem dùm
„ pro ejus rei ſimilitudine gratiis utitur Spi-
„ ritus Sancti. Ait enim: *Quemadmodum*
„ *diſcrimina ſunt gratiarum, idem autem*
„ *Spiritus: ita quoque Pater, quum idem*
„ *ſit, dilatatur in Filium, & Spiritum*. Cæ-
„ terùm, illud plenum eſt abſurditatis. Si
„ enim ut in Spiritu ſe habet diverſitas gra-
„ tiarum, ita quoque ſe habet triplicitas
„ perſonarum in Deo, ſequitur, ut Pater
„ & Verbum ſit, & Spiritus Sanctus haberi
„ poſſit, dum ſe accommodat ad uniuſcujuſ-
„ que neceſſitatem, atque ita fieri, ut no-
„ mine dumtaxat Filius, & Spiritus, reve-
„ rà tamen nonniſi Pater exiſtat, utpotè qui
„ ex ſe habeat principium unde naſcatur:
„ deſinens autem naſci, Pater appelletur:
„ & hominem quidem nomine tenus factum
„ eſſe, reverà tamen non adveniſſe, & in
„ eo eum falſum dixiſſe: *Ego & Pater unum*

„ *ſumus*: cùm ipſe ſolus Pater ſit: & quæ-
„ cumque alia abſurda apud Sabellium in-
„ veniuntur. „ *Hæc Athanaſius* ſubjungens
poſtea & diverſa abſurda & incommoda,
quæ ex hac ſequntur opinione. Et in Epi-
ſtola ad Serapionem de Sancto Spiritu, dam-
natum Sabellium dicit, & judicatum ab Ec-
clesia alienum, quòd auſus fuerit Patri tri-
buere nomen Filii, ac viciſſim Filio nomen
Patris.

29. Breviter S. Hilariua lib. 2. de Tri-
nitate Sabellium perſtringit, inquiens: „ Pa-
„ trem & Filium, ſi audet, Sabellius eun-
„ dem prædicet: & ipſum illum eſſe, qui
„ utrunque ſit nuncupatus: ut cum eo unua
„ ſit ambo, non unum. Audiet ſtatim de
„ Evangeliis non ſemel, neque iterum, ſed
„ frequenter: *Hic eſt Filius meus dilectus,*
„ *in quo benè complacui*. Audiet: *Pater*
„ *major me eſt*. Audiet, *Ego vado ad Pa-*
„ *trem*. Et, *Pater gratias tibi ago*. Et,
„ *clarifica me Pater*. Et, *Tu Filius Dei*
„ *vivi*.

30. Item S. Hieronymus in Commentar.
ſuper Epiſt. Pauli ad Ephesios lib. 2. ad
cap. 4. ſuper illa verba: *Unus Dominus, una*
fides, unum baptiſma, unus Deus & Pater
omnium, qui ſuper omnes, & per omnes, &
in omnibus. „ Quomodo, *inquit*, alia eſt
„ fidea á baptiſmate, Deo & Domino: ſic
„ Baptiſma, Dominus & Deua, alia ſunt
„ á tribua ſingulis quæ pariter nominantur.
„ Hoc autem dico propter Sabellium, qui
„ eundem Deum Patrem arbitratur & Fi-
„ lium, confunditque perſonas, dum ean-
„ dem Divinitatem in utroque deprehendit.
„ Ecce manifeſtiſſimè unus Dominus Filius,
„ & unus Deus Pater vocantur. Quod ad
„ Corinthios quoque pleniùs ſcriptum eſt.
„ *Sed nobis unus Deus Pater, ex quo om-*
„ *nia: & unus Dominus noſter Jeſus Chri-*
„ *ſtus, per quem omnia, & nos per ipſum*.
„ Sicut enim Deo Patri non adimit Filiua
„ nè Dominus ſit, quum Dominus ſolus
„ ipſe dicatur: ita & Filio non aufert Pa-
„ ter ut ſit Deus, quia Pater tantummodo
„ Deus nominatur. „ *Hæc & alia Hiero-*
nymus.

31. Audiendua quoque eſt S. Auguſti-
nus in ſerm. 191. de Tempore, qui eſt ſer-
mo 4. de Trinitate: In eo enim, & Arium
refutat, & Sabellium: „ Atque ut confu-
„ tantes Arium, *inquit*, unam eandemque
„ dicimua Trinitatia ſubſtantiam eſſe, &
„ unum in tribua perſonis fatemur Deum;
„ ita impietatem Sabellii declinantes, trea
„ Perſonas expreſſas ſui proprietate diſtin-
„ guimus: non ipſum ſibi Patrem, ipſum
„ Filium, ipſum Spiritum Sanctum eſſe di-
„ cendes; ſed aliam Patris, aliam Filii, aliam
„ Spiritus Sancti eſſe perſonam. Non enim
„ nomina tantummodo, ſed etiam nominum
„ proprietates, ideſt, Perſonaa confitemur.
„ Nec Pater Filii aut Spiritua Sancti per-
„ ſonam aliquando excludit: nec rurſus Fi-
„ lius, aut Spiritus Sanctus, Patris nomen,
„ perſonamque recipit: ſed Pater ſemper Pa-
„ ter, Filius ſemper Filius, Spiritua San-
„ ctus ſemper Spiritus Sanctus. Itaque ſub-
„ ſtantiâ unum ſunt; Perſonâ, ac nominibus
„ diſtinguuntur.

32. Fulgentiua quoque Epiſcopus Ruſ-
penſis in libro contra ſermonem Faſtidioſi
Ariani, oſtendit ea abſurda, quæ ſequi vult
Faſtidioſus in ſententia Catholica, aſſerente
Divinas perſonas non eſſe ſeparatas á Di-
vinitate, nec inter ſe, quamvia diſtinctas
inter ſe; ſequi ſolùm in ſententia Sabellii
hæretici. Dicebat enim Faſtidioſus in ſuo
ſermone: „ Item inſeparabilem atque indi-
„ duam, ut ſuperiùs dictum eſt, adſerunt
„ Trinitatem. Et ſi Filius, de quo Evange-
„ liſta dicit: *Verbum caro factum eſt, & ha-*
„ *bitavit in nobis*, obvelatâ pauliſper Divi-
„ nitatis potentiâ, thalamum Virginalis uteri
„ ſolus ingreſſus eſt, proculdubio ſeparatus
„ á Patre, & Spiritu Sancto eſt. Sed ab
„ uno nullatenua potuit Trinitas ſeparari,
„ quam conſtat omninò non dividi, ſecun-
„ dùm ipſorum abſurditatem. Ergo tota Tri-
„ nitas carnem aſſumpſit, tota Trinitas paſ-
„ ſionum injurias ſenſit, tota Trinitas in ſe-
„ pulchro jacuit, tota Trinitas inferoa pe-
„ netravit, tota Trinitas tertiâ die á mor-
„ tuis reſurrexit, tota Trinitaa quadrageſi-
„ mâ die in cælos aſcendit, & ad ejus dex-
„ teram tota Trinitas ſedet; vel quem Spi-
„ ritum die Pentecoſtes tota Trinitas in Apo-
„ ſtolos miſit, aut cui Deo tota Trinitas
„ in cælo dicere potuit, *Deus Deus meus*
„ *dereliquiſti me*, vel cui Patri tota Tri-
„ nitas ait, *Pater in manus tuas commendo*
„ *Spiritum meum?* Si poſſunt dicant: quòd
„ ſi dicere nequeunt; ipſi ſe propriia jaculis
„ perimunt, qui Trinitatem inſeparabilem
„ eſſe contendunt. „ *Hæc Faſtidioſus*:

33. Cui argumentationi reſpondit Ful-
gentius: „ Non tota Trinitas carnem aſſum-
„ pſit, nec tota Trinitas paſſionum injuriaa
„ ſenſit, neque tota Trinitas in ſepulchro
„ jacuit, neque tota Trinitas infernum pene-
„ travit, neque tota Trinitaa tertio die á
„ mortuia reſurrexit: & ſi quæ ſunt alia,
„ quæ convincantur in Sacramento illo In-
„ carnationis, ad ſolius Filii pertinere perſo-
„ nam. Hæc enim, quæ Catholicæ veritati
„ Faſtidioſua plena falſitatis & perverſita-
„ tis objecit, nonniſi Sabellianis, ideſt, Pa-
„ tripaſſianis, poſſunt veraciter obiici: in
„ quibus reverá illi concluſi, atque convi-
„ cti deficiunt, qui Sanctæ Trinitatis, ſi-
„ cut unam naturam, ſic unam perſonam
„ prædicare contendunt. Ubi eos ſua per-
„ verſitas conſequenter ad hanc abſurditatem

„ præ-

Google

„ præcipitat, ut nativitatem quidem Divinam nullatenus credant; naturam verò ſecundùm carnem, nihilominus paſſionem, ac mortem, reſurrectionem quoque ab inferis, & aſcenſionem in cælum, & omnia illa, quæ in ſacramento Incarnationis ad perſonam unius Filii pertinent; Patri conſequenter adſignent. Catholica verò Eccleſia Divinitus inſpirata, tenens fidei veritatem, ſicut novit unam naturam Sanctæ Trinitatis aſſerere, ità cautiſſimè ſua tribuit unicuique Perſonæ. Filius ergo Dei nos miſericorditer redempturus, in eo rectè creditur ſolus aſsumpſiſse, quia humanam naturam non ità ſuſcepit, ut una in eo fieret natura Divinitatis, & carnis; neque enim in Chriſto hoc Deitas potuit eſse quod caro, quia utrâque naturâ retinente proprietatem ſuam, fieri non potuit, ut quælibet earum aut eſse deſineret, aut in alteram omnimodâ prorſus abolitione tranſiret. „ *Hæc, & alia Fulgentius*. Et hæc ſatis adversùs hanc hæreſim. Plura videri poſſunt in Commentario adversùs Simonem Magum, adversùs quoque Noëtum, & apud Epiphanium in hæreſi 62. cit, ubi ex profeſso eam impugnat.

COLLATIO

Hujus Hæreſis, cum Hæreſibus quorundam Recentiorum Hæreticorum.

34. IN Anglia renovatam hanc hæreſim ipſimet Adverſarii Romanæ Eccleſiæ fatentur, Has enim propoſitiones evulgatas in Anglia, quæ ſunt 24. 25. & 26., nimirum *In unitate Dei*, *non eſſe Trinitatem*; item, *non tres perſonas eſſe in Deo*, *ſed tantùm tria officia*; & denique, *Unam tantùm in Deo eſſe perſonam*; refert Georgius Hornius ex Proteſtantibus Scriptor, in ſua Eccleſ. Hiſtor. Period. 3. Art. 3. pag. mihi 612. Nec diſſimilia ſcribit Thomas Edoardus in ſua Gangrena, qui quamvis profeſſus fuerit & ipſe Reformatam, ut dicunt, Religionem, conſtanter tamen ſcribit, apud eundem Hornium eodem Art. 3. num. 40. „ Nulla hæreſis, blaſphemia, confuſio eſt, vel quæ non

„ inveniatur in Anglia, vel oriatur. Reformatio ab uno extremo ad aliud col-
„ lapſa eſt. A' Scilla, in Charybdim ventum. Pro Papalibus innovationibus,
„ ſuperſtitionibus, & tyrannide Prælatorum; damnandæ hæreſes, horribiles
„ blaſphemiæ, libertiniſmus, & tremenda Anarchia eſt. Non ablata mala,
„ ſed aucta. Diabolo pejor Spiritus ſucceſſit. Cœpta reformatio, in deforma-
„ tionem exit. Jam & ipſa abnegans Scripturam, & tam enormis omnium Re-
„ ligionum libertas propugnatur, ut etiam blaſphemiæ, ac Atheiſmus inclu-
„ dantur, & hoc publicis ſcriptis fit in conſpectu Parlamenti. Imagines Trini-
„ tatis, Chriſti, Mariæ, Apoſtolorum deletæ ſunt: & ita ipſa Trinitas, Chri-
„ ſtus, Maria, Apoſtoli vilipenduntur, denegantur, & ſpurcis calumniis fœ-
„ dantur. Crux & ingeniculatio ex Sacramento ſublatæ. Et jam ipſa Sacra-
„ menta negantur. Feſta abrogata; & jam hæretici diem Domini irrident, ac
„ ſpernunt. Hierarchia Epiſcopalis ſublata; jam planè nullum regimen volunt.
Hæc ille. Ex quibus ſequitur etiam Sabellianiſmum in Anglia viguiſſe. Apud Bathoniam, & Briſtoniam, quoſdam Anabaptiſtas exortos anno 1645. refert idem Hornius cir. num. 55. qui docebant, *unam tantùm Deitatis perſonam eſſe*. Cæteros, qui Sabellianiſmum renovarunt, recenſuimus ſupra in aliis Commentariis & præcipuè in Collatione hæreſum Simonis, & Noëti; ubi videri poſſunt.

CAPUT

CAPUT XX.

SIVE XLII.

De Origenianis, eorumque Hæreſibus.

S. AUGUSTINUS.

1. *ORIGENIANI à quodam Origene dicti ſunt, non ab illo, qui ferè omnibus notus eſt, ſed ab alio neſcio quo, vel Sectatoribus ejus. Epiphanius loquens, Origeniani, inquit, cujuſdam Origenis diſcipuli, turpis autem ſunt operationis. Iſti ſunt nefanda facientes, ſua corpora corruptioni tradentes.*

COMMENTARIUS HISTORICUS.

2. ORIGENIANI *à quodam Origene*) Nemo ex antiquis Scriptoribus hujus meminit hæreſis preter Epiphanium in Panario hæreſi 63. Et ex Epiphanio recenſet S. Auguſtinus in textu noſtro. Dicti ſunt Origeniani non ab Origene Adamantio, ſed à quodam alio ejuſdem nominis, ut præter S. Auguſtinum, ſcribit etiam Epiphanius, qui de hac Secta ita habet: „ Nonnulli ſunt, „ quos Origenios appellant: quæ hominum „ Secta non uſquequaque diffunditur, pro- „ ximo tamen loco poſt ſuperiores illas hæc „ hæreſis occurrit. Sed quanam de cauſa „ Origenii vocentur, nondum planè com- „ peri: utrumnam ab Origene Adamantio, „ qui cognomento *Syntactes*, hoc eſt, *In- „ cubrator*, eſt dictus; an ab aliquo al- „ tero, quod ut dixi, penitùs ignoro, nec „ aliud præter ipſum nomen accepi. „ *Hæc Epiphanius.*

3. Lambertus Danæus in Opuſculo de Hæreſibus cap. 42. autumat Auctorem hujus Sectæ fuiſſe Origenem illum Monachum, cujus meminit Sozomenus lib. 6. hiſt. cap. 30. At Sozomenus hunc Origenem, inter eos Monachos recenſet, qui in Monaſteriis circà Setim maximè claruerunt, & eundem Magni Antonii diſcipulum extitiſſe affirmat: *Eodem tempore*, inquit, *in Monaſteriis Scetis claruerunt, Senes quidem, Origenes, qui ex Magni Antonii diſcipulis adhuc ſupererat, & Dydimus, & Cronion annos natus decem ſupra centum*. Et iiſdem ferè verbis idem ſcribit Nicephorus lib. 11. hiſtor. cap. 37. inquiens: *Eâdem tempeſtate multi circa Scetim Magni Antonii floruere diſcipuli, in quibus grandævi fuere, Origenes, Dydimus, & Cronion, qui etiam centum & decem annos natus exceſſit*. Patet ergo tam Sozomenum, quàm Nicephorum hujus Origenis cum laude meminiſſe, quod non feciſſent ſi auctorem Sectæ turpium operationum agnoviſſent.

4 Damaſcenus in lib. de Hæreſibus, de hac eadem agens hæreſi, ea tantùm recenſet quæ Epiphanius in Synopſi, ſive in Indiculo lib. 2. ſcribit: „ Origeniani, *inquit*, à „ quodam Origene. Turpitudinis infandæ- „ que libidinis patratores, & corpora ſua „ corruptelæ tradentes. „ *Hæc ille*. Itaque quinam fuerit Origenes iſte à quo Origeniani turpes prodierint, in obſcuro latet. De Schola Epiphani Carpocratis filii, hanc prodiiſſe ſectam autumat Epiphanius, dum ait: *Horum verò hæreſis ad Epiphani dogma conformata videtur, de quo in Gnoſticorum ſecta Sermonem antea fecimus*. Et ita ex Gnoſticorum reliquiis exortam, nomine tantùm mutato, putarim: familiare enim Gnoſticis fuit nomen mutare, undè ex eadem Gnoſticorum ſecta, alii dicti ſunt Borboniani, alii Coddiani, quidam Militares, nonnulli Phibionitæ, Zachæi quoque, & Barbelitæ alii,

ut

Digitized by Google

ut advertit Epiphanius in hæreſi 26. §. 3. Et inde §. 17. refere ſuâ ætate adhuc hujus ſectæ reliquias extitiſse, & cum quibuſdam Gnoſticis congreſsum habuiſse. Certè ex morum turpitudine horum Originianorum, ex Gnoſticis prodiiſse conſtat.

5. *Turpis autem ſunt operationis*) Ita Auguſtinus ex Synopſi Epiphanii. Eorum porrò turpes operationes deſcribit fuſiùs idem Epiphanius in hæreſ. 63. §. 1. ubi ait, hos nuptias repudiaſse, ſpecie ſectandæ caſtitatis, adeout tàm viri, quam fœminæ ejuſdem ſectæ monaſticam ſimularent vitam, licèt in omni ſpurcitiarum, libidinum, immunditiarum generibus, ſe contaminaverint. „ Nuptias repudiant, *inquit*; neque tamen obſcœnis libidinibus modum ullum adhibent: adeòque omni genere ſpurcitiæ, & corpus ſuum, & mentem, animamque contaminant. Quidam enim ex iis Monaſticam vitam ſpecie ipsâ profitentur, itidemque mulieres idem vitæ inſtitutum præſeferunt. Qui omnes corruptis ſunt corporibus: adeò ut cùm libidinem ipſi ſuam expleant, facinus, ut honeſtiùs dicam, illud perpetrant, quod Judæ filius Onas admiſiſse legitur *Gen.* 38. *Et paulò poſt.* Non enim illi caſtitatem, caſtitatis ſed ſimulationem, cui falsò nomen illud tribuitur, præſeferunt. Quæ id affectat, ut quæ conſtuprata ſit mulier prægnans non fiat, aut ne fœtus aliquid pariat, neve id homines reſciſcant; apud quos ſuo illo caſtimoniæ, ut putant, inſtituto, in pretio atque exiſtimatione eſſe cupiunt. „ *Hæc Epiphanius*.

6. Deindè ſubjungit, ſemen humanum coientes cum ſuis meretricibus, in terram deiicere conſueviſſe, ac pedibus prorſus conculcare, nè fortè à ſpiritibus immundis raptum, & in fœmineum vas immiſſum, mulier prægnans fieret. „ Nec minus, *inquit*, iſti Judæ, quem diximus imitantur filium, dùm nefariis ſuis ſceleribus, abominandi humoris diſtillatione terram commaculant; immò verò profluvium illud ſuum in ſolo pedibus exterunt; ne ſubreptum ab impuris ſpiritibus ad illam fœtus procreationem poſſit excipi. „ *Hæc Epiphanius*. Sententia enim Philoſophorum eſt, Dæmones poſse hominis ſemen emiſsum accipere, & in vas Mulierum immittere dum eis incubant, ac ſic agere ut ex eo ſemine concipiant. Hinc Sanctus Thomas in Diſputatis quæſt. 6. de Miraculis Art. 8. ad ſextum tradit, quod Dæmon in ſemine emiſso ne calor naturalis, & vitæ ſpiritus evaporentur, poteſt remedium adhibere, tùm per motus velocitatem tum adhibendo aliqua fomenta ſibi nota, per quæ prædictus naturalis calor in ſemine conſervetur. Licèt fateatur, quòd ſi Dæmon ſemen portaret per aliquam magnam diſtantiam, impoſſibile eſset, quin evaporaret. Hac ergo de cauſa iſti Origeniani cum meretricibus ſuis coientes, & ſemen in terram eiicientes, nè in illa proximitate, collecto à Dæmone ſemine, immitteretur in Mulieris vas, & fieret prægnans, illud ſtatim pedibus terebant, & conculcabant prout dictum eſt.

7. Danæus loco cit. inſimulat Clericos Romanos, quaſi Origenianorum morem ſectentur, dùm vult quòd ſub caſtitatis ſpecie, Mulieres contubernales teneant, & clanculum cum eis commiſceantur, nè caſtitatis violatores dignoſcantur. Sed hæc infamia fuit ab iiſdem Origenianis inventa adversùs illius temporis Catholicos, ut liberiùs alios de ſuo ipſorum crimine inſimulando, illud patrare ſibi liceret, ut idem Epiphanius optimè advertit, dùm ait: „ Iidem de inceſta illa ſua Venere palam etiam gloriari non dubitant, & eam audacter ac ſine ullo pudore perpetrant. Interim verò Catholicos illos Clericos accuſant, qui dilectas, quas vocant, & contubernales fœminas adſciſcunt, quos aſſerunt clanculum iſtud ipſum propter hominum pudorem committere, ut & cum nequitia illa ſepeliantur, & ſpecie tenus ob aliorum verecundiam caſtitatis nomine glorientur. „ *Hæc ille*, undè liquet Danæum in ea calumnia imitatum eſse hos eoſdem Hæreticos.

8. Caverant ſemper primitivæ Eccleſiæ Patres, ne Clerici extraneas fœminas in ſervitium reciperent, nec quidem in Domo propria retinerent. Hinc Patres Illiberitani Concilii can. 27. decreverunt: *Epiſcopus, vel quilibet Clericus alius, aut ſororem, aut filiam virginem dicatam Deo, tantùm ſecum habeat: extraneam verò nequaquam ſecum habeat.* Et inde can. 3. Concilii Magni Nicæni: *omnibus modis interdixit S. Synodus, neque Epiſcopo, neque Presbytero, neque Diacono, neque ulli Clericorum omninò licere, habere ſecum mulierem extraneam, niſi forte mater, aut ſoror, aut avia, aut amita, vel matertera ſit.* Similia conſtituta leguntur Can. 7. Concilii Gerundenſ. can, 5. Concilii Ilerdenſis can. 3. Concilii Toletani II. can. 3. Concilii Hiſpal. I. can. 41. Concilii Toletani IV. can. 8. Concilii Bracar. III. Can. 16. Concilii Avernenſis, Can. 10. Concilii Agathens. Can. 3. Concilii Turon. I. & 10. Concilii Turon. II. & can. XI. ejuſdem, can. 10. Concilii Moguntini ſub Arnulpho, can. 39. Concilii Aquiſgranenſis ſub Ludovico Auguſto, can. 18. Concilii Nicæni II. & paſſim in aliis Conciliis idem decretum legitur. Extat enim eadem lex in Authentica Juſtiniani de Sacroſanctis Epiſcopis §. Presbyteris.

9. Non enim negamus apud quoſdam Clericos irrepſiſse abuſum retinendi in propria domo extraneas fœminas, quas Dilectas ſivè Agapetas appellare conſueverant, & for-

tè

tè ex Epiſcoporum negligentia. Adversùs
hunc abuſum declamat D. Hieronymus in
Epiſtola 18. ad Euſtochium data, de Cuſto-
dia Virginitatis, inquiens: „ Pudet dicere,
„ proh neſas! Triſte, ſed verum eſt. Un-
„ dè in Eccleſias Agapetarum peſtis introiit?
„ Undè ſine nuptiis aliud nomen uxorum?
„ immò undè novum concubinarum genus?
„ Plus inferam: undè Meretrices univiræ?
„ Eâdem domo, uno cubiculo, ſæpe uno te-
„ nentur lectulo, & ſuſpicioſos nos vocant,
„ ſi aliquid exiſtimamus. Frater Sororem Vir-
„ ginem deſerit, coelibem ſpernit germa-
„ num, ſratrem quærit extraneum, & quum
„ in eodem propoſito eſse ſe ſimulent, quæ-
„ runt alienorum ſpirituale ſolatium, ut do-
„ mi habeant carnale commercium. Iſtiuſmo-
„ di homines Salomon in Proverbiis ſpernit,
„ dicens: *Alligabit quis in ſinu ignem, & *
„ *veſtimenta ejus non comburentur? Aut am-*
„ *bulabit ſuper carbones ignis, & pedes illius*
„ *non ardebunt?* „ *Hæc ibi*, & poſt alia do-
let pariter de Clericorum moribus in ſœmi-
narum converſatione, ſubjungens: „ Clerici
„ ipſi, quos in magiſterio eſſe oportuerat
„ doctrinæ pariter & timoris, oſculantur
„ capita Matronarum, & extentâ manu, ut
„ benedicere eos putes velle, ſi neſcias pre-
„ tia accipiunt ſalutandi. Illæ interim, quæ
„ Sacerdotes ſuo viderint indigere præſidio,
„ eriguntur in ſuperbiam: & quia marito-
„ rum expertæ dominatum, viduitatis præſe-
„ runt libertatem, caſtæ vocantur, & Non-
„ næ, poſt cœnam dubium, Apoſtolos ſom-
„ niant. „ *Hactenus S. Hieronymus.*

10. In Eccleſia porrò Conſtantinopolita-
na idem abuſus ante Chryſoſtomi Epiſcopa-
tum irrepſerat, quem omninò extirpare co-
natus eſt ſanctiſſimus Patriarcha. Ita tradit
Palladius in vita ejuſdem Chryſoſtomi, in-
quiens: „ Ordinatus itaque Joannes, Paſto-
„ ris officium diligenter exequitur, rationali
„ fiſtula experimentum ovium ſacere aggreſ-
„ ſus. Raro autem, ſed tamen neceſſariò,
„ virgâ correctionis utens, ſermonem exa-
„ cuit adversùs fictam, & non fraternam,
„ ut eam appellant, ſed planè ſœdam atque
„ inhoneſtam vitam eorum Sacerdotum, qui
„ mulieres, quas ſubintroductas vocant,
„ ſecum habere vellent: afferens compara-
„ tione mali, tolerabiliores eſſe Lenones.
„ Illi enim longè à Medicinæ taberna ſepa-
„ rati, ſeorſum habent, qui ſuâ ſponte in-
„ firmi eſſe delegerunt: hi autem intra ſa-
„ lutis officinam habitantes, ſanos ad mor-
„ bum evocant. Hinc jam pars impia Cleri
„ eo preſſa morbo, eâque ſebre correpta,
„ ægrè ferebat. „ *Hactenus Palladius.*

11. Cæterùm, ſi apud aliquos de Clero, in hoc genere mulieres extraneas retinendi, potuit forſan irrepſiſſe abuſus, forte ex Prælatorum majorum negligentia, non ſunt per hoc accuſandi cæteri de Clero Romano, ubi non deſunt honeſtiſſimi, & ſanctiſſimi Sacerdotes, qui ab omni mulierum converſatione ſe abſtinent, nec eſt accuſanda Eccleſia Romana quaſi impunè toleret Clericorum mores, ſi fortè quorundam turpes eſſent. Sed quemadmodum Origeniani ſanctiſſimum quendam Epiſcopum, & quidem ex numero Confeſſorum, de eodem, in quo ipſi immerſi erant crimine accuſarunt, ut idem Epiphanius §. 2. recenſet; ita Danæus primarios Eccleſiæ Romanæ Clericos accuſare non deſtitit, hac ſolâ ratione ut cælibatum damnet, & concludat Clericos eſſe debere uxoratos, quomodo apud ſuos, & ſuam deſormatam magis, quam reſormatam Eccleſiam.

12. Denique circa tempus, quo hæc hæreſis perduravit, nihil certi ſtatui poteſt: & quidem ætate Epiphanii quoſdam hujus Sectæ extitiſſe, colligitur ex eodem Epiphanio §. 2. cit. ubi tradit ſe à quibuſdam accepiſſe, nonnullos extitiſſe, qui in Origenianorum flagitiis deprehenſi fuerant.

COMMENTARIUS

Dogmaticus.

13. I*Sti ſunt neſanda facientes*) Nullum horum peculiare dogma recenſet Auguſtinus, ſicut nec Damaſcenus: ſolumve meminerunt turpium eorundem operationum, ac neſandorum criminum. Epiphanius verò §. 1. tradit hos Hæreticos quoſdam tum novi, tum veteris Teſtamenti libros repudiaſſe, Nuptias quoque damnaſſe. *Iidem*, inquit, *diverſos ex vetere, novoque Teſtamento Libros adſciſcunt, Nuptias repudiant: neque tamen obſcænis libidinibus modum ullum adhibent*. Addit porrò §. 2. uſos etiam ſuiſse apocryphis Scripturis, præcipuè Andreæ & aliorum Apoſtolorum confictis Actibus. *Cæterum*, ait, *varios, ut dixi, tàm Veteris, quàm novi Teſtamenti libros adhibent; nec non, & Apocryphos quoſdam, velut Andreæ, & aliorum Actus.*

14. Hic certè fuit Hæreticorum mos, uti ſemper Apocryphis ſcripturis. Apoſtolici ut ſupra vidimus ex Epiphanio hæreſ. 61. utebantur Thomæ Actibus: Sabelliani Evangelio ſecundùm Ægyptios & ipſi utebantur, ut idem Epiphanius monet in hæreſi 62. Encratitas verò uſos fuiſse Andreæ, Joannis, & Thomæ actibus, teſtatur pariter Epiphanius in hæreſi 47. Et antiquiores hæretici, præcipuèque Valentiniani, ut reſert Irenæus lib. 1. adverſ. Hæreſes cap. 17. innumerabilem Apocryphorum multitudinem con-

finxe-

finxerunt, quibus poſtea ad ſuorum impia dogmata roboranda utebantur. Sic pariter Ebionitæ quoſdam ſub nomine Apoſtolorum Actus evulgaverant, nulla fide dignos, ut etiam ſcribit Epiphanius in hæreſ. 30. Hoc itaque pacto Origeniani Andreæ, & aliorum Apoſtolorum apocryphis Actis, anteceſſorum hæreticorum morem ſectantea, uti conſueverant.

15. In eo pariter quòd nuptias damnabant, priſcos ſecuti ſunt hæreticos: eos tamen redarguit Epiphanius §. 3. dùm ait: „ Si omninò concipere malum eſt; profectò „ non ob ipſam ſobolis procreationem; ſed „ ob corporum copulationem malum eſſe vi„ debitur. Quarè quid voa attinet volupta„ te ſuperatos commiſcere corpora? Aut ſi „ corporum illa coujunctio mala non eſt; ne „ id ipſum quidem quod gignitur ad exitum „ perducere malum eſt. „ *Hæc Epiphanius*, qui poſtea nonnulla alia ſubjungit in nuptiarum honorem. Nos verò diutiùs hauc materiam pertractandam omittimus, nam ſatis iu ſuperioribus diſputata eſt, & otioſum eſſet hic iterum repetere, quæ non ſemel in hiſce commentariis allata ſnnt. Collationem hujus hæræſis, cum quibuſdam recentioribus pariter omittimus, nàm certè cum illis omnibus concordat hæreticia, qui turpia docuerunt, & turpiſſima operati ſuut, de quibus plura in ſuperioribus Commentariia, & Collatiouibus legi poſauut.

Finis ſecundæ Partis.

INDEX

INDEX
Rerum notabilium, quæ in hac ſecunda Parte continentur.

A

Abuſus introducti in Sacrificio Miſſæ recenſiti, & prohibiti in Concilio Bracarenſi. pagina 170.
Abuſus Clericorum retinendi in Domo extraneas fœminas, ſatis reprehenſus à Sancto Hieronymo. pag. 463. Et extirpatus in Eoclesia Conſtantinopolitana à D.Chryſoſtomo. ibid.
Abuſus quarumdam fœminarum, quæ ſe in Eccleſiaſticis officiis intromittebant, prohibitus in Concilio Pariſienſi ſub Gregorio IV. pag. 165.
Adam an cognoverit uxorem ſuam ante ejectionem è Paradiſo. pag. 67. De Adam Rabbinorum hebræorum fabulæ. ibid.
Adam non fuit à Deo maledictus. pag. 69. & 70. ubi ſepultus. pag. 68. & 69. Miſericordiam & ſalutem conſecutus eſt. pag.68. Afferuntur ſententiæ Patrum. pag. 68. & ſeq. Et rationibus oſtenditur. pag. 70.
Adamiani, unde ſic dicti. pag. 222. promiſcuè coibant cum mulieribus, & nudi converſabantur, orabant &c. pag. 223. Eorum aliqui continentiam affectabant. pag. 224. Hujus Sectæ Princeps fuit Antiſthenes Socratis diſcipulus cum quibuſdam aliis. ibid. Sed inter Chriſtianos à Prodico renovata fuit, in Hetruriam invecta à quodam Græculo, poſtea Romam. pag. 223. & ſeq.
Adamianorum Inſaniam de non ſe ſubiiciendo legibus arguit Clemens Alexandrinus, pag. 226.
Adamianorum hæreſum ſumma. pag. 225. Eorumque hæreſes conferuntur reſpectivè cum hæreſibus quorumdamAnabaptiſtarum in Hollandia, Fraticellorum,Fratrum Amoris, aliorumque Recentiorum. pag. 233. 234. & 235.
Ægyptii habuerunt exÆthiopia prophanas literas, ritus, & alia hujuſmodi. pag.336.
Æonas Valentini poſuerunt Tatianus, & Encratitæ. pag. 41. & 44.
Alogiani cur ſic appellati. pag. 202. Eorum Dux incertus. ibid. Eorum blaſphemiæ adverſùs Verbi Divinitatem, Evangelium, & Apocalypſim Joannis. pag. 203. Impugnantur à pluribus Sanctis Patribus. pag. 204. Cuidam eorum fundamento contra concordantiam Evangelii Joannis cum aliis Evangeliis reſpondet Epiphanius. pag. 205. Et concordantia comprobatur. ibid. & ſeq.
Alogianorum hæreſum ſumma. pag. 203. Et eorum hæreſes conferuntur reſpectivè cum quibuſdam hæreſibus Lutheri, Eraſmi, aliorumque Recentiorum. pag. 222.
Alcibiades duo, unus martyr, alter hæreticus. pag. 82.
Angelos eſſe corporeos, error Theodotianorum. pag. 277. Impugnatur. pag. 301. & pronunciatur eſſe incorporeos, in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. pag. 303. & à Pio II. pag. 304.
Angelos eſſe corporeos pronunciarunt etiam quidam Sancti Patres. pag. 298. 299. & 300. Sed non acceperunt eſſe corporeum, ut importat Corpus. pag. 305. De Angelis quænam ſit Catholica doctrina. pag. 287.
Angeli præſidentes duodecim ſignis Zodiaci, & eorum nomina. pag. 286. Elementis, quatuor mundi partibus, & menſibus anni. pag. 287. Creaturis tùm animatis, tùm inanimatis. pag. 294.
Angelos Cuſtodes ſolis Fidelibus conceſſos, aliqui aſſerunt; alii vero etiam Infidelibus datos. pag. 289.
Angelum malum aſſiſtentem unuſquiſque hominum habet. pag. 290.
Angeli mali corporeo igne cruciantur. pagina 303.
Angelorum illorum contentio apud Danielem. pag. 296.
Angelis Sanctis non fuit interdictus quilibet cultus, contra Danæum. pag. 425. Afferuntur argumenta Danæi, & refelluntur. ibid.
Angelus cur non eſt paſſus adorari à Joanne in Apocalypſi. pag. 427.
Angelici, quare ſic dicti. pag. 423. Angelicorum Auctor incertus. ibid. Angelicorum hæreſis fuit contemporanea Melchiſedecianis. ibid. Et eorum error ubinam viguerit. ibid.
Angelicorum propria hæreſis quænam fuerit, & cur damnati fuerunt. pag. 424. Eorum hæreſis confertur cum errore quorumdam Phanaticorum. pag. 429.
Anabaptiſtarum errores de Sac. Scriptura. pag. 9. & de carne Chriſti. pag. 23.

Aniectus martyrio affectus. pag. 321.
Animalia exſecta à Sacrificiis arcebantur. pag. 345.
Animas conditas ante corpora in ſupercœleſtibus, error Apellis pag. 6. Et habere ſexuum diverſitatem, error ejuſdem. ibid. Sed impugnatur pag. 22.
Animæ Reſurrectio quænam ſit. pag. 22.
Animam rationalem eſſe corpoream docuit Montanus. pag. 90. & 136. Fuit etiam opinio Tertulliani. pag. 137. & ſequ. Sed oppoſitum, nempe eſſe incorpoream non ſolum eſt ſententia Patrum, ſed ſuit etiam Barbarorum, Philoſophorum, & Poetarum. pag. 71. S. Gregorius Thaumaturgus idem docet. pag. 139. Et comprobatur. pag. 140.
Animæ rationalis natura juxta Philoſophorum placita. pag. 137. Juxta ſententiam Ambroſii, & Gregorii. pag. 140. Ejuſdem definitio ex Conc. Lateranenſi ſub Leone X. & Viennenſi ſub Clemenne V. pag. 141.
Animam rationalem natura ſua mortalem eſſe, error Encratitarum. pag. 72. Et quorumdam hæreticorum in Anglia. pag. 76.
Animam rationalem eſſe immortalem, definitur in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. pag. 141. Rationibus oſtenditur. pag. 72. Patrum teſtimoniis comprobatur. pag. 73. Ex D. Auguſtino. pag. 138. & ſequ.
Animæ immortalitas à quibuſdam Ethnicis denegata. pag. 21. Sed à pluribus Philoſophis credita. ibid. & à Lucretio, & Ovidio admiſſa. pag. 71.
Apelles Hæreticus diverſus ab Apelle Pictore, & ab alio qui fuit comes Pauli. pag. 2.
Apelles Hæreticus fuit Princeps Apellitarum. pag. 1. qui ab aliis dicuntur Apellejani, ſeu Apelliani, & Apelletiani. pag. 2. Hujus Hæretici meminerunt plures antiqui Patres. pag. 1. & ſequ.
Apellis hæretici genus, proſapia, & Patria. pag. 2. Ejus ætas. pag. 3. Ejuſdem Exitus. pag. 5.
Apelles hypocrita ſanctitatem affectabat. pag. 3. Voce, & ſcripto plures hæreſes docuit. ibid. Scripſit plures libros peſtilentiſſimos. ibid. Scripſit Evangelium. ibid. Fuit ſubverſor Scripturarum. ibid. Cujuſdam dæmoniacæ fœminæ Philumenæ nomine reſponſis imbutus hæreſim invexit. ibid. Stupravit Virginem. pag. 2. Fuit Marcionis diſcipulus. pag. 2.
Apellis hæreſes. pag. 5. & ſequ. Quandò diſſeminatæ. pag. 3. Alexandriæ primùm, inde per Aſiam; denique ipſemet cum ſua Philumena Romam venit. pag. 4. Sed poſt obitum Marcionis. ibid.
Apellis errores refutantur. pag. 7. & 8. & ſeq. Id autem quod ulterius docuit, nempe ſatis eſſe ad ſalutem, credere in Chriſtum crucifixum, refutatur. pag. 17.
Apelles, & Apellitæ fuerunt poſteriores Tatiano, & Encratitis. pag. 4. Erant adhuc tempore Tertulliani. pag. 5.
Apellis hæreſum ſumma. pag. 7. Et conferuntur reſpectivè cum hæreſibus Phanaticorum, Anabaptiſtarum, Trementium, Adiaphoriſtarum, aliorumque Recentiorum. pag. 23. 24. & 25.
Apollinaris Apologeticus quandò ſcriptus. pag. 80.
Apollonius vir diſertiſſimus. pag. 84. An ſcripſerit contra Montanum. ibid. Alius Apollonius Senator Romanus, qui martyrium ſubiit. pag. 275.
Apocalypſis Joannis exiſtimatur genuina à S. Auguſtino contra Acatholicos. pag. 12. Excipitur tamen à Concilio Laodiceno celebrato ann. 320. pag. 12. Sed recipitur à Carthaginenſi tertio. ibid.
Apoſtoli pauperibus miniſtrabant, & eleemoſynas collectas eis diſtribuebant. pag. 440. Hujuſmodi munus poſtea reliquerunt, & cur. 441.
Apoſtolici hæretici quare ſic dicti. pag. 430. Confunduntur à Timotheo Presbytero cum quibuſdam aliis hæreticis. ibid. Prodierunt tamen à Tatiano. ibid. Viguerunt in regione Phrygiæ, Ciliciæ, & Pamphiliæ. pag. 431. Quando verò eorum error emerſerit, diverſæ opiniones. pag. 431.
Apoſtolici uſi fuerunt Quibuſdam Actia Andreæ, Thomæ, & Joannis. pag. 431. Quæ tamen inter apocrypha recenſentur. p. 432.
Apoſtolicorum diverſi errores. pag. 431. Specialis tamen hæreſis aſſignatur. pag. 432. Et probatur à Unicleff. pag. 434. Sed improbatur ab Epiphanio. ibid. Et à D. Auguſtino. pag. 435. Eorundem hæreſis confertur cum errore quorumdam Sectariorum in Moravia, & Anabaptiſtarum Sarmaticorum. pag. 449.
Appellatio Donatiſtarum facta ad Conſtantinum Imperatorem. pag. 413.
Aquarii. pag. 58. Aſſerebant in Sacrificio Altaris ſola aqua eſſe utendum. ibid. & 59. Sed refelluntur à Cypriano. ibid.
Aqua in ſcripturis figurat baptiſmum. pagina 59. Significat etiam populos. ibid.
Aquam non eſſe vino miſcendam in Sacrificio Miſſæ, error Armenorum. pag. 61. Cavillationes Lutheri in confirmationem hujus erroris. pag. 65. & Lamberti Danæi. pag. 170.
Aquam eſſe Vino miſcendam in Sacrificio, Apoſtolica traditio. pag. 62. Antiqua Eccleſiæ diſciplina. pag. 170. Hujus rei plures rationes à Patribus aſſignantur. pag. 62. & ſequ. Diverſa Concilia ob eamdem rem edita. pag. 63. & 64.
Aqua mixta Vino utitur Eccleſia Romana in Sacrificio. pag. 58. Eumdem ritum ſervant Armeni Catholici pag. 65. Et refutant Armenos hæreticos. ibid.

Aqua

Aqua in Sacrificio Miſſæ non eſt de neceſſitate Sacramenti, ſed ſolius præcepti. pag. 66. Contra quoſdam, qui docuerunt eſſe de neceſſitate Sacramenti. pag. 67.
Arelatenſe Concilium in quo Donatiſtarum cauſa acta fuit, ſecundùm plures non fuit Univerſale. pag. 412. Alii verò oppoſitum ſentiunt. pag. 413.
Artotyritæ. pag. 157., & 167. Unde ſic dicti. ibid. Quando exorti. pag. 168. De Montani doctrina proditi. ibid. Fuerunt Pepuziani. ibid.
Artotyritarum dogma, in Sacrificio Miſſæ offerendum eſſe ſolum panem, & caſeum. pag. 168. Unde, veroſimile eſt, occaſionem deſumpſiſſe hujus erroris. pag. 169., & ſequ.
Aſianorum error de Paſchate celebrando. pag. 173. Eorum diſcordia cum Victore Papa. ibid. Ab eodem excommunicantur. pag. 174. Sed eſt controverſia inter Eruditos, an re ipſa Victor eos excommunicaverit, vel id comminatus fuerit. ibid. & ſequ.
Aſiani in Paſchate celebrando ſecuti ſunt Joannis traditionem. pag. 179. 180., & 189.
Aſtrologi peccant, certò prædicendo inclinationes natorum. pag. 256. Deridentur à Tullio lib. 2. Divination. pag. 257. & ſequ. Eorum jactantiæ. pag. 253. Aſtrologi judiciarii concordant eum Elceſæitis. pag. 272.
Aſtrologiæ vanitas oſtenditur à S. Auguſtino. pag. 260. & ſequ. Non poteſt aſtrologia probari à priori, ex Chaldeorum etiam ſententia. pag. 260.
Aſtrologia naturalis non eſt prohibita. pagina 254. Uti aſtrologia, quomodo non ſit illicitum. ibid.
Aſtrologia judiciaria quid ſit. pag. 253. A Chaldaicis, & Ægyptiis ſuperſtitionibus originem trahit. ibid. Dividitur in quatuor partes. pag. 254.
Aſtrologia electionum ab aliquibus in univerſum damnatur. Sed ab aliis mitiùs reiicitur, nempe circa actus liberos, non verò circa emiſſionem ſanguinis, balnea, & alia hujuſmodi. pag. 256.
Aſtrologia Genethliaca incerta. pag. 255. Aſtrologia Imaginum fabricatarum eſt omninò mala, & falſa. pag. 257. Et oſtenditur. ibid. & ſequ.
S. Auguſtinus ſuſcipiebat legata pro ſua Eccleſia, non verò hæreditates, & quare. pag. 448.
Audiani. pag. 189. Eorum de Paſcha opinio, & error. pag. 189.

B

Baptiſmus Chriſti quo anno ætatis ſuæ acciderit, duæ probabiles extant opiniones. pag. 214. Probabilior tamen eſt, baptizatum fuiſſe anno trigeſimo jam completo. pag. 215.
Baptiſmum eſſe invalidum extra Sectam Novatiani, error ejuſdem. pag. 361. & ſequ. & pag. 388.
Baptiſmus Montaniſtarum, & Cataphrygum, an validus. pag. 92.
Baptizari, in infantibus eſt ipſum credere. pag. 362.
Baptizatum in Lecto, prohibitum erat, in Clerum adoptari. pag. 353.
Bardeſanes, & Bardeſanitæ. 319. Bardeſanis genus, mores, & opera. ibid. & ſequ. Fuit coævus Antonino vero. pag. 321. Ejus diſcurſus contra fatum. pag. 322.
Bardeſanis, & Bardeſanitarum hæreſes. pagina 322. & 326. Impugnantur ab Epiphanio. pag. 326. & 327.
Beatis Angelis, & Sanctis quinam cultus debeatur ex D. Auguſtini doctrina. pagina 428.
Bezæ error de Euchariſtia. pag. 75.
Bona Eccleſiaſtica confiſcata, vel alienata perſecutionis tempore, Eccleſiæ reſtituì præcipiuntur à Conſtantino Magno. pagina 437.
Bracarenſe Concilium III. Quando celebratum. pag. 63.
Buceri conſultatio in cauſa Polygamiæ. pagina 146.

C

Calix mixtus offerendus eſt in Euchariſtia. pag. 58. Injuſtè Centuriatores calumniant Romanam Eccleſiam, quaſi ſolam aquam offerat in Sacrificio. ibidem. Calix ſine vino offerri non poteſt. pag. 67. An diſpenſaverit Innocentius III. ibid.
Calvariæ locus, cur ſic dictus. pag. 68. Ibi ſepultum fuit corpus Adæ. ibid. Sed adverſatur S. Hieronymus. ibid.
Calvinus dictus doctior Paulo. pag. 143. & ſequ. Ejus laudes. ibid. Satis exiſtimabat D. Auguſtinum. pag. 15. Ejus error de damnatione Adæ. pag. 76.
Canones de Sacra Scriptura recipiendis. pag. 12.
Carnis reſurrectio negata ab Apelle. pag. 7. Et etiam à Philoſophis. pag. 21.
Catechumenorum tria genera. pag. 372.
Cataphryges unde dicti. pag. 77. Hujus ſectæ Auctor. ibid. Ubi primum eorum hæ-

reſis emerſerit. ibid. & 79. Eorum errores. pag. 89. & ſequ.
Cataphrygarum hæreſum ſumma. pag. 93. Et impugnatur per Patres, & rationes à pag. 94. uſque ad 141. Conferuntur reſpectivè cum hæreſibus Illuminatorum. pagina 143. 144. Et plurium aliorum Recentiorum Hæreticorum. ibid. & 155. & 156. In a. tamen hæreſi in qua damnantur ſecundæ nuptiæ non facilè concordant Evangelici Recentiores. pag. 144.
Cataphryges Conſtantini edicto pelluntur, & damnantur. pag. 88. Qui verò ad Eccleſiam veniebant, rebaptizabantur. pagina 88.
Cathari. pag. 351. Vide Novatua, & Novatiani.
Cæremoniæ quæ ſervabantur in primis nuptiis, pag. 100.
Chriſtum eſſe duos, unum ſurſum, alium deorſum, error Elceſæitarum, & Sampſæorum. pag. 239. Eſſe purum hominem, & ex humano ſemine genitum, ſicut cæteri homines, errores Theodotianorum. pag. 276. Et impugnantur. pag. 278. & ſequ.
Chriſtum eſſe Deum probatur. pag. 246. & ſequ. Eſſe Deum fatetur Agbarus Rex Edeſſenorum. pag. 243. Etiam Pilatus idem confitetur. pag. 245. Et Tiberius etiam procurat ut adoretur, & recipiatur ut Deus. pag. 245.
Chriſti Encomia ex Joſepho Hebræo. pagina 246. Ejus effigies miraculosè impreſſa. pag. 244.
Chriſti Incarnatio, Nativitas, Baptiſmus, Jejunium, Paſſio, Reſurrectio, & Aſcenſio quo tempore acciderint ex Cotolerio. pag. 209. Ejus deſcenſus ad inferos, & cur. pag. 69.
Chriſtum non habuiſſe veram Carnem, error Eneratitarum. pag. 42. Habuiſſe veram carnem, non tamen de Virgine ſed aliunde, error Apellis. pag. 5. Sine carne reſurrexiſſe, error ejuſdem pag. 6. improbatus. pag. 9. Ante Apellem nullus alius id dixit. ibid.
Chriſtum vixiſſe quinquaginta annis, opinio Irenæi. pag. 216. Sed eſt aliena à veritate. pag. 217. Vixiſſe triginta annis, unoque anno prædicaſſe, opinio aliorum Patrum. pag. 215. Sed pariter refellitur. pag. 216.
Chriſtum vixiſſe triginta tribus annis, probabilior opinio. pag. 219. An verò completia, vel nondum exactis, ſunt duæ opiniones, una Sanctorum Patrum, alia Aſtronomorum. pag. 219. & 220.
Chriſtus quo tempore natus, diverſæ opiniones. pag. 211. Sed de anno, eſt opinio probabilior, natum fuiſſe anno quadrageſimo quinto Juliano. pag. 213. De menſe; opinio Epiphanii, menſe Januarii; ſed probabilior menſe Decembria, die 25. pag. 208.
Chriſtiani in primitiva Eccleſia poſſederunt temporalia bona. pag. 436. Contra Apoſtolicos qui oppoſitum docebant. pag. 432.
Chriſtiani quidam tunc temporis redarguuntur à Cypriano, & cur. pag. 241. Quidam magnæ notæ in ſchiſma contra Cornelium lapſi fuerunt, ſed poſtea pœnitentes redierunt ad Eccleſiam. pag. 354.
Ciborum delectus ab hæreticis oppugnatus. pag. 75. Et abſtinentia à quibuſdam cibis. ibid.
Clerus Romanus diſſentit cum Tertulliano. pag. 86.
Clerici erant publicæ Pœnitentiæ ſubjecti ob aliqua crimina. pag. 377. Duo tempora diſtinguuntur, in quorum primis erant ſubjecti, & in aliis exempti. pag. 378.
Combabus arguitur ab Aſſyrio Rege, & cur. pag. 345.
Communio in quibuſdam Canonibus Concilii Eliberitani non accipitur ſecundùm aliquos pro Euchariſtiæ ſumptione, ſed pro abſolutione. pag. 369.
Confeſſionis ſecretæ antiqua Eccleſiæ diſciplina. pag. 383. Confeſſionem ſecretam non eſſe de jure divino aliqui contendebant. ibid.
Conſules, qui fuerunt poſt quædam acta Octavii Auguſti tempore vitæ Chriſti. pag. 206. Conſules à Conſulatu Cæſaris Dictatoria uſque ad Conſulatum Lentuli, & Calphurnii. pag. 212. Conſules, qui fuerunt tempore, quo Chriſtus paſſus eſt. pag. 221.
Cornelius à Novatiano malignatur. pag. 354. Et quidam Legati Novatiani à Cypriano reiiciuntur, pag. 356.
Coelfridi Abbatis diſcurſus de Paſcha. pagina 185. Et de eadem re Concilii Nicæni decretum. pag. 190. Conſtantini Magni Epiſtola. ibid. Conſtitutiones Apoſtolicæ, quid decernant de eadem re. pagina 189.
Conſtantinus Leonis Sapientis Filius aſſumit imperium. pag. 104.
Connubii incommoda recenſita à Gregorio Nazianzeno. pag. 112.
Coronati corona Caſtrenſi Romani milites donativa accipere conſueverant. pag. 86.
Cottæ ſententia de Religione tenenda. pagina 16. Sed deridetur à Lactantio. ibid.
Criminum quorumdam abſolutio prohibita etiam in mortis articulo à Concilio primo Arelatenſi. pag. 364. Hujuſmodi rigor fuit temperatus in Concilio Nicæno primo. pag. 370. In Conſtantienſi tertio, & Arauſicano. pag. 371.
Colmanua Epiſcopus. pag. 183. Ejus diſcurſus de Paſcha. ibid. & ſequ.

Cyni-

Digitized by Google

Cynici Philoſophi non erubeſcebant coire in Viis, vel Plateis. pag. 224. Et quiſnam fuerit Dux hujus Sectæ. ibid.
Cyrenaici aſſerebant voluptatem eſſe primum naturæ bonum. pag. 226. Eorum Princeps Ariſtippus. ibid.

D

DAmaſcenus ſub Conſtantino Capronimo multa ab fidem catholicam paſſus eſt. pag. 237. & 238.
Dallæi calumniæ contra Eccleſiam Romanam in materia jejunii Eccleſiaſtici. pag. 122. & ſequ.
David Georgius hæretieus. pag. 143. Et ejus dogma. ibid.
Dæmon familiaris Philumenæ. pag. 2. Diverſo modo, & habitu ſe viſibilem eidem reddebat. pag. 2.
Dæmones poſſunt hominis ſemen emiſſum in vas fœminæ immittere, dum incubant. pag. 462.
Decius Imperator in Paludis Gurgite perit. pag. 359.
Decimæ præcipiuntur in Concilio Hiſpalenſi. pag. 169.
Decreta Concilii Laodiceni, Carthaginenſis III., Innocentii I. Et Gelaſii de libris Canonicis. pag. 12., & 13.
Deum eſſe Auctorem peccati, quidam dixerunt. pag. 23. Eſſe corporeum, error Tertulliani. pag. 141.
Deos eſſe duos, error Apellis. pag. 5. Et Tatiani. pag. 41., & 42. Deum bonum alium Deum produxiſſe, à quo cætera condita, error ejuſdem Apellis. pag. 7. Confutatus ab Epiphanio. ibid.
Deum non eſſe orandum, error Prodici, & Adamitarum. pag. 225. Cujus oppoſitum probatur. pag. 228. Etiam exemplis Gentilium. pag. 227.
Deorum multitudo refellitur à Lactantio, & reprehenduntur Stoici Deos habentes ſtellas. pag. 426.
Divinitas Chriſti non obſtat officio Mediatoris. pag. 248.
Diateſſeron Tatiani. pag. 42.
Diaconiſſæ. pag. 162., & 163. Earum miniſteria. ibid. Earum ætas. pag. 164. Earum aliqualem ordinationem innuit Sexta Synodus. ibid. Hujuſmodi autem ritum caſſavit Epaonenſe Concilium. pag. 165.
Diaconiſſæ eligebantur tam Virgines, quam Viduæ. pag. 163. Tenebantur ducere vitam cœlibem. pag. 164. Erant addictæ alicui Eccleſiæ. ibid. De his faciunt mentionem plura Concilia. pag. 162. & 163.
Diaconis concedebatur facultas imponendi pœnitentias confitentibus peccata in primitiva Eccleſia, non tamen abſolvendi. pag. 382.
Diabolus conabatur manifeſtare Corpus Moyſis, ut Judæos ad Idololatriam provocaret. pag. 337.
Domitianus laudatur à Poetis ob leges contra Eunuchos. pag. 344. Præcipit fieri inquiſitionem de Propinquis Chriſti, & eorum rebus. pag. 443.
Dux Witembergiæ, repudiata uxore, alteri nubit. pag. 154.

E

ECcleſiæ habent ſuos Angelos tutelares. pag. 293.
Eccleſia Catholica ſemper approbavit baptiſmum hæreticorum collatum ſecundùm verum ritum, ex D. Hieronymo. pag. 406.
Eccleſia Antiochena ſub Aureliano Principe propriam domum poſſedit. pag. 437.
Eccleſiæ primitivæ Patres ſatagebant, ne clerici extraneas fœminas in ſervitium reciperent. pag. 462.
Eccleſiæ poſſeſſiones non ſunt ſæculi, ſed Dei. pag. 442.
Eccleſiæ primitivæ fideles relinquebant propria bona ex ſuo libito. pag. 443.
Eccleſiæ bona uſurpantes, ſacrilegi à Pio I. declarantur. pag. 444. & à Stephano I. infames. pag. 445.
Eccleſiæ Orientalis diſciplina circa ſecundas nuptias. pag. 99. Græcæ circa tertias, & quartas nuptias. pag. 102. & ſeq. Et Latinæ circa ſecundas, tertias, quartas, & ulteriores nuptias. pag. 104.
Eccleſia Romana nunquam defecit à veritate catholicæ doctrinæ, & ejus puritate. pag. 14. Oppoſitum tradunt hæretici. ibid.
Eccleſiæ poteſtas remittendi peccata negata à Montaniſtis. pag. 90. & 124. Admiſſa circa aliqua peccata minus gravia dumtaxat. pag. 125.
Eleutherus Papa non eſt lapſus in hæreſim Montaniſtarum. pag. 81. An receperit Montaniſtas, ibid. Revocat litteras pacis datas Montaniſtis. pag. 80. & ſeq. Martyr occubuit. pag. 276.
Elceſæitæ ab Elxai, qui fuit Auctor eorum ſectæ. pag. 236. Genere Judæus, & moribus improbus. pag. 237. Qui docuit quedam verba orationis ſatis impropria. pag. 239.
Elceſæitarum quidam error non eſt diſſimilis ab alio quodam Priſcillianiſtarum. pag. 240. Eorum doctrina diabolica ibid. Quodam ſuo errore Martyres inhonorant. ibid.
Elceſæitarum hæreſum ſumma. pag. 240. Impu-

pugnantur. à pag. 240. uſque ad pag. 270. Conferuntur reſpectivè eum hæreſibus quorumdam Sectariorum in Anglia, Firmici, Machiavelli, Lutheranorum, & aliorum Recentiorum. pag. 271. 272. & 273.
Elceſæitæ adorabant duas fœminas, quas ut deas habebant. pag. 237. Et Arabiam incolebant. ibid.
Eleazari factum memorabile pro non ſimulanda Religione. pag. 242.
Eliſæus non permiſit Naaman Siro ſimulare falſam Religionem. pag. 243.
Encratitæ unde dicti. pag. 40. Tatiano ſuccedunt. ibid. An diverſi à Tatianis. pag. 4. Abſtinent à vino, & continentiam profitentur. pag. 40. Ubinam hæreſea Evulgarunt. pag. 41.
Encratitarum hæreſes. pag. 41. Suarum hæreſum ſumma. pag. 42. Impugnantur. pag. 44., & ſeq. Et conferuntur cum hæreſibus reſpectivè Albigenſium, Londinenſium, Bezæ, Calvini, & aliorum. pag. 74. 75. & ſeq. Non concordat tamen quinta hæreſis cum Recentioribus, quia opponitur Vini delectui. pag. 75.
Epiſtola Pilati ad Tiberium, in qua miracula Chriſti, mortem, & Reſurrectionem commemorat. pag. 245.
Epiſtola Agbari ad Chriſtum, & Chriſti ad Agbarum. pag. 244.
Epiſtola Cypriani ad Epiſcopos congregatos in Numidia. pag. 393.
Epiſtola Leonis ad Marcianum Auguſtum de Tempore celebrandi Paſcha. pag. 193. Ejuſdem ad Julianum Epiſcopum. pag. 197.
Epiſtola Dionyſii Alexandrini ad Novatianum, in qua dicit unde cognoſcet, Novatianum fuiſſe invitò Epiſcopum electum. pag. 355.
Epiſtola S. Cypriani ad Cornelium Papam, in qua eum certiorem reddit de quadam legatione facta à Novatiano, de ejectione, & pravis geſtis talium Legatorum. pag. 356.
Epiſtola Cornelii ad Cyprianum, in qua eum monet de facinoribus Nicoſtrati, de ſchiſmate Evariſti, & quod graviora moliretur. pag. 356.
Epiſtola Maximi, Urbani, Sidonii, & Macarii ad S. Cyprianum, in qua eum certiorem faciunt de eorum reditu ad unitatem Eccleſiæ Catholicæ. pag. 358. Et Epiſtola Cypriani ad eoſdem, in qua gratulatur. ibid.
Epiſtola S. Leonis Papæ ad Marcianum Auguſtum, in qua petit demandari curam de tempore ſupputandi Paſcha. pag. 193. Alia ejuſdem ad Julianum Epiſcopum de Paſchate celebrando. pag. 197.
Eraſmi error de ſalute Ciceronis, & aliorum Gentilium. pag. 17.
Error cadere poteſt ſupra res fidem concernentes, vel diſciplinam. pagina 408.
Evangelia eur quatuor. pag. 204. Evangelium Joannis non diſcordat ab aliis. pagina 205. Tria Paſchata commemorat. pag. 206.
Euchariſtiam in ſola aqua conficiendam, error Encratitarum. pag. 41. 42. & 58. Idem aſſeruerunt (deficiente vino) Beza, & Calvinus. pag. 75.
Euchariſtiæ uſus in primitiva Eccleſia antelucanis horis. pag. 58.
Eva comedendo de fructu vetito non peccavit, error Pepuzianorum. pag. 159. Oppoſitum. pag. 166.
Euthimius Syngelus ſuſtituitur à Leone Sapiente Patriarcha Conſtantinopolitanus loco Nicolai à quo fuit excommunicatus. pag. 103. Imperator ſolvitur ab eodem à vinculo excommunicationis. ibid.
Eunuchorum tria genera. pag. 251. Eunuchi Gentilibus exoſi. pag. 343. Ab Alexandro ejecti. ibid. Sunt à profeſſione Philoſophiæ, & aliis miniſteriis repellendi. pag. 345. Non ſunt continentes. pagina 347. & 349.
Eunuchis, ideſt non abſciſſis materialiter, ſed voluntariam continentiam ſervantibus promiſſum eſt regnum Cælorum. pagina 350.
Eunuchus Reginæ Candacis edoctus à Philippo in iis, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt. pag. 20.
Excommunicatio ob non ſervatam diſciplinam Eccleſiaſticam. pag. 177.
Exomologeſis quid ſit. pag. 381.
Extatici hæretici. pag. 143. Sunt Anabaptiſtæ. ibid. Et eorum errores. ibidem.

F

Fabiola nobilis Romana ob viri ſui notoria ſcelera alteri nupſit. pag. 111. Factum improbatur à Divo Hieronymo. ibid. Sed poſtea viro defuncto publicè pœnituit. ibid.
Fata Syderum à fide reſpuuntur. pag. 260. & ſequ.
Farelli dogma de Simulanda fide pag. 156.
Fidea nùm examinanda. pag. 16. Debet eſſe integra de omnibus articulis revelatis, & ſufficienter propoſitis. pag. 18. Debet eſſe una, ſicut una eſt Eccleſia. pag. 19.
Fides in Chriſtum ad ſalutem neceſſaria eſt. pag. 19. Sed non ſufficit, niſi etiam alia revelata credantur. ibid. Et debet eſſe informata charitate. ibid.
Fidem ſolam ad ſalutem ſufficere, docent hæretici Recentiores. pag. 155. Immo ſolam in Chriſtum Crucifixum, docuit Apelles. pag. 17. Sed impugnatur hic error. ibid.
Fidem

Digitized by Google

Fidem externè negare urgente perſecutione, licitum eſſe, error Elceſæitarum. pag. 239. Impugnatur. pag. 240. & ſequ. Fidei confeſſionem non eſſe baptiſmo præmittendam; error Novatiani. pag. 361.
Firmiliani opinio de Paſcha. pag. 176. & 177. Eundem reſcidiſſe ſententiam de hæreticis rebaptizandis, probatur. pag. 402. Floruit ante Cyprianum. pag. 392.
Fides conjugalis. pag. 54.
Fœminis non licet Sacerdotio fungi. pag. 160. Probatur. ibid. & pag. 165. à Sacris Altaribus arcentur. ibid.
Fœminæ dictæ Presbyteræ. pag. 162. Earum officium. ibid. Sacris ſe immiſcebant. pagina 165.
Formidanda quomodo hæc verba, ſequi conſuetudinem, & contemnere veritatem. pagina 417.
Fornicariis, & Mœchis non eſſe locum pœnitentiæ. pag. 125.
Fraticelli imitati ſunt Adamianos. pag. 233. Et Fratres amoris,& Anabaptiſtæ in Atheiſmum degenerant. pag. 233.
Fugam in perſecutione non eſſe licitam, error Montaniſtarum, & Tertulliani. pagina 128. Impugnatur propoſitio ſic abſolutè, & univerſaliter ſumpta. pag. 129.

G

Genius duplex, bonus, & malus. pagina 290., & 283. Genius admiſſus à Platonicis. pag. 282. Et eorundem aſſertum, Genium proprium unicuique homini aſſiſtere. ibid.
Geniorum officia ſecundùm Horatium. pagina 283. Alii moderantur inferiora, alii cæleſtia. ibid. & ſeq. cæleſtia moderantium tria genera. pag. 284.
Genios maximè venerabantur Gentiles. pagina 435. Eos ſecuti ſunt quidam Angelici. ibid.
Gentiles offerebant homines in ſacrificium Diis ſuis. pag. 227.
Georgius Boetius. pag. 156. Ejus dogma de termino peremptorio divinæ gratiæ. ibid.
S.Gregorii Nazianzeni diligentia, ut impleretur voluntas ſuæ Matris, quæ Eccleſiæ reliquit pecuniam in alimoniam pauperum. pag 447.
S. Gregorius Thaumaturgus quo tempore obiit. pag. 455.
Græci ab Apollinis oraculo edocti circa ritus Sacrificiorum. pag. 268. Eorumdem diverſa Numina. ibid.
Græci quartas nuptias prohibent. pag. 101. Leges imperiales contra eaſdem nuptias. ibid & ſequ.

H

Harmonia Tatiani. pag. 43.
Hæretici quinam Sanctis Scripturis adverſati ſunt. pag. 9. & 35. Quaſnam ſcripturas repudiarunt. pag. 15.
Hæreticorum Recentiorum communis ſententia, Romanam Eccleſiam quinque primis ſæculis puritatem Apoſtolicæ doctrinæ retinuiſſe. pag. 14. Sed poſtea defeciſſe. ibid. & pag. 15.
Heliogabalus ſe fecit Eunuchum. pag. 348.
Hermotimi querelæ, quia violenter factus Eunuchus. pag. 345.
Hermetis dicta, quibus diverſitatem Perſonarum probat in divinis. pag. 455.
Homouſion quid ſignificet, & in quibus locum habeat. pag. 302.
Homines non à Deo, ſed ab Angelis conditos; error Platonicorum. pag. 282. Quoa ſequitur Philo Judæus. ibid.
Hominis libertatem ab Angelis bono & malo lædi, error Paſtoris, Caſſiani, & Origenis. pag. 291. Impugnatur à D.Proſpero. ibid. Lædi ab Angelis aſtra moderantibus, error Theodotiorum. pag. 277. Damnatur in Concilio Bracarenſi. pag. 295. Et impugnatur à S.Leone. ibid.
Hominibus ſingulis datos eſſe duos Angelos, bonum, & malum, exiſtimatur ſententia erronea à Bellarmino. pag. 291. Suſtinetur tamen à Sanctis Patribus. pag. 290. Angeli tamen mali non aſſignantur à Deo hominibus, ſed permittuntur. pag. 293.
Hominum genus non fuiſſe propagandum per feminalem propagationem, ſi ſtatus Innocentiæ duraſſet; videtur ſententia quorumdam SS.Patrum. pag. 48.
Honores quibus afficiebantur in primitiva Eccleſia, qui pro fidei confeſſione in carceribus detinebantur. pag. 364.
Humilitas falſa quorumdam Angelicorum. pag. 424.
Hydroparaſtatarum error. pag. 61.

I

Iconii Concilium ſub Agrippino Epiſcopo, quandò celebratum fuerit; Judicium Baronii. pag. 391. Diverſum à judicio Pagii, & Valeſii. ibid. Celebratum occaſione hereſis Cataphrygum, & eorum baptiſmi. ibid.
Jejunia Eccleſiæ Romanæ non deſumpta à Montaniſtis. pag. 122. Jejunia Montani. pag. 90. Non precepta ab Eccleſia eſſe neceſſario ſervanda. pag. 93. & pag. 120.
Jejunia præſcripta in Capitularibus Carli Ma-

Magni. pag. 120. jejunia diverſa ſervata in Eccleſia Orientali. pag. 121. Jejunia non præcepta ſervsta in Eccleſia Catholica. ibid. Jejunium Antepaſchale ſervandum de præcepto. pag. 122.

Jephte Filia divinia honoribus Sebaſte affecta. pag. 311.

Illuminati hæretici. pag. 142. Eorum errorea. pag. 142. Eorum Auctorea. ibid.

Imperatorum edicta contra Eunuchos. pag. 343. & ſeq.

Incantationibus uti, & Judiciariam Aſtrologiam exercere, error Elceſæitarum. pag. 253.

Joannes Apoſtolus in Apocalypſi voluit adorare Angelum, quia veneratione dignnm agnoſcebat. pag. 427.

Joannes Georgius Reformatæ Eccleſiæ Rhetiæ Miniſter, poſtea Romano-Catholicæ defenſor. pag. 14.

Joannis Sturnii error de Æonibus. pag. 74.

Joannia Hus error circa Matrimonium. pag. 56.

Jubilæum Univerſale cur ad annum trigeſimum tertium redactum ab Urbano Papa. pag. 220.

Julianorum Annorum ſumma. pag. 212.

Judæorum Paſcha. pag. 178. Eorum abuſua. ibid. Judæi verſa facie ad Occidentem orabant. pag. 263. Eorum peſſima conſnetudo in juramentis. pag. 265.

Jurare per Deum nulla lege prohibitum. pag. 266. Jurandum eſt rarò ob perieulum perjurii. pag. 266., & ſeq.

Juſtinua Martyr Tatiani Magiſter. pag. 38. Scripſit Apologiam ad Antoninum Pium, & quandò. pag. 38., & 39. Quandò paſſus fuerit martyrium. pag. 39.

K

KEckermanua non infimæ notæ apud Proteſtsntes, tradit regnlam benè ntendi Patribus. pag. 15.

Kemnitii Calumnia in Eccleſiam Romanam, quaſi damnet ſecundaa Nuptias. pag. 105. Et in cauſa jejuniorum de præcepto. pag. 122.

L

LAmbertus Dsnæus impiè aſſerit Monachos, & Religioſos mendicantes eſſe de Secta Apoſtolicorum. pag. 432. Improbatur. ibid. & ſeq.

Lapſi in fide quinam cenſeantur. pag. 363. Eis non eſſe locum veniæ, error Novatianorum. pag. 360., & 361. Lapſi ſivè Epiſcopi ſivè Presbyteri non reſtituebantur in Saeerdotali dignitate. pag. 367.

Lapſorum immenſua numerua, confugientium ad Martyres ad extorquendum pacis libellum. pag. 364. Lapſia pœnitentibus ſtatuebatur pax ante mortis periculum, exurgente nova perſeeutione. pag. 366.

Lex Imperialis adverſua quartò nubentes. psg. 101. Et Baſilii Macedonis, ac Leonis Sapientis contra eoſdem. pag. 102.

Libri Canonici Sac. Scripturæ. pag. 11. Illi de quibus aliquandò dubitatum fnit. pag. 12. Illi repudisti ab hæreticis. pag. 10.

Libri Apocryphi ſub nomine Apoſtolorum. rejecti à Conciliis, & Summia Pontificibus. pag. 29.

Liber de Bono Patientiæ à D. Cypriano conſcriptus. pag. 394. Et quo motivo. ibid.

Libri ſcripti ab Apelle. pag. 3. A Montano. pag. 93. A Tertulliano de ſuga. pag. 128.

Libidinia malum in matrimonio. pag. 49.

Libertini hæretici. pag. 25.

Libellatici quinam ſint. pag. 363. Libellaticorum tris genera. ibid. Adverſua eoſdem duæ Sententiæ extremæ, ſed ambæ hæreticæ. ibid.

Liberum eſſe unicuique credere quod vult. pag. 17. Error Apellis. ibid.

Libera ſacultss teſtandi, & legandi in favorem Eccleſiæ conceſſa à Conſtantino Magno. pag. 446.

Libare à Libero Inventore uſua Vini, & libationum in ſacrificiis. pag. 33.

Luna quartadecima ſecundùm Alexandrinos oritur in noſtro Emiſphero eodem momento, quo ſol occidit. pag. 201. Non eodem modo conſiderata à Latinis. ibid.

Lucius I. quo tempore Pontificatum adeptus. pag. 444. Probat gravitatem peccati in uſurpando bona Eccleſisſtica. pag. 444.

Lucilla Imperatoria Filia à Dæmonio liberats per S. Albericium Epiſcopum. pag. 445.

Lugdunenſes conſulti de hæreſi Montaniſtarum ſcribunt Aſianis. pag. 80. Legationem mittunt ad Eleutherum Papam. pag. 81. Eorum litterę. ibid.

Lucisnus, & Lucianiſtæ. pag. 1. Eorum error. pag. 5. & 7.

Lutheri error eontra doctrinam Patrum. pag. 15. De non miſcenda aqua vino in Euchariſtia. pag. 64. & 65. Ejua dementia in extollendo ſe ſupra antiquos Patres. pag. 64.

Lutheri Encomia. pag. 144. Ejus opinio de Matrimonii neceſſitate. ibid. Conſultatio ejuſdem in cauſa Poligamiæ. pag. 150.

Lutherus contemnit templa ad orandum conſtructa. pag. 273.

Majo-

M

Majores apud Romanos quinam fuerint, quorum Religio erat tenenda. pag. 16.
Marci Aurelii Antonini perſecutio in Chriſtianos. pag. 80.
Marcion ironicè Sanctiſſimus Magiſter. pag. 2. Ejus error de carne Chriſti. pag. 8. De duobus principiis. pag. 8.
Martyrium non eſſe ſubeundum pro Chriſto, error Adamianorum. pag. 225.
Martyrum conſtantia refellit Elceſæitarum errorem de fide externè neganda. pag. 241.
Matrimonium, tertium, & quartum, an licitum apud Græcos. pag. 100.
Matrimonii indiſſolubilitas. pag. 112. & ſeq. Ratum poſſe diſſolvi per profeſſionem Religioſam. pag. 120.
Matrimonium eſt verè Sacramentum. pag. 52. & ſeq. cauſat gratiam. ibid. & 54. Eſt in ſe abſolutè bonum. pag. 40. Ejus Sanctitas, pag. 45. Ejus leges. ibid. Non eſſe malum oſtenditur. pag. 45. & 46.
Matrimonii uſus ad finem ſuſcipiendæ prolis, caret culpa. pag. 49. Non caret culpa veniali, ſi ſolum ad finem ſatiaſaciendi libidini. ibid. In ſtatu naturæ lapſæ non eſt ſine libidine. pag. 49.
Matrimonium verum in ſtatu Innocentiæ. 47. & ſeq. Sine libidine. pag. 49.
Matrimonia infidelium inſolubilia. pag. 107. In quo caſu ſolvuntur. ibid.
Matrimonii rati, & conſummati ſignificatio. pag. 106. Ratum ex natura ſua indiſſolubile. pag. 106.
Matrimonii inſolubilitas quòad vinculum probatur ex Scriptura, Patribus & Conciliis. pag. 109. & ſeq. Solubilitas quòad Thorum in cauſa fornicationis. pag. 117.
Margarita de Saal nubit Philippo Lantgravio habenti aliam uxorem. pag. 153. Hujus matrimonii inſtrumentum. ibid.
Matrimonium ab hæreticis pluribus cauſis diſſolvitur. pag. 145.
Maximini perſecutio indicta anno Domini 236. pag. 358.
Maximilla Montani Prophetiſſa. pag. 78. Ejus vaticinia falſa. pag. 84. Ejus exitus infelix. pag. 88.
Melchior Hoffannus. pag. 156. Ejus dogma. ibid.
Mel adhibitum in oblationibus. pag. 169.
Melchiſedech typum Chriſti gerebat. pag. 59. Ejus Parentum nomina aliqui commemorant. pag. 313. & ſequ. Filium Meretricia aſſeruerunt Judæi. pag. 314. Sem Filium Noe dixerunt Samaritani. ibid. Cananæum fuiſſe, probabilior opinio. pag. 315.
Melchiſedech fuiſſe Spiritum Sanctum, error Hieracitarum. pag. 316. Fuiſſe Angelum, error Origenis. pag. 311. Fuiſſe natura meliorem Abraha, error cujuſdam Auctoris. pag. 312. Impugnantur hi errores à pag. 313. & ſequ.
Melchiſedeciani quare ſic dicti. pag. 310. Eorum error. pag. 311. Impugnatur. pagina 313. & ſeq. Confertur cum Recentioribus. pag. 318.
Menſis Initium quando computabatur à veteribus Judæis. pag. 220.
Miniſtrare pauperibus, eiſque ſubvenire, munus Prælatorum Eccleſiæ. pag. 440. Miniſtrare menſis, collatum fuit Eccleſiaſticis, & quare. pag. 441.
Montanus. pag. 78. Ejus genus, & Patria. ibid. Ejus ambitio. ibid. Ejus fœminæ. ibid. Ejus ſcripta. pag. 93. Ejus prophetiæ. pag. 94. Ejus exitus infelix. pag. 88.
Montani hæreſes. pag. 89. & ſequ. Ab exordio contradicitur. pag. 87., & 88. Damnantur in pluribus Conciliis. ibid. Earum nulla fuit à Romanis Pontificibus approbata. pag. 80.
Montani hæreſum ſumma. pag. 93. Conferuntur reſpectivè cum hæreſibus Illuminatorum, Bezę, Lutheri, Henrici Octavi, & aliorum Recentiorum à pag. 142. uſq. ad 146.
Moſes mortuus eſt, non translatus. pag. 336. De ipſo multa fabuloſa dicuntur. pag. 335. Adoratus ut Deus ab Incolis Arabiæ Petreæ. pag. 311.
Mulſum adhibitum in oblationibus. pag. 169. Prohibitum offerri in Sacrificio Miſſæ. pagina 169.
Mulieres eſſe capaces Sacerdotalis dignitatis, error Pepuzianorum. pag. 159. Oppoſitum. pag. 160.
Mulieres eſſe opus Satanæ. pag. 28., & 30. Catholica ſententia de mulieris creatione. ibid.
Mulier, quæ rem habuit cum Filio. pag. 145.
Mulieris factum, quæ ſe accuſavit publicè de ſtupro commiſſo cum Diacono. pag. 384.
Mundi origo juxta Severianos. pag. 28. Quid alii hæretici ſentiant. pag. 30.
Mundum creatum die Dominico in Æquinoctio Verno. pag. 181.
Mundi eventus diverſi ſub quorundam Planetarum dominio. pag. 284. & ſeq.
Munificentia Marci Aurelii Antonini Imper. erga Eccleſiam Hieropolitanam. pag. 445.

N

Nationes omnes ſemper crediderunt, hæc inferiora à ſuperioribus regi. pag. 227. Habent ſingulæ Angelos tutelares. pag. 292.
Natalis S. Auguſtini. pag. 409.

Nazaræi à Vino abſtinebant. pag. 57.
Nicolaus Græcorum Patriarcha excommunicat Leonem Sapientem Imperatorem, & quare. pag. 103. Ab Imperatore deponitur. ibid. Scribit ad Joannem Papam contra quartas nuptias. pag. 103.
Nicolaus Patriarcha fit tutor Imperatoris. pag. 104. Pellitur tandem ex Aula. ibid. Scribit aliam Epiſtolam ad eundem Joannem, ut declaret licuiſſe Leoni quartò nubere. ibid.
Noetus. pag. 328. Noetiani à Nocto. ibid. Noetus corruptè dictus Noetianus. ibid. Ejus genus, & mors infelix. pag. 328. & 329. Fuiſſe Moyſen, & ejus fratrem Aaronem, dementia ejuſdem. pag. 330. Improbatur. pag. 335. Ejus hæreſis quonam tempore emerſerit. pag. 329.
Noeti & Noetianorum hæreſes. pag. 330. Conferuntur reſpectivè cum erroribus Joannis Crellii, & Sectariorum in Anglia, Joannis à Leidis, & David Georgii. pag. 338. & ſequ.
Novatus diſtinguitur à Novatiano. pag. 351. & ſequ. Novati genus, progenies, & mores nefandi. pag. 352. Timens Epiſcoporum judicium fugit. ibid.
Novatus Novatiano ſe adjunxit, & adversùs Cornelium ſchiſma promovit. pag. 353. Eandem ſectam ambo conflarunt. pag. 352. Novati hæreſis, & Novatiani ſchiſma quandò inceperunt. pag. 358. & ſeq.
Novatus, & Novatiani Aſſeclæ, ſeu Cathari. pag. 352. Eorum præcipuæ hæreſes. pag. 361.
Novatianorum hæreſum ſumma. pag. 361. Conferuntur reſpectivè cum erroribus Uldalrici, Zuingli, & aliorum quorundam Recentiorum. pag. 421. & ſeq.
Novatianus ubi natus, & ex quibus Parentibus. pag. 353. Fictè baptizatus. ibid. Fuit creatus Presbyter præter Eccleſiaſticam regulam. pag. 353. clandeſtinè ſe facit ordinare Epiſcopum. pag. 355. Fuit aliundè in humanis litteris eruditus, & quædam opuſcula ſcripſit. pag. 354.
Novatianus conatur pervertere Africanas Eccleſias. pag. 356. Sed fruſtra. pag. 357. Prima ſchiſmatis ſemina jecit contra Cornelium Papam. pag. 354. Jurare cogebat factioſos non redire ad Cornelium. pag. 355. Ejus ſchiſma minui cœpit. pag. 357.
Novatianus malè moritur. pag. 358. Novati verò Aſſeclæ eum Martyrem pronunciant. ibid.
Novatianus quidam ſcripſit, S. Petrum non fuiſſe baptizatum. pag. 362. Sed improbatur. ibid.
Nuptiæ damnantur à Severo. pag. 30. & 31. à Tatiano etiam, & Encratitis. pag. 41. Earum verò ſanctitas probatur. pag. 50. Earundem bonum. pag. 49. Sacerdotali benedictione ſanctificantur. pagina 55.
Nuptiarum cæremoniæ ex antiqua Eccleſiæ diſciplina. pag. 100. Non ſunt nuptiæ faciendæ ſine dote ex Concilio Arelatenſi. pag. 56.
Nuptiæ ſecundæ damnantur à Montaniſtis. pag. 89. & 96. Etiam à Novatianis; ſed inter Chriſtianos pag. 361. Nuptiæ quartæ prohibitæ apud Græcos. pag. 101. Etiam in Apoſtolicis Conſtitutionibus. pag. 105. Potuit eas Eccleſia prohibere. pag. 105.
Nuptiæ ſecundæ nullibi prohibitæ. pag. 98. Eſſe licitas, doctrina Catholica. pag. 97. Et probatur. ibid. Secundæ, & ulteriores ſemper receptæ in Eccleſia Latina. pagina 104. & ſequ. Non benedicuntur, ſed non proindè damnantur. pag. 105.

O

OBlationes fieri conſuetæ in Eccleſia. pagina 168. Et quæ fiebant à fidelibus ſuper Altare. pag. 169. Quid offerebatur. ibid. In materia oblationum diverſi abuſus introducti. ibid.
Orare verſa facie ad Orientem non licere: error Elceſæitarum. pag. 239. Id tamen ſpectat potiùs ad diſciplinam, quam ad dogma. pag. 262. Orabant fideles primitivæ Eccleſiæ verſa facie ad Orientem. pag. 263.
Oratio quid ſit ſecundum Baſilium. pag. 229. Oratio duplex, publica, & ſecreta. pag. 230. & ſequ. Orationis exauditio non ex multiloquio. pag. 231. Oratio vocalis utilis eſt. ibid. Orationis fructus. pag. 232.
Orandum Deum mente, docuit etiam Apollonius Tyanæus. pag. 230.
Oraculi cujuſdam Verba. pag. 268.
Ordo Sacerdotii conceſſus fœminis. pag. 160. Sed prohibitus ab Eccleſia, & Patribus. pag. 161. & ſequ.
Ordo ſervatus à Patribus in recenſendis hæreticis. pag. 4.
Ordo librorum veteris, & novi Teſtamenti digeſtus à Gelaſio Papa. pag. 13.
Origeniani non ab Origene Adamantio, ſed ab alio. pag. 461. Quinam hic fuerit; nihil certum. ibid.
Origenianorum operationes turpes. pag. 462. Infamant Catholicos. ibid. Uſi ſunt apocryphis Scripturis. pag. 463.
Origenianorum nullum peculiare dogma, ſed nefanda faciebant. pag. 463. Secundùm Damaſcenum nuptias damnabant. ibidem. Quanto tempore eorum ſecta duraverit, incertum. ibid.

Pa-

P

Patrum doctrina ſequenda. pag. 15.
Paſchaſinus ſcribit de annis emboliſmicis. pag. 200.
Parvuli dum baptizantur credunt fide aliena, nempe Eccleſiæ. pag. 362.
Panis in oblationibus adhibitus. pag. 169.
Paſcha cum Judæis celebrandum, quidam voluerunt. pag. 171. & ſequ. Quo tempore celebrarunt Montaniſtæ. pag. 172. Quandò celebrandum erat ex lege Moyſis. pag. 178. Paſcha Judæorum, & Samaritanorum. ibid. Quandò bis in anno contingeret celebrari. pag. 178. & 179.
Paſcha quando celebrandum à Chriſtianis. pag. 179. ex Apoſtolica traditione. ibid. Conſuetudo illud celebrandi Romæ, incœpta à D. Petro. ibid. In Aſia diverſa erat ex traditione à Sancto Joanne accepta. pagina 179. Cur Joannes ita inſtituerit. pag. 180. De Paſcha diverſa Concilia habita. pag. 173. Concilii Nicæni conſtitutio de Paſcha. pag. 190. Ejus decretum ſatis exiſtimatum ab Euſebianis. pag. 192. Epiſtola Conſtantini Magni de eadem re. pag. 190.
Paſcha eſſe celebrandum die Dominico. pagina 182. & 183. Alexandro Epiſcopo committitur cura deſignandi per viros peritos Dominicam individuam. pag. 193. Id innuunt S. Leo Magnus in quadam Epiſtola. ibid. Et Libri Paſchales Theophili Alexandrini. pag. 194. Diverſi diverſos Ciclos conficiunt. pag. 194.
Paſcha quandò celebrandum diverſæ controverſiæ exortæ. pag. 194. Leonis Magni Epiſtola ad Julianum Epiſcopum, & Reſolutio contraria Marciani Auguſti pro Eccleſia Alexandrina. pag. 179. Et aliæ Eccleſiarum diſciplinæ. pag. 177. Diverſis in locis diverſo tempore celebratum. pagina 183. & ſequ. & 194. Cauſæ controverſiarum inter Eccleſiam Græcam, & Latinam. pag. 199. & ſequ. Controverſiæ hujuſmodi per Sedem Apoſtolicam ſemper deciſæ. pag. 183.
Paſcha quando celebrandum non ad fidem, ſed ad diſciplinam ſpectat. pag. 188. Wilfridi diſcurſus. pag. 183. & ſeq. Et Ceolfridi Abbatis diſcurſus ad idem. pag. 185. & ſeq.
Paſcha quando celebrandum, ſententia Audianorum. pag. 189. Opinio Polycratis. pag. 174. Opinio Epiphanii. pag. 188.
Paſchales Epiſtolæ Lucii Pſeudo-Epiſcopi ad Romanum Pontificem. pag. 194. Sed à Pontifice contemnuntur. ibid.
Paſcha celebrari poſſe Luna 14. in quamcumque diem incidiſſet, putarunt Novatiani. pag. 361.
Permiſſio divortii in matrimonio rato. p. 119.
Perſecutio Septimii Severi in Chriſtianos. pag. 275. Alia ſub Valeriano Principe. pag. 401. Illa Decii non ceſſavit ſublato Decio. pag. 404.
Peccata, quibus conſtituta erat Pœnitentia publica. pag. 380.
Perjurare in lege veteri omnino prohibitum. pag. 266.
Petri Richerii Calviniſtæ blaſphemia in Sanctos Eccleſiæ Præſules, qui dixerunt aquam vino miſcendam in Sacrificio. pag. 64.
Peccata gravia à ſolo Deo poſſe dimitti. pag. 126. Levia etiam ab Eccleſia. p. 125. In Deum commiſſa non poſſe ab eadem dimitti, ſed ſolum in proximum. p. 226. Gravia ab Apoſtolia dimiſſa, ſolum ex ſpeciali diſpenſatione. ibid. Errores hæreticorum. pag. cit.
Perſecutio an à Deo. pag. 129. Et quomodo immiſſa. pag. 134. Non eſſe fugiendum tempore perſecutionis. pag. 128. Neque Præpoſitis Eccleſiæ. pag. 129. Aliquandò fugam capere licet. p. 129. Oſtenditur exemplo Chriſti, & aliorum. p. 129. Probant Patres. pag. 130. & ſequ. Quando liceat Præpoſitis Eccleſiæ. pag. 135.
Perſecutoribus ſe offerre non eſt licitum. pag. 132. Oſtenditur teſtimonio Patrum. pag. 133. Aliquandò licet ex ſolo Dei impulſu. pag. 133.
Pepuziani. pag. 157. Undè ſic dicti. ibid. Quando emerſerunt. pag. 158. Eorum mali mores, & turpes operationes. pag. 158. Blaſphemabant in Spiritum Sanctum. pagina 159.
Pepuzianorum hæreſes. pag. 158. & 159. Impugnantur. pag. 160. & ſequ. Prima hæreſis confertur cum errore cujuſdam mulieris Anabaptiſtæ, & aliarum in Lincolnia, Ely, Hartfordia, & Londini. p. 166.
Philomenæ duæ. pag. 30. Philomena ſcortum Apellis, non Severi. pag. 2.
Philumena una, non duæ. pag. 2. & 30. Habuit familiarem Dæmonem, cujus ope multa mira patravit. pag. 2.
Philolai dictum de Philoſophorum doctrina circa animarum originem. pag. 21.
Philippus Imperator fuit primus qui inter Romanos Principes Chriſtianam Religionem profeſſus eſt. pag. 445. Ab eodem Eccleſia habuit plura donaria. ibid.
Planetarum revolutiones diverſæ. pag. 284. & ſequ.
Plenarium Concilium quodnam ſit. pag. 410. & VII.
Pœnitentiæ publicæ ſecundùm antiquam Eccleſiæ diſciplinam. pag. 371. & ſequ. Publicè Pœnitentium triplex ſtatio. pag. 372. & ſequ. Ultra has ſtationes alia controvertitur apud eruditos. pag. 374.
Pœnitentia publica an fuerit ob occulta cri-

mina, diverſæ opiniones. pag. 375. Pro occultis criminibus ſemper pœnitentia privata, & ſecreta confeſſio. pag. 376. Sic præcipitur per Concilia. ibid. Et probatur ex praxi Ecclefiæ primitivæ. pag. 377.
Pœnitentiarii inſtituti fuerunt poſt perſecutionem Decii. pag. 384. Eorum munus. pag. 387.
Polycarpus Joannis diſcipulus non poterat reduci obſervare tempus Paſchale ſancitum ab Aniceto. pag. 173. Romam venit occaſione diſſenſionis exortæ de Paſcha ſub Aniceto. pag. 172.
Polycrates docuit controverſiam de Paſcha non ſpectare ad fidem. pag. 174. & 177.
Polygamia admiſſa à Bucero, & aliis. p. 149.
Proba clariſſima fœmina fructus ſuorum redituum in pios uſus legavit. pag. 447.
Praxeas Montani Sectator. pag. 83. à Montaniſtis defecit. ibid. Auctor poſtea novæ hæreſis. ibid.
Priſca, aliàs Priſcilla Montani comes, & Propheti ſſa. pag. 78. & pag. 157.
Priſcilliani quidam, & undè dicti. pag. 157.
Proclus Montani Sectator, & defenſor. p. 83. roborat Prophetiam Maximillæ, & Priſcillæ. ibid. An ſcripſerit contra Valentinianos. ibid. Contra eum ſcripſit Cajus. ibid. Ejus aſſeclæ dicti Cataprocli. pag. 84.
Propinqui quidam Chriſti tempore Domitiani habebant poſſeſſiones 9000. denariorum. pag. 443.
Prodicus, & ejus mores. pag. 223. Ejus ſecta. ibid
Prophetæ veri quomodò diſcriminantur à falſis. pag. 95.
Pſychici. pag. 87. per contumeliam ſic Catholici dicti à Tertulliano. pag. 87.
Pulcheria Auguſta cuncta ſua bona in pauperum uſum diſtribuenda reliquit. p. 446. Magnam pecuniæ quantitatem in eundem uſum Periſteria nobilis fœmina legavit. ibid.
Pythiæ vaticinia. pag. 94.

Q

Quanta peritia in viduis, & Sanctimonialibus requiratur à Concilio Carthaginenſi IV. ad proprium miniſterium complendum. pag. 163.
Quadrato in prophetico Spiritu ſucceſſiſſe Propheti ſſas Montani, jactabant Montaniſtæ. pag. 84. Quænam verò fuerint hujuſmodi Propheti ſſæ. pag. 78.
Quadrageſimæ tres Montaniſtarum. pag. 120. Tres quoque præſcribuntur in Capitularibus Caroli Magni. ibid.
Quartodecimani. pag. 171. Unde ſic appellati. ibid. Diſtincti à Teſſeraſcedecatitis. pag. 172. Eorum errores. pag. 171. & p. 181.
Eorum Auctor quinam fuerit. pag. 172.
Quatuor Evangeliſtæ quatuor animalibus Apocalypſis & Ezechielis figurantur. p. 204.
Quatuor ventos Cœli quatuor Angelos interpretatur S. Hieronymus. pag. 92.
Quatuor Muſæos habuerunt Græci. pag. 335.
Quidam Juſtini Martyris diſcipulus Auctor ſectæ Saccophororum, & Hydroparaſtatarum. pag. 430.
Quinam cultus ſit debitus Deo, & quinam Angelis. pag. 428.
Quoddam adnotabile D. Hieronymi ſcribentis de perpetua Virginitate B. Mariæ: Et duo, quæ de eodem notant Eruditi. p. 281.
Quintilliani undè ſic appellati. pag. 157.
Quintilla Pſeudopropheti ſſa. pag. 157.

R

Rebaptizandos eſſe hæreticos, error ejuſdam Agrippini. pag. 389. Etiam Sancti Cypriani. pag. 388. Error etiam Firmiliani Epiſcopi Cæſareæ. pag. 389.
Rebaptizare hæreticos non fuit conſuetudo ab Agrippino uſque ad Cyprianum. p. 418.
Rebaptizandos non eſſe hæreticos probant rationibus S. Auguſtinus, & Optatus Epiſcopus. pag. 419.
Rebaptizandi an ſint hæretici, controverſia orta in Africa, & ibi ventilata. pag. 390. Controverſia de rebaptizandis hæreticis fuit de hæreticis baptizatis in forma Eccleſiæ. pag. 406. Dubitatur, an hæc controverſia exiſtimata fuerit à Cypriano, & Firmiliano, verſari in materia fidei, vel ſolius diſciplinæ. pag. 407. probabilius eſt, exiſtimatam ſolius diſciplinæ. ibid.
Rebaptizari non debere hæreticos, eſt ſententia potius innixa traditioni quàm Scripturæ. pag. 408. Definita in pluribus Conciliis generalibus. pag. 413. & ſequ. Dubium tamen eſt apud Eruditos in quonam Concilio plenario fuerit primò definita, de quo Conc. meminit S. Auguſtinus. pag. 409. Non fuit Concilium Conſtantinopolitanum I., neque Capuanum. p. 409. Neque Arelatenſe. pag. 411. Sed probabile eſt fuiſſe Nicænum I. ibid.
Rebaptizari non oportere hæreticos, fuit Apoſtolica Traditio. pag. 416. Et oppoſitum ſunt ſemper deteſtati SS. Patres. ibid. S. Cyprianum ſe retractaſſe à ſententia de Rebaptizandis hæreticis, probatur. pag. 401. Non ſolùm ipſum; ſed etiam Firmilianum, & Epiſcopos Orientales ſe retractaſſe ſub Xiſto Stephani ſucceſſore, probabiliſſimum eſt. pag. 404.
Reconciliationem duplicem agnoverunt primitivæ Eccleſiæ Patres. pag. 369.
Reconciliatorum in exitu, incerta ſalus. p. 371.
Re-

Relapſis poſt publicam pœnitentiam non erat locus ſecundæ Pœnitentiæ. pag. 379.
Regnum Chriſti perpetuum. pag. 249.
Repudium apud Romanos quandò cæpit eſſe in uſu. pag. 117.
Repudia pluribus de cauſis permiſſa per leges Græcorum Imperatorum. pag. 118. Quibus de cauſis ab hæreticis permiſſa. pag. 145.
Reſurrectio Carnis ab hæreticis negata. pag. 21. Negata à Severo, & ab aliis. pag. 31.
Rhodon Romæ occurrit Apelli Hæretico. pag. 4. An ſcripſerit contra Montanum. pag. 85. Scripſit contra Montaniſtas, non contra Cataphrygas. pag. 85.
Rigor primitivæ Eccleſiæ in non abſolvendis Pœnitentibus in articulo mortis, moderatus in pluribus Conciliis. pag. 370. & ſeq.
Ritus Chriſtianorum primitivæ Eccleſiæ reſpiciendi Orientem. pag. 264. Quorundam Chriſtianorum ritus hujuſmodi damnatur ut ſuperſtitioſus à S. Leone Magno. pag. 264., & ſeq. Et cur. ibid.
Ritus Romanorum in ſacrificiis. pag. 32. Et aliarum Nationum ex Poetis. pag. 33. Eorum impietas Mulieres ſacerdotio donare. pag. 150.
Romani Genium Imperatorum venerabantur. pag. 283. Romanorum falſa Religio à Numa Originem traxit. pag. 16.
Romanorum Gentilium Ritus erat, ut ſoli Eunuchi Magnæ Deæ ſacra peragerent. pag. 347. Hanc dementiam deſcribunt quidam Poetæ. pag. 348.
Romùli factum, dum eſſet Urbem conditurus. pag. 16.
Ruperti Abbatis opinio de Adæ ſalute. pag. 70.

S

Sabellius, & Sabelliani. pag. 451. Secundùm quoſdam fuit Epiſcopus Ptolemaidis. ibid. Probabilius verò quod non. pag. 452.
Sabellii hæreſis quo tempore emerſerit. pag. 451. Et ſub quonam Pontifice. ibid. Et quo loco. pag. 452.
Sabelliani fluxerunt à Noeto. pag. 451. Eorum hæreſis primùm 'à Praxea. pag. 454. Uſi ſunt libris veteris, & novi Teſtamenti, & etiam quibuſdam aliis apocryphis. ibid.
Sabelliani dicti ſunt Patripaſſiani, & Unionitæ. pag. 452. Hypoſtaſim, & Uſiam idem eſſe arbitrati ſunt. pag. 457. Anathematizantur à Nicæno Concilio. pag. 456.
Sabellii duo numerantur. pag. 451.
Sabellianorum hæreſis. pag. 453. Impugnata ab univerſis Eccleſiæ Patribus. pag. 455. & ſeq. Et confertur cum hæreſi Sectariorum in Anglia. pag. 459.
Sacerdotes, & Levitæ veteris Teſtamenti aliquid proprium poſſederunt. pag. 441. Eis licebat habere poſſeſſiones proprias titulo oblationis. ibid. Eiſdem conceſſa fuerunt oppida, & Civitates. ibid. & ſeq.
Sacerdotes Chriſtiani omnes à quibus crediti. pag. 167. Sacerdotibus ſimplicibus non licuiſſe abſolvere pœnitentes ſine licentia Epiſcopi, antiqua Eccleſiæ diſciplina. pag. 381.
Sacerdotales quinam appellati. pag. 167.
Sacerdotiſſæ. pag. 165. Presbyterorum uxores, quæ, & Presbyteræ. pag. 163. Nullo ordine initiatæ. ibid.
Sacerdotium non eſt commune maſculis, & fœminis. pag. 161. & ſeq. Fœminis non conceſſum. pag. 161. & 165.
Sacramentarii traduut Ariſtotelem, & Pomponium Atticum eſſe falſos. pag. 17.
Sacrificia diverſa à diverſis Nationibus. pag. 227.
Sacrificia ingrata eſſe Deo, & Patres nullum Sacrificium obtuliſſe, error Elceſaitarum. pag. 240. Sacrificia Deo ingrata non fuiſſe. pag. 269.
Sacrificium Altaris eſſe conficiendum in ſolo Pane, & Caſeo, error Artotyritarum. pag. 168.
Salvianus deplorat quorundam Chriſtianorum divitum mores, non reliquentium aliquid ex ſuis opibus pro pauperibus. pag. 447.
Samaritanorum error de Paſcha. pag. 178.
Scripturæ Apocryphæ. pag. 28. Aliæ ſub Apoſtolorum nomine vulgatæ. pag. 29.
Scripturæ Sacræ libri Canonici. pag. 11. In diverſis Conciliis Selecti. pag. 12., & ſeq.
Scripturis Sanctis adverſatur Apelles. pag. 6. Sanctorum Prophetarum ſcripta repudiavit. ibid. Alii adverſati ſunt Scripturis Sanctis. pag. 9.
Scanderebech hortatur ſuos ad Caſtimoniam. pag. 152.
Schiſma inter Corinthios. pag. 19. In quo ſiſtebat. pag. 20.
Senecæ opinio de Anima. pag. 21.
Sectariorum in Anglia errores. pag. 25.
Servetianorum error de Sacra Scriptura. pag. 9.
Severi Imperatoris perſecutio quando excitata. pag. 87.
Severus hæreſiarca, & Severiani. pag. 25. Severus Synchronus Apellis auctor Sectæ Severianorum pag. 27. Tempus quo vixit. ibid. Depravator Scripturarum Sanctarum. pag. 28.
Severi, & Severianorum errores, & hæreſes. pag. 28., & 30. Conferuntur reſpe-
ctivè

ſtivè cum hæreſibus Illyrici, Spambergii, Anabaptiſtarum, Lutheri, & Calvini, aliorumque hæreticorum Recentiorum. pag. 35.
Severianorum Sectæ plures. pag. 26. Severiani poſt Encratitas. ibid. Exorti à Tatiano. pag. 26.
Severitæ diverſi à Severiania. pag. 27.
Severus Sozopolitanus auctor Sectæ Severitarum. pag. 27.
Sejani miſerrimus exitus. pag. 221.
Sponſus, & Sponſa debent prima nocte ſe continere ex Concilio Carthaginenſi. pag. 55.
Stephanus Papa abrogavit acta Concilii Carthaginenſis II.; & decreta ejuſdem in cauſa de rebaptizandis hæreticis. pag. 395. Stephani Sententia, & rationes reiiciuntur à Cypriano. ibid. Ipſe Pontifex minatur excommunicare Epiſcopos Orientis, ſi nollent tenere quod ipſe tenebat de non rebaptizandis hæreticis. pag. 395.
Stellarum numerus incognitus. pag. 260. Et oſtenditur. ibid.
Synodus III. Congregata Carthagine anno 256. à S. Cypriano, & nomina Epiſcoporum qui interfuerunt. pag. 396. In qua Cyprianus denuò definivit Sententiam de rebaptizandis hæreticis. pag. 396., & pag. 397. An Epiſcopi cum Cypriano fuerint excommunicati, eſt controverſia inter Eruditos. ibid. Oſtenditur Communio Cypriani cum Stephano. pag. 397. Epiſcopos fuiſſe excommunicatos, probatur. pag. 398. Refellitur hæc opinio, ibid. & pag. 400.
Synodus Carthaginenſis. II. pag. 194. Quo anno celebrata. ibid. Ibi confirmata Sententia de rebaptizandis hæreticis. ibid.
Synodus Numidiæ. pag. 393. Quandò celebrata, diverſæ adſunt opiniones. ibid. Definitur eſſe rebaptizandos hæreticos. ibid., Sed non omnes Epiſcopi aſſenſum præbuere. ibid.
Synodus Antiochena II. pag. 402. Quandò celebrata, diverſæ recitantur Sententiæ. ibid.
Synodus Nicæna I. Non videtur ſufficienter providiſſe errori de rebaptizandis hæreticis. pag. 414.
Synodus VI. generalis decernit aquam vino miſcendam in Sacrificio Miſſæ. pag. 61.
Synodus quædam celebrata in Monaſterio Sinuſari in Provincia Nurdan coram Oſuvi Rege de Paſchate celebrando. pag. 183. & ſeq. De eadem re aliæ Synodi. pag. 173. & 179.
Synodus Armenorum Manaſchierti. pag. 61. Et Adanenſis eorundem. ibid.
Syricius Papa prohibet baptizari Arianos ad Eccleſiam Catholicam venientes. pag. 415.

T

Tatiani duo. pag. 36. Tacius, Tacianus, & Tatianus. ibid.
Tatiani hæretici cur ſic appellati, & Tatianus. pag. 36. Tatiani genus, & Patria. ibid. Ejus eruditio. pag. 37. Ejus converſio ad Chriſti fidem. ibid. Diſcipulus S. Juſtini Martyris. pag. 37., & 38. Ejus oratio contra Græcos. pag. 37.
Tatiani defectio poſt obitum S. Juſtini. pag. 38. Ejus hæreſis quando primùm emerſit. pag. 39. Ubi primùm evulgata. pag. 38. Et unde dilatata. ibid. & pag. 39. Romæ non incœpit. pag. 40.
Tatiani hæreſes. pag. 41. earum ſumma. pag. 42. Conferuntur reſpectivè cum hæreſibus Joannis Sturnii, Albigenſium, Bezæ, Calvini, aliorumque Recentiorum. pag. 74., & ſeq.
Tatianus plura ſcripſit volumina. pag. 42. Tatianus, & Encratitæ poſteriores Apellitis. pag. 4.
Temporalium bonorum reſtitutio facienda Chriſtianis per reſcriptum Licinii, & Conſtantini ad Anulinum. pag. 438.
Tentatio eſt à Deo permiſſivè, nec in ſe abſolutè eſt bona. pag. 134.
Tertullianus Catholicus ſcripſit librum de pœnitentia. pag. 125., Et librum de Patientia. pag. 130. Ejus Apologeticus, & quidam libri de carne Chriſti, de Reſurrectione, & contra Marcionem, quando ſcripti. pag. 136.
Tertullianus accedit ad Montaniſtas. pag. 85. Suæ defectionis cauſa. ibid. Variæ aſſignantur. ibid. & ſeq. Ejus diſſenſio cum Clero Romano. pag. 86. Ejus lapſus magna Eccleſiæ tentatio. pag. 85. & 94.
Tertulliani ſeverior diſciplina. pag. 87. Reprehendit Catholicos de laxiori diſciplina. ibid. Et eos appellat Pſychicos. pag. 87. Ejus dogma de ſecundis nuptiis. pag. 96. ſcripſit librum de jejunio. pag. 124. Librum de corona militis. pag. 86. Quo anno ſcripſit hunc librum, & ad Montaniſtas acceſſerit. pag. 87.
Tertulliani liber de fuga. pag. 128. Ejus ſententia non licere fugam in perſecutione. pag. 129. Et ejus rationes. ibid. Reſponſa ad rationes ejuſdem. pag. 134. & ſeq.
Tertulliani opinio quòd anima rationalis ſit corporea. pag. 136. Unde eam hauſit. ibid.
Tertulliani ſcriptis ſatis delectabatur S. Cyprianus. pag. 390.
Teſſeraſcedecatitæ. pag. 171. Undè exorti. ibid. Eorum errores. ibid. Diverſi à Quartodecimanis. pag. 172. Unde ſumpſerint errorem circa tempus celebrandi Paſcha, pag. 180. Eorum ratiocinium. ibid.

Teſſe-

Teſſeraſcedecatitarum hæreſum ſumma. pagina 181. Conferuntur cum Sabbatariis. pag. 201.
Themiſon Montani Sectator. pag. 82.
Theodotus Montani Sectator. pag. 82. Diverſus ab aliis ejuſdem nominis. ibid. Theodoti exitus. pag. 8.
Theodotus, Præceptor Artemonis non è converſo. pag. 202.
Theodoti lapſus. pag. 274. Theodotiani unde ſic dicti. ibid. Theodoti error adverſùs Chriſti Divinitatem. ibid. Non fuit primus qui in hoc erravit. pag. 278. Hujuſmodi error emerſit ſub Victore Papa, & Severo Principe. pag. 275.
Theodori Mopſueſtitis error de Scripturis Prophetarum. pag. 9.
Theodoſius Imperator bona Neſtorii hæretici addixit Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. pag. 446.
Trigami rigoroſæ Pœnitentiæ addicti. pag. 100. & ſeq.
Trinitatis dogma apud Montaniſtas. pag. 91.
Trinitatis Myſterium traditur à Tertulliano. pag. 332.
Trinitatem Perſonarum non eſſe in Divinis, Error Noeti. pag. 333. Et improbatur. pag. 331.
Tullii diſcurſus contra Aſtrologiam Genethliacam. pag. 257.
Tullii, & Cottæ dicta de tenenda Religione ſine ullo examine, ſed ſolùm adhærendo dictis Majorum. pag. 16. Impugnata à Lactantio. ibid.

V

Valentini error de Carne Chriſti. pag. 8. Vaticinia Montani. pag. 94.
Vaticinia Ethnicorum. pag. 94. Pythiæ. ibid. Sacerdotum Deæ Syræ. ibid.
Valeſii unde ſic dicti. pag. 340. Valens Princeps eorundem. ibid. Genere Arabs. ibid. Valeſiorum mores. pag. 341. Se ipſos caſtrabant. pag. 342. De conſequenti reſpuebant nuptias, ut illicitas. ibid. reſpuebant legem, & Prophetas. pag. 343.
Valeſiorum error, neminem poſſe ſalvari niſi ſe Eunuchum reipſa fecerit. pag. 343. Improbatur. ibid. Eorum dementiæ non ſolùm adverſatur jus civile, ſed etiam Lumen naturæ. pag. 345. Eorum Secta fuit innovatio antiquæ ſuperſtitionis Gentilium pag. 349.
Valentinianus, & Marcianus privilegia Eccleſiis conceſſa confirmarunt. pag. 446.
Veniam lapſis denegabant Montaniſtæ. pag. 124. Aliqui etiam in Africa. pag. 127. Oppoſitum probat Cyprianus. ibid. & ſeq.
Victor Papa Martyr occubuit. pag. 87. Excommunicavit Theodotum Artemonis hæreſis Patronum. pag. 275.
Vinum deteſtantur Severiani. pag. 28., & 32. Vinum guſtare eſſe illicitum, error Tatiani. pag. 41., & 42.
Vini uſus Romanis fœminis ignotus. pag. 32. Uſus intemperatus varios cauſat morbos. pag. 32. Vino temperatè utendum. pag. 56. Illud immoderatè bibentes reprehenduntur. pag. 56. Vino quomodo utendum, & à quibus. ibid., & 57., Et quando. pag. 57.
Vinum Nazaræis prohibitum. pag. 57. Ab eodem quinam ex Chriſtianis ſe abſtinerunt. pag. 34. Vino temperatè uſus eſt Chriſtus. pag. 57. Vini uſus in Nuptiis Canæ Calileæ. pag. 56.
Vini uſus quando incepit. pag. 34. Vini uſus in Sacrificiis apud Romanos. pag. 32. & 33. Etiam apud diverſas Nationes. ibid. Prohibitum in Sacrificiis à Numa. pag. 32.
Vinum à Deo hominibus contributum. pag. 32. Vina exquiſita, generoſa, & extranea non eſſe quærenda. pag. 57. Vina diverſarum Regionum. pag. 57.
Vinum in oblationibus adhibitus. pag. 169. Aqua mixtum offerendum in Calice. pag. 60. Quid ſignificet. pag. 65., & 66. In Sacrificio eſt de neceſſitate Sacramenti, non ſic aqua. pag. 66.
Viennenſes conſulti de hæreſi Montaniſtarum. pag. 80. Scribunt Eccleſiis Aſiæ. ibid.
Wilfridus Presbyter. pag. 183. Ejus diſcurſus de Paſcha. pag. 183.
Virgines Primitivæ Eccleſiæ, dum nubebant, ſolebant caput velare; & quarè. pag. 100.
Virginitas excellentior Matrimonio. pag. 119. Magis Deo grata quàm nuptiæ. pag. 120. Etiam apud plures Nationes gentiles, & barbaras magno in honore habita. pag. 150. Virginibus majus præmium repromittitur. pag. 252.
Virginitatis ſervandæ cauſa aliqui ſe abſcindebant. pag. 251.
Virginitatem nullius eſſe pretii, error Elceſæitarum. pag. 239. Simonianorum, Nicolaitarum, & Gnoſticorum. pag. 250. Impugnatur error. ibid. & ſeq.
Vitis quando primùm condita. pag. 33. Genita ex cadaveribus eorum, qui bellum Diis indixerant, dementia quorundam. pag. 32. Genita ex ſerpentis coitu cum terra, error aliorum. pag. 32.
Villa quædam in momento abſorta in quadam Mercorii revolutione. pag. 286. Et alia portenta. ibid.
Virgines Sabbatizare quid ſit ſecundùm Baſilium. pag. 251.
Virgines Veſtales crudeli morte plectebantur ob ſtuprum. pag. 250.
Virgines quædam Veſtales miris quibuſdam factis ſuam probavere pudicitiam. p. 250.

Unum

Unum Deum dùm prædicant Seripruræ, plures Deos, non plures Perſonas abiiciunt. pag. 333. Unum eſſe omnium Creatorem in proſa, & verſu eleganter oſtendit Lactantius. pag. 426.

Unitatem Dei cum diſtinctione Perſonarum colligit Epiphanius ex quibuſdam verbis Iſaiæ. pag. 334.

Unus Mercurius apud Antiquos, Cælo Patre, & Die Matre natus, & Proſerpinæ aſpectu commotus. pag. 335. Alius ex Valente, & Phoronide. ibid. Et quidam alii. ibid.

Urbes plures Chriſtianorum à Turcis captæ in quadam Mercurii revolutione, pagina 286.

Urbes habent ſuos Angelos tutelares. pagina 293.

Urbs Salem quænam fuerit, diverſæ opiniones. pag. 314.

Urbanus I. præcipit bona Eccleſiæ non in alios, quàm in Eccleſiaſticos uſus, & Chriſtianorum indigentium converti. pag. 444.

X

XEnocrates negat, habere Animam figuram, & Corpus, ſed ait, in virtute numeri eſſentiam ejus conſiſtere. pag. 137.

Xiſti V. Conſtitutio contra Aſtrologos judiciarios. pag. 262.

S. Xiſtus quando adeptus fuerit Pontificatum. pag. 451.

Z

ZEphirinus Papa. pag. 80. Quando Cathedram Petri adeptus. pag. 80. Montaniſtas non approbavit. ibid.

Zoſimi Papæ tempore diſceptatum eſt de die Paſchatis. pag. 196. Et ſub eodem comprobatus fuit miraculo dies proprius, ex Paſchaſino. ibid.

Zuingli error de ſalute Socratis, Ariſtotelis, aliorumque Ethnicorum. pag. 17.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google